

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

100%  
90%

64

del Colegio de la Comp<sup>a</sup> de S<sup>r</sup> de Granada  
CATECHESSES R. 3400 - Br

CHRISTIANAE  
ANDREÆ CROCQVETII

BENEDICTINI SACRO  
SANCTÆ THEOLOGIE

S I G N A T U R E



Opera ac studio maximo primum confecta, summa-  
que postmodum diligentia in lucem edita.

Ex MATTHEI GALERI quondam apud Duacen-  
ses Cancellarij, ac Regij, primariique Professoris  
Homiliis catecheticis.

Cum duplice Indice, & Argumentis, singulis Cate-  
chesibus prefixis.



LUGDVNI,

Apud THOMAM SOVER

M. D. XCIII.



acte 5

1. 17. 17. 17. 17.

I A C O B I C R O C Q V E T I I  
DVACENATIS AD ANDREAM  
F R A T R E M S V V M  
C A R M E N.

S Ollitos mea sapè tulit tibi littera questus,  
Fudit & in medios anxia vota sinus.  
Vtq; timor vel spes affulsera, usque beate  
Plena spei, aut trepidi scripta timoris erant.  
Multa ferenda dabam chartæ mandata fideli,  
Densus erat nostro in ore Deus.  
Scilicet, iratis commissimus omnia ventis,  
Nec poterant nostra pondus habere preces.  
Cur tibi tam vilis labor est tuus? abdita nigris  
Cur, age, dic lateant entheæ scripta locis?  
Cur non respondent communibus & tua votis?  
Cur premitur longo sacra Minerva situ?  
Aspicis ut dubio voluantur cuncta tumultu,  
Instabilis rotet fors metuenda gradu.  
Conglomerata iacent nunc pasim sacra prophani,  
Nil sinit intactum barbara turba nefas.  
Miscentur cades, lucent incendias bello  
Cuncta crepant: tutum cernis in orbe nihil.  
Quot monumenta putas nuper perisse virorum,  
Dum traxere moras, scriptaque digna cedro?  
Non bene seruantur rapidis (michi crede) lituris,  
Quæ fuerint leuibus verba inarata schedis.  
Denique nil Marii liceat, nil furibus. esto:  
Tristi confident otia longa situ.  
Rumpe moras igitur; pedicas, & claustra renelle  
Euolet eximum iam catechesis opus.  
Funere præceptor nuper violatus acerbo  
Vindice te hac saltem parte superstes eat.  
Euolet egregia specimen pietatis, & acris  
Ingenij, ac volitet docta per ora virum.  
Sen te Scarpus habet Cereri gratissimus amnis,  
Cœlibibusq; tenet ripa beata choros;  
Sen nemora alta tegunt, studiofane detinet umbra,

<sup>4</sup>  
*Expectata diu munera, mitte librum.  
 Et ditasse suis scriptis Croquetius orbem  
 Dicatur longa post tua fata die.  
 Postera quod de te semper mirabitur etas,  
     Hoc Regi dignum Rege dicetur opus.  
 Flagitiat hoc orbis quantus se porrigit: ecquo?  
     Fratris, & orbis erunt vota, precessq; loco?  
 Talia dicebam, referebat epistola fratri  
     Hoc, quo verba potest charta referre, modo.  
 Audisti, caelog, liber nunc prodit aperto  
     Auspiciis tutus Diue Philippe tuis.*

## L A V R E N T I I D A C O L I I A D A N D R E A M C R O C Q V E T I V M .

**M**Agna catechismos vulgauit turba salubres,  
 Et fidei rudibus prima elementa dedit:  
 Nemo tamen, numeros impleuit in omnibus omnes,  
     Quin aliqua nutans parte labaret opus.  
 Hoc tibi deliquium subiit pia cura mederi  
     Extimulās calatum, docte Croquete, tuum.  
 Ergo catechismum, quinis quem tradidit annis  
     Ingentes promens voce Galenus opes,  
 Artifici totum nunc ordine mittis in orbem,  
     Hac & vis cunctos vtilitate frui.  
 Nam quæ fecundo vir maximus extulit ore,  
     Non minus vberibus digeris illa schedis.  
 Seria sic chartis mandauit dicta magistri  
     Socratis auditor, discipulūsque Plato.  
 Gratæ mentis opus veniens mirabitur etas;  
     Illa suæ per te docta salutis erit.  
 At de vndante tui foetura pectoris ( ista  
     Luce frui longum si tibi fata dabunt).  
 Quid sibi venturis promittere debeat annis  
     Quilibet, hunc partū nobile pignus habet.

EPI

**E P I T A P H I V M , Q V O D**  
**O B S E R V A N D O S E M P E R S V O**  
**P R A E C E P T O R I M . N . M . M A T T H E O G A L E N O**  
 Vestcapellio, Duacenæ Vniuersitatis Cancellario, & sacrarum literarum Professori primario tristis canebat Petrus Colpinus Duacenus.

**E**st Oriè sub umbroso residebat pallida cippo  
     Inuida naturæ mors, inimica Deo.  
     Huc caro corruptrix morum scelerata, odioq;  
     Feruens, & furii exagitata venit,  
     Ac inquit, Periit virtutis gloria nostra,  
     Filia, ni matrifers properanter opem.  
 Est Sophia Antistes sacrae, qua parte Duacum  
     Influit, & nigris Scarpus inundat aquis.  
 Protulit hunc dines quondam Zelandia, natum  
     Nomine Matthæum gensq; Galena vocat.  
 Græmatice placitis rudibus formauit ab annis  
     Gandauum, doctis urbs habitata viris.  
 Grandior astetas Musarum castra Louanijs  
     Tentare, & Sophia tecta subire iubet.  
 Accepit primos Sophia altercantis honores,  
     Excolit & meritum laurea sacra caput.  
 Abdita lingnarum mysteria doctus, Hebrais  
     Confociat Grecos, parte in utraque potens.  
 Exceptit primos Germania magna Galeni  
     Fatus, in studiis docta Diligatuis.  
 Germanis tantus sed Belga inuidit alumnū,  
     Atque Duacena traxit ad arua schole.  
 Praesidet hic, doctos doctissimus expolit, atque  
     Doctoris sacri stemmata clara tenet.  
 Nec tamen eximio gestit petulanter honore,  
     Nec titulo elatus corda superba gerit.  
 Corporeos premit affectus, ieiunia durè  
     Exercet, studiis immoriturq; sacris.  
 Hunc pietas, hunc prisca fides, Astra reuisenſ  
     Terras hunc ornat, puraque religio.

a 3

No

Nulla supersticio, nulla heres occupat urbem.

Quam colit, has vita proterit, ore fide.

Quoque magis nobis noceat, iuuenilia format.

Ingenia; atque moos praeuenit ante dolos.

Non patitur iuuenes ihortare ductare; sed odit,

Quis furit exiliens stulta puella, modos.

Quid multis? nisi me vindex tua dextera seruet,

Filia spes vita nulla relicta mihi.

Dixerat. & lachrymis faciem suffuderat: audax.

Pratinus aggreditur mors truculenta nefas.

Lustra nouem atatis nodum compleuerat, ecce.

Lurida terribilis mors aconita parat.

Viribus extinctis in toto corpore, membra

Senserunt properam debilitata necem.

SepteMbrIs tVLIt hVnCVbILVXqVIIndena, reCept Vs

SpIrltVs eXGeLsIs, Venerat Vnde, poLIs.



## CATHOLICO, SERENIS-

SIMO, ATQVE INVICTISSIMO  
HIS PANIARVM REGI PHILIPPO TOTIVS  
RELIGIOMIS, ET CHRISTIANAE FIDEI VNICO VINDICI,  
&c. Frater Andreas Croquetius Hasnoniensium coenobitarum mi-  
nimus æternam optat fœlicitatem, ac perpetuum de hostibus triun-  
phum.

**N**T E R alia, qua in Atheniensium legibus feruntur lau-  
datissima, duo cum primis mecum ipse mutari soleo, nimirum,  
quod omnes otij rationem sui reddere, & ingratos libertos in  
seruitutem retrahit grauissime apud illos lege cautum fuerit. Sic  
enim & intemperiarū minus (qua otio no securus quam materia  
fouetur incendium) & plus erat officiorū, dum uniuersi rebus iis darent ope-  
ram, ac tempus insumerent, qua iudicium censuram non formidarent, &  
clientes libertatis beneficium obsequiis fide, benevolentia diligenter compen-  
sarent. Nam ut inerit desidia, & ingratia acceptorum memoria nemo nescit  
non solum priuatorum hominum necessitudines, familiāsque dissolui; verū  
etiam urbes, prouincias, imperia, regna situm, cariēmque contrahere, laba-  
scere sensim, ac tandem euerti fundiū: ita perspicuum est, beneficiorum  
commercio societas constitutas, auctas, conservatasque fuisse: & ad vita  
buīus honestatem, animorūque cultum nil magis conducere, quam si ho-  
ra beatiores in laudatis arribus, disciplinis, ac virtutum studio collocentur.  
Dum enim latere non finitur inertia, dum torpor exanguis in apricum pro-  
trahitur, fœditatem suam cunctis prodere coactus, & se uero iudici pretiosi  
temporis momēta omnia scrupulosē appendere: veterum excutiat animus,  
rebusque incumbat honestis necesse est, ut malum anceps ignanice, turpitudi-  
nisque diffugati. Et cum accepta libertatis dulcissima rerum contemptor  
ingratus, seruiles iterū miserias experiri compellitur: catari alieno edicti  
malō, quam possunt maximam tanti muneris authori gratiam referunt.  
Hinc potissimum arbitror contigisse, ut apud Athenienses luculentissima  
virtutis, & ingeniorum ederentur exempla, cum istis legibus omnem cessa-  
tionē, & àxq̄q̄ lap̄ explosissent. Atque vitā istarum legum Christianis veni-  
ret sapiūs in mentem: ut neque tam oriosè, ne dicam perniciose detererer e-  
tatē, neque Deum tā liberaliter de ipsis promeritum impiissimè contenerent:  
presertim cum nequaquā Dracone, aut Solonem quēpiam superstitionis au-  
thorem, sed Christū Desiliū, ac sapientē rōp̄ vocedē (ut se vocat ipsum)  
babeamus, qui metaphoris, & parabolis innumeris denuntiatum nobis esse  
voluit, ne unquam oblitio liberalitatis magnificientissimi parentis contume-  
liam pro beneficio reponamus, seu pigris dormitantēsque vitam hanc tran-  
sigamus, cuius, si ullam partem nobis inutiliter desperire contingēret, rigi-  
dus

dus olim trapezita tormentis, & cruciatu cogeret & suram refundere. Quid enim sibi volunt conducta ad vineam opere, talenta in lucrum, & fænum diligenter expensa, vel in terrâ defossa, seruus immenso cris alieni pondere liberatus, & ad rationes, carceremque reuocatus, & reliqua huiusmodi: nisi ut diuinis muneribus grata mentis officio respondere, & lethargum huc nostrum excutere pro virili concursum? Quotus autem mortalium ista pressus cogitare, inque pectus altius demittere cernitur. Atque optandum fortassis, ut tantum non agnoscerentur Dei Optimi Max. beneficia, ac non etiam contemnerentur. Nunc eo dementiae prolapsum est funestissimum istud seculum: ut ingratis inter quotidiana summi dona Numinis ludere, heluarique honestum, & ingenum, deinceps teproris, & statim naufragio vel cogitare puerile, statimque indicetur. Vnde sit, ut cum in maximis calamitatib⁹, & aruanis quotidie volvatur, tam ut fluxas opes, & cibū, qui perit (ut loquitur Christus) per mille discrimina conquerat: nihilominus quia nulla vita partem divina munificientia contemplationi, rebusque melioribus tribuunt, in otio, turpique perirent situ, & animarum, christianaque libertatis, qua semel donata sunt a Christo, male prodigi, peccatorū, morisque perpetuo grauissima prematur servitute. Has autem geminas inferiorum fauces, quibus hominum pars multo maxima præceptra ruit in abyssum, non alia ratione melius occludi, & vel ex parte saltem obturari posse prudentissime vidit Serenissima tua maiestas Philippe Rex, non solum Regū omnium, quos vidit hic orbis Catholicissime, sed & totius orthodoxie, religionis, ac fidei reliquum, & infractum praesidium, quam si Christiana Catecheses viss, ac studium penè sepultum in ecclesiis, & schoolas omnes, imò singulas familias renocaretur: ut Christiana iuuentus explosis heresis, ac superstitionibus cunctis euangelico pane, aut potius Christiano lacte pascatur, teneraque metes doctrina salutari prius imbuantur, fiatque in adolescentium cordibus vera fidei sincera fementis, quam succis contrariis rudia adhuc vasa perfundantur, agrisque dominicos inimicushomo suis occupet & xanii. Et propterea in tua Duacensi cinitate, quam summo, & immortalē Dei beneficio habet etiam nunc Belgium tuum cum plurimis urbibus Apostolica doctrina, sapientissimorumque Majorum nostrorum traditionis, anique pietatis obseruantissimam, nullis vel sumptibus, ac difficultatibus, vel aperiissimis vestigialium detrimentis parcens, erigi volunti amplissimam Academiam, in qua prater Iurisprudentia, Medicina, Philosophia, ceterarunque disciplinarum liberales, honestisque labores, regina studiorum, ac scientiarum omnium sacra Theologia partibus ita suis defungeretur universis: ut primas semper impenderet publica, ac solida rerum inter catholicos, & hereticos controverfatum tractationi, nosque religionis adsertioni, & morum nusquam non corruptissimorum institutioni. Videbat enim pro sua rerum diuina prudencia, cœlestique mentis acumine Serenissima Maiestas tua futurum ut otia quantumvis pinguis feliciter impenderent tunc ab iis, qui salutem suam vel pili faciendam sibi putarent, cœlestium rerum considerationi, qua prius in perniciossimis dilapidabatur, & cognitis quibus obuieti, tantumque non obruti sunt Dei beneficiis, mortales alacrius ad grata demonstrationem accingerentur. Quid enim alio-

qui

qui magis ingratum, quam nolle, vel benefactorem agnoscere, vel quoniam non nibus illi debetas audiire? Aut qua perniciosior ignavia, quam nolle doceri, quibus rationibus melioribus capessere, vitamq; cōparare possit eternam? Felix illud seculū, quo nullus in Christianā recipiebatur ciuitate, nisi qui prius in Catechesi gnauiter versat⁹, quid credere, quid agere, quibusq; legibus vitam ducere oportet, habuisse compertissimum. Nisi forte nostra usque adeo non sentiamus infelicitate, ut credamus nos aut judeles esse passi fidei vix nomine agnoscentes, aut religiosos, qui diuini cultus ratio quid postulet penitus ignoremus, aut sine Christo Christianos, aut deniq; homines, qui neg. hominis officiū, neq; nos ipsos agnoscamus. Tertullianus hoc nomine sui teproris hereticos perstringebat, quod apud eos nullū esset catechumeni, & initia discrimen, & pariter audiret, pariter oruret ante perfecti catechumeni, quam educati. Quatō autē insīns hoc ipsum in nostros homines torqueretur, qui post sacramentū illuminationis, per quod (ut loquitur Iustinus) ex necessitatibus, & ignorantia filijs euadimus in voluntatis, & scientia liberos, permaneant in ijsū ē semper tenebris, neque quid circa se gestū ibi fuerit, vel quāobrē, vel quid promiserint, agnoscūt, & in diuinā adscripti militiā neque tessera, suiq; symbolū Imperatoris, & vix quibus cū hostibus pugnandū sit, aut quibus armis intelligiūt. Et quid mirū: cū iaceat ubique neglecta catechesis, cū sit ignominiosum apud eos, qui Christianis mysteriis donati sunt, quēquā inter catechumenos numerari. Equidē si vetus obtinaret Ecclesia consuetudo, si fidē recitare omnes necesse prius haberent, quam salutaribus vndis ingeriūt, facile patet catechumeni nomine dari probro, vel è Christiano populo deportari: sed cum infantes omnes viuiscis fluentis amoucamur, quis pudore postmodum ediscere, qua malū ignavia nolle doceri, que pataci prius agnoscī nō potuerūt? Verum ista suis locis comodiū. Nū quoniam Ecclesia priscū more attingim⁹: vide mur oper pretiū facturi, ut ad has ceterrias lectores obesculi paulo instructiores accedant (scribuntur enim ista rudibus, & quibus etiā laete est opus) si quae fuerint olim catecheses, seu catechumenorū (nā de utrisque mixim acturi sumus) leges, quis labor, & alacritas, qua patiētia, quam inexhaustum studiū, breuiter delibauerimus, ut nostra demum socordia nos, & ingrate metis cum in Deū ipsum, tum in Ecclesia parentē indulgentissimā dispudeat, & vel sero nostri recordemur officij. Postea quoque suscepit laboris huic, & scriptio[n]is nostra causas tribus verbis aperiemus. Cum igitur salutare omnibus fonte non in parnasso equi lascivientis vngula, sed in Ecclesia sua Christus crucis acutine perfodisset, atque in ablutionē sordis nostrarū patere iussisset, in quo vetus Adamus spiritualis in star aquila peccati detritus poneret exuas, inque coeleste iniūta repubesceret: noluit impuris manib⁹ purissimos latices quenquā attingere, sed prius antiquā vita consuetudinē, infidelitatē, & ignoratiā exuere, iisq; vitijs contrarias quasdiā animo cōcipere facultates, atque illorum, quibus Deū agnoscere, & colere, illisq; placere, atque ad cū peruenire liceat, rationes mediocriter saltē edoceri. Itaq; cum iā defunct⁹ œconomia, quā à Patre suscepit, Dei filius spoliū nostra carnis paulo mox esset in cœlū subiectus, signūq; victoria placuit iā parētis oculis moderatur⁹, discipulos totius vita, san-

EPI T O L . D E D I C A T . A D

te, sacerdotumque actionum, & miraculorum omnium conscientias ablegauit in orbem coelestem, ac edenius inauditam doctrinam sparsuros, miserisque mortalibus arumnam, errorumque sine ostensuros, si pertas tamē calamitatū suarū ad faustissimum  
 matth. 18. nuntium cuiuslibet, cuperentque fesse nouis imbuī sacramentis. Sic autē alloquebatur eos, quibus arduam hanc prouinciam demādabat: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nimis tinctio-  
 ni doctrinā premitis: quia nemo ritus peregrinos, & in specie non admodum magnificos, ne dicā (quod visum semper est infidelibus) deridiculos in se recipere, nisi diuinā in illis energiā vilibet integumētis non tamē indicari, sed etiā cōtineri persuasum habuerit. Eapropter doctrinā quoque credēdi verbū adiungens: Qui crediderit, inquit, nō sic edocēs, & mirificis demonstrationibus cōvictus quisquis assensum sermoni praeberit: quasi non penitus indoctos, ac stipites sed rerū admirabilium aliqua notitia suabctos, ac purgatos voluerit adire sua mysteria. Hinc nimis catechesē Christianarū origo. Sed ut ordine procedat oratio, videbūt in primis quibus nominibus & ipsa catechesēs, & catechumeni apud veteres appellati fuerūt. Et si libet ipsam totius Christiana posteritatis parentem Sytorum ecclesiam consulere, dabit illa nobis geminā nomenclationē. Nā Syrus Lucas Euāgelij sui primo capite eū, quem grecanica littera dicunt τεγλητηνθέτα λόγων, vocat πατέρα, & rursus cap. 18. act. vbi Gracis dicitur Apolloς κατηχητὴς τὸν ὑδρὸν τῇ κυρίᾳ, usurpat ριτὸν ab eadem radice γένη, à qua dicitur Syris discipulorum appellatio κατηχητὴς. Unde colligere est eos, qui in catecheteriū cōmētāt, non secūs affectos esse debere atque illos, qui in alio nūm preceptoris scholā fesse conferunt, ut ex prescripto gerant omnia, neque pregesitātē concessa. Alterum nomen suggestit Pauli Syrus interpres, quānis iārundē significans. Vbi enim Apostolus dicit Iudaum κατηχητὸν εὐτὸν ρέbus, reposuit ille εἰπεῖν, quod ad doctrinam pertinere vel prima littera Hebraorū nōm ab eodē verbo desumptū cuius facit perspicuum. Fuisse igitur primi catechumeni apostolico, & antiquo discipuloruī, discētūmve vocabulo dīcti: quod usque adeo verū est, ut propter ardētissimū discēdi studiū etiā tinctis, inque familiā Christi adlectis aliquāto ītempore nōm idem manserit. Quod ad Gracos attinet, nunc Theophilū κατηχητα, & Apollo κατηχητὸν dictos audiūimus ἀπὸ τοῦ Καὶ καὶ ἡλιος, quoniā vīna voce tradebatur catechesis. Nefas enim erat tunc temporis cōmittere Christiana sacra litteris, que ne nomine quidē corā ethnicis, ac infidelibus volebat primi Christiani, cūm ut illi vaticinio fieret satis, quod in iabulis cordis carnalibus Dei leges describendas prænuntiarat, tum ne increduolorum fannis, & ludibrijs exciperentur. Nā ijs, qui se in hanc disciplinam tradiderat, pingui Minerua sacramentorum duntaxat quedam superficies veluti per trasennam demonstrabatur: exactior autem tractatio seruabatur initiatis. Ut enim qui iuuentutem instituendam suscepserunt, sensim efformant rudes animos, & crassiora queque proponunt, donec tandem proiectioribus altiora precepta iradantia recens ingressos discipulos inter ipsa rudimenta detinet doctor ecclesiasticus (Sic enim Catechistam ipsum Tertullianus, & Cyprianus non semel nuncuparunt) tantisper dum paulatim dicens

PHILIP. HIS P. RE GEM. CATHOL.

Scendo evadant idonei, quibus ipsemet Christus seipsum committat. Quid si à scripturis sacris ad ipsos Patries descendamus, prater catechumeni nōm omnibus familiare, Areopagita vocare solet àpūnētōs, utpote sacrorum omnium, ac misteriorum exortes: cōtrā fideles μεμυνμένος dicit, quibus non solum aspectus, quo etiam catechumenis interdictabatur, verū & accessus ad sacramenta liber erat. Nuncupat præterea ἀτελῆς καὶ ἀτελέστους, quod à liturgiis etiam dum perficeretur, neque secūs perpolirentur, atque fœsi in maternis adhuc visceribus clausi formatur, ac fingitur. Tribuit & àque fœtū op̄ epithetum: quia præter doctrinam, & auditum nil haberent cum fidelibus cōmune. Nā (ut inquit eloquissimus Chrysostomus) alienus est catechumenus à fidei, non habet idem principium, non eundem parentem, non viēlum, non vestitum, non mensam, non donum, nihil denique. Etenim terrena catechumeni, cœlestia fidelis sunt, huic Rex Christus, illi autem peccatum, & diabolus, huic Christus cibis est, illi quod corruptitur, huic denique cœlum, illi terra patria est. Videtur in super ῥεούσιν as appellare: cuius nominis appetat aliquod apud Tertullianū vestigium, in his, que superius produximus verbis: vbi dicūtur heretici pariter adiisse, & audiisse. At vero Justinus martyr in altera Apologia semel παραρρέας, vbi dicit baptismū appellari τὸν οὐργόν, φωτισμὸν τὸν φωτὶσμὸν τὸν διαφέλας τὸν τάυτα παρθενόν nuncupat, quia appellatio mire cognitū Syriacis illis nomim̄. Et si de Latinis quoque nōnihil sit dicēdū, apud quos penē ius Romanū obtinuit grāca dictio Catechumenis, ipse Tertullianus. Infiniū sequuntis libro de prescriptionibus hereticorū Discētes vocat. Cyprian⁹ lib. 3. epist. 17. & 22. eiusque magister iā Tertullianus libro de pœnitentia, Augustinus, & alijs, auditores seu audiētes, quod Neocastriē conciliū antiquissimū gracū, & prius Nicenū videntur agnouisse, quia nihil aliud quam audirent fēmōti procul à fœrū cōfēplatione. Id Augustini Rudes interdū appellavit, quæ admodū hodie quidā veritūtē illud ἀτελῆs, apud Areopagitā. Neque rarū est apud eundē petētiū, & ita distinguit cōpetētiū nōm, quod neque ipsi Tertulliano fuit ignotū, qui libro de pœnitētia catechumenos vocat peccatores, quia nimirū baptismi cōdātātōs agerent. Ita quoque Hieronymus appellat aduersus Ioānē, & Russinū defensores Origēnis. Nec dubito quin oculatus scrutatoribus antiquitatis alia sint occurſura, nobis autē bōlū tradere ista, obvia quæ magis scire, sufficiens; ex quibus abūndē liquere arbitror eā prout lib. 5. epiprē dici Catechesim, quæ fēmōne docētis peragitur, seu quæ audiūtū (ut cā stola 33 ad describit Clemens Alex: Nā operosurē definitionē in ipsiē cētūris querendā Marcellinam sororem, relinquo) suscipitur: solida quidē illa, simplex tamen & brevis instrūtio, sine fiat nuper ad Christi fidē connētis, hec est, veoratηντōs, & nouitios, ut iādē Clemēs, Tertullianusque loquuntur, sine ijs, quos lōga nutricatione, diuturnit, neque nīxū dudū Ecclesia cōceptos propinquō partu in Christianā lucem est editura, sine ijs, qui iā sunt per sacramentum insitū Christo. Hos enim omnes recipit catecheteriū, & mutata licet nōnihil rationē docētis, simili catechesos appellacione cōplectitur. Nā tamē si catechumeni nī alij propriè vocentur, quam exortes baptismi, qui tamē eius desiderio se teneri morū, & vita cōversione demonstrēt, dātes melioribus actionib⁹ operā, ijs, studētes intelligēdis

EPYSTOLA DEDICAT. A D

Et confundis quia fidem si que foneant, donec ad iusta regenerationis incrementa perduratur: sed tunc clarius his potissimum catecheses laborasse, praescribam quibus reprobis nullus admittetur ad tuum gloriosum, qui non penè maiori rerum christianarum luce peritiaque præditus esset, quam in nostris, non dicam vulgaribus christianis, sed multis quoque (quod pudendum est) sacerdotibus plerisque deprehendamus: quia tamè nulla erat, licet differret, non nunquam vel in annos aliquot, vel in statu as solemnitates, ubi grauis causa non subfesset, fidelium infantes à diuino, qui per baptismum peragitur, ortu seclusi: propterea cum adolescentes, necessaria cognitione instruebantur, & post huma qua diligentia compensabatur, quod prius excluderat necessitas. Eamobrè nunquam non fuit huic generis catechumenorum classis. Aliorum autem, hoc est eorum, qui ante baptismale initiationem eruaiebatur, erant diversa colonia. Neocasarinense enim, & Nicenū concilia, catechumenū ab auditorē ita distingunt: vi illū si peccare contingeret (arbitror autem petitorem, seu potentem Augustini, Tertullianiq[ue] designari) in auditorū gradū rejiciunt: quibus videlicet, non licet bat vel ipsam Ecclesiam ingredi, quo tempore missa catechumenorū peragebatur. Et quia Neocasarinenis canonis facta est mentio, cōmodū occurrit Balsamensis ad illum catechumenorum triplex alia diuīsio. Facit enim ille quosdam audientes, scilicet, epistolam, & Euangelium (ut nunc loquimur) seu scripturam, quosdam geniculantes, illis utique perfectiores, quibus missa catechumenorum licebat. ut in cereße, tertios iisdem deteriores ob relapsim, quos flentes nunquam quibus templum ingredi nephas, & foris ante vestibulum versari, suamque lamentari sortem necesse erat, nedum scripturam audire, aut preces catecheticas excipere poterant. Videntur autem & aliud genus, tanum non domesticorum Ecclesie fuisse, qui nimis iam satis instructi, ad baptismum nomina dederant, quorum nota satis, & perfecta fides, & integritas, liberiori mysteriorum explanatione non indigna censibatur: cuius rei, vel unus Cyrilius abunde fidem fecerit, qui cum adiuret sanctissime, ne quis infidelibus, & catechumenis suis in manum tradat catecheses, non tamen deprecatur, aut vetat, quominus ijs, qui ad baptismum propediē sunt accessuri, fiat illarum legeñdarum potestas: me hic adferam (quod alibi sicut commodius) Clementem Romanum, Laodicenū & Bracarense Concilia, quæ hos nominatim fidem, iuxta Canonicum preceptum, hoc est, symbolum, & edoceri, & mysteria regni celestis audire precipiunt. Causa si tamen Orthodoxe lettere, ne Marentis sine Curbici discrimen, hoc loco somnies. Nam ut Christifimium agere gaudet diabolus, auditorum nomen ab Ecclesia mutuatum, in illius hereticis scholam traduxit: ut quos ille indicaret minus in perfidia constanter, in audientium classem reponeret, atque ab electis separareret. Habet enim secretatus ille suos heroas, veluti celesti semine cretos, qui constantissime vinum, carnes, ac nuptias execrabantur, quibus interim omnibus utebantur auditores. Omnis autem Christiane catecheses istud est secundum characteristicum: quod vigilias, lucernarias operas, & lucubrationes sustinat, neque sese longa meditatione comptam, & excultam proferrit, sicut unica veritatis ornatum, venustate inquit dehydrans. Nam cum ex inopinata huic, alterius sue catechumeni

PHILIP. HIS P. REGEM CATHOL.

meni response, disputationis duceretur exordium, quis esse poterat vel intentioni, vel dispositioni, & ornatui locus? Inuabat (facit) doctissimorum hominum in omnem euentum eruditio comparata, & incredibilis eloquentia: hic tamen dehydrabatur, quicquid alij in rebus cogitando, meditandoque prestiuerint. Ac propterea non temere cuius committebatur catecheterium: sed vel Patenit, vel Tuo Flanio, vel Origeni cuiquam, vel Therapeutis, qui pro nominis ratione, non solum corpora, sed maximè languentes hominum mentes varijs scelerum agititudinibus repurgarent, quorum è facundissimis pectoribus, latissima doctrina coelestis flumina omnem in partem exundarent. Cum itaque vel Cyrus, vel Nyssenus, vel quivis alius descriptas hoc titulo prodire iubet suas orationes, recte quidem, nisi quid vis quedam sit ipsi nomini, dum à sua notione disperguntur. Ac idcirco, si quid tribuendum sit coniecturis, arbitror diuum Ambrosium eas homilias, quas de moralibus ut ipse loquitur) quotidianas habuerat ad eos, qui neccidum erant baptismo regem. Lib. de mynerati, cum postmodum in scripta retulisset, noluisse catecheses appellare: quod per initianum illæ sint differentium, non scribentium propriæ. Attamen ut vincta non cedat cap. r. ipse mea, iam pridem ista consuetudo omnem inuidiam, reprehensionemque superauit. Nec iniuria sane: cum non minus doceat scriptura, quam sermo: præsertim ubi veterum illa religio in pre mendis mysterijs nostra nunc irreligione (ne dicam impietate) sublata sit. Certè quo latius per christianum orbem libri propagantur, eo ad plures utilitas pertingit: cum oratio terminis ipsius conclusa præsentis concionis penè sterilest. Ad hac cum ipsa disputatione frequenter aut vitiorum scopulis illidatur, aut placido virtutum amne decurrat, pérque scripturarum latam planiciem quieta feratur, & nunc Patriarcharum pietatem, Prophetarum institutam, ac religionem, alias Christi maiestatem, miraculorum stupendam operationem, obedientiam, lenitatem, & humanitatem, nunc Apostolorum fidem, labores, constantiam, toleratiāmque proferat in medium: quis non videt horum omnium cognitionem non solis catechumenis, sed & christianis omnibus apprimè necessariam? Ut omittam quod fortassis rimosis auribus excepta diligenter postmodum lectio revocari queant. Eapropter Cyrus Ierosolymitanus à suis catechumenis diligenter stipulabatur attentionem: quod in alijs quidem homilijs, si negligenter esse continget, id alio tempore sarcire possent, in catechesi, si quod acceptum esset damnum, non licet deinceps illa ratione supplere, quia dicta semel, & auditæ si fallerent memoriam, frustra postmodum quererentur. Genitam igitur Ecclesia laudare nos oportet agriculturam, nec minorem in scribendo, quam differendo sementem fateri nisi quod liberius est, qui in concione differit, eo, qui mentis cogitationes illinit chartis. Nam qui profundiore ore proprio transfundit in auditorum animos orationem, motus ipsos, vultusque certissimos affectionum indices obseruat, proque sexus, etatis, & conditionis varietate sermonem intendere, demittere, commutare potest: qui autem litteris velut Mercurio uititur ad animi sensa declaranda, hoc habet profecto deterius, quod omnibus passim se reddat obnoxium, neque summouendi quenquam, licet indignum facultatem habet, qua etiam in parte discedit paulo longius à catechi

Hos competē  
tes vocant  
re Ambro-  
sii. & Au-  
gustinus.

manens  
curbicus.

E P I S T O L A D E D I C A T . A D

catechista, cuius est (ut docet Augustinus in libello de catechizandis Rud.) orationem pro auditorum indole attemperare, & aliter quidem indoctos, ac omnium rerum ignaros, aliter eos, qui disciplinis, & Philosophorum praeceptis imbutos animos adferunt, instituere, & apertos admittere, indignos arcere. Hanc enim scernendi vim Areopagita diaconis, seu Liturgis, hoc est: pri-  
Eccl.Hier.  
cap. 5.

scis catechistis tribuit, ideoq; vocat τάξιν διαγριπτήν ἀπομονώποτι-  
sum equidem quia ad fores excubarent ne quis prophanus irrumperet, ve-  
rumeritam quod non sine delectu passim quoilibet catechetis institutionibus  
interesse permetterent; sed quos dumtaxat scirent in eū ordinem ab Episcopo  
cooptatos. Quid autem illud, quod idem verè φεγόνωμενος Macarius Diony-  
sius videatur ut Catechistarum triplex genus statuere: ita catechesim in toti-  
dem partes discinderet. Nā τῷ ἀνδρῶν, sive sacra via duci quandā defert  
τῷ ἀπόλον, partes alteras Episcopo, reliquas Diaconis tribuit. Quicquid e-  
nī ad agriūdīnīs, in modo ad moris cognitionē, ad peccati, totiusq; prioris vi-  
tae oīū, & infidelitatis, ignorantiae, cæcitatīs, dærestationē pertinet, id illius  
esse vult, in cuius se se curam nouis christiana disciplina sectator addixit. Ea  
verò qua ad benē, beatēque viuēdū, ad morū integritatē, cœlestēmq; in suscep-  
ta religione deinceps securitā vitā spectant, dicit ab Episcopo primum sug-  
gerenda: ut prior ille Dux veterū actionum horrorem ingenerare, hic autē in  
futurū meliorum amore instillare opus habuerit. Quicquid autem in uniuersum  
ad spiritalem efformationem illius hominis, quem iam aliquoīsque Spir-  
itus suā effingere, procreareq; cooperat, requirebatur: id totum docet ministros  
præstare oportuisse. Quoniam verò reliquas catecheses partes minutius  
enumerare fuerit immensi laboris, qui à tot recēscente forent, quot sunt homi-  
num ingenia, sectiones, cum dicat Augustinus ex catechumenorum responsis  
desumptam occasionē differendi: hoc non prorsus inepit me dictū arbitror,  
tot esse catecheson, quot scripturarū capita. Quām enim late patet utrūm-  
que testamentum, tam latū licebat finibus catecheses orbitam ducere, & pro-  
re nata nunc in Euangelia, nunc in Moysi, nunc in Prophetas, ceterōs q; li-  
bros excurrere, denique quā quisque partē diuinorū oraculorū catecheses pre-  
oculis habuisset: eā sibi ad catecheticum laborem idoneā materiā indicabat.  
Qui enim intus batur homines eoīsque prolapsos, ut ignorata, vel contempta  
vera diuinitate, brutas animantes, ligna, lapides, idque genus Deos colerent,  
eas potissimum scripturas congerebat, que mītes auersas ad veri Dei cogni-  
tionē renocarent. Qui autem mortalium flexiles animos conspicabatur in ge-  
nus omne vitiorū, nulla formidine ferri præcipites: horrenda Dei iudicia pro-  
ponebat, cœlitusque factarum ultionū terroribus ex omni scripturarū aceruo  
collectis, terribilem Dei institiā, formidādāmque severitatem demonstrabat,  
quo docēdi genere, Paulus apud infideles oppido delectatus cernitur. Quibus  
autem erat cordi vita puritas, & innocentia; vocabant ad præcepta, profere-  
bant idēa supermundana mundicie. Non deerant, qui omnia renovarent ad  
fidem. Quidā languidulas animas in spem erigebat. Rursum aliq; Dei summā  
erga nos charitatem exaggerabat: amorisque mutui celebrabat encōmia, qui-  
siq; legis, ac prophetarū epitomen esse virtutem illā, persuadere nitebātur.

Vbi

PHILIP. HIS P. REGE M CATHOL.

Ubi res erat cum Marcionita, & Simonis schola, è sacris litteris, œconomia  
Sernuatoris nostri veritas eruebatur. Si in Iudaizātes inciderat Catecheses:  
verū Messiam Christum, non modo Iudeorum, sed & gentiū, legaliūmque  
cessationem adserebat. Vbi Symeius quispiā è Platonis effugerat Academia,  
nomen Christo datus: de futura carnis resurrectione disputabatur. Quoties  
Augustinus aliquis Manenīs discipulus offerebatur: tota scriptura in eius  
hæresos subuersōnem congerebatur. Quid multis opis est: Pro varijs ani-  
morū morbis, diversa è diuinorū eloquiorum myrothecio pharmaca depro-  
mebātur, neque licebat aliūde quicquā aduehēre. Cupis huius rei testem om-  
niexceptione maiorem? Vide quid Cyrillus dicat catechesi illuminatorū quar-  
ta: Necesse est (inquit) de diuinis, & sanctis fidei mysteriis, neque sine sac-  
ris scripturis quicquam tradere, nequè simplici credulitate, & verbo-  
rum apparatu circunferri: neque mihi hac dicenti simpliciter credas, nisi  
demonstrationem annuntiatorum è sacris litteris accipias. Quām inī  
de purgatus oculus non sēgnius in ea feratur, qua ἀργαφα dicuntur, quām in  
ea, qua Spiritus Sanctus voluit apicibus elementisque signari: tamen a-  
pud Catechumenos etiā in infideles, nihil nisi ex archivis oraculorum cœlestiū  
depromēdum est, ne humanis erroribus, atque cōmentis iterū se potius, quām  
à Deo proditis veritatis mysteriis, imbui credant. Ipse quoque Tertullianus nō  
aliō suos amandabat: cum alludens auditorum nomē, diuinis sermonibus au-  
res ut frequenter irrigarent, portabatur. Nec aliunde se virtutum exempla,  
benēque viuendi leges desumpſisse testatur Ambrosius, que suis auditoribus,  
hoc est: catechumenis, in quotidiana cōcione proponebat. Postremo, nō patitur  
Dionysius à τέγρον ad spiritale recētis, & interioris Adami plastice quic-  
quam adferre, prater tā nārgina, καὶ ματύρην εὐλόγια, que inuisibili fotu,  
& Spiritus energia plena, secretis operationibus animos in alium plane sta-  
tum transferunt, honorūmque cœlestiū, ac vite felicioris odotem ingerūt. Hac  
tamen sic accipi nolo, quasi dogmata (ut Cyrillus nuncupat) vel fidei articu-  
los (at loquuntur Laodiceni, sextique concilij Patres) hoc est: symbolum neces-  
se sit excludere, quod à scripturis minimē censeri debet alienum. Illud igitur  
cum primis erat ediscendum: neque id obiter, & p̄sistacorum in morem, sed  
illius quoque germana intelligentia erat memori mente retinenda. Accedit,  
quod Nomocanonus adferit quandam constitutionem, qua iubat ēλλακά Titul. 4. cap.  
adultos ncn prius baptizari, quām scripturas, & sacrosanctos canones edicti 4.  
fuisser. Hoc si receptum fuerit, fatetur enim nullum is author se canonem, qui  
id doceret, inuenisse, an non ingēs labor baptismi candidatis accreverit. Equi-  
dēm penē videretur incredibile tantum studij, ac diligentie à catechumenis  
postulatum: nisi Cyrillus non multo minorem operam à suis oīm exegis-  
set, quos aduersus omne genus hæreson & infidelitatis unica cateche-  
si volebat armari. Opus est discere (inqnebat) quomodo Grecum trans-  
figas, quomodo pugnes contra hereticum, contra Iudeum, contra Samari-  
tam. Quid autem Iudeis in scripturis exercitatus, quas nocturna, diurna-  
que manu versant? Grecorum autem eloquentia quid admirabilius? Quid  
Philosophis vel acutius, vel sublimius? Hæreticorum imposturis quid  
ē 4 accu

E P I S T O L A D E D I C A T . A D

accuratius. Et ne Samaritanos contemnendos esse putas, tanta fuit eorum in errore perinacia, ut legibus caueri oportuerit, ne si quando ad fidem venissent, prius fidelibus adnumeraretur, quam per biennium diligenter instructi priorē vesania penitus expulserint. Quis non dicat hec non tyronē quēpiā, sed veterānū, non catechumenū, sed christianum poscere, cūmque non plebeium, sed vel Sacerdotem, vel Thologum, vel Episcopum? Nihilominus, quod maximē mirandum est, vocantur ea omnia tam operosa, tam difficultia laetitia institutio ab ipso Cyrillo, & ut miremur vehementius, a diuino Paulo. Sic enim ille suis, qui recens instituebantur, necdum sauis expurgatis: Lac (inquit) vobis potum dedi, non escam. Lac autem istud aliud nihil significare, quam institutionem catecheticam, que per auditum infundatur, nutritaque in vitam aeternam, locuples mibi testis erit Clemens Alex. lib. 1. sūi p̄dag. cap. 1. eodem alludens Basilius in oratione, qua procastinatores catechumenos hortatur ad baptismum, ait, Ecclesiam subs procul alumnos altissima voce conuocare, ut quos pridem parturisti, demum latē sine eruditioris enuntiis catechumenos cibi firmioris degustatione, institutoq; perfectiore corroborer. Sed Paulum nemo melius ipsorum Paulo declarabit. Is enim ostendens quodnam lactis genus indicatiū nobis voluisset, initio sexti capituli eius, que est ad Hebreos, ita loquitur. Omittentes initij Christi seu Christiani (si ita libeat hebraismum explicare) sermonem, ad perfectionem feramus (en tibi porro tanquam dīgito demonstratum solidum cibū) non rursum iacentes fundamenū p̄cenitentia ab operibus mortuis, & fidei in Deum, baptismatum doctrina, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & indicij aeterni. Audis latēam doctrinam? His in verbis nisi iam prescriptum esset ab omnibus ferè interpres, qui manuum impositionem uno ore referant ad Sacramentum.

Burchar. lib. Confirmationis, cum agat Apostolus de ijs, que Catechumenis tradi consueverunt, (inter que non facile quisquam alijs in locis confirmationem adnumerat am deprehendet) idque olim habuerit Ecclesia consuetudo, vt ijs ad ductis, qui catechesi dare nomen cupiebant, manus imponerentur ab Episcopo: non incommodè fortassis Paulum hac de ceremonia loquuntur esse dicremus, quam Areopagita tradit. cap. 2. Eccl. Hier. Posteaquam enim venie ti, divina vita leges, & quo pacto ad Deum sit accessendum declarauerat: si pulabatur num ita vivere institueret, qui ubi omnia se seruaturum proponerat, euēstigio eius capitii manus Ponifex imponebat. Confirmat hanc sententiā Cōcilij Carthaginensis, can. 85. præcipiens ut bapiizandi dato iā nomine crebra manus impositione veluti præcludant suuero sacramento. Sed ut ad institutum recurrat oratio: vocat Apostolus lac, omnem illam doctrinam, que audiens traditur, quamvis inspergantur plurima, immo ferè omnia talia sint, que ingenij nulla vis citra fidem lumen apprehendere queat, denique prouisus eadem, que adulis, & in etatem perfectam usque progressis in Christo traduntur: his tamen, cibis robustior, illis autem lac appellantur. Verum istud discrimen ubique seruatum reperies: quod illis, hoc est, catechumenis tantum prodantur. (vt inquit D. Augustinus) robustioribus autem etiam exponantur, & pertractentur, ut non in rebus ipsiis, sed in ratione docendi & utissima fuerit

1. Cor. 3.

Heb. 6.

4. cap. 1. 1.

PHILIP. HISP. REGEM CATHOL.

fuerit diuersitas. Et si uenius Augustini lenis (quod minimè debet) cuiusvis deatur autoritas: (Cyrillus non dissimilia tradit. Nam cum admonet catechumenū in ipsius baptisteriū iam penē limine consistente, ne audita proficerat in vulgo, Fucras (inquit) & tu aliquando catechumenus, neque tamen proposita tibi mysteria enarrabantur. Et alio loco iam baptizatum alloquens. Considera, ait, quantā Deus dedirit tibi dignitatem. Catechumenus vocari, foris subsistens audiebas spem, & nesciebas, audiebas mysteria, & nō intelligebas, audiebas scripturas, & ignorabas. Cum igitur simplex preferitur historia, nec allegoriarum proditur sublimitas, cum appendetur verba scriptura, vel totus etiam decalogus omisis sacratoriis intelligentijs obtrudetur: lac reuera porrigitur. Cum p̄cipienti ratio traditur, cum anteacte vita odium acceditur, cum articuli fidei velut in numerato recitantur, cum iudicij metus incutitur: nil aliud quam infantilis atas laetis nutritur dulcedine. In hac autem catechumenorum, arenam, quamvis latē patentem, non cuiusvis absque legibus descendere licetum erat. Nam si queritur Apostolus quosdam fraudulenter ingressos, ut Christianam libertatem explorarent: multò latior hic dolis, & infidelium veterorum curiositati aditus ad expiscandum mysteriorum, totiusque disciplina christiana rationes, nisi prudens Ecclesia in ipso lumine custodes apposuisse, qui adeuntibus leges praescriberent, ac eorum ingenia, vitamq; perspiccerent. Et primus quidem velut in excubijs extra vallum consistebat sacer via dux, quem (ut alibi diximus) & vadox op̄ vocat Areopagita. Quisquis enim pentesias infidelitatis, & vitiorum induxit in animum huius vita meandros, & scelerum ania deserere, exq; Babylonica confusione, in spirituā Ierusalem se recipere: ante omnia (Christiani vulgi spectatissimum, quem indicarat, deligebat, qui viam, iterque commonstraret. Illum, ubi causas adeundi exposuit, obtestabatur, multisq; precibus fatigabat, ne se despiceret miserum, promiscubaque se cuncta ex eius prescripto facturum, tācum ut ad pontificem se deduceret, & itaq; deinceps eum recipere, ferrisque pracepta. Is autem ubi tandem persuasus adiunxit hominem, imbuebat primis catechesis rudimentis, ostendebat quibus in tenebris, & caligine procula diuinitatis, verique boni cognitione iacuisset, quam diuersum a virtute tenuisset iter, denique veterem τὴν ἀθετήταν, (ut Areopagita loqueretur) καὶ ἀγνωστα τὰ δύτικα καλοῦ, καὶ τὴν τῆς ἡρῷος ἀρεβεγνοίαν ponebat ob oculos. Est nim primus ad sanitatem gradus morbum agnoscere, ac detestari: iacit circō fuit illa παρασκευή futura catecheses, quam superius ταῦδε οὐ π τὰ δύτικα nuncupatam ab eodem Dionysio diximus. Ne quis autem iuxta parvum Matth. 5. euangelicam cœcur cœco ducatim arbitretur præstisse, quemadmodum nunc passim cernimus pro aliena fide spondere faciis ignaros: sanctissimus Pauli discipulus hunc sponsorem ijs exornat titulus, qui citra rerum dininarum admirandam peritiam tribui nequaquam homini posse videntur. Primum enim vocat ἐπέστρητο μετά τanquam celestis itineris, ac vita gnatrum, atque uniuersorum, que ad beatum finem perducunt, exactissime conscientia. Nuncupat præterea τὸν ἀπλανὸν χειραγών τοῖς θεοπαράσταις.

i  
καταστάσις

EPISTOLA DEDICAT. AD  
S. Petrum, qui semel in eius manu se tradidisset spem haberet certissimam via fœliciter conficienda. Posteaquam igitur nonus hic miles illam edocitus esset tunc  
natus eau't dñi magni rausus Dionysij verbis utar, quæ ipse  
ad eum magni estimat, ut tunc p̄ḡt̄or ieḡp̄t̄or vocet) ad hierarcham deducatur, qui in ipsis diuinis status foribus adstans, palantes circum in ouile  
Christianum introducere gestiebat. Is ergo susceptum in secunda veluti sta-  
tione collocabat faciebatque potestatem deinceps inter catechumenos confiden-  
di. Vsq; ad eum magnū habebatur beneficium, si quis vel inter catechumenos  
numeraretur. Sic narrat Senerus Sulpitius illum nobilissimum, tōtque miracu-  
lis insignē D. Martinū cū esset annō duodecim, iuuitis parētibus ad ecclē-  
siā cōfugisse, sēque fieri catechumenū postulasse, quod si credamus Areopagi-  
ta, partim eo, quod diximus partim eo, qui sequitur, rītu peragebatur. Percū-  
Etabatur adeunte Episcopus, cur venisset. Is autem ubi priorem infidelitatē,  
miserias, errores, caccitare, peruersitatem se execrari, & eorum, qua ad Deū dedu-  
cunt, defyderio teneri respōdisset: audiebat mox ab hierarcha quibus id modis  
fieri, quōque pacto vitā restituere oporteret, ac nū ita viuere decreuisset, roga-  
batur, ubi annuisset, eius capitū (ut superius ostendimus) manum admouebat  
Episcopus. Huic rei suffragatur Laodicenus can. 28. quo iubetur, ne quis ca-  
techeticis institutionibus adhibeatur, qui ab Episcopo non sit admissus eo.  
Nam quamvis nōster interpres eius canonis videatur diuersam reddere  
sententiam, qui dictionem Graciam ētiquisq; verit̄ exorcizare, tamen  
Ioannes Balsamon non ignarus quid ea voce contineretur, reddit per uan-  
tūxīs artrōs dīnōs. Quod si hominis Graci lenis habeatur calculus, est  
zib. 4. decret. cap. 8. Braccarenſis concilij canon tertius à diuino Burchardo seruatur, qui non ob-  
scure eidem adſtipulatur coniectura. Precipit enim, ut iuxta veterum cano-  
num preceptiones viginti ante baptismum diebus ad purgationem exorcismi  
catechumeni veniant, in quibus iuxta canonicum preceptum erudiantur,  
& conſercentur. Esto igitur, Laodicenum illum canonem, si cui libet, de  
exorcismo interpretetur, modo concedat (quod res clamat) ſimil adhibitam  
fuſſe catechesim, quod Braccarenſis canon declarat: neceſſe eſt fateri neu-  
trum à diaconis non annuente factum Episcopo. Ceterū ad eum modum  
receptus, atque in catechumenorum familiam cooptatus, diaconis curan-  
dus, instituendisque permittebatur. Nam tametsi in ipſa (ut ita loquar)  
catechumeni conceptione sacratoris ille via demonstrator, & iep̄aḡx̄ ſuas  
partes obierint, ut informi tamen illoſeſtis christiana magis poſtmodum li-  
neamenta duceret, adque hominis tandem incrementa iufita perductus, ortu  
nouo coaleſtes in auris per veterum Eccleſie funderetur, erat muneris tunc  
artrougyw̄, eaque propter ministrorum ſacrum ordinem ſacer Areopagita  
nuncupat diaconum in naſt̄ ip̄s̄t̄ay, ngl̄ māie uoquēvnp, & alio in loco uog-  
quēvnp, ngl̄ diaconat̄ ip̄s̄t̄ay diversis metaphoris, & epithetorum varie-  
tate laboriosam curandorum catechumenorum prouinciam oſtendens. Ut  
enim argilla prius vilissimā temperaturam in praeclarum aliqued vas pla-  
ſtes efformat, vel quemadmodum rudi ligno, vel alijs cuiquam materiaperi-  
tus artifex

## PHILIP. HIS P. REGEM CATHOL.

tus artifex Mercurij, Cupidinis, Apollinisve formam inducit: hanc ſecio-  
terreſtres, varieque ſcelerum collunie deformes animos, ministri doctis ora-  
tionibus veluti Circais peculis ad eum ſtatim, figurāmque renocant: que  
vitam p̄piritalem ſuſcipere poſſit. Qui etiam eleganii translatione tribuit ob-  
ſtrictionem: quia pragnentes animas veritatis amore, qua iam per ver-  
bum, & ſanam doctrinam aliquoſque Chr̄ſtūm concepiſſe videntur, admini-  
nunt, curāntque ſednlo, ne quod natum eſt, extinguitur, nec ante tem-  
pus abortum faciant, ſed felici tandem partu noua illa creature edatur in  
lucem. Nequaquam tamen iſtud ita fuſſe perpetuum putandum eſt: ut ſi  
cubi vel diaconorum absentia (ut illi non omnibus erant in locis) id poſce-  
ret, non licuerit alios ad id munerei assumere. Certè D. Burchardus lib. 4.  
decre. capit. 15. ex decretis Clementis Rom. Pont. iubet eum, qui fidelis  
vouerit exiſtere, accedere ad ſacerdotem ſuum, illique dare noſſen, atque  
ab eo mysteria regni cœleſtis audire. Quid, quod Cyprianus eodem protru-  
ſcrit Optatum Hypodiacionum, licet hoc poſtea nomine datis ad clerum lit-  
teris expurgari ſeſe, factūmque dixerit propter ministrantium paucitatem?  
Verū de causis effectricibus, & administris plus ſatis. Quonam autē iſta  
ſpectarint, iam ex pari diectum eſt, nec liber in re maniſta morari. Cum  
enim ad baptismum veniantes recitare ſymbolum, fidēmque diſerē profite-  
ri debuerint, imo cum feria quinta hebdomada ſancta, iuxta Laodicenum  
canonem 46. catechetici prefectoris coram Episcopo, vel presbyteris ali-  
quod ſpecimen edere conſueuerint: nemo non videt ea, que diximus ha-  
bēnus, eō ſpectaſſe, ne impatiati sacramentis admouereſt. Longiorem  
porro finem ſpectabat Ambroſius, cum ad hunc modum initiandoſ allo-  
queretur. Cum vel Patriarcharum geſta, vel prouerbiorum præcepta  
leguntur: quid putas aliud ſpectatur, quam ut ijs informati, atque inſti-  
tuti adſueſtant maiorum ingredi vias, ac diuinis oraculis obedire, quō  
renouati per baptismum eius uite cursum teneant, que deceat ablu-  
tos? Eſi enim aliud nihil, longo tempore dediſendum erat, quod pra-  
ua conſuetudine magistris, doctorēque diabolo, in ſceleribus didicerant.  
Eximendus erat ſenſus animi, ijs pedicis, quibus diuini muliūmque ad-  
ſueuerat. Id autem doctriua cœleſti commodiffime fieri quis negauerit?  
Tam enim eſt efficax, ut uicioſos affectus committare, & operacione di-  
uina ſacrilegis pectoribus ſtudia pietatis infundere valeat, ut hi qui ſi-  
ne lege viuebant, conuertantur ad Dominum. Erant alijs plurimi fine:  
ui foret enumerare longissimum. Si enim audito tantum fidei nomine  
quis ad baptismum confeſſi, ſuſſe admissus: nullo poſtea negotio ab he-  
reſiis tranſuſſus abducatur, perijſſat qui ſub Christi nomine, ac ſe  
oblioſe melle poculo, impia dogmata propinquant, incantis. Quid enim  
facet, qui hereticum a fidei mendacio a veritate, ſanctum  
a propria, lapum ab ore, Satanam ab angelo lucis discernere  
non poſſet? At vero, qui prius catechesi diligenter instruetus, a ba-  
ptismo Marcionem audiuiſſet. Deorum alterum bonum, alterum  
malum

malum adserentem, aut reliquorum Sathanæ clientum quempiam sua vene-  
na porrigitentem: memor pristina institutionis facile pernicie effugiebat. Ade-  
de catechesim ideo premissam, parvum ut exploraretur, esset ne sincera con-  
uersio, partim, ne cum ad aquas ventum esset, candidatus Naramani vecor-  
diari imitaretur, & consueta balnea cogitans, talem hic ablutionem parari  
crederet. Ad hec cum olim baptizatis etiam pueris testentur Arcopagita,  
Cyrillus, & Ambrosius porrecta sanctissima Eucharistie sacramenta: quid  
aliud quam cibarium panem, & vinum ænopolarum in mentem revocaret,  
qui huic rei nihil penitus inaudisset? Quanquam hanc iuverim inficias, non  
ita aperte, nec nisi dato iam ad baptismum nomine, horum misteriorum quic-  
quam fuisse declaratum. Postremo ferè coniungebatur sacramentum Consi-  
gnationis, maximè cum Episcopi baptismum obabant: quid ibi putas dicturum,  
quem prenia catechesis non instruxisset? Sed non liber ire longius. Ut autem  
has aliasque non contemnendas catechesos uilitates consequeretur is, qui na-  
texitq[ue] cuperet: ipsum sibi nequaquam deesse oportebat. Erat autem cum  
primis necessaria penitentia, vel ipsis Apostolorum principibus Petro, & Pan-  
culo cap. Act. 2. & ad Hebr. b. testibus, non ea quidem, quam inter nostra an-  
guissima sacramenta numeramus secundam post naufragium tabulam, sed  
peccatorum, & antea e vita detestatio. Sic enim eam explicat Tertullianus  
libro de penitentia, dicens nos non ideo ablui, ut desinamus delinquere, sed  
quia iam desimus. Quamvis enim addicta sit certissima criminum omnium  
remissio per baptismum, quam neque lacrymae, neque ieunia, neque cineres,  
neque cetera, que penitentium labor usurpat, sed unius Christi pro nobis ob-  
ita mors promeruit: nihilominus ut ad fontem quandoque liceat peruenire, ut  
ne quis ante tempus excidat, ut ne Simonianam quis ad aquas adferat im-  
pietatem, ne peccandi libido perseveret, ne prius initum cum diabolo fœdus  
non satius ex animo irritum cupiamus, modis omnibus danda est opera, & ipsa  
caro viva cum voluptatibus, & illecebris universis macilanda, & immola-  
da Deo, ut prius mortuam se sibi mundoque testetur, quam ad vires spiritualis  
beneficium perueniat. Propterea Neosariense concilium can. 5. eum, qui  
peccare visus fuerit, a statuum catechumenorum gradu in audientium ordi-  
nem rejicit, atque in genua procumbentem audire præcipit, in peccatis autem  
persecutentem penitus explodit. Videbatur enim indignum, remissionis pec-  
catorum illi spem facere, qui ab illis abstinere non decreuisset. Quid autem si  
hoc laboris pretio (ut loquitur Tertullianus) dominus veniam addixerit, hac-  
que penitentie compensatione redimenda constituerit impietatem: tunc prius  
mercem exiges, quam numnum perflueris? Non abs te o peccator quisquis  
es, humanam sapientiam, non eloquentie fabiam, non philosophorum tumorem,  
non splendorum natalium requirit Deus. Quid igitur? Audi Tertullianum  
totius catechesos fundamentum struenter. Hec prima (inquit ille) audientis  
intinctio est metus integer hic ad fidem, hic ad baptismum, hic ad omnia fi-  
dissimum est Ariadnes filum. Hinc ad penitentiam, qua de nunc agi-  
mus, erat continens, quam ante omnia desyderatam quoque testatur.  
Iustinus altera Apologia, dicens eductos in primis catechumenos ieunio, &  
precibus

precibus petere à Deo præteriorum peccatorum venia, qua verba doctissimi,  
sanctissimiq[ue] martyris in medium adferre visum est, ne quis omnino suam,  
ac delicatam illam fuisse pœnitentiam arbitretur, quasi præter vite commu-  
nitionem nil desyderarit, cum suo quoque tempore dicit charus ille Deo philo-  
sophus ad preces, inmediisque vocatos fuisse catechumenos. Ieiuniorum me-  
minit præterea *Cyrillus*, Clemens quoque Romanus apud Burchardū eadem  
postulat, & quidem frequentia. Quid autem addi possit post decretum Car- Lib. 3. cap. 15.  
taginenium Patrum equidem vix inueniū, qui carnibus, & vino catechu-  
menis interdicebāt, maximè posteaquam ad baptismum nomina deditissent.  
Eiusdem lib.  
Quid de iniuriarum oblinione dicā: quam vel in primis *Cyrillus* requirebat  
in suis? Qua enim fronte baptizādus diceret domino, remitte mihi multa mea  
peccata, qui pauca conservo non remitteret? De rerum omnium, totiusq[ue] mū-  
di contemptu, quorū attinet vel bisceps? Nam quo pacto non omnia simel  
pedibus conculcabit, qui de vita aeterna, deg[er] anima sue salute periclitari se  
cogitat? Alijs fortè fidelibus, qui iam in portu nauigant, circunspectio[n]is stu-  
dium nonnihil remitti, vel relaxari potest sine graui periculo, quia non faci-  
lē conuelli possunt, qui firmas egerunt in Christo radices: at noster catechume-  
nus, qui adhuc in bilance consitit, heretique dubius adsequendi, vel non adse-  
quendi, semper in propositam spem aciem oculorum intendere, nunquam non  
velis, ac remie ad quietis portum enixissime contendere debet, ne si usquam  
deflectat, hereat, offendat, à prostituta quoque salute penitus corruat. De obe-  
dientia, ne nihil dicam facit *Dionysius*, qui hāc virtutem ad ipsas (ut sic lo-  
quar) catechesos foras excubantem collocat, nec aditum cuiquam patere, ni-  
si hac duce, manifestè declarat. Vbi enim is, qui christianarum rerum cupiditi-  
tate flagrabat, pollicitus erat anadoco[s] se, quicquid imperaretur, facturum:  
mox ad hierarchā deductus eandē stipulationē retinebat. Quid multis opus?  
Quādmodū lutum plaste manū sequitur, non obloquitur non reluctatur, sed  
quālibet formam inducere sinit: ad ipsum modū nisi catechumenus seipsum  
abdicet sibi, torūmque tradat instrumentū arbitrio, consetur ineptus. Quid lō-  
ganimitatem, ac tolerantiam predicem: dum tamdu sibi foras ecclesia nō pa-  
tere equanimiter patarentur, dum illam intolerabilem à sacris omnibus con-  
uentibus electionem, fortiter cōtempo pudore, propter Christum deuerabant,  
longissimq[ue] penitentia perferebant arumas, eisque tanto grauiores, quād  
litteris, & stationi baptismi videbantur propinquiores? Quantum autem  
in ea re temporis consumperint, prima fronte non ita Patribus videtur fuis-  
se constitutum. Nam ut Ecclesiarum alijs in locis erāt non penitus ijdem ri-  
tus, & confuctudo: ita videre est alibi longius, alibi contractius prostitutum  
fuisse catechetica penitentia spatium, non quod usquam toto catechesos tem-  
pore (quod nonnullis ultra biennium producebatur, ut de Samaritanis nuper  
diximus) vitam penitentie expertem agerent: sed quod è maiora, certioraque  
conversionis aëgumeta prodere deberent, quo regenerationis beneficium ma-  
gis appeteret. Et Clemens quidem Rom. referente Burchardo, huic rei tri-  
 mestre spatii prescripsit. *Cyrillus* dicit quadraginta dies catechumenis da-  
tos ad penitentiam, posteaquam nomen baptismō deditissent, cui videtur His-  
toricus  
3

ronimus ad iipsum, cum dicat eam apud suos fuisse consuetudinem, ut ijs, qui baptizandi essent, per quadraginta dies publicè traderetur sancta, & adoranda Trinitas. At vero Braccarense concilium viginti dies cum lustrationi, tum institutioni, & consecrationi tribuit: & nimurum illos maxime laudarit Ecclesia, qui Clementius illud trium mensum spatium emcluerent, sed hominum tandem negligentia, & ignavia non penitus etiam reffuerere coegerit eos, qui saltē diebus viginti salutis sue dedissent operam. Nam hic & sic indulgentia, & hominum negligentia limitem praefixit Ecclesia in concilio Laodicensi cap. 45. iubens ne quis post duas hebdomadas quadraginta recipere turaret ad baptismum. Hac cum ita sint: nisi summa temporis illius Christianorum integritas, & sanctimonia suo iure tales candidatos postulasset: visa fuisse atrox iniuria tantam vita sinceritatem, tam heroicos spiritus, ac virtutes incomparabiles ab ijs expetere, qui neque Christi spiritu habebant, neque in caelum adhuc erant adscripti familiam, vixque primum fidei limen attigisse videbantur, quantas haud scio, si nunc Christianorum millestimus presteret. Vnde factū est, ut iam pridem mirari desierim Syncrōnios, Nestorios, Ambrosios, & similes heros ex hoc ordine ad Ecclesiasticā dignitatis apicem repente subiectos: cùm in illis prater baptismi symbolum nihil defuderari, nulla virtus, nulla eruditio, & rerum Ecclesiasticarum, atque adeo necessaria pars requiri poterat. Ceterum istud omnem superat admirationem: quod tam letas herbas, & auspiciatissima grama, que olim Christianis horreis messim uberrimā pollicebantur, non alio, quam quos suis infideles, habebant loco, nisi quod tantisper publicis synaxisibus interesse, dū scripture recitarentur, permitterent, quod ubi factum erat, mox Diaconus inbebat eos ad Pontificis orationē inclinare capita Deo, ut is nimurum leue ingū suis illis imponeret, ut Ecclesia sua tandem corsortes efficeret, idoneosque redderet lauacro regenerationis, remissioni peccatorū, indumento incorruptionis, & agnitioni filii suicuius orationis meminit canon 19. Laodicenus, praeopiens Episcopum separatum prostratis (sic enim illam inclinationem debimus accipere) catechumenis orationem celebrare, qua perfecta statim diaconus iter pronuntiebat, ut in grecanice liturgijs valere est, διατριψομενοι τροπαια τε. Quid ad hanc adda posset iniuriā; si carnaliū dannata hominū sententias exquiramus. Sic enim electi, nullus intra toris templi ambīus anguis permittebatur. Dionysius non patitur eos interim adesse, dū perageretur diuina confitentia, sacrū vnguenti mysteriū, ac ne in defunctorū quiae iustis locum ullū tribuit. Arausianū autem concilium nec illud salutare lauacrum sinit intueri, quod votis omnibus exoptare, non tamen presumere debebat, ut loquitur Tertullianus libro de penitentia, denique (ut verbo dicam) nihil eorum omnium, que sancta operatur hierarchia poterant adspicere: quippe qui ne adspiciendi quidem facultate, que in baptismo confertur. unde tē fortis quōd nomen habes, prediti esent: sed inīstā catulorum recentis infantia (hanc enim cōparationem adspicere Tertullianus) nec dū perfectis luminib⁹ reperirent, atque in incerta palparēt. Quid autem de aspīctu loquor? Ne audire quidē impunē licuisset mysteria: cuius rei nullū erā testē producturus, quā toris antiquitatis suffragia, cōfir-

mant, nisi unius Ambrosij sermonē mirabiliter efficacem pratermittere dūxissem nephias, qui in libello de initiandis mysterijs capite primo sic suos aliquit. Nunc de mysterijs dicere tempus admonet, atque ipsam sacramentorum rationē edere: quam ante baptismum, si putassimus insinuandam nōdum initiatis, prodidisse potius, quā edidisse estimaremur. Vides teneris animis apparatum cibi perfectioris noxiū fore, & malē sano conuinuatori fraudi futurū? Ut enim medicus, si febricitanti viñū porrigit, sese deridiculum, & artis quaprofitetur, ignorarum quidē demōstrabit, nihil tamē secius agro potius incepitius adferet perniciē: ita, qui gestientes catechumenos impia lenitate admittebat in penitiora, & quidem Judaicae prōditionis reū constituebat, illos autem ingenti dāno multū abat. Quid illud quod Chrysostomus in quadam ad Antiochenos oratione dicit, non fuisse permīssum catechumenis, ut orarent in ecclesiā, quamvis non de ijs intelligendum arbitrer, quorum nomina in baptisi mi dūtūx & relata fuerant, sed vel de ijs, qui peccarant, vel qui tantum erāt audiētes, propter illam horū ex canonib⁹ Neocastrijs, & Nicano superius allatam distinctionem. Iuxta quā sententia canonem Arausianū interpretator, qui prohibet ne catechumenis legeretur Euangeliū. Et si quis prima delectetur antiquitate, in liturgia diui Iacobi diaconus hoc ipsum iſfāem iātūm non improperabat, nimurū suis fideliū precibus adiungere non licere. Sic enim ibi sublata voce inquietabat μῆτις τῶν νατηχθεῖν, μῆτις τῶν ἀμύντων μῆτις τῶν μὴ πληναχθεῖν ἀμύνοντες τὸν φρέατα. Profecto nisi fortissima pectora prius insigni sui ipsorū cōsideratione, atque patientia obarmassent, hoc unum desperationē valueret inducere. Neque tamē istud fortassis urebat minus, q. Burch. lib. 4. cap. 14.

non unā cū fidelibus, sed seorsum etia in privatis edibus ex prescriptis Arausianī can. 18. signari, benedicij, inberentur. Adde huc Moguntiaci concilij peruerteris quinū caput catechumenis haud secus interdicere initiatorū baptismo, communione mensa, osculi, & eius generis civilis salutationis officijs, quam si prorsus execrabilis, & excommunicati forent habiti. Hac tamē omnia, si cū eo, quod nūc dicturus sum, collata fuerint: levissima videbūtur. Nā quicquid battenus laboris exantlatū, quicquid audiēdo, studēdo, cognitionis cōparatū, quicquid per patientiā, per terrenarū rerū contēptum, per iniuriarum obliniōnem, per promptissimā obedientiā reposū erat: id uniuersum, poſtremū istud, quod ex Patrum, conciliorūq. autoritate sumus audituri, euertit, dissipat, inque ventos, & auras tenues dispergit. Et dūdū quidem audiūmus ex Chrysostomo catechumenum nil habere cum fidei commune, nō dominū, non cibum, non cōclum, non denique Christū: idem tamen discretissimus Episcopus homilia quadam catechumenos absque sigillis, & illuminatione defunctos, infidelibus in eternis adnumerat supplicijs, atq. extra regales aulas nunquam finiendis pœnis addictos adserit. Neq. mitius de ijsdē loquitur can. 35. Braccarense cōcilium prohibēs sancte oblationis commemorationem, & psalmorum impēdi officia. Quid horribilius dici poterat? Non miror equidem si coelestē parentem unā cum filijs alienus non interpellaret, si neq. suscipere, neque audiire, neq. adēo cernere fas erat minimē deputatis auribus, & oculis sacrosācta symbola, si poſtremū cū alūnis Ecclesiā nullū haberet cōmercium,

E P I S T O L A D E D I C A T . A B

qui necdum per baptismum in Ecclesiam esset ingressus. At vero quis nō vehementer obstat pescat eum, qui proposito certaque voluntate iam ab infidelium consilio migraverat, ad eosdem in aitnum retrahit: & qui si mors inceptum cursum infausta non abruptisset, ad Christum iter instituerat, ad satana, cui bellum viuis indixerat morium infanda castra reuoluit. Etenim si Christianis non esset persuasissimum iustissima semper esse Dei iudicia, quamvis plerumque rationes illorum peruidere nequeant obtusa mortalium ingenia: non abs re querimonia locus hic esse videtur. Sed absit ut vel crudelitatis, vel iniustitiae Deum, vel falsitatis Ecclesiam insimulemus. Quid igitur? Ipsi quaestioni pulcherrima similitudine respondet magnus Areopagita ὁ περὶ (inquit) εἰ τέλεστα, καὶ ἀμύνεστα τῷ σώματι σέφεν τὸ δικαῖον, καὶ ἀπόθετον ἐπὶ γῆς ἀπότοσιν ἔχει, neque quisquam mentis compositionem illam partum generationēmve nominabit: ad eundem modū cum diuinam ὑπαγέγενη minime sint adepti sed etiam tum vinificis figurationalibus efformentur catechumeni ad procul diffūsum adhuc vita, lucisque principiū: mirari cerè non debemus, si beata illius gloria, ac vita censeantur exortes, cuius hic nullam imaginem, que primum à baptismō dicitur, habuerunt. Nisi forte quispiam usqueadē sit infanus, ut fœtum morbo quopiā, aut violētia uteri materni tenebris excussum, in quo vix rudia corporis, & artuum lineaenta conspiciantur, velit paternis tabulis heredem nominari. Quid si mortales inter id absurdum, & elleboro dignum: quid de celorum hereditate statuendum est, quam soli adituri sunt, qui in virum perfectum, & mensuram etatis Christi euaserint? Quis autem: vixdum ē carceribus infidelitatis egredīs, fidelium certaminum palmas dicat promeritos? Aut quis coronandos nautas, quid afflītam, quassatamque nauem ē naufragio subduxerint, priusquam in portum appulerint, censem̄? Denique quis a morte dicar esse libera-  
tos eos, qui vita limē hanc dum attigerūt? Neque vero de catechumenis Basilius, & Ambrosius sensere magnificētūs. Nam ille quidem ea oratione, qua cessatores catechumenos, ut ad baptismum properarent extimulabat, Nemiser(aiebat) decipiari saderit profectū tibi repentium exitium, ac interitus procella similis te euerret. Penit angelus tristis, per vim tuam ut peccatis irretitā animā rapiat, atq; ad tartara nigra deducat. Alter vero sermo-  
ne 22. post Epiphaniam, dicit catechumenū instar aqua pallere rigere, ac iacere, neque saporem ullum, atque odorem habere, ac nullius esse pretij, nec sufficientem ad usum, nec delectabilem ad resciendum, nec tolerabilem ad seruandum. Nam sicut aqua cum seruatur diutius, putreficit ac faret: ita catechumenus, cūm diu talis permanet, in deseriūs conuersus, intra semet: vilescit, ac perit. Eatorū ista quidem à sanctissimis viris per contentiōnem seruore disputationis effusa, in ijs tamen appetit nibilominus, quam procul adhuc à infidelium felicitate consistat catechumenus. Veruntamen si quis Valentinius dum sacerdotem expectat, dum Ambrosium suum operiarur, cuim in dies, & horas speratur aduentus, dum sacramentum audiē prestolatur, ac suorum fidem implorat, celeritate temporis, non voluntate præpeditus optati lauaci

Ecc. Hier. ca.  
3 part. 3.

volum

PHILIP. HIS. P. REGEM CATHOL.

votum implere nequeat: putas Deū tā immittē, ac ferrū, ut obliniscatur operis boni? Absit. De suo enim Valentiniā hunc in modū loquitur Ambroſius. Non habet gratiā quā defuderavit? nō habet quā poposcit? Et quia poposcit, accepit. Sed video quo me prouexerit ista disputatio, video me iam epistolares transgressam angustiācuius rei tamen proprieatē me penitet minūs, quod saturum ſperem, ut eorum, qui olim infituebātur, labores, peruigilias, inedia, paſſim indigna de templis eiectio, moleſtum, diuque ſuſpensum baptiſmi defuderium utcunq; perfecta, nobis preſentem ecclesia manuſtudinem, lenitatem, indulgentiam maiori cūm honore, tum amore dignissimam esse perſudeant. Veſeres enim (ut videre nunc fuit) catechumeni, cūm diu ſalutari doctrina, ieuiujs, precibūſque dediſſent operam, poſt teſtatam omnibus integerimam fidem, poſt multis exemplis explicatam vita innocentiam, vix impetrabant, ut baptiſmi liceret agere candidatos: cūm nobis vixdum egressis angustias uteri latifimum ſinum ultrō pandat Ecclesia, & ad ſacros baptiſmi latices vix ſentientes, ne dicam recalcitrantes admoueat. Illos fidem ediscere, quam proſterentur oportebat: nobis ſuppeditatur Ecclesia parentis vicaria, fidēs. Illis quantumuis preſtantibus, nullum preterquam auditorum, catechumenorum, diſcentium, competentium, & ſimilia contemptibilia nomina: nos ferē non prius homines, quam christiani vocamur. Illis nullum attingere can. s. erat niſi unicum ſalis ſacramentum (ut vocant Patres Carthaginēſes) non Euchariftiam ſumere, non vñā cum fidelibus preces coniungere, non ſimil benedictionis ſacerdotalis adire beneficium, imò ne communem quidem mēſam, & ciuile osculum: nobis recens effusis in auras cum baptiſmo ſacramentorum omnium ius, ac potestas acquiritur. Quid plura? Cogebantur illi nonnumquam integris luſtris, ac penē ſeculū grauem anteactorum peccatorum ſarcinam baſiulare, ſubque diaboli tyrannide gemere: nobis autem mox ut hunc ſpiritum hauiimus, adimitur omne ingum peccati, nec prius terram, quam cœlum ingredimur. Et cūm illos, poſt hec omnia, perpetuo cruciaret excidi di metus, ne prius à vita ſubducerentur, quam optat a liberationis, & pacis pignus acciperentinos non ante mortales inter, quam cœlestis Ierusalēm ciues adnumeratūr. Hac cūm ita ſint: an non fatui ſimus in pienissimā matrem ingratisſimi, inq; bonorum omnium largitorem Deum impijſimi: ſi nūc ne tantum quidem laboris adſumere libeat, in edifcenda catechesi: quantum ſaliē ad christiani nominis, quo tantoperē nobis placemus, decorū ſeruandum requiritur? Quis autem non indignissimū censem̄ ea prorsus ignorare, quibus appellationis anguſtissime ſplendor, decūſque ſuſtentetur? Expoſtulabit qui volet de morum, ac vita impietate christiani nominis fulgorem obfuscante: mihi certi alius nihil quirirari libet, quam quod per ſummati iniuriam horifica nomenclatione ſe vendetent, qui dogmatum, qui fidei, qui legis diuina doctriṇam, & institutionem ne a limine quidem ſalutarant, ac numquam, ut edifcerent, adlaborarunt. Nemo Stoicum ſe, aut Peripateticum iactat, ignarus que ſint illarum ſectarum placita, pudetet vel poetice proſteri eum, qui pangendi carminis leges neſciat. Nullius heretos qui ſquam ſectatorem profeſſus eſt, qui eius axiomati non tenet. Et quid hac adſeror:

o

Noſ.

E P I S T O L A D E D I C A T . A D

Non constringam, non surrinam, aut manicam exercet eorum artium plane  
ruris: neque prudebit coelestem Christi sapientiam pre se ferre eos, qui ne pri-  
moribus quidem labris, qua in ea traduntur, degustarunt? Itane sola inter ce-  
teras disciplinas christiana religio impudentem iactabit in scitiam? Quid tu  
impudens Christianum te iactas, qui tanti nominis rationem ignoras, neque  
unquam, ut scires, operam dedisti? Quin tu vel cessas praeclaris fulgere titulis,  
vel quid illi sibi velint ediscis? Fator nos veri nominis catechumenos non ha-  
bere, aut rarissimos, posteaquam paedobaptismus ubique abit in consuetudi-  
nem. Quis enim infantem erudit, fideique necessariam cognitionem insili-  
let? Non tamen capropter negligenda, vel repudianda catechesis: quasi iam  
nobis desierit esse necessaria, cum incredibile Dei beneficium, nos omnium ignaros  
infantes, per lanacrum regenerationis in fideliū alium recipit: cum eō sit fides e-  
discenda diligentius, quod olim in eam inaurerimus, Christianaeque discipli-  
na nomine ignari feliciter dederimus. Neque nono post baptismum hic exem-  
plu vocamur. Nam Areopagita in fine Eccl. Hier. dicit propterea non ab-  
surdum esse visum Apostolis, ut pueris baptisimi traderetur sacramentū, quo-  
niam haberet καθηγεόντα, καὶ ἀνάδοχον ἱέγοντα, τὸν δὲ λόγον ἐμπο-  
ρτα, quod utique per catechetica factum institutionem ceruum est. Sed &  
Laodicena Synodus can. 47 præcipit, ut, qui infirmi baptizantur, deinceps  
doceatur fidei symbolum: quod de ijs dictū videtur, qui periculoſo morbo cor-  
repti, repete baptisimū flagitabat, vel (quod malum) de ijs catechumenis, quos  
priusquam ad iustum catechetarum rerū cognitionem euasissent, agritudi-  
neprolixti contingebat. Nā summa dabant operā ubique fideles, ne quis  
epistola 17.  
sen Sulpit.  
lib. 1. de vita extorquebat nec essitas, ut pauci post baptismū minus instructi perficerentur:  
s. Martini.  
Albinus cl.  
Ecclesiasticis lib. 3.  
ne periclitari contingeret. Nam qui tunc deterritus maiestate præceptorū, vel  
offensus fidei scandalo, prædicationisque crucis (ut cum Paulo loquar) fulti-  
tia refugisset, ac corporum virtutis iter deseruisset, peribat ille quidem, sed mul-  
tio levius: qui autem nōdum agnita fidei sacramenta complexus infans, postea  
iurisurandi religionē violat, & quem imbiberauit Christi sanguinem expuit,  
nō uno dūtaxat interior dignus est: primum quia tam ingratus in liberalissi-  
mū parentem Deum, ut ne rationes quidem, quibus illum colere, & ei gratum  
animū exhibere valeat, edoceri se permiserit: deinde tam infidus, & contume-  
liosus, ut omnes illius leges, fidem, ceremonias, & mandata contemnere, vitam  
quam ei totam condixerat acceptam ab illo, turpiter, ac iniquiliter prodigere,  
Christianūq; nomen, & sacramentum temerare non formidauerit. Sed labore  
forfici exhorrescunt. Adami posteri, hoc est, ad arumnas, sudoresque dam-  
nati mortales. Agè, concedamus hīc magnum esse, verūque laborem. An pi-  
get honestissimam, & homine dignissimam rerum diuinarum cognitionem su-  
doribus, pulueribus, solibūque mercari? Nec enim hīc futilia, falsa, pernicio-  
sive iuberis expectare, qualia ferè sunt Philosophorum, hereticorum, & Pha-  
rasorum uniuersa, à quibus nil quam vicia docebantur: sed utilia, vera,

Syneca,

PHILIP. HISP. REGEM CATHOL.

Syneca, que Dei filius è cœlis detulit in terras, pérque suos amanentes qua-  
quaverū facit euulgari, in quibus nihil non sanctum, castum, honestum,  
salutarēque proponitur, siue ad numinis penè domesticam familiaritatem, &  
cum cœlitibus parandam necessitudinem, siue ad mores excolendos, & vias  
innocenter traducendam præcepta querantur. Spirat ubique mundissimus,  
& ab omni perturbatione alienissimus Spiritus, nusquam non eluctus legisla-  
toris Christi benignitas, candor, & effusissima pietas. Et (ut omittam quos no-  
stri, Deique cognitio fructus adferat, qua sine videmus miseros olim mortales  
in genus omne scelerum, ac flagitorū abyssus precipites) quam est ingrati ani-  
mi ea nolle intelligere, qua Christus nostri causa perpessus est, qua pro nostra  
salute instituit, qua in Ecclesia diuini erga nos amoris monumenta deposituit,  
quot immensa charitatis argumēta reliquit? Hac omnia ut cognoscamus, ut  
in numerato habeamus, ne tantillum quidem velle laborare: an non est extre-  
ma impietas, & barbaries? Eritne (quaeso) Christianus appellandus, qui fidem  
ipsam totius Christiane religionis fundamentum, qui spem, & adfici totius  
colophonem charitatem nescierit? qui præcepta sacramentaque penitus igno-  
raverit? ac ne illius quidem τὰς ταλισμαῖς, qua in Christum renatus  
est, rationes compertas habuerit? Scilicet fidei, spei, reliquiarūque præstā-  
tissimaru rerum vix comperta nomina Christianum hominem perficiant.  
Quin saltem nobis in exemplum constituimus impiam hereticorum curiosita-  
tem, qui nislis parcunt laboribus, ut venenatis dogmatibus & ipsi ad fauces  
usque oppellantur, & suam, in quos possunt, purulētiā cuomant, hoc unum  
studiorum suorum fructum indicantes si quamplurimos secum trahant in  
excū? Utinam autem potius Iudaorum hac in re (quid ni dicam) religio-  
nem imitaremur, qui propter leges (ut tradit Iosephus altero libro contra Ap-  
pionem Alexandr.) litteris erubiebantur, & anorum præclaras facinoras me-  
moria tenere, ut iisdem ingredierentur vestigijs, cogebantur: ut ad eum modū  
in legibus, & historia versati, neque illas trasgredēretur, & istos foriter amu-  
larentur. Olim dum inter Christianos non numerabantur catechumeni, dum  
Ecclesia, cœlique clausa esset eis ianua, dum studiosè arcerentur à penitiori  
mysteriorum intelligentia, & profectu ferri poterat eorum ignorantia (erat  
enim suu præfixus limes, dabatur tantum gustus tenuis rerum sacratorum,  
ut irritatus animus feruentior iret, sensimque paratior ad cetera perueniret)  
nūc autē cum ante fiant Christiani, quam catechumeni, anē viri in Christo,  
quam inter mortales pueri: cum in intima adyta recipientur omnes: non cre-  
demus necessariam esse non tantum catechesim, verū & τὴν ἀσφάλειαν, si-  
deique perfectissimā cognitionem? Taceo quod non solum catechumenos agat:  
sed saper numero in catechistarum partes inuolēt, dum videlicet alijs se duces,  
& uātne rebus ad nouam hanc viam exhibēt, proq; aliorū fide stipulātur;  
cum suam ipsi non intelligant. Quāta cum negare nemo possit, nō pudebit Ec-  
clesie beneficiorum iniquum affirmatorem hic de labore queri? Credo rerum  
sopia, diuersitāg; deterret. Imò vero licet inexhaustos habeat catechesis di-  
uina sapientia ibsauros, & opes inexplicabiles: non tamen simili omnia  
catechumenis obruduntur: ac ne doctoribus quidem sunt omnia comperta.

2

Quisque

Quisque pro ingenio, & fide portionem accipit. Exercitatis (ut loquitur Paulus) sublimiora scruntur: rudiibus, & reouarixnōs satis est nosse Christum, & hunc crucifixum. Quid autem unctione magis obiam? quid hominis filio notius? quid paribulo contemptus? Et ut ab ipsis discedam, quid (quod) quam audire facilius? Eloqui soritan animorum sensa, vel auditu, letatique referre, non omnes possunt: at quis tam auerso natus est Apolline, qui aures docentes prabere nequat, quod elephantos aliquando fecisse legimus? At orationis splendor mentis aciem perstringet. Neque hac ex parte metuendum. Rudi Minervina, simplici percunctatione, & responsione res peragetur. Permitte tantum, ut inelaboratam, & in ore natam orationem, facilēmque, blandam, & apertam salutarium rerum cognitionem instillet catechistes. Non iuberis in ediscendis humanis disciplinis bonam etatis partem ante consumere, ut Archimedes arenas varijs depingere figuris, ut syderum ortus, interius, errorisque perscriptari, ut natura secreta vestigare, ut fructum, herbarūmque vires agnoscere, ut iudicibus fucum facere dicendo, ut sermonis argutias cōtorquere, dialecticisque funibus innectere valeas, qua tamen homines insanis ubi laboribus mediocriter adsequuntur sunt, praeclare secum actum iudicant. Huc, ô bone, nihil aliud quam expromptam descendit voluntatem, mentemque submissam adferri necessum est, catena doctori permittenda: qui, ut neque voluptatum, neque gloria cupidine ducitur, sed dominici tantum gregis lucra settatur, contemptis phaleris, & artificio, nullā remagis, quam simplicitate, & veritate futurus est admirabilis.

*Causa catechesis Duacensis. M. Galeno.* Verum ista fortasse verbosius dicta iudicabant, qui impensè laconismo delectantur: quapropter quod superest paucis expediam. Cum igitur erecta nuper Duacensis Academia futura sue quondam amplitudinis spem cunctis faceret, uberesque fructus toti olim Belgio polliceretur: id unum ad coepitam ab eo prius solutionem defuderari videbatur, quod in ipsis auspiciatissima veluti puerum habita, nemo publicè catechetarium aperniisset. Id autem omnium egerrime ferens Iuris viriisque doctor Ioannes Venduillius, non minus pietate, quam eruditione clarissimus, adit principem isthīc Theologorum M.N. Matthēū Galenū, in quo quid prius admireris, nescias, moriunne candidissimorum integratorem, aut scripturarum solidam, & accuratam intelligentiam, aut linguarum exoticarum peritiam, vel denique raram eloquentiam: hortatur ut studiosis omnibus Pantanum quempiam referat, ut iuuentuti Duacēsi nauet eam operam, neque sinat diuitiis huic Academia catechesos laudem decesse. Ibi ille tergiuersari, quod ea functio hominem planè otiosum, eloquentem, copiosum, & omni Theologica supellecili instructum postularet, qui homines etiam eruditissimos attrahere, retinere, demulcere, & eruditiri posset. Addebat vix horum omnium in se quicquam deprehendi, & quotidie grauiissimis praelectionibus occupato vix temporis momentum superesse, neque valetudinem tanti laboris additamentum ferre posse. Cum ad hunc sapientis modum hominem frustrā tentasset Venduillius, dolerēque vehementissime dominicis, festisque diebus otio diffluere, neque catechetis entusiasmis ad virtutem studiosos inflammari: sibornat religiosissimum virum Ioannem Lentallerium Abba-

tem Aquicinctensem, qui (ut paucis omnia dicam) cuius veteribus, & sanctissimis illis caenobiarib[us] Aphraate, Pachomio, Macario, ac reliquis eius generis non infeliciter etate nostra certamen instituisse videatur: ut habeat etiam nunc Belgium, quod olim mirata fuisset monachorum patens Egyptius. Hunc parabat Venduillius & autoritate, qua valet plurimum, & vi persuadendi (diceres ipsammet Pitto in hominis labris habitare) quiduis effectorum. Sed quid opus verbis? Ne isto quidem ariete tam forti potuit emoueri Galeni prior illa sententia. Ita cum non successissent, alii aggreditur via, nec à coptis desitii Venduillius. Adhibet huic fabule celeberrimum, & magnum illum Franciscum Richardotum Episcoporum omnium, qui Atrebatensem unquam rexerunt Ecclesiam, doctissimum, ac discretissimum. Ilii veluti succenturiatus accessit Marchianensis monasterij moderator Arnoldus Gantois, ipissima pictatis, as totius humanitatis idea. Per hos rentatur, oppugnatürque Galenus homines, quibus ob plurima beneficia nihil non deberet, nihilque honeste negare posse videretur, non tamen expugnatur: non quid vel perimax sit, vel magnis viris, & optimè de ipsis miriis non deserat plurimum, sed partim quod eximiis dotes ipse suas, quas omnes admirantur, ac sufficiunt, solus non agnoscat, parim quod reliquam omnem sibi quietem ademptum iri preuidebat, qua interdum vel amicis gratificaretur, vel sua consuleret alioqui tenuissima valetudini parim deniq[ue] (quod & alias eū fuisse, & nobis confessum recolo) ne à malevolis, quorum scrophaniis non semel vix, vexatissime fuit, quidam dictitaretur ardelio, qui unus omnia at- presumeret, & se prestare posse quidvis confidere videretur, neve post onere succumberet, ratus se sibi negoti id facefuisse, non extortam operam, à Deoque preceptam, si minus eam placere argueret successus dete- rior, rariorque concursus. Nam cum diebus tantum sabbathi dominicisque, ac festis à professione respiraret, occupatissimus alioquin, & usque alligatus canonicis officijs, edque morulam inter Ecclesiam suam, & heroicam familiam, cunctisque pijs merito charissimam (Habem curianam dico) religio- sissimè diuisurus, atque ita reverā nihil sibi vacuum seruatur: si id quoque tempus catechetico labore coactus esset impendere mutuebat, nec immitio, corpus ac vires non futuras oneri pares. Itaque non prius illud tantillū otium sibi eripi passus est: quam Senatus Duacensis missa honorifica legatione, premis & precibus iam penè labefactatum penitus à sententia deduceret. Verebatur namque ne pusillus animus offenderet tot impulsores specie affectus humilitatis, ne dicam obstinata perinatia. Itaque honorarium, quod offere- bant arbitrio eorum permisum nihil moratus, duorum tantum dierum per hebdomadam stipulatus est ferias, quibus commentationes suas litteris valeret consignare, quibus tamē nūquā est usus, abterritus emulorum de vaca- tionibus professorum utilitigationibus, & assiduis ob publica negotia, & Regia mandata alijs praelectionis intermissionibus: atque ideo ab omni scriptio- ne abstinuit, nostris contentus exceptionibus. Hec autem idcirco narrantur, ut quibus isthīc instituta catechesos beneficium debeat, non lateat, & qui vel posthac ex scripta lectione, vel illius nuper resonantia quicquam spiritalis

E P I S T O L A D E D I C A T . A D

fructus collegerint, nō ignorent quibus eā utilitatem potissimum acceptā refērāt. Posteaquam igitur integro quinqūenio uniuersa iunuentutis, imo totius Academiac, Duacensaque nobilitatis, Senatus, omniumque penē Professorum incredibili cōcursū, plausūque curriculum iſtud tandem absoluīset Galenus: ab academico, & urbano Senatu posulauit in ingratissimam, & ut nunc se habent ſecula, difficultiam prouinciam ſuccesorem ſibi nominari, cui lampada tradere, ac feliciter apertū catecheterium relinqueret. Id autē cūm ſuo iure peteret: agrē quidem, ſed tandem impetravit. At verō quinquennales illa reſonantia cunctorum ita rapuerant animos, & partim iſtituti nouitate, pariim elegantia docentis, & apparatu detinuerant: ut Senatus Duacensis pro ſuo cūm in pietatem, tum in Academiam ſtudio, mox perpetuam catecheses prelectionem iſtituerit, ut ſit singularis quippiam Catechista, qui ceteris negotijs vacuis, minimēque impeditus, quotidiana prelectione accuratē ſe cunctis elocutione, diligentiāque approbet. Ita que ex doctissimorum hominum corona delectus eſt Guillelmus Alanus Anglus, nuper in eadem Academia renuntiatuſ Sacra Theologia Licentiatuſ, in quo videre eſt infigne religionis, doctrina, artiſq; dicendi certamē, ut qua re magis excellat, ſit difficultiū indicare. Is annuo ſtipendio conductus eſt, ut festis diebus totam Academiā in ſcholis theologicis informaret: tamē nō multò pōſt in professoriū nuntiatuſ eſt ordinariorū vocatus album, Thoma Stapletono ſympatriota, non ita pride in Academia Licentia Theologica donato, catechetica ſuſt functionem tradere coactus eſt, in

Nuper inter que supremo ſacrē Theolo- gie magiſtra- tu donatus, doctōrque re- nuntiatuſ eſt ordinariorū vocatus album, Thoma Stapletono ſympatriota, non ita pride in Academia Licentia Theologica donato, catechetica ſuſt functionem tradere coactus eſt, in

qua nunc ille maxima cum laude, & cunctorum admiratione versatur. Cum igitur ad iſtum modum liberatus Galenus exultaret, paſſimque ferrentur plurimorum vota, ut que de ſuggeſto reſonantem audierant, quandoque in epitome redacta priuatis quoque ſtudijs adhibere, & muſais inferre poſſent, recentimque rerum optimarum memoriam attenta lectione fulcirez nec deſeffent, qui non obſcurè hoc à me ſe expeſtare iactarent, iſt ſeq; adeo Galenus priuatum non ſemel, & in celeberrima penē totius Academia frequen- ria, dum inaugurarer Theologica Licentia, publicè teſtatus eſſet ſe hanc à me ſuorum benefictorum (qua ſanè ſunt maxima, & plurima) viciſſitudinem, totiusque laboris ſui catechetici premium preſtolarī: ego qui emē ingra- te mēris à puerō notā exhorri, & oīj mei litterary quādā reddēdā eſſe ra- tionem arbitrabar, non potui diuinū obliuetari: preſertim cūm (iſi non prorsus auerſa Lucina ſeſtus hic edatur in lucem) item penē certam facerent non pa- nitende hinc ad Ecclesiā redditura utilitatis uberrimi fructus, quos ex viua catechesi in omnem iſtam Academiam, imo & ciuitatem progeneratos me- em agnoſcunt, & experientur omnes. Iḡt collectis vndique ſchedulis, in quibus iacebant temere notata poiñs, quām ſcripta, qua ex reſonantis ore ſcribendi velocitate rapueram, ac ſubinde conſulitis quorundam aliorum exceptis, ne quid feſſellet properantem, inter que plurimum adiue- runt, qua Sebaſtianus Angelus Bauarus antiquissimus, affidus, & familiaris Galeni auditor ſuppeditanus, nuper ob raram eruditonem, & morum integrityem, vitaque totius innocentiam in Licentiatorum ſacra Theolo- gie numerum relatus: denuoque veluti conſularis omnibus, tandem hic ef- fufus;

PHILIP. HISP. R E G E M C A T H O L.

ſuſus eſt partus ducentarum, & octodecim catecheson, in quibus preter elocutionem, ſcriptionis, recognitionisque labore, & fortissimis aliquem ornatū, ac diſpositionem quicquid eſt, ingenuū facieor, non mea (nam mea vel nulla, vel rara hic ſunt) ſed Galeni deberi fecunditatū. Interē mihi nolim apud eos, qui iſum audiūre catechiftam, eſſe fraudi, ſi hic non experiantur vehementiſſimū eius ſpiritu, ſi ſcitiſſimos geſtus, ſi flexanimam dextram, ſi efficaciam, & ardorem, ſi denique totum dicentis habitum in ſcriptis non intueantur. Meminerint illius Eſchinis in Demoſthenem: & eius, qui actionem, & hypocriſim potiores in oratione partes, imo totum dicbat obti- mere. Nam alioqui quicquid fuit laboris, quod Christiana religionis promo- uenda gratia fuſſecepit, nunquam imponi mihi paſſus eſſet, ſi ea omnia litterarum mutis apicibus fuſſent exprimenda. Ne quid autem offendat cate- cheson inequalitas, ea inde nata eſt, quod in principio catechumenus re- petendo, qua proximē dicta fuerant, bonam temporis partem abſumebat, quod ubi fieri deſijt, ſimil etiam creuere catecheses, dām libere integrām vleſydrām ſibi vendicarent. Sed de his quoque iam plus ſatis.

Has autem centurias Regiae tuæ Serenissimæ, Catholicæque Ma- De cateche- iestatis, PHILIPPE Regum, quos unquam habuit vel hoc nomine ſa- leonistarum tis faelix Hispania, Catholicissime, ſimul & fuitiſſime. ſacris auſpi- cijs non emittere, ſcelus penē ſum arbitratus. Cui enim (cedo) non ego tantum, qui inter doctos nullus ſum, ſed pī omnes, doctique viri, non illi modo, qui in tua Academia Duacensi, qua te tanto ſuperba parente ſubli- mem verticem ad ſydera tollit, villoſ vel fecere, vel facient unquam in literaria paleſtra progressus, ſed qui vbiq; terrarū vitā agunt, ſua ſtudia, lu- brationēque certatim offerre, nuncupare, consecrare debent: ſi non illi, Deo ter dilecto, Monarcha, qui non minūs, ut ſuis honeftiſſimus litteris, ac diſci- plinis honos, locūſque ſeruaretur, quām ut hereditarijs, autiſque proninoi- ipſe ne exueretur operam dedit? Et facient illi proculdubio, nomēnque PHILI- PPI ſuis monumentis, & ſcriptis immortaliati consecrabit, partiq; vicifſim, alij iuſtē fuſcepta faeliciterq; conſelta bella, alij densiſſimas vi- torias, hoſtiūque ſtrages, alij claros ex Mahometanis, viciniſque Mauris re- latos triumphos, alij denique profligatum ex Melite in ſula Turcā tuis, Rex, auxilijs, alij fugatos, proſtratosque fortiter Regijs auſpiciois, qui in Belgiū ir- ruperant perduelles, & hereticos, ſtylo fulminante predicabūt.

Non deerunt qui florentiſſima pacis otia, ſtudiū, amoreque lauda- bunt, qui ſummam in tuenda religione constantiam, in vindicandis in- ſurijs eximiam moderationem, in conſtituendis legibus, aequitatem, in amicos benevolentiam ac fidem, in hostes clementiam, in omnes libera- litatem, mansuetudinem & humanitatem (qua ſunt Regum laudatiſſi- ma dotes) veris ad cōlum cuehent preconis. Denique maximam dabunt omnes operam, ne neſcient posteri quantus, quanta in matrem Eccle- ſiam pietate, quo zelo cūm in uniuersas disciplinas, tum in ſacris poriſſimum litteras vixerit olim Rex ter-Catholicus Philippus, quem pronida diuinitas ijs temporibus regnare voluit, quibus pefum itira

E P I S T O L A D E D I C A T . A D

cuncta sacra, prophanaque visa sum: si non eius fide, religione, cuiusq; attia, virtute, sapientia, conciliisque seruita forent. At verò quia mei ordinis ascetos alumnis agendum intercavisti ut nobis quoque gratulemur. Serenissima Regiae Maiestatis beneficio factum, et penè labefactata, tantumque nō extincta, plerisque in locis Monastice parens restitueretur antiquo splendori, & veteris homologie scitatores decus auctum obtinerent? Quis est enim rerum humarum tam eximius contempor, qui nō inaudierit, aut etiam viderit, cum ad Episcopos, tum ad ipsos Abbates, & moderatores Regias litteras: quibus ut gregem quisque suum in officio, & suscepto vita exactioris instituto continere, a corruptelis, & inolitis vitijs repurgare, atque ad voto firmata à nuper vñp retrahere pro virili satagerent, commonebantur? Laudantur Constantinus, eisque liberi, quod vulgarissima sanctitatis Antonio scripsérunt: qua in re quamvis non immerito predicetur Cesaram pietas, & insigni cum modestia seni panno, & eremia submissi fasces imperij: magis tamen laudandus qui id meruit. & orbis dominos in sui traxit admirationem Antonium. At verò PHILIPPVS non dissimili philosphie christiana studio, cum ferè non haberet ad quos scribebat Antonios, ut habere posset scriptit. Et cù illi, ut parentem diuum suspicerent, eiusque precibus à Deo sibi, suisque fausta omnia gestirent impetrare: hic sublimius, & ad divinitatem (cuius exemplar in terris Reges exprimere dicuntur) vicinus, tanquam parens, ac misericors qui spissam diuinam domus, & Christiana familie acommodus, pro nobilissima Ecclesie portione sollicitus, non tam unius Antonij pro se postulat orationes, quam mullos Antoniana puritate, innocentia, rerum huius seculi abdicatione, voluptatum fuga, diuitiarum contemptu, caterisque virrutibus præditos, Deo exhibere laborat. Quia in re, ut haec tenus fortassis desyderata sunt nonnullorū partes, à quibus tamē eadē expectabantur: ita non potest esse incundissimum cunctis, qui ex animo monachicum fecere seruānque sacramentum: tandem veterem disciplinam, grauitatem, ac sanctimoniam repudiare. Sed istud fortè priuatum nimirū arque domesticum est: itaque sacris, Deoque dicatis viris congruentius videbūtur, qui post grauiissimam viriorum omnium, & hereson exundationem respirant, & quodammodo renascens: Ecclesia faciem lati conspicimus, ut comuni bonori gratulationi nostra quoque vota iungantur, & hoc ipsum, eam inquam restituta nobis orthodoxie fælicitatem Pietati tua (Regum omnium ornamento longè nobilissimo) secundum omnis boni largitorem Deum alacres transcribamus. Quis enim Belgium misere conuulsum, & nonnullis in partibus fugam ab Ecclesiastica disciplina meditans compescuit, & in officio retinuit? quis sacerrimam fidē hinc alio iam penè profugientem retraxit? quis religionem quassatam, laceramque restituī? quis denique veros omnes Christi cultures incoluntati, tranquillitat, pristinaque dignitati reddidit? Laudant Romani suum Fabium, quod suronem, & ad prælia frustā vocantem irrito, negatiisque marte fregerit Hannabilem; christiana vero secula, que tam lenta remedia non postulabant, nulla non etate Regis. PHILIPPI dexteram depredabunt, qui nihil cunctatus, nusquam haren, vixdum in Ecclesia fines ingressum habent, &

PHILIP. HIS P. REGEM CATHOL.

stem, & scelerata cum diuis omnibus, rebusque sacris bella monentem, in ipso parricidio confecerit. Vidimus, & ingenuimus omnes, qui pientissima matre Ecclesia strictissimo complexu inhalamus, apertis velut inferorum portis, in has prouincias haeticam luem effusam, pseudaque prophetas vulgi christiani posse cuneos in interitum abducentes, rediuina gygantum machia celum ipsum appetere bello, totiesque Patrum, & conciliorum damnatum sententias noctis in instaurare. Legeramus: sed legeramus tantum, Constantinum Copronymum geminisque Leones Isaurium, & Armenicum simili quandam collegio contaminatos, diuorum imaginibus prophanas iniecisse manus, earumque cultores crudeliter diuexasse: nuper autem experti sumus, & infandi piaculi sensum non iam ex librī, sed ex ipsius rei geste spectaculo, attonitis oculis hauimus. Vidimus (inquam) & indoluius christianas diuorum, ipsiusque adeò Seruatoris effigies disiici, picturas veteris historia monumenta discerpi: libros diuina legis exuri, sacrum chrisma nostrum, & oleum, quod à fidelibus summa veneratione seruatur, stygiis animis ludibriū fieri: violentia, furtis, rapinis, incendiis monasteria, templaque partim interire fundatis, parum diffugientibus monachis, ac sacerdotibus, quorum pars mudi maxima Duacum, velut in tutissimum asylum, se receperat, obsolescere, & quicquid ad divini cultus ornatum, ministeriumque spectabat, flammis barbarè cremari: illudque inge sacrificium (qua re nihil piorum mentes funestius se esse passas testantur) contricescere. Quid multis? Serpebat incendium, & populus Irael ignis serpentibus, hoc est, hereticis perniciemibus sensim correptus interibat, omniumque ad Hispanica littera vultus, oculi, vota, tendebantur, ut malorum aliquis finis daretur. PHILIPPIQ; fulgida lampas densam caliginem, que ecclesiasticum inbar obscurarat, procul dispelleret. Et ecce Regium sydus, tanquam Deus quipiam apparet, tenebras abegit, & ad exemplum Aaronis Phinees ipsum Zambri, Cosbique Madiantida, heresim (inquam) cum suis illis praetaris nundinatoribus, sine predicanis, in ipso scelere confudit, ac serpentis idolatria libidinosæ contagia dicto citius repressit, coegeritq; tartaream familiam ad suis refugere latebras, seseque diuina prorsus animi fortitudine nullum inexpugnabile, murumque fortissimum pro domo Dei portis inferorum opposuit. Cum igitur hac ita sint, quis non merito grauerit me reprobendum indicaret: si has catecheses, in quibus (ni vehementissime fallar) totius orthodoxyæ methodus, & summa continetur, Regi non solum catholicis, sed fidei, catholicæq; religionis unico patrone, ac vindici, non dedicarem? præsertim illi Regi, qui bello, pacisque iustitia, triumphisque locupletatus, Regia tamen Maiestatis duxit ingens decus, & ornamentum, si castissima doctrina, fideisque mysteriis florentissimarum catoeasierum sibi latissime subiecti populi quaquauerus imbuarentur, iussis ad eum usum in omnes penè lingua transfundit Christianis catechismis, quorum intelligentiam, & usum (ut etiam Tridentini catechismi) nostra centuria sunt obfusis commodissime prebitura. Accedit quod eadem ista catecheses, ea potissimum tempestate resonabant, cum atrocissime passim grassabantur hereses: ita prouidente Deo, ut piis omnibus, qui Duacum profugerant (ea enim turba mirum in modum catechumenorum tunc temporis angebat numerum) eiusdem erro-  
ris ener-

EPISTOLA DEDICAT. AD

ris exorsione audire licet, quem ut subterfugerent, eo cōculerat. Hoc enim fēc semper accidisse à cūclis auditoribus est animi aduersum, summa j̄ dignissimā admiratione iudicatum, ut qua partes orthodoxia patiebatur hereticorum impressionē, eadē tēpore, ita rerū exigēte serie, à nostro catechista tractarentur, & veritati adsererentur: ut iā tu ha catecheses aduersas heres compugnando, eadē sibi Regia præfigere videarentur auspicia, quibus non ita multo post hereticum illud incendium extinctū, & oppressum fuit. Quocirca mihi cetero, quin timidissimo, inque monasticam solitudinem Christi ob amorem retrusus, audendū putau nostro huic labori, aut catholica doctrina potius, Serenissimā Regiæ Maiestatis præclarū, superbumque præfigere nomen: ut aduersus cūm veritatis hostes, iū Galenomastigas caninum dentem infixuros armata, publicū capessere, cōlūmque tueri securior possit aperiū. Quid enim (quesi) Catholicis catechesibus, quam Catholici Regis præsidium, tutela, patrocinium adscribatur? Etsi enim res quopiam suapte natura magnopere sint expetendae, si tamē accedat aliunde nempe à patrono, vindice, acōque (ut sic loquar) tutelari cōmendatio, multò magis inardescunt animorū defyderia. Experiatur ergo harum catecheson Regijs auspicijs, fauore, genioque munitarum lectiōne Catechumeni, quam supina Christiana plebis pars longè maxima laboret eorū, que à nobis Deus cū primis requirit, ignoratiā. Ediscat christianum vulgus, quibus artibus id appellationis promereamur, quantāque defyderet tam splendidi, sacriq[ue] nominis umbra, & ne inani persona dānationem accersat grauiorem, per hūc libellū erudiatur quid fidei, quid sp[iritu]i, quid charitatis præclaræ nomenclationes sibi velint. Hic regina veritatis iter, quo inoffensis gressibus utrinque demonstrata præcipita declinando, ad vitam eternam vfg, progredivaleat Scyllam inter, atq[ue] Charybdim, intueatur, qui se in Ecclesiam vocatū esse gratulatur. Hic quāta debeatur angustissimis veneratio, cura, sanctimonia sacramētis, hic quā exactā secundū leges à Christo latas vivendi rationē, quam inconcessa sp[iritu]i concitū, & inerrantē ad olim repositā felicitatē cursum, quantam in credendo constantiā, in aduersis toleratiā, in prosperis moderationē, in peccatis p[re]nitentiā, in diuinorū beneficiorum recordatione grata mentis demonstrationem, denique in omnibus vigilantiam, studiū, ac circūspitionē, atq[ue] adeo gratiarū actionē à genuinis Christi cultoribus recepta semel in baptismo religionis sacramenta defyderent. Christianus populus ediscat. Et sic ubi nascitoribus iacere, lāguidusve progredivideatur hic mutus catechistes: totū catechetica deputetur festinationi, que nec operosam elocationem, nec prolixā meditationē admittit. Interea ut Deus Catholicā Serenissimā Regiæ Maiestatē tuā Ecclesię, totiq[ue] christiano orbi diutissime tueatur, ac seruet felicē, & incolumē, supplicibus votis optare, precatique nunquam intermitto.

Quarto Calendas Decembri. 1573.

Hafnonij.

Sereniss. Cathol. Regiæ Maiestatis inuictissimæ

Seruus, ac deuotus cliens

Frater Andreas Croquetius, cœnobita

Hafnoniensis.

M A T

M A T T H Æ V S G A L E N V S  
A N D R E A C R O C Q V E T I O  
S V O S. D. P.



X litteris tuis ad nos postremis, charissime Croqueti, intelligo catecheses nobis differenteribus olim in Duacensi catecheterio abs te (quæ tua est modestissima sedulitas) exceptas, esse iam quidem affectas, & ad prælum concinnatas, neq[ue] quicquam restare, quod eō requiratur, præter nonnullam animi, consensuſque impietatem istam tuam nostri testificationem. Ad quam equidem auditionem incertus diu, multumque hæsi, neque adhuc omnis facessit scrupulus: vtrum meam conditionem, atque infelicitatem magis deplorare debeam, an prædicare, ac demirari verius, & certius benevolentiam tuam erga me tanquam præceptorem, tui certè amantissimum oporteat; itaque tuo potius gaudere facto diuinæ prouidentiæ decreto, quā de ingenij, & nescio cuius propensionis nativitate impedimento dolere. Nam vti nihil minus vñquam licuit, à Deo que concessum fuit: ita nihil æque iam inde ab adolescentia optauit, atque in vmbra sacris commentationibus, & qualisunque stylī vñ, atque exercitatione ecclesiæ, ac religioni seruire, si quā valerem, & ignobili me otio more priscorū theologorū non paucorū oblectare. Atque hac de causa (fateor) mihi semper à puero monachic⁹ secessus perplacuit: sed violēta quodāmodò Deus manu indē me hucusque arcuit, licet cupiditas, & affectus idem, & quidem equalis (nisi vehementer fallar) permaneat. Etenim licet eō iam etiam plusquam seculares turbæ pridem commigrasse videantur: attamen imperitiam meam, & penē stuporem quendam in actione, & negotiis à plurimis ambitiosè expeditis confusus sum constanter mihi fore patrocinio, quominus inuitus, & ineptus inuisis curis, & miseriis à symmystis immergerer. Quanquam alicubi eam alastoris genij (si loqui sic fas sit) malignitatem sim expertus: ut quantò me minùs idoneum ad res gerendas & ipse profiteter simplicijs, atque apertijs, & alijs cernerent, ac deprehenderent, (quid enim inuita Minerua, aut vbi non intenderis ingenium valeat?) hoc me pertinacijs, & inuidentijs ad res alienissimas à studiis, & indignissimas ingenuis clericis compellerent. Fugi hoc consilio semper officia quæ beneficia vocant, auelli ab academijs non nisi dolo potui: & si per motem præcepit 2 ptoribus.

ptoribus necessariò gerendum, quod mihi èquè fuit vbiique optabile, fas fuisset, percipiisse Louanij in paupere illa bursariorū (qui dicuntur) vita consenescere spe affluēdi vacui tēporis perennitate. Verūm vix rude theologica donatus in Sueviā extrudebar planè inexercitatus, ad exālādū labores (propè dixerim) Herculeos, litterarios quidē illos, & scholasticos, prælectiones, conciones:catecheses, sed qui tamen scripturienti nullum inuenta sua relinquenter vel annotādi spatiū. Indē huc remisso, & improbè vacuitatē ab interpellationibus affectāti, vel magis, quām antē pernegatur. Nam diutissimè solus, tēpore nonnullo haud satis cōmodis adiutus collegis scholā theologicā, catecheterū, & suggestum aperire conatus sum, vix legendis, p̄r̄meditandisque tot rebus par:nedum quicquam chartis illinere fuisset integrū. Nihil dicā de vniuersitatis recentis infiatis conuenticulis, deliberationibus, aliisque temporis permolestis cōtritionibus, nihil de amicis, peregrinis interpellatoribus, sacerdotibus, arduis, & multiplicib⁹ muniis. Porro inter hæc onera gemiscens, cū p̄fectura collegii canonici (quod nosti) exaggeraret molem, imprudenti, & miras ferias sibi pollicenti de amicorū affueratione obtrusa: voto pristinæ libertatis, & otij abdicaui me ea solicitude, nihil quamvis moratus iacturā, mox vt me in seruitutem, & perpetuā adamatae vacationis egestatē redactum sentirem. Atque hoc quidem loco, quo me regius fauor traduxit (negare non possum) percipio non exigam mutationem, maiorē animi tranquillitatem, minorē anxietatem: nihilominus temporis liberi nō dispāre inopiam. Siquidē cotidiana, & pro virili accurata p̄electione sacrarū litterarum, presbyterij munus, atque onus, amici, familiares, discipuli seu conuictores haud satis adulti, cancellarij functio, communia cum reliquis professoribus officia, & impedimenta, consultores, & id genus carissimi, optatissimique temporis productiones non sinunt omnino, vt vel cogitemus posthac vnequam descriptione, quādiu professionis distingimur occupatione. Quapropter s̄pē & mecum, & cū graib⁹ amicis deliberaui de p̄electionis cotidianæ istius renuntiatione, & necdum vtrum magis cōueniat, Deoque placeat, satis habeo constitutū. Vides ergo, mi Croqueti, quod minimè ignoras, vt qui coram me ista non raro dequerentē audieris, & oculis rē ipsam perspexeris: tantum abesse nos, vt litteris quicquam mandare ip̄i vnequam valeamus, vt ne releggere quidē olim scripta, aut ab aliis excepta possimus. Et quidē hactenus fecit extitit isthæc exactio operū diurnorū tantum non Ägyptiaca, & omnis respirationis pernegatio minus molesta, quamdiu videlicet te, Matthæum à Castro, & Petrum Colpinium; & paucissimos alios indoneos, p̄aeuolces, & studiosissimos auditores haberem: at nūc cū ad dominū Iacobum Danusij nostrū s̄pē, multūmque rusticantē, & absētē, & iam licentia donatū Sebastianū Angelū res nostra redierit, sustenter nōnulla, aliquantāque spe ad tēpus fore, vt inuenta nostra non prorsus intercidant & euanscāt, at neque specula isthæc diurna, aut certa est, neque omnino vlla superest p̄sumpto vnequam minimum cōmentandi, descriptione,

ptitūmve, aut exceptū ab aliis adeò relegēdi, nedū ritè corrīgēdi. Atque hæc nostra siue conditio, siue miseria est, quā deploratus non immititò mihi videar, nisi Deum sic de nobis statuisse arbitrarer, cōducibilius saluti speratæ autumarē: itaq; gratiarū actione digna venerandum credē, nō impatientiæ, vllijs significatione, aut obmurmuratione exagrandū. Facis verò tu in primis p̄aclarē, & magnū præbes antidotū naturali ægritudini, vel auiditati, qui nō solū quondā fideliter, accurate, & magno iudicio sensa nostra in scriptū retuleris, verūm etiā stylo tuo perpolitā in lucē proferte cogites. Nā licet ea vix inspicere ipse quiuerit, delata ad me abs tua humilitate, diūque deposita: attamen tutem et ipse tibi optimo iure poteras sufficere Aristarchus, & nihilominus subjecta censuris lectissimorum theologorū, & in catechesi nostrorū successorum DD. Guilielmi Alani, & Thomæ Stapletoni professorū regiomonti nostre academiæ Duacelis recepisti nō probata modo, sed etiā collaudata. Neque hæc à me dici velim suspicetur quisquā, quasi tam Suffenus sim, vt meas commentationes arbitrer esse cedro dignas, aut pia culum rear, si cōmunem cū tot aliis p̄aclaris montemētis casum experiantur, atque cū sonis vrborum docentis protinus dispereāt: sed quid ea, quæ omni diligentia, & qualisunque ingenij vi p̄meditatus sim, optē mihi semper ad manum esse, qui nihil vnequam vel ante, vel post p̄electionem annotare olim quidem soleam, nunc haud valeā, vt maximè velim, quo partim memorie seruirent, partim tempore, & lectio varia trutinata exactiora redderentur. Nā causam priorē vel solā sufficere putat Titus Clemens cōscribendi ad posteros transmittenda monimenta. Et certè, si quod res est liberē eloqui apud te duntaxat mihi sit integrum, cum mihi antiquissimum sit propositum euoluēdi cunctos, qui argumētum, in quo fortè verser, tractauerint ante me, & in iis plurima defyderem, multa improbem fretus p̄sidiis, quæ mihi huc à prima ætate studiosè, & prouidè, cōsultōque cōparaui: quid mirū, si frequenter aliquid scholis, ac piis neque ingratū, neque inutile suppeditē, idque reipublicæ cōmunicatū velim? Neque enim quasi dissolutas scopas absque arbitrio, & censura sententias priorum interpretū propono, quod in OEcumenio, Theophylacto, Beda, atque aliis suā videtur promereri laudē: verūm inter se cōferre soleo, discutere, infirmare, probare, dubitare, prout vel loci similes, vel consequētia, vel vocū proprietas, vel phrases, vel qualibet alia propria, velut testimonia cuiusque pericopes, aut capituli postulent. Quod si namque quorundam more contentus forem vno, aut altero cōmētario, eūq; vel meis verbis, vel suis quoque proponerem, vel dedique epitomen quādam, inuētorum alienorū, auditori meo non puderet obtrudere: profectō impudēs, ac stolidus sim, qui opellā eā luce non indignā ducerē: tametsi id nonnullos inter priscos græcos, & latinos etiam factitasse in MM. NN. absolutissimis commentariis videamus. At nūc insuper quæ & meditanti, lucubrantique mihi summa ope non p̄enitenda sensa, & scripture intellectus veniūt in mentem, & quicquid lucis, aut confirmationis afferri aliudē, quā ex

Initio. r. fr.

commentariis ex professo scriptis potest, ut ex omnis generis SS. patrī scriptis, id eō congeritur, expenditur, dijudicatur, qui labor, & colligēdi lōgissimē dispersa, rara, deprehensu difficultia sedulitas (si nihil aliud mereatur) saltem ad imitandum, superandum, & ad exemplum denique meritò exhibeat. Quid memorem & auditorum defyderium, & amicorum etiudiorū votum, ne dicam conuitum, & principum virorum flagitationes, atque imperia? Quod cūm de cunctis enarrationibus, sermonibusque nostris vniuersè verum sit, & intelligendum: decateschesibus tamen istis longè est verissimum. Nam illusfrissimus princeps, ac reuerendiss. Cameracenatū archiepiscopus piæ memoriae D.N. Maximilianus à Bergis nū desinebat istā operā nostram efflagitare, & editioffī quiduis priuilegijs vbiq; suæ prouinciæ vltro polliceri, de fama prædicare, & aditione sua nō dedignaturum se, vbi opportunitas ferret, assuerare. De gratificatione patronis, ac Macenatibus, acadēmia ac scholæ celebratione, veterū nominū exolutione, alijsq; id genus causis emissionū suorū laborū minimē inhonestis taceo. Postremō expedire, & tantum non ecclesiæ catholice necessarium esse, vt publicè, ac posteris, qui quibus locis atque æstatibus orthodoxiam professi sint, adseruerint, defenderint, constet: indefessum malignorum centurionum Magdeburgensis historiæ, vel verius mendacij studiū pridē orbi patefecit. Verū hæc vniuersa sunt, & ad alios pertinent, qui nihil iis vel mouebuntur, vel minimē erga nos, nostrāve afficiūt: de me ipse nihilomin⁹ fatebor palam, mihi videri studiosos laboriosos, & semper noua argumenta vel tractātes, vel meditantes adeō cū rebus ipsis, earumve varietate mutari, aut certè affici, acui, obliuione quoque temporis lapsū sic transformari: vt excepta ab eruditis discipulis, aut à meipso olim fortè vsquam annotata relegenti (quod in homiliis istis catecheticis apud me delitescitibus non semel mihi vsu venit nonnulla loca cōsulenti obiter) non mea inuenta, sed eruditissima aliorum, elegantia, & nūquam mihi obseruata, cognitāve aduersaria, cōmētariaque mihi reuoluere sim visus. Tantum refert serione, totis ingenij neruis, atque ex professo, an obiter quippiam commenteris, aut trāctes. Hæc igitur, & complures alia poterāt rationes reddi, quamobrem non immeritò quis aueat suas lucubrationes non proflus intercidere, & ego si vacaret per assiduas prælectio-nes, & earum quām maximē sedulas præmeditationes, velle sensa mea, iudiciāque de scripturarum intelligentia, & aliorum commentatorū, & trāslatorū fide, & meritis perscribere, ac cūm id negetur hactenus, malim à doctis, & disertis discipulis meis excepta, & sic satis expolita in publicum proferri, quām nihil omnino eorum extare, ac fortassis superesse. Quanquam minimum abhorre incipiam propemodū, vt dixi, deficientibus notariis, seu amanuēsibus auditoribus, & penē æternū interdicto nobis otio, ab eorum iudicio, qui cōtentī accuratissima prælectione, nullis sibi tabulis putant opus, quibus illināt sua (vt ille loquitur) carmina, & commenta, sed auribus, memoriae, carneisque coram pugillaribus (sicut est apud Apostolum) cuncta inscribunt, atque commit-

sola sophoc-  
leo tua carmi-  
na digna co-  
zurno. &c:  
2. Cor. 3.

committunt. Quales nostra memoria in omni disciplinarum genere non pauci vixerunt, nonnulli ex præceptoribus nostris, in quibus honoris causa D N N. Andream Gempium Balenum, Ioannem Leonardi Hasseltium, nomino, sed & superiores ætates plurimos habuerūt, scutatos fortassis ea quoque in re Christi seruatoris, & quorundā Apostolorum exemplum. Id quod & ad prophetas, & iudices, & denique primos, summōsque patriarchas (si cui liberet) tanquam archetypum reduci queat. Etenim istorum siue modestia, siue docendi assiduitas nequam videtur publicum illud cōmodū, & traditionis perpetuæ fidem opærēque mutuæ communicationem excludere, aut impedit: cūm be- nī instituti auditores ipsis auctoribus aut præceptorib⁹ nitidius, melius, artificio siusque valeat audita litteris mandare, & reipublicæ cōmunicare. Nam Socratē non potuisse æquè, atque discipulos plerosque suos, vt Platonem, Xenophōtem, & fortassis alios quosdam disputationes suas, & vniuersam philosophiam de cælo in terras detractā explicare, exor- nare, & vendibilem facere noi puto quenquam inficiaturū: Apostolum sanè Petrum (cuius etiam epistolæ, quæ extant, catholice interpretes, exaratores, & compositores sententiarum, verborūmque dictatorum discipulos eius loquuntur) Clemens Romanus testatur admiratum, & collaudasse discipuli diligētiā, & artem magistri dicta litteris cō- signandi. De Hierapolitano Papia, tametsi isti non æquè successoris recogniti, de Luca Euangel. Clemente Alexandrino, & præceptoribus ab eo au- ditis, & primo strom. notatis, Areopagita Dionysio, Hierotheo, aliisq; que plurimis, nisi longum foret, liceret testificari. Omitto Origenem, Adamantium hominem ferè semper priuatum (citra tamen cateche- ticum ad tempus munus) nihil videri scripsisse suis digitis, innunera- biliāque illa hypomnemata notariorum velocitati ab Ambrosio sup- peditorum dictando credidisse. Quid? nōne Græcus homiliarum Ioannis Chrysostomi in epistolam ad Hebreos Pauli titulus palam te- statur exceptas eas à notariis, etiam à morte ipsius esse editas, simul & probabile reddit & reliquas ipso viuente publicatas notis ipso concio- nante fuisse signatas, minimēque ab ipso in otio prescriptas? Nec dubi- to quin permulta in beati Augustini operibus præter sermones, dispu- tationes, collationes, & acta nōnulla habeātur, quæ sententia quidem, & mente fortassis aliis suggerita, aut ad scribendum præbita ab ipso sint Augustino, stylo tamen, atque elocutione discipulorum Prospcri, Poffi- dij, Fulgentij, aliorūmve virotū nō disparis hodie auctoritatis. Hierony- mus equidē saepe dicit, ac repetit valetudinem suam non esse passam, vt sua, maximē commētaria ipse describeret, coactūmque effundere à me- ditatione quicquid in buccā veniret, itaque creberrimē deprecatur in- uidiā impoliti sermonis, quem non indecentem quoque in expositione scripturae sacræ affirmat. Quæ si considerasset temerarij censores qui- dam monimentorum horum, & consimilium patrum, profectō & mo- destiūs se paulò gessissent in damnando plurima, & minus turpiter se dedissent in iudicij indocti proditione. Quicquid autem de stylo,

phrasique nostrorum hypomnematum sentierum videbitur:quidem cum Hieronymo tantum absuri,vt excusem inelegantiam,vt vbique prædicem, & quasi gloriem discipulos meos non posse hac parte minus præceptore suo(ut ait ipsi,ac volunt)lectoribus placere, cùm nōnulli etiam haud inimici, orationis nostræ formam improbat quasi obscuram,ego in omnibus meis lucem,ac perspicuitatem nullam requiram. Adcò nunquam mea arroganter mihi placuerunt, & aliena omnia nimis subinde candidè forsitan probo, & adiutor. Quapropter si meū spectetur istic iudicium de catechesibus ipsis vel tuis, mi Crocqueti,vel(sic ita cogis)nostris,tuis,inquam,& meis , iudico felices, cùm pro vnius suspecti suffragio nocte sint criticorum duorum incorruptissimorum lapillum candidissimum , pro lima primi satoris occupatissimi , & simul in cognatis , & veluti propriis partibus æquo magis vel pij, vel dissimilantes,oculatissimi Apollo rigantis severitatem,otium, diligētiam, ingenium,& artem,pro denique elocutione incópta,obscura , aliusque modis inepta,& ingrata lectori characterem aptissimum , dispositionem ingeniosissimam, varietatem iucundissimam,elegātiām,proprietatem , puritatem, facilitatem denique maximam,fides insuper prorsus(ut bene confido)sit eadem,par veritas,& inde mutata originis sinceritas,& integritas. Atque id ipsum de commentariis ad euangelium secundum Matthæum, & epistolam ad Hebræos contestatum velim spe mox subsecuturæ editionis eorundem,quæ cum iniuria nominis,& celebritatis tuae hoc usque delitescunt. Vtinam autem & reliqua,quæ Duaci quanta industria valuimus,in hunc diem enarravimus , non dissimilem aliquando mereantur habere artificem, & quæve pium,gnarūmve occatorem.Sperem namque futurum,si id contigisset , vt psalmis, & epistolæ ad Titum, & prophetis aliquot è duodecim non pœnitenda lux,& magis propria,& expeditior simul intelligentia cōciliaretur. Sed Sebastianus Angelus noster sua pietate in præceptorem,singulari humilitate,& fisi quadam propheticæ notionis nos.hactenus si sustentat, & sustentaturus diutissimè videtur ( vt ipse polliceri non dubitat. ) Itaque quamdiu ille nobis non eripitur,video me ista inopia otij ad scribendum necessarij nihil impeditum iri,subueniente auditorum velocitate , & excipiendi fideliter omnia studio, quominus, quantu vel otiosissimus valeam commodare ecclesiæ,& theologicis scholis. Tu tantum istius pueri animo,& modestie, exemplo tuo præluceas,fratremq; tuum, atque alias bona spesi iuuenes,nostros auditores ad idem certamen auspicio tuo prouoces, ac nostri memor in precibus quam diutissimè,bellissimèque in Christo Iesu valeas , yisque & usque proficias.

\*\*

Duaci ad 7. Cal. Februa. 1573.



## DE AVTHORE , ANTI- QVITATE , INCREMEN- TO , DIFFICVLTATE , ET NE- cessitate catecheseos , ac catechistarum anti- quitate , præstantia , & muniis.

### Catechesis Prima.



I Q V I C Q Y A M hic votis efficeretur, auditores humanissimi , id in primis optarem à Deo OptiMax:mihi contingere, vt quā propensum ille de vobis benemerendi largitus est animum, tam etiam lautum otium tribueret,tantis per saltem dum & expectationi vestræ quam sentio maximam,respondere;& in hac in quam inuitus, penitusque reluctans pertrahor arenam non indecorè versari queam.Nam cùm non ignorem quāam ingens(præter quotidie prælegendi studium) meis humeris nunc onus imponatur; quāmque sit ardua prouincia catechisten non tantum profiteri, sed etiam prestatre ; neque me fugiat quantum eruditio& eloquentiæ;quanta catholicæ dogmatices,ac totius historiæ peritia,terūmque omnium, quæ vñquam in Ecclesia gestæ sunt,accurata cognitio requiratur, vt in isto campo quis non infeliciter currum agitare valeat:proculdubio nisi libeat iniquos agere censores ( quod minimè spero ) non immerito me vereri,formidare,horreréque statuetis nunc primū in catecheterij lamine Duacensis,hoc est,regiæ,amplissimèque Academiæ pedem impONENTIEM;præsertim cùm tametsi cupiā,admitarque sedulò numeros omnes huius explore functionis;neque tenue,fractumque corpus labori,neque rarissimum,ac penè nullum otium studio sit sufficeturum. Attamen posteaquā ita visum fuit præstantissimis, amicissimisque viris hanc operam à nobis extorquere ; semelque sit mihi constitutum experiri quī negotium istud succedet;vt per seētam nostro periculo glaciē alij postmodum tutiū nos persequantur:fuerit non intempestiuum de ea,quam molimur,catechesi prius in vniuersum pauca dicere, vt irritatis animis adfisis attentiores;& quām futuris homiliis præclarar, necessaria, cognitūque iucundissima , & utillissima debeatis expectare , non ignoratis. Cūm autem plurima nunc se ( vt fit in secundis argumentis ) offerant: ea duntaxat libet cursum perstringere,quæ veterimam, difficillimam, a & apprimè

& apprimè necessariam mortalibus esse catechesim demonstrabunt. Si igitur vlli rei vel authoris dignitas, vel maiestas antiquitatis, decus, ac splendorem adferat: profectò catechesibus nil vsquam laudabilius, nil splendidius, aut magnificenter, quæ Deum ipsum habent authorem; sectatores, ac promulgatores angelos, prophetas, apostolos, aliisque sanctissimos homines. Si quis dubitet de mea fide; vel sola catechesis obiter inspecta natura id persuaserit; que nil est aliud quām doctrina de Deo, quam vtique ab ipsomet per angelos, & prophetas suos ad mortales deductam nemo dubitat. Nec enim illud occultum, & incomprehensibile numen, vel quicquam illo dignum agnoscere, vel studio, meditatione consequi, vel sermonem facere possū-

catecheseos  
antiquitas.  
catechesis da-  
ta Angelis.  
creato homi-  
ni mox data  
catechesis.

*Gencl. 2.*

catechesis  
accepertunt.  
*Ibi. 3.*

*Homines laphi*

*Ibi. 9.*

*catechesis an-  
cta est tempo-  
re Abrahama.*

*catechesis plus  
ritu accredit*

*tempore Moysis.*

*Rem. 2.*

*Tertius naſus*

mus: nisi sese reuelet ipsum. Quod si vetustatem miraris: equalis est antiquitas hæc doctrina: qui nō prius extitère creante Deo, quām catechesim hanc acceperint, ne sibi placerent impensis ob acceptam gratiam; sed authorem suum grati, conditoremque venerarentur, & redamarent. Hominibus autem, quæ data fuerit in ipso conditionis exordio, nobis tacentibus Moses aperte docet; nempe vt (præter alia) ne vescerentur ligni scientiae boni, & mali fructibus: vt crescerent, ac multiplicarentur, præsentisque vniuersis animalibus, & paradisum excolerent. Et haec quidem ante ruinam, ab ipso Deo ratione præditis animis data est. Lapsis autem traditum est in primis, quod in sudore vultus vescentur pane suo; quod mulier in dolore pareret; autem in perpetuis laboribus ærumnosam ageret vitam: quod in terram vterque, de qua assumpti fuerant, reuerterentur; denique (quod erat inter tot ærumnas optatissimum) quod semen mulieris olim detereret serpentinum caput, ac regnum eneruerat, nimis Christus, qui venit vt diabolum vinceret, illique periniquum in mortales adimeret imperium; ac obliquum draconem, qui vitiorum, errorumque spiris vniuersum genus humanum colligarat, orbe toto depelleret. Hoc enim cui persuasum ante Seruatoris œconomiam non fuit, seruari non potuit. Accedit non nihil, cùm post diluvium, Noachio arcam egresso, Deus percussit foedus cum iis, qui cladem euaserant: fecitque potestatem vescendi carnibus, adiuncta promissione reducendi nunquam in terras poste diluvij. Autæ est catechesis Abrahami temporibus, cùm propter ritum circuncisionis, tūm propter manifestas de Christo, spiritualique posterioritate pollicitationes. Nec enim simul vniuersa tradebantur; sed singulis penè seculis per incrementa catechesis explicabatur: quoque magis diabolus Cainianæ ciuitatis habitatores densioribus inuoluebat tenebris: ed maiora diuinæ lucis, & cognitionis rerum necessiarum Deus electis suis dabat argumenta. Plurimū autem accreuit Mosis ætate, qui omnem illam præceptorum, cæremoniarum, iudiciorumque le-

tempore Mosis, gem, quam Iudeis traderet, accepit à Deo: vt eos in catechesi si minus blanda, certè illorum ingenii congruentissima pro viribus eru-

Recepit, atque (vt sic loquar) catechizaret. Nam Paulus dicit Iudeos

*robis naſus* & *quærus* è *r̄z r̄cas*, id est, lege vtcunq; eruditos fuisse. Quem Gal. 3: admodum enim catechesis ad fidem; ita lex ad Christum deducebat: vnde & ab eodem apostolo pædagogus vocatur; quia Iudaicam infantiā tantisper crassioribus, vmbriticisq; sacramentis, veluti lacte quodam imperfectioris doctrinæ, nutriebat; donec ad Christi sublimem iustitiam ea contempta, quæ ex lege est, concenderent. Et is quidem catechesimus est mirum in modum austus, & illustratus à Davide, Prophetis, aliisque sanctis usque ad ipsum Christum. At vero nostrorum, Ioannes fuit primus catechista ch. istianorum. Christus fuit catechesis. Huic absolute, deinceps Christus ἀρχιδιάσκολος id est, princeps doctor, supremam mus catechesis. *Hoc tempore obscurata catechesis.* mentem impositurus, superuenit; perfectamque catechesim suis Apostolis, alijsq; discipulis, eorumque successoribus in orbem quaquaversus deportandam, euoluendamque tradidit. Has ergo iactat imagines: his gloriatur proavis hæc institutio, venerandæque senectutis decus ingens ostentat: sed quæ hoc tempore, si vñquam alias, videatur impeditissima, summaque cum difficultate coniuncta. Nam et si pura, germanaque doctrina nunquam non obscura fuerit (quantam vis lucem affingant mendaces hæretici) vt horridulo cortice canes absterrebant: nunc tamen cùm passim graffentur hæreses quæ præclaris, honestisque titulis sese venditant: sordesque meretricias, concubinatulque probrum pudicitiae vestet egere conantur, & coniugalem integritatem mentiri; dici non possit quantum accesserit caliginis. Nam illæ veteres aperram, vt habeant, ita generose præ se ferebant infaniam: hæ vero aded cultæ, cerussatæ, pictæ, & lenocinijs, pigmentis, venenis incrustatae visuntur: vt nesciam si quicquam infernus futuris seculis euomere queat elaboratius. Numerus vero tantus est, vt vix iniri queat: singulis diebus, ac momentis infelici fœcunditate renascentibus Hydra capitibus: vt quæ olim Epiphanij, Augustinique, & aliorum temporibus ad octoginta, vel ad centum usque progressæ, numerosissimæ videbantur; nunc multas centurias, ac miriadas expleant: nequedū progenerandi finem se facturas minitentur. In his ergo tenebris, erroribus, & opiniorum varietate dispicere quid sanum, quid verum, quid solidum, quid christianæ disciplinæ consentaneum, quid catholicorum Patrum decretis, regulisque sit conueniens: nemo (credo) negabit ingentis esse laboris. Quanquam non erraturum putem eum, qui istud ab irato Deo profectum dixerit, nostram irreligionem, ne dicam impietatem, sic vñcidente ob innumeras catecheseon formas: quas nobis partim vernacularis, partim latinas obtinunt insana capita literatores, pædotribæ, pastores etiam interdum male periti rerum theologicarum: cùm præcis *Qui olim, qua tempibus id muneri fuerit tantum diaconorum (vt appareat satis ex ista. Areopagita cap. 5. Eccl. Hier.) hoc est (vbi Pauli præcepta seruabantur)*

Timoth. 3. summorum Theologorum, quales habuit Alexandrina Ecclesia Pantænos, Clementes, Dionyfios, Heraclas, Adamantios, & alios, qui post Euangelistam Marcum, & Therapeutas, id officij doctissimè prestiterunt. At verò ne de sola eruditione labores; fac esse quempiam illis, quos iam nominauimus, non dissimilem: num statim aptus erit, qui auditribus ea, quæ ad hanc rem pertinent, commodè queat instillare? Nam vt hic artem dicendi, methodumque non requiram, quæ tamen sunt cum primis necessaria; induat catechistes oportet affectum verè paternum erga suos, vt possit cum Paulo dicere, *Filioli mei quos iterum partario, donec formetur Christus in vobis: & ad exemplum Christi, Næ pater, quia sic tibi visum est abscondere ista à sapientibus huius mundi & reuelare parvulis.* Si enim defuerit hoc dilectionis philtrum; si non ea charitate mens imbuta, planèque delibuta fuerit; Christique Servuatoris incredibilem philanthropiam, quatenus licet homini, expresserit: nunquam profètò lac istud Christianæ catechesos in auditorum mentes instillabit. Sed donemus tales non deesse candidis coruis rariores: vbi tum parvuli, vbi plebs, vbi iuuentus ad hæc idonea, qualèmque Christus ipse præscripsit? Nam dum adhuc infantes sunt liberi, & priusquam ephebiā attigerint, quæ videtur ætas isti percommoda negotio; tum vel hæresibus, vel superstitionibus addicti parentes morbum ingerunt suum; ac teneras herbas inficiunt. Adolescentes ab hoc studio retrahit caro iam lasciuens, mundus illiciens, dæmon versipellis, à quibus certatim animi, vel scelerata siti diuitiarum, vel inextinguibili voluptatum amore, vel ambitu, odijs, ignorantia, eiùsque generis peccatis ita complentur, vt frustà postmodum Christus pulset fores cordis iam occupati. Si verò cum superstitionis tibi sit negotium, perinde fueris, ac si hæresim doceas (nolunt enim de doceri quod male didicerunt) damnabunt illi quæcumque cerneant opinioni, quæna imbiberunt, refragari; etiam si tecum sacra concilia omnia, scripturæ, & constantissimus Ecclesiæ usus faciant. Homines autem improbos, qui neque didicere quicquam, neque discere volunt, aut possunt, quomodo instrues necessaria catechesi? Omittito eos quos duum transuersos rapuit hæresis innumerabiles, qui non tantum non admittent orthodoxiam; sed repugnabunt vehementissime. Nec adferam quod tradit Augustinus de sexuā, ætatu, conditionum, affectuumque varietate. Olim cùm singulis catechumenis darentur singuli catechistiæ, hoc est, diaconi, res erat vsqueadè tam ardua; vt Carthaginensis Deogratias, eius difficultate perterritus, putarit sibi Augustini sententiam exquirendam, & velut in re propemodum desperata, plane diutinum illius ætatis consulendum oraculum; vt quid hic optus esset facto ille declararet. Hodie verò cùm vna, eadèmque catechesi pueri, iuuenes, series, obseuri, nobiles, laici, sacerdotes, conjugati, virginesque docendi veniant; quorum alijs molestissima videtur eorum, quæ optimè norint, inculcatio; alijs neque norunt,

*Quæ deceant  
catechistam.*

Gal 4.

Matth. 11.

*Nunc rari sūt  
idonei cate-  
chumeni.*

*Olim magna  
catechesis dif-  
ficultas, nunc  
maxima.*

norunt, neque doceri volunt: potestne (quæso) certa methodus, & ratio constitui? Si autem catecheseon necessitatē verbo libeat intueri, propter quorundam oscitantiam, qui utramque in aurem securè sibi dormiendum arbitrantur in fide (vt vocant) maiorum: cùm interim nil calleant omnium, quæ ad illam pertineant: cùm is Christianus meritò dici non possit, qui christianismum ignoret: huic rei copiosè satisfacient Aquisgranensis concilij canones primus, & secundus: quibus Christiani titulo censetur indignus quisquis catechesim, hoc est, orationem Dominicam, symbolum, ac decalogum ignorat, Accedit Remensis canon octauus dicens fidem quidem omnibus esse necessariam: eum tamen credere non posse, qui nesciat quæ sint credenda, nec neque fidem ad salutem sufficere: sed iuxta Pauli doctrinam, necessariam oris esse confessionem: in quem usum sexti concilij Patres. ca. 78. præcipiunt quinta feria omnes qui illuminantur, apud Episcopos, & presbyteros fidei quandam recitationem instituere, quod Laodiceni Patres anteà de catechumenis, & hebdomadæ magnæ feria quinta intellegendum esse demonstrant. Huc adde inter omnes catholicos conuenire, omnibus quantumcunque rudibus adlaborandum: vt ea, quæ Ecclesia seruat in sacramentis, recolit in præcipuis festiuitatibus, defendit contra cuiusque tempestatis diuersos hæreticos, norint vniuersi: quorum in Tridentina synodo videte est clarissimam descriptionem. Cùm igitur usqueadè crassissimæ quorundam ignorantiae in fidei, religiosisque negotio locum superesse, usum sit Patribus intolerabile: vt inter Christianos non aguouerint eos, qui fidei nullam rationem tenebrent: nunc tandem veterum excutiamus; & vel ediscamus quæ dum nobis oportuerat esse familiaria: & catechesi demus non indiligerenter operam, cuius tantam videmus necessitatem, ac utilitatem, vt mortales hac sine Deus, imò nec angelos unquam esse permiserit, cuiusque tandem perficiendæ gratia filius Dei quondam in terras descendit: ne si hanc veritatis lucem: quæ nostris ingeritur oculis, contemnamus, à iudice Christo in tenebras olim exteriore reiçiamur, & ignorantibus Dei religionem, ab eo vicissim ignoremur.

*De catechesos nomine, ritu, partibus, natura,  
definitione, & alijs.*

### Catechesis secunda.

**P**OSTEAM, quod satis erat instituto nostro, quæ de necessitate, antiquitate, ac difficultate huius doctrinæ nuper dixeramus, præsens catechumenus vobis reuocavit in memoriam: supersedebimus longiori repetitioni, iam quæ ad rem ipsam proprius veniemus: atque ubi de catechesos nomine paucula differuerimus, ipsam quoque naturam eius rudi carbone delineabimus: tametsi non me fugiat ceteros catechistas

*Necessitas  
catechesiæ.*

*Burchard li.  
2.ca. 62 de-  
cret.*

*cur semper  
author de no-  
menclationi-  
bus ante om-  
nia differat.*

hanc nominis, veriloquij rationem negligendam putare, quām rectē iudicent alij. Nam cūm alijs in disciplinis ratio, methodūque mirum in modum oblectent: hac tamen in parte sunt eadem prorsus necessaria: nec video quā ab ijs expectari debeat utilitas, qui rei, de qua disseritur, penitus inertia nomina iudicant: cūm theologorum vocabulorum, & originum pressius inspectae fibræ, studiosis nonnunquam perfecti commentarij sint loco. Certe nostri maiores apostolici, præstantesque viri sacras voces in scripturis occurrentes semper duxeré penitulatiū examinandas, gnari quōd illarum pleraque totum, quo de agitur mysterium sua proprietate complectantur. Verū ut hæc missa faciamus: neque repetamus, quām turpiter quispiam vel catechistam, vel catechumenum profiteatur, qui si rogetur eorum nominum rationem reddere nequeat: nunc breuiter libet de propriè dicta catechesi, & eius quibusdam adiunctis sermonem facere; deinde compendiō quāe partes, & quot eius capita subiungemus: quia (tamen) fusio rem tractationem clepsydra penè nunc exhausta, prolixa catechumeni repetitione, non admittat) vel sterili potius hæc oratione perstringere, quām penitus non attingere iuuat, quāe videtur professor prætermittere intacta non posse, nisi simul & officio suo deesse voluerit. Catechesim igitur habere nomen à voce Græca ιχθύς, sive Ἰχθύς, à qua na scitur verbum ιχέω, quod ita sonare significat, vt sonus illis resiliat, verāmque vocem imitemur, & dilapsa nunc in ventos verba quodammodo reuocet, vetētque petire; nullus ignorat. Hinc deinceps ortum οντοτηταν, præter allisionem, deorsum tendentis vocis habet significatiōnem: per flexum autem à maioribus nostris ad christianam scholam tradūctum, pro rudimenta docendi functione usurpatur; qua vox auditotum auribus illidatur, indēque resultet, respondentē nimirum catechumeno. Et vt huius physicæ, theologicæque resonantiae similitudo

*vide ruru-  
num lib. s.c.  
8. vbi tamen  
κατηχέω  
diſſonare, &  
ἀπηχέω re-  
ſouare verti-  
catechesis fit  
viva voce.*

apparet; que madmodum in ea sonus quidam prius existit in humiliori loco, ac deinde petit sublimiora: à quibus reuerberatus denuò refudit: sic oīm à catechistis oratio progreſſa, & à catechumenis in paulo editiori circumstantib⁹ excepta, resultabat, cūm ad quæſita quisque responderet. Itaque ex hac analogia facile est colligere, non deesse catechesin, quoties vel scriprorem catechistam, vel scriptum aliquod

catechesim appellamus: cūm ex superioris dictis constet eam esse nomenclationis rationem; vt ijs propriè quadret, quæ viua voce peraguntur, non calamo; & vbi seruatur deorsum vergentis, & allisi, resultantisque sermonis proprietas. Neque tamen quiuis illico dicendus erit catechista, qui viua voce quempiam erudit; sed is duntaxat qui fidei, religionisque christiana cognitionem tradat: quam tradendorum mysteriorum significationem (ni fallor) semel apud Lucianum reperire est, aienten poetas κατηχάσει, id est, docere ea, que sunt Deorum, fabulosis inuolucris, & eam proprietatem haud dubiè à nostris scripturis suffuratum; quamvis & hoc antiquiores, Christo tamen posteriores

posteriores eodem verbo sint abusi in denotanda institutione religiosa. Adhæc requiritur vt fiat ἐρωτηματικῶς. Atque sic res oīm se habebat: quamvis aliquot locis nonnihil fortassis ab ista discessum fuerit consuetudine. Adducebatur ad diaconorum lectissimum catechumenus: rogabatur cur adesset: qui cūm respondisset ad fidem perdiſcendam: tūm sciscitabatur iterum diaconus quis, quidve illum per pulisset: an futuri iudicij forte auditi metus, an morbus, an prædicationis persuasio, somnium, spes diuitiarum, aut cæterorum quippiam, vt videre est apud Augustinum libro de catechizandis rudibus: atque tunc ex eius responso diaconus arripiebat ansam catecheseos instituendæ: à qua re non procul ablusere Tridentini Patrēs, dum iubent catechumenum eam fidem petere, quæ salutem præstet. Indicat præterea nominis veriloquium aliquid rude, nec ita longa meditatione perpolitum, quodque non habeat exactissimam rerum declarationem: sed isagogē duntaxat ad sublimiora: quod vel vnius Cyrilli Ierosolymit. calculus abunde testabitur, qui suas catecheses σχεδιασθαντας, id est, extemporales vocat, quas nimirum extemporalis dictio ne habebat ad suos illuminatos. Verū istud melius ex Lucæ narratiōne perspicuum fieri potest, dicentis illum Apollo Iudæum Alexandrinum fuisse κατηχημένον τὴν δόξην τὸν εὐαγγελίον μένον Τὸν διαπομπαντανεύειν, id est, edictum viam Domini, scientem tantum baptisma Ioannis: vt nostra loquitur versio. Erat enim leviter tantum eruditus in iis, quæ ad Christum pertinebant: cūm tantum accepisset baptismum Ioannis: & eo vt cunque Christo præparatus, cæterorum, quæ à Christianis requiruntur, ignarus. Ad eundem modum in initio sui Euangelij Lucas idem ait sibi constitutum cuncta narrare ex ordine illi Theophilo (quisquis tandem ille fuerit) quæ à Christo gesta inter christianarum rerum peritiores ferebantur: Ιάννης (inquit) ἐπιγράψας τοὺς κατηχήσαντος λέγειν Τὴν δοctrinā την πατέρα του: hoc est, translationis vulgaris verbis: vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es veritatem: qui prius elementari, & catechetica solūm institutione Christi doctrinam perceperat. Ex horum locorum tumultuaria collatione, cuius euadet (credo) manifestum τὰς ἐπιγράστας sive cognitionis catecheticae καὶ τὰς δοctrināς, & veritatis seu (vt sic loquar) certitudinis discrimen à catechesi: quæ rudem præcipuorum capitum traditionem habet: cūm illæ omnia diligentissime soleant enucleare. His ad istum delibatis modum, licebit huiusmodi catecheseos definitionem contexere: vt sit Institutio fidei in Deum, cuique suo tempore necessaria: que interrogationibus, ac responsionibus, ac viva quid. voce peragatur. Et de natura huius rei satis, quam obiter videre licuit agnitam Apostolorum quoque temporibus: semp̄erque distinctam à penitiori scripturarum, mysteriorūmque cognitione. Iam de partibus eadem breuitate dicendum. Quantum autem hactenus à Einslempar-

*Prisci riūs  
catecheseos.*

Seſſ. 6.

Ca. 6.

Catechesis ru-  
dem tanum  
tractatiōnem  
habet.

Alex. pæ-  
dag. lib. 1.ca.  
6 & lib. 2.ca.

Aet. 18.

Luc. 1.

Catechesis

temporibus  
catecheses.

chesim obibant hoc modo, ut catechista summam aliquam congereret, suóque proponeret. catechumeno; idque, pro variis ingenii, & aff. cibis catechumenorum, & catechistarum, diuersis viis peragebatur. Id tamen constantissimè seruabant omnes; ut ab initio Geneseos per omnem scripturam decurrentes, ostenderent ea quæ de Christo credenda proponebantur, & quondam fuisse prædicta veteribus scripturis; & postmodùm etiam impleta, prout literis noui testamenti produntur. Huius rei nobis exemplum exhibuit Augustinus in libello de catechiz: rud: alterum Theophilus Alexandr: ad Autolycum libris tribus; tertium, quanuis mixtum, apud Cyrillum Hierosolymit: suggestur. Hac autem memoria, Georgius VVICELIUS, homo antiquitatum studiosissimus priscæ catecheses nobis aliquam præbuit effigiem. Quia autem scripturarum diuersa licet instituere compendia: vt quisque sibi scuptum præfixerat ad quem scripturas omnes reuocaret; ita variè catechesim instituebat suam. Nam qui spestabant illud, quod Paulus dicit finiem legis esse Christum: dabant operam, vt iam inde ab illa prophetia, hoc nunc os ex offibis meis &c. docerent vniuersa eò tendere; ut Christum nobis, eiusque corpus Ecclesiam demonstrarent. Alij, qui legem, vniuersisque Prophetas in dilectionis vel Dei, & proximi, vel solius proximi anacephaleos in contrahicernebant: eò quoque reuocabant omnia. Postremò ( nec enim libet plura persequi) quibus obuersabatur ob oculos Paulina sententia: Accedentem ad Deum oporier credere quia est, & inquirentibus se remunerator est: sedulò inculcabant fidem, & spem esse Christianis apprimè necessaria, & hoc scripturas collimare declarabant. Et sic ad ætatem usque Caroli Magni processum est; vel certè in eam, qua coeptum est haberi nefas paruulos haud tintos adseruare. Tunc enim mutata est ratio docendi; discebantque in scholis triuialibus pueri baptizati à paedotribis, quæ priùs à sacris liturgis catechumenos edidicisse oportuerat. Et in hunc usum congregata sunt ea capita, quæ etiam nunc ediscunt pueri; nempe Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum, ac Decalogus: neque id prorsus inepte. Nam quia fides, spes, & charitas sunt in primis homini Christiano necessaria: fidem in Deum symbolum exponebat; oratione Dominica spes instruebatur; charitatem Dei, & proximi discebant ex decalogo. Quoniam autem charitas in Deum non sola constat præceptorum obedientia; sed cultum etiam, ac reuerentiam postulat externam: versatus est in manibus vulgi libellus. Hebræa consuetudine à prima dictione (*confiteor dictus*; in quo iuxta constitutionem Aurelianensis conc. ca. 2. tradebatur, quo pacto se in sacramentorum obitio- ne, perceptioneque gererent. Et ne deessent orationum formulæ, quæ est diuini cultus pars multò maxima; fuit liber quidam cinnatus ex iis potissimum psalmis, qui in ecclesiis crebrius recinuntur, vocatus & ipse more Hebræo *Dixit Dominus*. Extitit & alias ex diuersis.

Vie, ac fines  
varii olim ca-  
techistarum.

Genef. 1.

Hebr. 11.

Quando my-  
tata ratio ca-  
techesis.

Catechesis qui-  
bus postea cō-  
peditis scripto  
mandata sit.

ex diuersis Euangeliorum, & Epistolarum fragmentis confarcinatus. In his erudiebantur pueri, nec admodum pœnitendam catechumeni nanciscebantur rerum necessiarum cognitionem: cetera præstabant concionatores. Vnde cernere licet, quæ sint in Dei ciuitate peregrini, qui catechesim vel intuentam, vel primum excultam Lutherò deferunt: cum nunquam tanta fuerit ignorantia christianæ religionis, & alta caligo, quin fuerint semper in Ecclesia, qualescumque latem, catecheses obleruatae reliquæ: in quibus partim Dei, hominisque cognitio, fides, spes, & charitas tradebantur, partim eius cultus, quem catholicæ mentes debeant suo impendere conditori, mandata, rationesque demonstrabantur: de quibus ex ordine futuris catechesibus differemus. Id autem semel vos admonitos volo, me nullius, & omnium catechesim tractaturum: nullius quidem, quia vniuersarum, quæ circumferuntur innumeræ, nullam sumus nominatim sectaturi, nec methodo cuiusquam nos alligaturi, omnium verò, quia quæ in singulis commoda videbuntur imitaturi. Ut enim qui ad enarrandum Paulum adsumunt nullum, quantumvis eruditum commentarium: sed ipsum Apostoli contextum exponunt: sic nullius explicationem huc adferemus nominatim, sed ipsa rerum capita, utputa oratione dominicam, symbolum, decalogum, &c. trademus verbis Ecclesiæ iam inde à plus mille annis receptis, expositionem autem, ac intelligentiam ex præscriptis Tridentinæ synodi, vetutissimorūque Patrum sententiis proferemus: nimirum ut traditionis Ecclesiastice lectionem seruemus, retenta explicationis eorundem, pro veterum catechistarum consuetudine, libertate.

Catechesis in  
Ecclesia non-  
quam defuit.

Methodus au-  
toris.

### De Deo, nominibus eius, & descriptione eiusdem.

#### Catechesis tertia.



Vduisti nuperimè, quanta sit inter physicā resonantiam, ac theologicam, id est, catechesim cognatio, quæque sit vera natura. Et si quid à nobis dictorum fallaci exciderat memoriae, ut enatarum formularum catecheses ex compendiorum varietate diuersitas, ac quæ postremò à nomine eius origine, aut potius capitum, quæ nunc passim in catechetis libellis circungestantur, dicta fuere: catechumeni præfens repetitio ( sat scio ) cuncta vobis affatim restituit. Nunc omissa externa hac ( ut sic loquar ) deambulatione: tempus est, ut vos intè spectatum inducamus. Primum igitur caput catecheses quia duplex est, habetque altera sui parte Dei, altera ipsius hominis cognitionis tractationem: quidam acutè disceptant vtra pars alteri sit præponenda. Nos autem, ne videamur ab instituta ruditate discedere, vnius supremi numinis maiestate coactos ingenuè fatemur de Deo priore loco agat.

Quare de  
Deo primo  
loco agat.

b loco

De Dei nomi  
ne.

loco , nec abs re nos esse dicturos. Cùm enim sit omnibus persisssimum, rebus cunctis hunc in immensum præstare, qui vniuersa condidit, imò cùm fateri etiam necesse sit, citra Dei cognitionem frustrà nos , vt nòs ipsos agnoscamus, adlaboraturos ( neque tamen hic agimus de philosophica hominis cognitione , qua dicitur animal ratione præditum , sed de ea , qua demonstratur qualis à Deo sit conditus , qualem se ipsum peccando reddiderit , quámque turpiter deformarit , & quanta Christi pietate restitutus, qualem formam receperit ) neminem tam aliorum placitis addictum reor , qui hunc ordinem sit damnatus, aut reprehensurus. Videmur autem quicquid satis huic erit negotio abundè declaratur, si nominis redditia ratione , Deum esse, aduersus quorundam impietatem docuerimus, illiusque incomprehensibilis alioqui substantiae nonnullam descriptionem adsignauerimus, ac postrem qualis sit, quem agnoscimus , ac prædicamus Deum, rudi penicillo ( si ita fas sit ita de lumina illa maiestate verba facere) depinxerimus : non equidem vt omnem procul excedentem intellegum diuinitatem nostris vel sermonibus, vel ingenii includamus, sed vt ne deesse videamur semel suscepto muneri. Dei nomen igitur Ἡλέβις Hebrews fortè significare nullus ignorat: cæterum Latinis, & Gracis etymon est varium. Quidam enim volunt dictionem Θεος ab Ethnicis esse confitam, atque postmodum à religiosis, ac piis hominibus surpassatam Ἀπόστολος ἀπειπεν, quod amburere significat, quia Deus noster ignis consumens est omnem malitiositatem , & peccatum. Fuit & alia infidelium etymologia Ἀπόστολος: quia ( vt inquit Clemens Alexandr: orat: adhorrator. ad gentes motus astrorum contemplantes admirati sunt, & Deum esse censuerunt astra, solem, lunam, & ceteros ab eo, quem cernebant, cursu perpetuo. Theologi nostri , ac nominatim Areopagita, eiusque sectator Damascenus, utriusque veriloquij memoraverunt, posterius tamen non à cursu deducunt, sed à rerum omnium nutricione, fotu, & administratione, quod insigne continet consolationis argumentum, cùm intelligamus nos , vt reliqua omnia in Dei manu, cura, & protectione positos. Putant præterea deductum hoc nomen Ἀπόστολος eò quod conspiciat, ac norit omnia Deus. Vtile profectò etymon, ac dignum quod nostris præcordiis infigamus aduersus ea, quæ nobis in ipsis ædium penetratibus, vel tenebris, ac solitudine procul ab omnibus arbitris, turpia suggerit impurissimus satan. Aliam quoque suppediat vocis originem Clemens Alexandrinus. Θεος οὐ τὸν θεού εἶπον αἱρεῖται, ταῦτα γε, id est, Deus vero dicitur à positione, hoc est, ordinatione. In Petri enim prædieatione reperies alicubi Deum vocari legem, ac rationem. Et ista quidem de hoc nomine, quod latinum ex græco factum videri queat: ideoque plura dicere supersedemus. Iam de quæstione An sit, non nihil agendum. Et videri possit impium istud querere, quod omnes agnoscunt non solum Christiani, sed & Iu-

& Iudæi, & Infideles alij, vt probat Iustinus: sed nunquam est tam solidam fides: quin rationes, præsertim è natura petitas, ad fidelium consolationem admittat. Imò post Isaiam, Iustinumque martyrem Gregorius Nazan. dicit eos, qui sana fide prædicti sunt, frequenter requirere, ac illis reddi oportere rationes, non vt de rebus fiat fides, sed vt magis gratulentur sibiipsis, ac placeant, ob suam credulitatem rerum, tam pulchris argumentis, & rationibus demonstratarum: icticō miretur nemo, si hoc ipsum nobis vno, alteroque exempli putauerimus esse tentandum. Non autem hic scripturarum adhibebimus autoritatem: quas qui non respuit, Deum esse fateatur necesse est, neque Philosophorum grandiloquentiam libet adferre, quorum præstantissimi quique diuinitatis confessionem admiserunt: præter admodum paucos, reliquorum concordibus suffragiis condemnatos, & philosophica Republica pulsos: qui tamē & ipsi quantūmis impij, compellebantur in periculo constituti volentes, nolentes, Deū agnoscere ( vt in Caio Caligula videre fuit, qui cæteroquin ἄπεις, in discrimine tamen haud secus Dei manum formidabat, quam quilibet impensis superstitionis) sed quas Damascenus lib. i. cap. 3. orth. fid. rationes apertissimas ex Areopagita subministrat. Vis ( ait ) intelligere Deum esse, nec posse negari: sic habeto. Omne quod est, vel creatum, vel increatum sit oportet. Atqui quæ condita sunt omnia, necessariò sunt obnoxia mutationi ( vnum quodque enim cum eo patitur, cum quo sumpsit exordium, vt moueat necesse sit, quod cœpit à motu.) Homines namque, angeli, dæmones mutantur, non quid intereant penitus: sed quia per arbitrij libertatem amplectuntur bonum, aut malum: proficiunt, aut deficiunt: interdum excellunt magis, vel tepeſcunt: cætera omnia oriuntur, occidunt: crescunt, decrecunt: dormiunt, vigilant: sunt ægra, &c. At quod est expers creationis, nulli potest corruptioni subiacere. Contrariorum enim semper necesse est existere contrarias qualitates. Vt autem quæ ortum habent, eas quas diximus, experiuntur vices, iisque subiacent: ita necessariò, quod est increatum, ab huiusmodi liberrimum esse fateri conuenit. Alioqui, si dicas Deum mutabilem, non iam Deum, sed vel angelum, vel dæmonem, vel hominem habiturus es, aut cæterorum quippiam. Adde, id quod creatum est, ab aliquo cœpisse, & id rursus ab alio: sicque in immensum progredietur, nec fine habebit absurdâ disputatione: donec in aliquo subsistat, quod omnibus vt sint, causa sit, ipsumque nullam aliunde subsistendi causam habeat. Accedit, ordiné vnitius, rerū pugnantissimaru concordē discordiā, placidamque cōmixtionē, & conseruationem, vel in uitiose suā quendam architectū, & opificē ob oculos ponere. Videamus enim cœlos nō tantū esse multos, sed & vnumquodque propriū motū habere, nec tamē cāpropter oriri vllam rerum perturbationem. Deinde creature profluis inuicem contrariæ, quæ tamē se mutuò non permutant ( vt sunt ignis, & aqua) Deū esse clarissimè vociferantur, cogūtque, vt ex horum

*Deitas quid  
ex Areop.*

*lib 1. contra  
marcionem.*

*quid Deus ex  
tertul.*

*summum ma  
gnum.*

*In aeternitate.*

*constitutu, in-  
ficiuntur.*

*infectu.*

*filiuntur.*

horum omnium siue continentia, siue adseruatione (Damasenus οὐρό χην vocat) confiteamur aliquem esse, qui ea curet, non utique aliena (quemadmodum insanus delirabat Marcion) sed à se condita: nisi vel fortunæ, vel fato, miserorum hominum somniis, quicquam tribuanus. Sit igitur ita breuiter constitutum Deum esse. Iam definitionem aggrediamur. Et hīc equidem, si candidè me nescire quid sit Deus fatear, fecero cum tota Ecclesiæ antiquitate. Neque enim diuinitatis abysmus, altissimumque profundum, & lux inaccessibilis à creatis ingeniis peruerteri, peruestigari, intelligi denique, aut vlla ratione circuncludi potest: quantumvis Plato aiat talem esse mentis oculum, & ad hoc nobis datum, vt eo clarè possimus ens illud cernere, quod est causa omnium. Ut enim Deum aliquousque notum habuerit ille: non tamen christiana cognitionis particeps fuit. Neque tamen huius ignorantiae nos pudere debet: cùm simus hoc nomine fœlices, qui talem habeamus, tantumque Deum, cuius dignitas & sublimitas ne imaginazione quidem adæquari, aut vlla ratione satis cogitari valeat. Ne tamen nil habeamus ad manum, quod rogati respondeamus, en qualemcumque definitionem ex Areopagitæ libro de diuinis nominibus ca. 12. vbi tamen obseruandum, abstractum potius, quam concretum, hoc est, deitatem ipsam, quam Deum à Dionysio definiri. Is igitur posteaquam bis, nempe eodem capite, & iterum Eccl. Hier. cap. 2. suas id vires longè dixisset excedere, tandem hunc in modum describit. Καὶ τὸν περὶ τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν, καὶ τὸν αὐθέντην τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν περὶ τοῦ θεοῦ φύσιν, καὶ τὸν ἀποτλητὸν αὐτοῦ περὶ τοῦ θεοῦ τὸν περὶ τοῦ θεοῦ φύσιν, καὶ τὸν ἀποτλητὸν αὐτοῦ. Quæ si quis nostra face velit illustrari, sic accipiat. Deitas est contemplatrix prouidentia, & bonitate perfectissima seu omnimoda, & uniuersa obiens (interprete Pachymera) seu administrans, & comprehendens, & seipsa comprehensiva (id est, cuius vestigium, seu indicium in omnibus appareat) & excedens omnia, quæ ipsius prouidentia sunt participia. Hæc est ipsius deitatis definitio, quæ si cui minus adlubescit, vel satisfacit: recurrentum est ad superiorem ignorantiae confessionem. Sed & hanc, à Latinorum Theologorum principe Tertulliano, subiectamus, qui coactus à Marcionitis, postquam id fieri posse non semel negasset, tandem libro primo contra Marcionem sic interrogat. Ego Deum definitam quatenus humana conditio de Deo quicquam statuere potest, quod tamen omnia conscientia facile cognoscant. Deus est summum magnum, in eternitate constitutum, innatum, infictum, sine fine, sine initio: quæ antiquissimi scriptoris verba, paucis videntur expounded. Summum magnum appellat Septimius, quia Deus est immensus, nec habebat genus (vt dialectici loquuntur) definiti, nec essentiæ, aut substantiæ vocabula sufficiebant. In eternitate, quia neque ceperit, neque desinit inquam, sed in perpetuo suo quodam modo beatus, ac solus immortalis. Et ne mutationem somnies, dicit esse constitutu, in-ficiuntur. Innatum autem vocat: quia etsi filius natus est: illa tamen felix

felix natura neque nata, neque facta est, ideoque sola propriè esse dicatur, quia semper fuit, cunctisque deinceps ut sint, quadam essentiæ siue communicatione largitur. Sine fine, quia res creatæ intereunt, ac mutationi subiaceant, ut suprà diximus. Sine initio, quantumvis ha- refiarchæ veteres Dei filium voluerint genitum, & creatum in tem- pore. Iam ad qualitatis veniendum erat quæstionem: sed ne copiosior apparatus catechumenis nostris conuiuis pariat naufragium, ea seruabitur proximæ catechesi. Interea sic in ipsis Dei nominibus, ac de- scriptione mentis agitatione versamini, ut sola fide cognoscendum hīc esse incomprehensibilem Deum non ignoretis, qui est benedictus in secula.

*Sine fine.  
Sine initio.*

*De Dei qualitatibus seu attributis, & elogis præcipuis.*

## CATECHESIS QVARTA.



VIA proximè superiori homilia non licuit ea, quæ pro- posueramus absoluere: supereft qualitates ( si ita loqui fas est) in Deo quæ sint ostendere. Qua de re tamè priusquam verbum faciam, meos catechumenos admonitos volo, nos hac voce non intelligere, quod Philosophi in suis ca- tegoriis: cùm in Deo, qui ab omni compositione, & coagmentatio- ne est alienus, vel qualitates, vel habitus, vel formas, vel facultates, vel imbecillitates cogitare non liceat. Ergo de illius attributis potius nobis erit agendum: Quod si doctissimis, sanctissimisque nostris maioribus, ac nominatim Areopagitæ credamus cap. 2. Coel. Hier. & toto libello de mystica Theologia, & Damasceno lib. 1. orth. fid. cap. tribus, quicquid de Deo dicitur non significat illius naturam, & 13. aut essentiam, imò dici, vel credi propriè Deum id esse, quod de illo dicitur, non caret ingenti blasphemia: sed quicquid adscribitur illi, sic est intelligendum, ut vel ostendat quid non sit Deus, vel significet re- lationem ad creaturas, vel quippiam quod illius naturam sequatur, vel eius quandam actionem, & officium, quæ tamen omnia qualiacunque sic de Deo sunt intelligenda, ut abstractis melius, quam concretis (vt Dia- lectici loquuntur) efferantur. Aptius enim sapientiam, & potentiam, quam sapientem, potentemve dixeris. Nam si sic voces, & hæc huma no- ciptu metiaris, (vñ proclive est homini rerum sensuum simulacris occu- pato) iam affinges Deo quod fides execratur, vt pote cū aliam non agno- scas vel potentiam, vel sapientiam, quam quæ est in rebus creatis. Ideo- que adserūt iudei nostri maiores verius nos ista de Deo negaturos, quam affirmaturos, atque rectius ἀποφαίνως, quam καταφαίνως de illo ser- monem facturos. Imò si emphasis potius, quam decentiam intuea- ris, multò futurum est Deo dignius, si morte vel tenebras, quam si vitam Melius de  
Deologimus  
negatiæ,  
quam affir-  
matiæ.

Blo<sup>g</sup>ia Dei  
precipua  
quinq<sup>ue</sup>.  
Bonitas Dei.

lucemque voces: quia prioribus illis attributis nescio quid creatum vi- dēris imaginari; calliginem si nuncupaueris, tanta illum luce circumfusum adseres, vt ad eam lux nostra si conferatur, sint densissimæ te- nébrae. Quocirco si velimus D<sup>e</sup>o quicquam aenti sermone tribuere: fuerit optimum negotiones, & adseriones inter se temperando conie- cteret: vt iucundissima co<sup>n</sup>figratio<sup>n</sup> dicamus sapientiam sup<sup>er</sup>sapien- tem, & supersubstatiæ substanciam, &c. Cum igitur hæc le ad istum habeant libidinif<sup>u</sup>, nūnq<sup>ue</sup> putare debemus, hæc omnia voeabula balbu- flētum hominum, eadem fētīnere, quam in prophanis vīsibus habent, naturam: sed nouam prorsus induere significationem. Alioqui nostro potius esset honorandus silentio Deus: nisi salutari institutione sua nos instruxisset, vt humanis verbis de diuinitate loquamur. His ita præstru- etis, videamus quas Deo tribuit scriptura qualitates. Celebratur enim infinitis elogiis, sed quinque sunt omniū celeberrima, & frequentissima ut dicatur Bonus, Potens, seu Omnipotens, Sapientia, & Ju- stus, de quibus ex ordine nonnihil impræsentiarum est dicendum. Vf- que adeo igitur Deus bonus est: vt nunc citato loco Dionysius, & c. 2.3. & 4. de dñi nominibus, dicat τὸν ἀγαθόν, id est, bonum, vel esse Dei essentiam, vel esse proprietatem essentiae proximam. Nam de illo quic- quid intelligimus bonum est, neque præter eius bonitatē quicquam mente valemus efformare. Eam autem bonitatem Damascenus lib. 2. c. 2. orth. fid. hinc celebrat, quod secundum naturam bona, omnia quæ sibi adiunguntur, sibi faciat participia: neque hoc villo suo cōmodo, vel bono: sed tantum vt cunctis bēne sit, quantum capere valet eoru natura: quibusdam solum vt existent, aliis vt præterea viuerent, nonnullis intelligendi quoque facultatem impartiens. Si autem quisquam bonitatis abyssum intueatur dedicata peculiariter humano generi: nunquam pro dignitate quib<sup>u</sup> expendere. Quis enim euoluat inexplicabiles clementiae thesauros effusos in omnium nostrum conditione, & per Chri- sti mortem saceritam reparatione: nec minus liberaliter quotidie pro- fluentes, dum peccantes benignus expectat, poenitentiaque remedia contemni, suāque rideri patientiam diutissim tolerat, dum irrogatas Sp̄iritu sancto, quēm per scelera, mentiū nostrarum nefariè deturbamus hospitio, comitumelias non euestigio persegitur: tandemq; reuerentes fessos peccando, blandus excipit, complectitur, osculatur, expiat, iustifi- cat. Alia huius incredibilis, nūnq<sup>ue</sup> quotidiana nos docerent experimenta, bonitatis exempla mille passim locis occurrēt, nec libet esse verbo sum in te, quæ nullo sermone potest explicari. Hoc igitur sit semel dictum: mortales omnes, etiam infideles natura imbutos huius diuinæ bonitatis opinione, Deum & optimū, & maximū prædicare: adeo vt Epicurei ne nocere quidē posse, si maximē vellet, adlērent, & hæresiarchæ nō nulli Deum Christianorum, id est, Christi patrem, tam esse bonum somnia- rent: vt potius diuinitatem diuideret, quam isti severitatis, ac rigidioris iustitiae quicquam adscriberent. Postremo Deus tam bonus est: vt nostra tempestate

tempestate quidam astruant hæretici, Christianū se perdere quidem posse, tantum si fidem retineat: etiam si vitiis omnis generis contamina- tissima vita diffluat. Hæc enim piacula, tametsi falsissima, non sunt ta- men temerè conficta: sed ex innumeris diuinæ bonitatis præconiis, quæ passim per scripturas sacras occurrunt, perperam intellectis adsumpta. Iam si velitis eius potentia vobis demonstrari vestigia: non ea tan- tum in cyclopibus, gygantibus, monstribus, excelsis montibus, voragini- bus, altissimisque vallibus eluent: sed potissimum in huius vastissimæ machinæ creatione. Etsi enim singulis eius in partibus, stupendæ po- tentiae nobis argumenta ponantur ob oculos: levissima tamen ea vide- būtur, si huius vniuersi ratio veniat in censem. Quid autē admirabilius ipso mari, quod terram instar cuiusdam limbi circumtingens, contra na- turę propriæ leges solo Dei nutu constrictum, ita, spatio terrarū detexit, iisque cessit: vt proprios limites nūquam trāfiliat? Aēr verò, ignis, cœli, planetæ tāta creatoris in sua productione potentia, virtutēque decla- rat: vt ingeniosissima Philosophia eam sibi persuaderi sūerit nūquam, Sapientia. iactans illud vulgatissimum, ex nihilo nihil fieri. Sapientiam eius quid multis opus est celebrare, qui tam est sapiens: vt ne nomen quidē ipsius nostra sapientia queat inuenire? Nec enim illud effari possumus: sed ex alto deridet id conatos mortales, & illorum vmbriticam sapientiam infatuat. Quis autem nisi sapientissimus, hanc rerum molem potissimum cōditā, sic admirabili æquabilitate moderetur, ac regat? Istud verò om- nem admirationē superat: quod dīabolum falso sapientia iactantē titulos (propterē enim le dīabolū facit appellari, quasi dīabolū i. ἐπιστήμην) hoc est, intelligentem: quamuis Eusebius in præparatione Euangeli- ca, velit non tam scientiæ: quām timoris, & terroris, habere significa- tionem ἀντροῦ dei, uirū ip) demonstrauit esse reuerā stultissimum. Nam dum is à Christo sciret esse sibi maximē metuendum, ne quid ab illo sui iuris expeteret, qui solus erat inter mortuos liber (vt loquuntur no- stræ scripturæ) tamen vīque adeo despuit sapientissimè suscepta nostri Soteris œconomia, consiliisque reconditissimis inescatus: vt non agnoscens quēm appeteret, dum filium Dei, quem putabat vecors, merū hominem, cupit deuorare: se ipsum, regnum, tyrranidēque p̄deret. Nihilominus tam stupendam Dei nostri sapientiam diuus Paulus vo- cat stultitiam: vt quid sapientia diuinæ, quantumque sit tribuendum penitus ignoremus. Supereft, vt qua pacto Sanctus in scripturis cele- bretur, videamus. Et quidem si libet, vt compendio, Dionysius cap- tit. 12. de diuinis nominibus, ait: sanctitatem esse omni sceleri libe- ram, perfectam, & penitus ab eo: s quod purgatione indigeat, alie- nam munditiam: quod quia Dei proprium est, idcirco sanctus, sanctis- simus, & sanctus sanctorum. Hebraica confuetudine, qua præstantif- simum quiddam, & eximium solet indicari, nūncupatur. Eapropter Daniel., reges, & sacerdotes interdum quoque sancti dicuntur: quod re- liquis

I. Corinh. I.

Sanctitas.

liquis mortalibns (vt inquit eo loco Dionysius) acceptam à Deo conferant, refundantque sanctitatem. At hos tantum excellit omnium sanctificator Deus incredibili sua sanctitate, quantum eminent iis, quæ non sunt, verè existentia. Neque tamen hoc vnicaratione sanctus dicitur Deus, quod (videlicet) sit alienissimus ab omni sorte, & cæteris conferat sanctitatem: verum, vt etiam intelligatur esse diuersissimus à Diis gentium, hoc est, dæmenibus, impurissimisque spiritibus, voluit in suis ritibus, præceptis, cultu, ac ceremoniis esse viderique sanctissimus. Ac ne satis quidem fuit castissima sanctissimaque religione coli: nisi haberet insuper cultores, si non æquali cum ea, quæ diuinitatis est, certè maxima, quæ mortales deceat, sanctitate præditos.

*zenuit. xx. & Ef kote sancti (inquit) quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester: & olim clamabatur in mysteriis: Sancta sanctis. Quocircà nos, qui sanctissimi Dei fidem, religionemque profitemur, demus, quælo,*

*Institia. diligentem operam, ne spurcis moribus, & fordida vita simus illi dedecori. Nam propterea iustum quoque se dici, haberiique voluit: vt vindictæ metus nos in officio contineret. Idem Areopagita eiusdem libri cap. 8. dicit eæ-propter sic appellatum, quoniam omnia decentia rebus omnibus tribuit, & pro singulorum meritis, quæ sunt congrua vnicuique largitur. Sed vt agamus familiarius, cogita mihi, quisquis es, Deum hunc optimum maximum condidisse spiritus illos, præstansissimos, illorūmq[ue] splendidissimum principem Luciferum: deinde posteaquam ingratitudinis conditionis leges deseruere, specta (quælo) conditorem hunc ipsum, res à se creatas impenfissimè diligenter, scelus illud apostolæ tanto veluti furore persequutum, vt operum suorum nobilissimum, cum suis omnibus affectis proiceret, æternisque traderet incendiis. Alterum exemplar diuinæ iustitia nostrarerit Adamus: quem tot priuilegiis, ornamentis, & munéribus decoratum, & cumulatum propter offensam morti, diabolique tradidit Deus, nec ante placari potuit, quam omnes humani generis miseras, mortem, ac damnationem filij suorumq[ue] charissimis humeris imponeret, quod ad amissum per ipsius incredibiles cruciatus diuinæ satisficeret iustitia. Et ne huc adferam diluvium, Sodomorum deplorandam conflagrationem, Israëliticæ multitudinis ab Ägyptiaca seruitute liberata miserandam in deserto variis modis internacionem, & eiusmodi plurima: quid etiam nunc temporis horribilis patre, qui amantissimi sui Christi corpus detruncat, & quos per baptismum voluerat unigenito suo fieri (vt ita loquar) concorpores, veluti furens Hercules, propter illorum peccata, discindit, amputat proicitque in gehennam, nisi tempestiu[m] succurrat poenitentia: Causamus igitur, & exhorrescamus horrendum iudicem, ac vindicem, potiusque illius quoad possimus imitemur sanctitatem: & perpetua bonitatis emulazione, ob beneficia gratiarum actione, & solerti fuga omnium huius mundi inquinamentorum pientissimum parentem ita promererit studeamus: vt, quæ de su*

de sua gloria nobis reuelare dignatus est, olim ad exitij cumulum nobis non imputeatur, vita hic degeneri defunctis. Et de Dei cognitione hactenus.

### De hominis definitione, & singulis eius partibus.

#### Catechesis quinta.

Xpeditis proximis aliquot catechesibus, quæ necessaria videbantur ad Dei cognitionem utcunque intelligendam pertinentia: nunc ad proprias ædes, nostræque suppellectionis considerationem inuitamur, vt cum nos ipsos cognoverimus, desinamus in rebus extrarijs calso labore nostrum hominem inquirere. Id autem fiet comodissimè, si primùm videamus quales à Deo conditi fuerimus initio; & quam horrenda metamorphosi partim nostra, partim primoru[m] culpa parentum in abiectiones pecudes degenerauerimus; ac postrem quā insigni sua pietate Seruator pristinæ formæ, dignitatiq[ue] nos restituerit. Quod si morosus hic methodum persequeremur, esset nonnihil in etymis, & epithetis immorandum: sed de ijs non agunt Theologi. Quarere autem an sit homo, fuerit operam, oleumque perdere, & in ipsa die lucem venari; causæ vero physicæ nullo debent hic esse loco. Quapropter recta primùm illud caput aggrediemur, & rudi, pectoriaque descriptiuncula quicquid ad rem facturum videbitur, completemur. *Homo igitur est creatura Dei ab eo mirè ex corpore, & anima fabricata, illo quidem reliquis bestijs similis: hoc angelis, immortalis, ad imaginem, & similitudinem conditoris sui creata, & eterna felicitatis capax.* Huc congesta cernitis omnia, quæ Christianum de homine nouisse decet. In primis igitur cum dicitur homo, etymologia non caret antithesi. Nam Latinis *homo*, & Hebræis ἄνθρωπος adam ab *narrat* adamah, & humo dicta sunt: Si vero græcam species originem, nil iam terrenum, sed ἀνθρώπος καὶ θρῆνος id est, sursum respicere ἀνθρώπος homo dictus est; quia os homini sublime dedit Deus, cælumque tueri vel (vt alijs placet) quasi ἀνθρώπος ἐπωποιητa, id est, sursum & tendens. Hæc si contemperare libeat: Hebreæ seu Latina nominis origo cogit hominem humiliiter, ac sobrie censere seipsum; Græca vero etymologia, retractum à fluxis, & perituriis, admonet ortus, fontisque celestis. Dei autem creaturam diximus, primùm vt obturetur os hereticis Simonianis, ac Menandrianis, &c. qui indignum arbitrabantur admovere Deum tam vilium rerum creationi; ac proinde hominis plasmationem angelis tribuebant. Arianæ quoque perfidiæ hac particula nobis obuiam ire visum est; quæ filium a patre primò creatum, ac tum, ac deinde cætera à filio creata mentiebantur. Neque vero censenda est hec hominis dignitas exigua: quod reliqua natu potius iussa sunt partim ex aquis, partim ex terra prodire; hic autem tarda molitione faciuntur: (aiebat Deus) *hominem, ad imaginem, & similitudinem nostram: & mox accinxebatur*

*Denominatio  
hominis, &  
eius pulcherri  
ma antithesi  
ex etymologia  
græca & lati  
na.*

*De creatione  
hominis.*

*Genes. 2:*

gebatur operi, manib[us]que ( si ita loqu[er]dum est ) lutum subigebat diuinus plastes, corpus exædificabat, tandemque inspirabat animam. Neque otiosè dictum est ex corpore, & anima mirè fabricatum. Istud enim tota miratur antiquitas, quod primùm quidem spiritus cōsiderit Deus: deinde quæ apparent, cœlum, terrā, vndas, & quæ in eis sunt: volueritq; postremò ea cuncta in homine, veluti in creaturarum omniū ( vt Pauli loquitur interpres ) recapitulatione cōmiscere, quæ sigillatim in seip[s]is spectanda produxerat: in quo & angelum, & corpus mirabili structura compegit. Quemadmodū enim ferrum testaz misceri nequit: ita nec anima corpori, nisi Deus esset artifex: vt hac ratione qualibet sui parte homo inflammetur ad redamandum conditorē: siue dum inspecto corpore submitit animū: vel animæ cōtemplatus dignitatem, artificis prædicat sapientiam. Notandū insuper non temerè à Theologis usurpari verbum fabricandi: sed hoc indicari mysterij, quod homo non sit tantum lapis, qui inferatur corporis ædificio Christi: sed etiam columnarū locum in domo Dei ( vt scripturæ tradunt ) obtineat, in[m]o totā domum ipse Dei, cœnationēque vnuſ constituat: adeò vt is ostium pulsare ingressurus, ac cœnaturus sicubi fores patuerint, adseratur, vt omittā, quod alijs frequētibus locis homo vocatur templum Dei, quod nefas sit violare: vbi spiritalem quandam constructionem, & f[ab]ricā intelligimus. Corporis autem similitudo cū bestijs non de forma: sed de materia, & crassitie est intelligenda. Nam caro, venæ, sanguis & ossa sunt eiusdem materialia, cuius & pecorū: addit quodd crescat, dormiat, sentiat, doleat, odoreetur cūm bestijs: vt mortem communē præteream. Sed anima, & intelligendi facultate homo similis est angelis: quanquam hoc quidem tempore longè sit inferior, quicquid tandem sit in resurrectione futurum. Nam quod Christus in Euangelijs ait, tū futuros homines ἵστε γένεσις id est, Angelorū similes. Magnus Areopag. cap. 3. de diuinis nomiis. ibus[transfert quoque ad vim intelligēdi: interea tamen hīc non deest quædā intellectus, & amoris similitudo. Ad hēc immortalis dicitur secundū animam non quidem vt Deus, cui laus ista peculiariter adsignatur in scripturis: sed secundum Dei beneficium, cui sic visum est hominem condere, vt anima extingui non possit: quod cūm sit pijs, ac sanctis optabile: certē peccatoribus expaescendum, qui mortem frustrā quondā optabunt. Accedit ad hominis commendationem, quod ad imaginem, ac similitudinem Dei conditus sit: quæ res vt à nostris catechumenis intelligatur, agendū est prius de imagine. Hæc nomen habet ab imitatione: ac proinde in omni imagine quandam imitationem inesse necessum est. At verò, vt imago vera dici queat, oportet ab exemplari trāslamptam, & expressam. Lac enim, & ouum nequaquam lactis, & oui dicuntur imago, sed tantum similitudo: quia non efformantur ad imitationē aliquis prototypi, cuius imago speciē referre debet. Vnde Hilarius imaginem, speciē vocat indifferenter: & alibi, ad rem coæquandam indiscretam, & vnitam similitudinem, id est, ( vt ipse interpretatur ) qualis est aliqua talis impressio, ( sic enim

Homo immortalis secundum animam.

Quomodo homo ad Dei fit creatus imam-

inem.

Imago unde somē habeat.

(sic enim iuuat balbutire) vt res ita coequetur, vt sit aliquid indiscretū, quantum ad speciem; quæ vnitas si absuerit, poterit fortassis imago dici, sed imperfectior: quemadmodum si quispiam Cæsarem exsculpi curauerit, erit imago (vt de numismate aiebat Christus) sed ea rudis, & imperfecta; vicinior tamē quām similitudo: quia licet tenuiter, ora tamen, vultusque aliquousque representat. Si autem pater gignat filium; tum erit imago perfecta; qua ratione Dei filium vocamus patris imaginem. Iam in hominis corpore certum est non esse querenda diuinæ huius *In qua parte hominis constat imago Dei.* imaginis lineamenta; sed in ipsa duxata anima. Et quia res, quod perfectius exprimit, quod ad imitandum fuerit propositum; è dicitur abso- lutorior imago: idcirco hanc in rebus sordidis, & inferioribus non debe- mus positam arbitrari, vt sunt sensus, & appetitus; sed in principe totius hominis parte, hoc est, in mente, ac voluntate; quod ex plurimorum, grauissimorumque Theologorum sententia dictum est, ac ipsiusmet Pauli, qui ait hominem renouari mente ad imaginem Dei, tametsi non ignorem quosdam ( vt sacrosanctæ Trinitatis aliquod habeant para- digma) mentem, voluntatem, ac memoriam adsignare. Quia autem nonnulli syllabas ipsas nimium prementes, aiunt Hebraeos *In imagine τόπου betselem, & aliam querunt imaginem: iis responsum esto,* Ephes. 4. Coleff. 3. soluturobie- ētie. Gene. 1. vel beth eo loco id significare, quod lectio latina demonstrat; vel (quod malim) lectum olim fuisse τόπος cetsalemo, vt deinceps fuerit caph in beth demutatum; cuius rei mihi fidem facit, post ipsos septuaginta, Hebraeus Philo in historia τῆς κοσμού σαρκός. Id est, mundi creationis; vbi hanc Geneseos sententiam iisdem prorsus verbis cum septuag. repetit sacerdos, καὶ εἰνῶνα ἡμέραν, id est, secundum imaginem nostram καταγόμενην, id est, & secundum similitudinem: vt omittam Hebraeos Ibibem. cap. quinto sic legere, vbi refertur Adamus sustulisse filium ad simili- tudinem, & imaginem suam τόπος cetsalemo, quod etiam nunc he- braicatores vertunt *In similitudine sua.* Est igitur homo ad imaginem Dei conditus, vt illum aliquousque referat: absolutam autem patris *Quomodo ad imaginem solus habet filius.* Quod autem ad similitudinem pertinet, duo sunt in ea consideranda. Prus est, quod sit imagine quiddam im- perfectius, illiusque veluti vestigium aliquod, & isagogę; alterum, quod imaginem undeque perficiat, & imperfectiori colophonem impo- nat: vt is non mihi videatur aberratus à verò, qui dixerit similitudinem exemplaris, & eius, quod inde fuerit expressum, meditullium obti- nere. Sed quorū haec? Conditus est homo ad imaginem Dei, cūm est fortitus mentem, quæ & intelligere, & contemplando in creatorem pos- set ad surgere; qua in re posita est summa nostra felicitas. At verò quia manca est, & inutilis intelligentia; nisi prædicta sit libera voluntate: idcirco impressum est liberum arbitrium, quod nulla ratione potest eripi. Et hactenū quod habuit Deus præstantissimum ( liceat humano ita more loqui ) intelligentiam, voluntatemque liberam tribuit; sicque suam inculpsit imaginem. Verum quia haec facultates non adeò sunt euiden

evidentes, vt mox ex iis Deum quia illam agnoscere, adiecit similitudinem: & intelligentiae quidem adiunxit fidem, voluntati spem, & charitatem, vt fieret ista tractabilis, obediens, ac indefessa in labore mandatorum: illa autem per seculi tenebras nusquam ab instituto cursu defleteret. Ex quibus siquet, tunc demum verè quenque nostrum imaginis, & similitudinis rationem in se habere: cum intellectus non est otiosus, sed per fidem operatur: & voluntas ad virtutum studia non torpescit: quibus rebus potissimum homo censemur aeternæ capax felicitatis, quam in perpetua, clara, solidaque visione, cognitione, ac perfruitione sui ipsius nobis pollicitus est Deus benedictus super omnia.

*Opponuntur mala que post peccatum incurrit homo, cum bonis, quibus integer ipse iutus, ornatus, ac beatus erat.*

### Catechesis sexta.

**S**icut de luculentissimis hominis ornamentis, quæ terrenum quoddam numen tanta pulchritudine certatim cum labant: vt in illa contemplanda nimium occupatus, dum miser, quæ sibi deforet, & vnde expectari deberent, non attenderet: totius felicitatis suæ iacturam fecerit: totque calamitatibus euaserit insignis, quot fuerat ante dotibus conspicuus. Nunc igitur & nos, à iucundissimo, quod nuper exhibebat innocens Adamus, spectaculo, delabamur ad lugubrem labis originalis tractationem: quæ tametsi peragi quæat more maiorum enarratis aliquot psalmorum penitentialium versiculis, vel tertio cap. epistolæ ad Romanos: ceterum catechumenorum captui speramus fore commodius: si trita via incidentes, pro triplici genere honorum, quæ Philosophis nota fuere, genus omne malorum in totidem classes diuiserimus extenorum, corporis, & animæ. Id vero tunc utiliter fiet: si contraria contulerimus ornamento è regione constitutis malis: vt vicissim vtrorumque consideratio, horum quidem in nobis odiū: illorum autem de syderiū magis exacuat. Externa igitur hominis bona, cùm retineret iuuentiam, hęc erant. Tam erat gratus conditori suo: vt in eius gratiā Deus consereret hortum amoenissimum, voluptatisque paradisum, qui esset homini quædam metropolis, vrbisque regia: vbi arborum, herbarumque iucundissimus aspectus, & odor: fluiorum suauiter labetum blandissimus strepitus: animalium bestiarumque varietas: angelorum commercia: in quo non deesset augustissimum prætereat palatium, in quod ille se recipere quoties supercelestis orbis, & arcana diuinitatis contemplari liberet. Et quanquam ille, ne deesset exercitium virtuti, n̄c ve flaccesceret libertas arbitrii: ad vitam eternam promerendam præceptum accepisset, ne contingere ligni scientia bohi, & mali fructus: attamen ne seruilius propter conditionis putaretur, factus est rex, & dominus cunctorum animantium, iusque sunt illi

sunt illi ad nutum parere omnia, si vna in re creatori suo tam liberaliter de se promerito non defisiſſet obtemperare. Nam vbi præceptum ausus est ter infelix violare, videte quod miseriari euaserint omnia. Simil atque transgressus est imperium: exturbatur ex omnibus illis delitiis, addita amarulentissima ironia, *En factus est Adam quasi unus ex nobis: ejicitur à Cherub armato, occluditur via flammante gladio, ne spes reditus villa superset, extrusus est in horridam, vastamq; terram, mox in illam, de qua fuerat assumptus, reuersurus.* Hoc enim ille perfusus est aceto, ne quid ad cumulum miseria defuderetur; huc detrusus hęret, neque progredi audet longius, ne rebellium ferarum morsibus impetratur. Experiatur aetem salubrem minus: sentit maligna sydera: terram ingratam, & quæ mille culta laboribus, præter zizania, & cicutas nil penè germinet: & si quid ingenti sudore fuerit effectum: mutuendum à tempestuoso aere, à bruchis, & locustis. Iam bonorum corporis initii numerus qui possit? Erat inclytum robore, nulli morbi, nulla vulnera, nil omnium, quæ nos agminat infestant, malorum: non gelu, non aestu, non intemperies, non ciborum cruditas, non famæ, sitiæve metuenda: nihil à reliquis, quorum exhorrescimus euentus. Nunc omnia penitus inuersa. Nam & cœli, syderumque iniuria nocent corpori: cibis officit: à frigore, & agritidine, vique extrema mutuendum, nec minus tum senium, quod ipsum per se nunc morbus, ingrauescit: corpus tunc immortale, si in obedientia persistisset: nunc morti consecratum planè, adeò vt eam effugere nequeamus ne tu quidē, poste aqua sumus a Christo liberati. Sed in anima quoque honori quanta fuerit copia intueamur. Ac primùm in partibus inferioribus maximam sentiebat tranquillitatē. Ibi tanquam satelles ira parebat iustitia: cupiditas nil appetit: ratio autem perspicacissima non fallebat, voluntas spe, charitateque nixa in creatore ferebatur: mens erat ornata donis Spiritus sancti: memoria nil nisi salubre suggerebat. Vbi verò semel visum est Dei mandata violare: quemadmodum animantia cuncta iugū excusseré: sic ira, cupiditas, passionēsque reliquæ tantum abest vt obaudiant rationi: vt ipsam frequenter secū abripiant præcipitem. Mens ipsa nō tantum fide, ceterisque charismatibus, quibus ornabatur intelligentia, spoliata est: sed immigrarunt in illa primo momento densissimæ tenebrae: adeò vt ne ea quidem, quæ quotidie sentit & palpat, satis queat intelligere. Voluntati nō solum perrere spei, charitatis, iustitiae, fortitudinis, & reliquarum virtutum ornamenta: sed agmine facto concecerunt in sedes vacuas desperatio, odium, metus, pertinacia, rebellio: & quid non? Hac aceruatim dicta videbantur suscitata catechumenis: attamen ne nos, qui per baptismum ab originaria labe purgati sumus: arbitremus harū rerum notitiam nil ad nos pertinet: libet eadē nonnihil expolire verbis Apostoli cap. 3: epistola ad Titum: *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriorum, & voluptatis: in malitia, & iniuria agentes, odibiles, odientes inuidem.* Moniterat Paulus ne quis infidelem p̄ se conteneret, neu infidelitatem ex

*Externa nūc  
hominismala.*

*Bona corporia  
que elim ho-  
mini.*

*Mala corpo-  
ris quāta juc-  
cesserit.*

*Bona anima  
que & quāta  
fuerint ante  
peccatum.*

*Mala anima  
post lapsum.*

tatem exprobarerit: cuius rei hanc reddit causam, quod nostrū etiā quilibet fuerimus vecordes, & insipientes. Nam quae deplorior amentia, quam ea quae nocent expetere: odisse quae seruantur: Incredulitas non tantum de inopia fidei est intelligenda: sed de rebelli voluntate, qua fidem nobis adnuntiatam odimus. Vnde nonnulli malū vertere *imperfusibilēs*: vt iam minus mirari debeamus hæreticorum, & infidelium in Christianos persecutiones: quia sibi relicti: nil aliud facere possunt. Errantes, nil habentes constitutum, aut certum: sed nouis subinde erroribus accedentes. Et hæc ad ipsius intellectus aegritudinem pertinent. Iam prauæ voluntatis morbum agnoscas: & vtraque ex parte hominem æque miserū fatearis: *Seruientes desideriis, & voluptatibus variis.* Sunt enim multiplices illecebrae quibus huc illūcque distrahitur: ac miseram toleramus voluptatum seruitutem: *In malitia, & inuidia agentes.* Nam homo sibi permisus, est ad nocendū proclivis, cupidique omnibus vel gratis incommode: prodeesse nulli: si quis autē nostrā laedendi libidinem superarit, aut euitarit inuidiam nūquam subterfugiet. Itaque mirū non est, si tales cùm simus, vocet Apostolus odibiles *τυγχάνοις*, stye magis execrabilis *Inuicem odientes.* Vnde à Chrysoftomo dictū est: quia et si inter malos coēat nonnūquam syncretismus: dia tamen permanere non poterit pax hypocrita. Et hoc est infelix patrimonium, quod ex Adamo contraximus: satis superque miserum, etiam si nil amplius accederet. Nunc verò sequitur horrida mors corporis, quam excipit mors altera: que quælis, quamque fugienda, suo loco dicitur. *Quisquis verò baptismale candidam lethifero criminē fecauerit: eo se loco cōstituit:* vt quamuis mortua resideat fides, Deique pietas hominem sustineat: nisi tamen nascenti malo statim occurratur: ut in tibus agminatim vitiis, anima tandem extinguitur.

### Quomodo reformatus sit homo.

### Catechesis septima.



Ideri poterat hactenus dictum sat, qualis partim primorum parentum, partim suo vitio quisque nostrum euaserit: cùm ex Apostoli testimonio, tum ex rebus ipsis: hæc tamē mala tot metaphoris ad summam perniciem excreuisse scripturę nituntur nostris mentibus insculpere: vt illas penitus non attingere nefas esse iudicemus. Paulus ergo, eadē epistola docet necessariā fuisse quādā παλιγγένεσιαν ἀνακαίνωσιν, id est, regenerationem & renovationem, vt ab his quandoq; liberaremur. Quemadmodū enim corpus cuiuspiā dissectum, concisum, ac dilaniatū penitus, vix, aut ne vix quidem potest coalescere, rursumq; cōglutinari, vt non appereat cicatricū ingens deformitas; imò sit multò facilius prorsus nouum condere corpus, quam prius illud confarcire: sic nobis visuerit. Nam cum

*Tit. 3.*  
*Hominibus tā  
male affectis  
necessaria  
fuit regenera  
tio quadam.  
renovatio, &  
veluti noua  
creatio.*

hæc nostra

hæc nostra omnia sic esset dissipata: maluit Deus nos totos refingere, de nuoque cōflare, & regenerare: quā vtcunq; cataplasmati hiātia vulnera cōsarcinare. Hoc igitur sibi vult παλιγγένεσια Addit Paulus vocē ἀνακαίνωσις, ducta metaphora à putribus ædificijs. Nam nostrū hoc diuinū ædificiū nō vel in fastigio tantū, vel in fundamēto, vel in medijs parietibus: sed infra, supráq; luxatū, putrefactū, corruptumq; cōciderat. Vt igitur illud instauraret artifex: debuit nō tantū demoliri, & æquare solo: sed ipsa etiam eruere fundamenta: rdsque ita plainè reformare, ac renouare. Est & tertia cōparatio, quæ sumitur à testaceis, vitreisque vasis in minutias diffractis. Vt enim nequeunt illa, si qua arte rursus cōpaginentur, pristinum seruare decorem, itaque ex integro refingi necesse est: sic hominē recreari, dignius erat diuinæ pietatis opus: quam remanentibus confractiōnis priscæ vestigijs colligare. Hoc igitur ingēs agnoscimus in mortales Dei optimi maximi beneficium. Sed videamus obsecro quali progressu, molimine, consilio sit instituta nostra hæc reparatio. Si enim *Qua granita-  
vſquam, certe locū hīc habere videtur illud ethniči poētae: Conciliumq; tra inſtituta  
vocat diū pater arque hominum rex.* Docēt enim scripture sacrosanctam fuit hominis  
Trinitatem quodammodo deliberasse, quo pacto collapsus homo pristi-  
no splendori restitueretur. Et pater quidē pro suæ τῆς φιλανθρωπίας, id Psalm. 39.  
est, amoris hominū magnitudine, Spiritus sanctus pro sua cōmunicatio-  
ne videntur persuasissime filio, vt quemadmodū erat Dei filius, fieret etiam  
filius hominis: quique omnia cōdiderat, idem refingeret vniuersa: illum  
autē pro sua pietate dixisse: *Euge venio, vt faciam voluntatē tuam Deus:*  
vt appareat paternæ fuisse voluntatis, vt filius ex alto nos in mortis vmbra  
desidentes visitaret. Expedit igitur vt consilium istud excutiamus: in  
quo præsentes adfuere bonitas, iustitia, potentia, sapiētia. Et bonitas qui  
dem vrgebat pientissimam patrē: non est optimæ tuæ nature parens, de-  
finere de eo benemereti, quem tantis olim beneficij cōmulandū puta-  
ris. Quanquam enim id iustum alioqui videri queat: tamen est miserum  
innumera illa pristina beneficia deperire. Obstat contra iustitia quæ  
ex tabulis legem illam iustissimi iudicis recitabat: *In quacunque die co-  
mederis, &c.* De potentia nō erat cur disceptaretur: neque deerat sapientiæ  
consilium. Cūm autem pro sua bonitate Trinitas ipsa decertaret: fa-  
cile obtinuit. Quid igitur factum est iustitiae? Cūm per decretum illud  
geminę morti cūctos Adami nepotes necessum esset occubere: neq; no-  
bis ea ratione quicquam adferretur subsidij, remisit paululum exactum  
rigorem suum: permisitque fieri redēptione, quod satisfactione non  
poterat. Passus est igitur pater iustitiae suæ pretium numerari, ipsum  
videlicet filium suum. Neque enim poterat quisquam alius: neque id iu-  
stitia passa fuisset; certe non expediisset nobis. Nam quæcumque fuisset  
nostrī generis persona; ea maculata, debitrixque fuisset: nedum pro  
alijs satisfacere potuisset. Angeli quidem ( si de illis quispiā percunēte-  
tur) erant puri: creatura tamen: offensus porro fuerat ipse creator: quem  
infinito, & creationis experti pretio placari fuit aquifissū. Si vero per

*solutus Dei fi-  
lius nos potuit  
redimere.*

creaturam suissimus in libertate abiit; ubi fuisse nostra tu fiducia; quis non de Dei bonitate desperasset? quis eu sibi esse placatum auctor fuisse pollicetur? Quo: mobi filius mortuus est: vt ipsum magis redamaremus; & omnia libertatissime pro illius fide, ac nomine patremur, qui prius nobis yit, am: impendili, suam. Quis enim postmodum de illius erga nos amore dubitabit: qui filii suum in morte tradidit, vt nos redimeret? Postrem fuit illud, eritque perpetuum exemplum diuinæ iustitiae, & odij peccati; vt & nos peccata fugiamus, & excrememur, quæ Dei usque adeo nostram in pernicië irritant, vt ea non nisi sanctissimo Christi sanguine deleri voluerit. Neque tamen istud prius aggressus est (nouit enim quā sit homo Suffenus ac superbus) quam animi nostri vitiosissimā ingratitudinem, & inconstantiam nobis posuisse ob oculos; & multos ubique reliquisset aculeos cūq; suæ iustitiae; tu nostræ; tum iniquitatis: ne facile postea obliuiosis excideret. Primum igitur experiri voluit per diluvium; rursus per quinque ciuitatum incendia; quibus successerunt lex, Propheta, philosophia, sapientia humana; utriusque populi Israclitici, Iudaicq; captiuitas, sed tantum abfuit, vt ijs rationibus curari potuerimus: vt qui sapientissimi videbatur, omniū pessimè cespitarint, ac offendirent. Tandem, vt erat adorandæ Trinitatis consilio decretu, venit Dei filius, nostramq; carnem indutus, prodij in mundum: vt obturaretur os diabolo, ne Deo posset obiicere nimis clementer auctu esse cū homine & iniqua se conditione congressum cū Deo, non cum homine, quem vincere, vt quondam, potuisset. Fit igitur Dei filius nobis perfamilis, excepto peccato: cum tyranno depugnat, illumque vincit obiecto hamo suæ diuinitatis esca nostræ humanitatis, quem dum ille deuorat, non tantum fuit iniuriosus in Deo: sed & omnem, quam tenebat prædā amisit: piè circumuentus à Christo: vt impie quondam nostros parētes deceperat. Videtis bonitatem Dei: sed fortassis gradus quodā hic etiam desyderatis. Fatemur igitur nos etiam nū exiles, & omni externo illo patrimonio exutos. Nā manemus extores à paradiſo: vitam in hac ærumnoſa terra miserā ut cuncte sustentamus. ac ne mors quidē sublata est: quanquā beneficium potius ea dicenda sit piis, qui vitā libentes pro Christo, veritatēque paciſcuntur: solis peccatoribus formidabilis. Nec illa quidem, quæ animo, corporique sunt communia, sanitatem integrum recepere. Supereft enim concupiscentia ad memoriam, & recordationem antiquorū peccatorum: quod & ipsum beneficij loco ducendum est. Nam si hoste domestico careremus: facile nostrarū miseriā, & accepte gratia redremur immemores. Eorum autē quæ propria sunt animi, voluntas quidem est æquè tarda, si naturā duntaxat inspicias: atenim dum adest charitas quæ nos inflammet: spes que trahit ad cœlum: dū fortitudo, temperantia, sapientia, iustitia, ceteræque virtutes: pietas, timor domini, & alia dona Spiritus sancti, cessantem voluntatem promouent, deducunt, impellunt: videtur homo non tantum ad pristinum rediisse, sed insuper ingenti lucro ditatus esse. Sic intelligentia eocca quidem est illa, vt

*Homo diu sibi  
relictus misera  
ria sue admo  
nebat.*

*Humanitas  
christi fuit es  
ca diabolo.*

*Homo paulo  
tim r. forma  
tur.*

*Quare fit reli  
ctus f. mes  
cōcupiscentia  
in homine.*

*Ornatia, ac  
prædia volū  
tatis per chri  
stum reddita.*

*Dotes intelle  
ctu reformati.*

nascitur: sed cū præsto est fidei donum, scientia, intellectus, prudenter, sic illuminatur: vt quamvis adhuc in ænigmate versetur: oculis tamen spiritualibus contempletur illam, qua pios manet, beatitudinem. Idem de memoria dicendum est. Et quod deest in hac vita rebus ipsis olim tam abunde compensabitur: vt simus multò feliciores Adamo, utpote immortales etiam in corpore futurianima vero, nullo pacto à suauissima diuinitatis contemplatione distrahebdi. vt pulchritudine docet Damascenus lib. 4. ca. 4. orth. fid. Quod autem summoperè mirandum est, pro his omnibus nil à nobis piater nostram salutem requirit Deus: quam proculdubio consequimur, dum eius voluntatem agnoscimus, & agnitam implemus.

*Christianus quid.*

Catechesis octava.



VII A proximo conuentu, ut cuncte per strictis immortibus Dei beneficiis, quibus nos pro sua incredibili benignitate supra veterem, quam in Adamo perdideramus, extulit dignitatem: dicebamus aliud nil à nobis illum desiderare, quā ut diuinam eius voluntatem agnoscamus, & perficiamus: ed nunc conuertenda est oratio. Ut autem ea, quibus in rebus sita sit limpidius peruideamus: à nobis inchoadum est, & quid vel ipso nomine Christiani profiteamur, inspiciendū. Et igitur Christianus, qui baptismi sacramento iniciatus, Iesu Christi veri Dei, & hominis salvarem doctrinam in eius Ecclesia profitetur: neque ullis sectis, & opinionibus ab Ecclesia carbolica alienis adhaere. Et quidem inter animantia ea videntur stupidissima, quæ nulla ratione, vel assiduitate possunt edoceari, vt nomen suum agnoscant, retineantque: contrà censemur proximè ad hominem accedere, quæ annuit interpellata, nominisque notitiam acquirunt, vt sunt canes, qui nihilominus etsi videantur ad nominis enuntiationem ut cuncte moueri, tamen nequeunt diiudicare honestum illud sit, necne. His non sunt absimiles homines præclaris nomē elationibus ornati, qui nullo studio, labore, nituntur, vt adsequantur, nedum vita exprimant, quæ in ipsis eorum nominum syllabis clauduntur mysteria. Ergo putemus nunc esse maximè locum illi Hieronymiano ad Nepotianum: Christiane disce nomen tuum interpretari. Videmus enim Christianos ed deuenisse ruditari: vt cū habeant præclara, & utrissima nomina, neque current intelligere, neque iis aliqua saltem ex parte respondere. Itaque per opportunum fuerit differere de Christiani voce, & cum primis indicare, quibus appellationibus Christianæ fidei cultores olim vulgo denotabantur, & quomodo postrem fuit permanerit, quidque sibi velit. Neque enim nouū est, magnas ob rationes indita sacerdotis fuisse nomina præsertim cū frequenter legamus in scripturis d (ne istud

*Quam turpe  
sit Christiano  
neque nomen  
suum intelligi  
gere. neque  
edē vita ref  
ondere.*

*Denominare  
christiani, ac  
alijs fidelium  
appellationis  
bus.*

*Celest. Hier.  
c. 7. De diis,  
nom. cap. 2.  
Exodi. 3.*

*Primū christi  
anorū nomen.*

*Secondū chris-  
tianorū nōmē*

*Tertia chri-  
stianorū ap-  
pellatio.*

*Quarta chri-  
stianorū ap-  
pellatio.*

*Quinta fide-  
lium nomen-  
statio.  
Acto. 11.*

*Euse. lib. 1. de  
monstr euāg.  
Christianī no-  
minis ratio.*

(ne istud in primis illis maioribus nostris quispiā vñuenisse temerē credat) quicquid in rebus erat mysterij, tectum fuisse cortice nomenclationis, vt non magnum ad rei cognitionem compendium fecisse dici debeat, qui eius nomen probè excussum habuerit, quēadmodū non semel fatetur Areopagita. Et ne desyderetur exēplum: Moses ire coactus in Ægyptū: *Quid dicā(aiebat) si rogaerint quod est nōmē tuum?* ostēdens (vt ad hūc locum annotant Hebræi) Israēlitis persuasum fuisse, nosse & intelligere nomen Dei, non es̄ nisi summē cuiuspiam, & intimē cum illo familiaritatis. Nā de Abrahā, Isaac, & Iacob alioqui amicissimis, inquit: *Nōmē meū non manifestauī eis.* Nos igitur cum nomina Christi seruatoris nostri nō ignoremūs, iisdemque nūcupemur ipsi; nā prorsus ingratī fuerimus: nīf veneremur, interpretemur, & pro viribus ex primamus. Primū igitur Christianorum nōmē Gracis fuit μαθητής, S̄iris κατονθalmida, Latinis discipuli: quod vñque adeō verum est, vt verbum gracum μαθητὴν coepit apud Christianos significare conuertere ad Christum, Christianosque, seu discipulos facere: vt videre est Matthæi 10. & 28. Marci 9. Act. 9. ii. & 14. & alibi: vbi μαθητὸν, μαθητὸν. & similia, doctrinæ Christianæ traditionem, & ad fidem cōuisionem denotat, nīf qud Marcus paulò apertiū διηγεῖσθε, id est, quod Christi sitis, nimirum discipuli. Etsi enim id habeat græca phrasis: non obscurum tamen continet Christiani nominis indicium. Istud autem discipulorum nōmē probat schol a Christi esse indignos, qui, cūm vitam omnem impendunt rebus inutilibus: nunquam adlaborant, vt sui magistri voluntatem (quod fuerat frugi discipulorum) ediscant. Deinde vocati sunt ab Hebreis Iessæi (sic enim habet Epiphanius, eius nominis luculentam appendens rationem hærefi 29.) vel (vt nuncupat Philo) Essai, vel (si cui Iosephi scriptio magis adlubescat) Esseni, vel à Iesse patre Dauid (vt Epiphanio vñlum est) vel potius à setuatoris nomine γραῦ Iesu. Græci posteā γεγανέτας etiam nuncupant, hoc est, ministros, siue curatores (vt inquit Aropagita Eccl. Hier. ca. 6.) quia Christianus non tantū debet Deum suum purē, sancte, religioseque colere: sed etiam à conseruatore Christo curatus, alijs eandem medelam communicare: neque suam vnius salutem satis habere, sibiique vni profectum satis arbitrari: nīf omnem dederit operam, vt euadant quam plurimi secum eiusdem salutis, beneficijque participes. Dicti sunt præterā Nazorei, siue Nazorei, quod etiam Christo inditum fuit à ciuitate Ναζερῶ Nāzera: vnde Syri nōmē εσ̄sinixerūt Ναζερᾶ Nāzera: quoniā ibi natus credebatur. Deinceps tamen vbi hæretici reiechis nomenclationibus reliquis, vocabulum istud peculiariter vñsurpatunt (vt docet Epiphanius in Nazoreis) ferè traditum est obliuioni, nec ita frequēs occurrit, nīf fortassis à criminatotibus, & christiani nominis hostibus, reuocatum, vt auctorum 24. à Tertullo, qui illud instar flagitiū Paulo obiebat. Post hāc Anthiochię cœperūt fideles appellari Christiani, quod Lucas Syrus in Actis Apostolorum retinuit σαρῶν certificione, Iesu

fæorum,

fæorum, ac Therapuetarum appellatio, apud solos resedit monachos. Nec enim defunt, qui populum omnem Christianorum in monachos, ac simpliciter dictos Christianos diuidunt. Sed quid tandem hoc sibi vult nōmē tam magnificum? Evidem Christus, quia sepe totum nobis, filiorūque Dei, suorūque fratrum titulum, & cœlorum hæreditatem indulserat: non inuidit egregij nominis consortium. Iam ab vñctione dictum nemo nescit: non quali vel reges quondam, vel sacerdotes initiantur: sed planè spirituali, Spiritu nimirum (vt loquitur Petrus) sancto, quo prorsus delibata fuit humana natura, cūm primū intimo vinculo copulata est verbo Dei: cuius omnis gratia, virtus, ac beatitudo sic transit in adiunctam naturam, vt nulla deinceps fieri potuerit accessio, quatenus tamen illa capax erat & instans cœconomia seu percessio id patiebatur. Ea igitur sanctificatio, & (vt vocat Damascenus) deificatio, est vñctio ea, qua & ille principaliter Christus, & nos pro ea, qua donamur ab illo portione, Christiani sumus. Nam & eundem Spiritum accipimus, totiusque Trinitatis sumus participes. Et quia Christus est nostræ primitia: quicquid circa illum gestum est, ad nos quodammodo pertinet. Igitur Christus est vñctus: & nos quoque vñginimur quisque pro sua fide, & charitate: & qui iustus est, ille vñctus: qui iustissimus, ille totus difflit vngueto: qui autem impurus, ac sordidus est, videat quām grauem Christo inferat iniuriam, cuius maximo cum dehonestamento sanctissimum nōmē vñsurpat. Sed nos tamen ad mensuram vngimur ille toto cornu diuinitatis est cumulatus. Neque tamen vñctam filij Dei quisquam recte adseruerit diuinitatē, sed adsumptam duntaxat humanam naturam: quamvis propter Christianam ἀντίδοσιν, nonnunquam id alteri quoque naturæ tribuatur, vt quando Paulus Dei filium Christum adserit etiam fuisse, priusquam in Deipara virginē sacerrimum illud cum nostra natura coniugium perficeret. *Iesus Homo impius Christus* (inquit ille) *heri, & hodie, & in aeternum.* Verū ad definitionem *rus & impius* recurrit oratio. *Qui sacramento baptismi.* Sacramentum istud suo loco *magnam chri-* diligenter expendemus: nunc tantū de nomine, quod Latinis non *sto irrogat in* solūm tinctiōnem, aut adspersionem, sed submersionem significar, *alteri tribui-* abundē licet ex 6. cap. Pauli ad Romanos colligere, dicentes baptis- *figura quār-* mi cœremoniam respondere Christi sepulturæ. Quis enim non videt, *ni proprium* vt typus veritati respondeat, sitque verum, plenūque baptismus (quā- *tur.* uis interim nihil detrahatur efficacia) hominem penitus in aquam *Heb. 13.* occultari, submergiisque debere. A Græcis fertur habere nōmē *ω-* *ραὶ τὸ βῶ νῷ τοῖσι*, adque tincturas proprias pertinere, quod ad rem *De nomine* facit plurimum. Vt enim succus immixtum pannum imbiuit veneno: *baptismi.* ita sacri latices hominem vegetant, & occulta vi transformant: & quem carne, peccatisque madant: spiritu regenerant. Eapropter Petrus eos, ad quos scribit, comparat recens editis in lucem infantibus, quia hīc totus homo, sepulco veteri, nouus exurgit, relictis in fonte soribus: vnde nonnulli licet nīmū argutē, aiūt baptismū perinde valere,

ac si dicas πίπτε την ουσίαν, id est, cadens delictum. Sacramentum autem in genere (quia vox occurrit, qua de aliis fusiū erit dicendum) est à solo Deo institutum instrumentum, quo is qui illud suscipit, iniciatur Deo: vel tum primum, si sit impius, vel propius, & familiarius, si prius iustus erat. Hoc enim est iniciari Deo: gratum ex impiō fieri, vel magis intimum.

*Magna superius tradite definitionis Christiani pars explicatur.*

Catechesis nona.

 Raditæ nuper definitionis Christiani superest pars multò maxima, quam despero me præsenti homilia totam pertractare posse. Si enim res maximi momenti aceruatim vno veluti spiritu proposuero: metuo ne & in ipsa peccē mysteria, & de vobis non rectè promereret videar. Quocirca ut auarè, sobrieque tractati recessis semper audiores: quod superest temporis, in nominibus seruatoris nostri nonnihil expendendis sumus consumpturi. Hæc igitur in definitione sequebantur. *Iesu Christi.* Et prius illud quidem ab Angelo delatum, significat fernatorem, quacunque lingua pronuncies: quod primarium eius officium fuit, qui venerat seruare & liberare populum suum. Est autem disyllaba dictio, vel Hebræa id origine commonstrante. Nam γειασχα cum apud Hebræos habeat in capite consonantem, aliter efferri non debet. Autem γαutem Græcis euphonias gratia mutatnr in σογιαμα. Hæc autem salus non est qualibet, sed à peccatis: tametsi magna supersit hīc etiam micrologia. Neque enim duntaxat à peccatis expiatur, quisquis eam adsequitur, sed completur omni gratia interna, fide, spe, charitate, sapientia, iustitia, & reliquis vñā donis Spiritus: & externa protectione, ac ministerio angelorum aduersus dæmones, à quorum nequitia nihil tutum satis, ac liberum: vsque adeò vt ipsimet excubitores angelii nonnunquam illorum improbitate fatigati clamēt: *Imperet tibi Deus;* adque diuinæ virtutis præsidia recurràt. Neque hoc semel donatur, & ita curam omnem nostri securus seruator abiicit: sed per singula momenta nouis additamentis auget, instaurat, tueturque cœptum in nobis liberationis nostra beneficium. Alioqui vt aér, nisi porrò solaribus radiis illustretur, confessim tenebris adimpletur: ita data semel gratia dicto citius evanesceret, nisi Deus illam perpetuo soueret influxu. Itaque licet quadruplicem gratiam hac in salute cōsyderare: liberationem à peccatis: iustitiae, virtutum, & charismatum infusionem, eorundem conseruationem, & augmentum: postrem præsidiorum, quæ hostem arceat, præstationem. Additur autem nomen Christi, de quo satis actum est in Christiano: vt alij secluderentur, qui Iesu nomen habuerunt, & ad discriminem typicorū Christorum *Verus Deus* appellatur. Et hīc opus est attentione maxima.

*Verus*

*Vero Dei.*

*Verus* (inquam) vt interlligas non esse religionem falsi cuiuspiam ficti- que Dei Martis, Mineruæ, Saturni. Neque hoc satis: ne Christum aliquem Ariannm animo informemus, hoc est, non equalē patri: vel creaturam hoc Dei nomine posteā donatam, vt nobis miseris non inuidit illud ipsum Deus. Postremò non est hic Deus Simonianus: aut quales fingebat Hesiodus quamplurimos: sed est verus Deus, nimirū qualem superius descripsimus, & definit Damascenus, qui sit æterna substantia, immutabilis, creatrix vniuersorū, pura conscientia colenda, & adoranda. Addidimus alterius quoque infigne naturæ, hominem dicentes, vtique etiā verum. Neque enim aliter dictus est homo, quam nos: sed verus fuit hominis filius. Id verò non fuit omittendū, propter Marcionem, Manenta, reliquosque phantasiastas, qui spectrum fuisse dicebant. Nec defuerunt, qui præstatiorem hominis partem adimebant: quæ pestis ab Hieronymi temporibus, ad usque quingentos ab hinc annos, propaga- ta est duce Apollinario, qui hoc impiō dogmate nostrā salutem simul explodebat in anima potissimum laborantium. *Quod enim adsumptum non est: curari non potest,* inquit Nazianzenus. Aliis placebat animam quidem habuisse: sed corpus non simile nostro, verū quod è cœlo secum detractum per virginis uterum, veluti per canalem, ad hominum conspectum produxisset: quod Valentinus ex perperam intellectis Pau- li verbis: *Secundus homo de cœlo cœlestis conficeretur* se putabat. Eapropter Christum Ecclesia verum hominem prædicat, corpore simul, & anima præditum, qui esurierit verè, sitierit, cunctaque sit expertus, quæ nobis ex Adamo supersunt (tametsi pœnæ in illo dici non possent) quæ qui- dem Deum, aliorūque redemptorem non dedecerent. Nec illud dis- simulanter prætereundū: quod coniunctim Deus, & homo dicatur. Nec enim vt cernimus aquæ pusillum, si vino generoso infundatur, penitus commiscerit: ad eum modum coaluerunt in Christo due naturæ: quia tunc neque patri, neque matrī mansisset consubstantialis: quod tamen cum ad nostram redemptionem, tum ad suæ erga nos pietatis declara- tionem, erat cum primis necessarij. Neque vero eadem erat naturatum coniunctio, quæ est in nobis corporis, & animæ: vt nimirū altera cor- poris, animæ instar altera fuerit. Nā vt reuerà homo dicitur, quod duo- bus anima, corporaque subsistit: non aurem alterum seorsim propriè rationem hominis obtinet; sic neque Deus tū, neque homo dici potuisse Christus. Postremò neque sic distinctus fuit, vt seorsum homo, Deusque constituerentur: sed erat simul Deus & homo: simul (inquam) non vt la- pidès in ædificio cœmento compinguntur, vel vt intelligebant Nestoriani: neque fuit Deus in Christo, vt spiritus prophétarum in prophetis, vel in piis, ac sanctis omnibus. Nam tum non foret pro nobis persolu- tum: quod debebatur pretiunt: quia quod sancti illi passi sunt, non po- tut ita nostrum alienū dissoluere. Non est igitur humanitas pars Chri- sti, nec diuinitas: sed sunt due nature vñus Christus. Verū iuuerit istud fortassis paulo dilucidius efficere. Sit hoc ergo primum, vñbq; xxiij, siue personam

*christus non  
confat natu-  
ris, ne panti-  
bus.*

deprehendes. Nostra verò pura , sibique pulcherrimè constans vbiique <sup>christianorū</sup>  
disciplina , non tantum sanctissimis præceptis, legibus , exemplis animi  
mimum imbuit : verùm ipsa quoque lectio nescio quid meliorum cogita-  
tionum inspirat : erudit hominem quomodo sit ad Deum , vitamque  
peruenientium , simulque viam sternit , redditque magis salubria, quæ  
fuerant prius salutaria : vt pote quando instruit quo pacto sit ad myste-  
ria Cristiana veniendum , quo ritu accedendum ad sacrosanctam syn-  
axim. Licet enim hæc per se mirabilem fructum exhibeant : accedit  
tamē incredibilis utilitas, vbi quis nouit vti. Doctrinæ porrò huius no-  
men complectitur *Διδασκαλία*, *χριστιανός*: quarum altera docen-  
tis est , siue Christi , siue discipulorum : altera nostrum , audientium  
quæcunque vel mores , vel fidem instruunt. Verus enim Christianus  
non est , qui sacram fidem retinet , vitam non dicit professione dignam.  
Sunt enim huius doctrinæ quinque præcipua capita : De cognitione  
Dei , & hominis , quod iam pertractauimus : de fide : de spe : de cha-  
ritate : ac de cultu Dei. Hanc ergo vniuersam , quanta est , doctrinam  
germanus Christianus profitetur , hoc est , non tantum adsentitur , quod  
est mentis , & intelligentiae : neque subscriptit tantum , ac obedit : sed  
etiam disertè confitetur , vel si millies sit moriendum : etiamsi Valentini-  
nus neget esse confitendum quid animo sentias. Neque tamen hoc fa-  
tis , lingua nimis , clamoribusque profiteri : verùm & morum quo-  
que requiritur , vel in primis confessio. Qui enim Iudeos se venditant ,  
nec præstant quod acceperunt ab initio : Iudei non sunt , sed synago-  
ga satanæ , inquit Ioannes. Requirit igitur fidem liberam eiusque libe-  
ram professionem , & vitam immaculatam hæc doctrina. Sed (inquiet  
aliquis) vbi gentium profiteri debemus ? Ibi maximè , vbi maximum  
periculum , ne vel fides obscuretur : vel non habeatur quispiam Chri-  
stianus: vel religionis confessio , & existimatio videatur non nihil si-  
lentio acceptura damni. Ibi qui reticet: perfidus est , atque desertor. Di-  
xit autē definitio in Ecclesia profitendum : ne huic rei se putet idoneum  
excommunicatus: qui nec in Ecclesia versatur , nec est Christianus : sed  
ethnico deterior: quia minus habet quod doleat , qui Romæ nunquam  
vixit: quām qui postmodū electus , cum Milone deuoret brasicas apud  
Massilienses. Præterea in Ecclesia non est schismaticus , quamvis integ-  
ram fidem retineat (vt quondam Meletius) nec apostata , nec quicun-  
que tamdiu cum talibus versatur hominibus sui compendij gratia , vt  
contagium execrationis in se deriuat. Postremò ne ille quidē censem-  
dus est in Ecclesia fidē profiteri , qui nuper hæreticus , agnoscit errores: ta-  
men metu , vel pudore constrictus , manet in excommunicatione , nec re-  
uertitur ad apertos Ecclesiæ sinus. Noster autem Christianus est in Ec-  
clesia , & cum Ecclesia quocunque terrarum agat: hanc seruat , præstat  
que fidei professionem. Nam vbiq[ue] est verus Christianus: ibi est Ec-  
clesia: quia fide , confessioneque iunguntur , quicunque recta fide prædicti  
sunt. Verūm quid sibi vult , quod in definitione est additū : *Negque scitis*,

*Quinque pre-  
cipua capita  
doctrina chri-  
stiane.*

*Apocal. 3.  
Vbi. & quan-  
do fidem pro-  
fiteri oport-  
eat.*

## CATECHESIS TERTIA.

*Quid hypostas  
sis seu perso-  
na.* 30 sonam à Theologis definiri substantiam individuā naturæ rationalis:  
Christus autem non adsumpsit communem naturā: sed singularē , qua-  
lis est in uno quolibet homine. Rursus personā intelligimus naturam ,  
vt est in individuo (sic enim liber habuit) & simul accidētia , & pro-  
prietates , quibus homo consideratur : vt in Socrate est primū substanci-  
a , & quidē rationis particeps , insunt præterea proprietates: postremò  
dignitas existentiæ: quod nimirū non sit pars , neque adiunctū , sed to-  
tum & integrū per se subsistens. Igitur (si nō sit nefas loqui de Deo no-  
stris vocabulis) filius Dei persona diuinæ naturæ , habebat suā subsisten-  
tiā: ac præterea proprietatem. nimirū quodd sit à patre genitus. Iam  
vbi debuit paragi incarnationē: illa persona , id est , illa proprietas cum  
sua subsistētia humanam naturam , simul atque siebat , in suā *ὑπόστασι* ,  
*assumpsit* vt nunquam illa propriam habuerit subsistentiam: &  
*lib. 3. ca. 2. 9.* neque corpus , neque anima seorsim , ac per se vñquam extiterint. Itaque  
*I. & II. 2.* (vt inquit Damascenus) *simul caro* , & *simul Dei caro* : *simul anima* , &  
*simul deificata*: vt nulla ibi fuerit alia persona , vel hypostasis : quam ea ,  
quæ erat ab æterno filij Dei , quæ facta est etiam hypostasis illius no-  
bilissimæ naturæ humanæ. Ad hanc normam est exigēdum , quod non  
nulli veteres , in quibus est Damascenus , dixerūt Christi personam esse  
compositam : quoniam illa sic induit humanam naturam , vt suam illi  
communicaret hypostasim. Et propter hanc necessitudinem rectè , ve-  
réque dicimus Deum esse passum , ac mortuum : & hominem edidisse  
miracula , Deique esse filium : quoniam actiones sunt personarum , &  
ideo quia Deus est , qui pro nobis obiit mortem : perfolutum iam est  
illud pretium , cui persoluendo pares esse non poteramus ,

## Quod reliquum erat definitionis Christiani explanatur.

## Catechesis decima.

 Alutari s doctrina , quam profiteri debet Christianus ,  
primū neque sterilis , aut infrugifera , neque absurdā ,  
inepta , vel obscena , neque postremò pestilens , aut  
pernitiosa est : verūm rībus cōstat planè virtutibus con-  
trarii. Sed in gratiam chatechumenorum ista sunt ma-  
gis explananda. Poëtarum igitur doctrina non modò sterilis est , præter  
verborum strepitū nihil adferens : verūm etiam petulantia , libidinif-  
que ferax : neque dissimulanter , sed aperta fronte *ego sum* ( inquit ali-  
quis ) *præceptor amoris*. Oratores minūs equidem infaniunt , neque sua  
carent vtilitate : nisi tameq[ue] hīc etiam adsit fidei lumen , spiritūque ti-  
moris : vix fieri potest , quin fraudum , iniustiæ , scelerum , furtorū  
que lector contagia sentiat. Philosophi , qui cæteris præstare viden-  
tūr : multa quidē scripsere speciosis ( si eminūs inspicias ) ratio-  
nibus nixa : at vbi propriū intueberis , & quæ mysteria , virtutūque  
simulacra communificantur , expendes : multa foeda , leuia , turpiaque  
deprehen-

& opinionibus ullis ab Ecclesia alienis adhaere? Sed etas hinc intelligi nolim, quas Theologi: sed philosophicas, ac ciuiles haereses: quas Damascenus, libro de Dialectica, definit hominum eidem opinioni subscirbentium turbas, qualescunque sint, sive Iudei, sive Turci, sive idololatras: quibus iungantur schismatici, qui iam in nouam opinionem, deserta fide, recta transferint: & apostatae, qui vere dicuntur infideles. At opinio-  
num vocabulo propriè dictas haereses accipi mus: quæ meritò à Iudeis, Turcis, desertoribus, schismaticis, & infidelibus distinguuntur. Nam ha-  
reticus est ( si quis huius naturam demonstrari cupiat ) pertinax in per-  
suasione de Christo assertor sententiae veritati catholicæ dissentaneæ.  
Si quis autem titubet, vacillet, eret, etiam doceat errare: sit tamen  
meliora docentibus obtemperare paratus, nec in errore pertinax: ha-  
reticus non est, sed credens haeticis. Is vero pertinax habendus est,  
qui satis instructus, & à probis viris manifestè conuictus, iterumque,  
ac denud monitus nolit respicere. Deinde necesse est, ut prius fuerit  
Christianus: alias non haeticus, sed infidelis habebitur: insuper de  
Christo persuasionem qui retineat: alioqui futurus desertor. Verum &  
adsertorem esse oportet: non qui vel opinetur, vel scribat: sed qui af-  
ferat, idque non imprudenter, & contra animi voluntatem: sed ex ani-  
mi firma sententia, quæ veritati catholicæ repugnat. Eam autem ( ne  
quis fallatur ) in his quatuor comprehensam Spiritus sanctus reuelat  
Ecclesiæ: scriptura sacra; symbolis ab Ecclesia receptis Apostolico, Ni-  
ceno, Ephesino, Constantinopolitaño, & Athanasiano: decretis ge-  
neralium conciliorum legitimè congregatorum: & apostolica traditio-  
ne, quæ non est id, quod fortassis in uno, duobus, tribusve scriptoribus  
deprehenditur ( nec enim unus, aut alter, ac ne pars multò maxima tra-  
ditionem constituant) sed quod Ecclesia catholica, ab Apostolorum æ-  
tate, per manus posteris hucusque tradidit perpetuum, receptum, ac  
probatum. Veritatis autem catholicæ sunt hæc insignia: antiquitas, nam  
à Christo, Apostolisque promanauit: vniuersitas, nam qui vñquam  
fuere Christiani, hanc vnam amplexi sunt: & eiusdem doctrinæ, sa-  
cra scriptarum suis confusio.

## *Caput secundum. De fide.*

## Catechesis undecima

**A**ctenus de Dei, nostri que cognitione, id est, nostræ catecheses primo capite, quæ nostro sufficiente instituto: quæ tametsi per necessaria sint ad salutem: nequaquam tamen satis hominem instruunt. Nam multi posteaquam ex rerum visibilium contemplatione. Deum cognoverunt, in deteriora sunt prolapsi. Ergo properemus ad ea, quæ Christianum hominem perficiunt, quorum omnium fundamentum est fides, de qua pluribus estet differendum, ut omnes & raram eius indolem, summam vtilitatem,

*Hereticus.*  
quis.

Quis pertinax.

*Veritas catho-  
lica in quibus.*

### *Traditio quia*

*Insignia catholica veritatis.*

à Christo , Apostoliſque promanauit : vniuerſitas , nam qui vñquam  
fuere Christiani , hanc vnam amplexi ſunt : & eiusdem doctrinæ , fa-  
cramenterūmque conſenſio .

*fides anti-  
quisima est,  
et rarissima.*

litate, necessitatēque peruiderent: & qui iam illa donati sunt, ad amplius hauriendum incenderentur. Sed ne catecheseos angustias egrediamur: hæc satis fuerit delibasse, quod fides nō tantum ab authore supremo Dōo, vel ab antiquitate (nā primis parentibus necessaria fuit, vt crederent ex suo semine nasciturū salvatorē) sit commēdabilis: verum etiam ab insigni raritate. Ut enim fuit singulare Dei donum: ita semper futura est rarissima fides. Quod vt meiūs intelligatur, tantum cogitandum est, quæ illius per totum orbem iacta fuerint semina, nempe patres illi Enoch, Noc, Melchisedec, Abraham, Iob, & alij de quibus dictū est: *Cum essent numero breui: vsqueadē in orbe vastissimo vix apud aliquot familias hærebat istud margatitū. Post natum Mosen, liberationē Israēlitarum, legisque traditionem, fides videbatur latius emanare, quæ numerosissimum Iudeorū exercitū occupabat: sed in illori tamen quamplurimis nequaquā complacitū est Deo: nā præter unum aut alterum, omnes in deferto periēre. Adquē hunc modū res ista processit, sensimque sic fides etiam in peculiari populo defecit, vt aduentus Christi tempore vix apud paucissimos reperiatur: neque præter seniorum traditiones ac superstitiones, quicquā esset integrum: adeō vt etiam illorū doctissimi ferè Pythagorice disciplinæ se dederint. Post Christū quātopere fuerit afflcta, & accisa varijs a tyrānis, quid attinet dicere? vel quam miserrandis modis luxata, quassataque sit hereseon diuersis arietibus? Hoc tempore maximam partem orbis occupant Turcae, Infideles, Iudei, Heretici: ab his si quid vsquam remanet intactum, pessimis moribus foedissimè deformatum est, ne dicam prorsus labefactatum: cùm factis etiam negetur fides. Ex his igitur appetet quā sit rarum fidei domū, Ideoque Christus dicit; *Venuntamen filius hominis veniens, putas innenier fidem in terra?* Sed hæc melius ex definitione videbūtur. Dicitur itaque fides (vt omnes notunt) ab eo quod fiat: quamvis non sit ea propria significatio: quia Latinis ferè pro spōsione promissionēq; solet usurpari. Multi nimjū Ciceronianī malunt persuasionem dicere. Grēcis autem ῥάβδῳ τελέσθαι, id est, persuadendo dicitur, quod homo persuadeatur à fide. Hebrei autem hoc dōnum θρησκεία Emounach, Syri ημετρία Haimanoutha dicunt: & volunt à constantia, & firmitate nomen habere, quod fides dubia, sit quouis peior hæresi: vt origo latina nihil fidei subesse falsum ostendat: grēca plenam designet persuasionem: reliquæ constantem, minimisque nutantem fidem (quæ quidem illo nomine digna sit) esse debere prædicent. Sed hæc nota sunt. Quærendum autem potius, si methodicās agere liberet: an sit fides in rebus humanis: verū cùm loquamur ijs, qui scripturas agnoscent, ac recipiunt: ipsique adeō hæretici fidem, quam singunt saltem, suscipiant: nunc ad alia properabimus. Qui tamen cupit rem excusam habere, adeat D. Theodoreum li. i. de curatione grēcanicarum affectionum, & Damascenum lib. 4. orth. fid. cap. ii. & 12. Nam ad definitionem rectā contendimus. Est igitur dōnum Dēi, *Definitio fidei, & illustratus homo adheret, atque assentirur ijs, quæ diuinus ad credendū dicitur.**

*Fides antiquissima est, & rarissima.*

Psalms. 104.

*De nomine  
Fidei, & vn-  
de dicatur.*

...  
dum

Philip. 1.

dum proponuntur. Sed ita fuisis explicanda sunt. Primum fides Dei donū vocatur; si quis miretur, audiat scripturas. Cū enim Paulus Ephes. 2. dixisset nos iustificatos gratia Dei per fidem: & hoc (inquit) non ex vobis, Dei enim donum est. Iterum ad Philipp. quos celebrat eo nomine, quod illis datū esset, non tantū vt crederent, &c. Postremo 2. Timoth. 2. dum p̄cipit hominem Christianorum non debere infidelem contemnere, sed potius commiseratione dignum duce: hanc adfert causam: Si forte det illi Deus p̄nitentiam ad cognoscendum veritatem. Ut igitur extricet se quispiā de laqueis diaboli, & liberatus ad veri cognitionem pertingat: non obtingit cuiquam nisi Dei immensa, & indebita benignitate. Adeoque prestans est Dei beneficium fides: vt primi illi Christiani non possent sibi persuadere, gentibus omni flagitorum genere contaminatissimis tribuendum: vnde vox illa: Et genibus dedit Deus p̄nitentiam ad vitam. Quia illustratus. In hac illustratione multa sunt expendenda. Et in primis, quod non sit hoc qualecunque donum: sed quod Dei singulari munere homini, licet indigno, infundatur: neque quolibet, sed in animam, in mentē, & intelligentiam: quae prius quam sit huius doni particeps, est cœca, demens, stupida, mortua: nil minus videt, sentit, ac sapit, quād quod est huius doni, & veritatis: sed quæ falsa sunt, arripit: vera respuit. Quid ergo agit donum istud?

Effectus fidei

1. Cor. 10.

Esa. 7.

Lib. 4. ca. 12.

Orib. fid.

Acto. 6.

1. Cor. 1.

Prīmō deprimit mentem, facitque vt ne audeat quidem homo sursum aspicere, sicque tractat, vt præceptor aliquis rudem, ferocientemque discipulum. Ut enim sua comperta esse illi debet inscrita: sic donum hoc ostendit homini suam ignorationē, qua miserè laborabat omnium, quæ ad veram Dei cognitionē faciunt. Et hoc discimus ex Paulo, quānus in alieno negotio: qui summa huius fidei potentia, dicit se deprime re omnem altitudinem efferentem se aduersus veritatem Dei: & captiuum ducere omnem intellectum, in obsequium fidei. Est enim adē superba mens hominis, & contumax: vt nolit cuiquam assentiri, nisi quod exploratum habere se putet. Quis autem (obsecro) ante baptismi illuminationem ferat: si quis velit persuadere Deum factū hominem, paſsum, ac mortuum: Deinceps autem, deiectū hominem stratumq; rufus erigit fides: iubetq; pendere ab ore Dei. Vnde Esaias ad Achaz: Nisi crederitis, non intelligetis: quæ nimirum (vt inquit Damascenus) omnem & naturam, & rationem, & cogitationem exceauit: quemadmodum Āḡatēm alloquebatur Andreas, putantem Apostolum portenta loqui: Nisi superbam mentem submiseras, non intelliges, quæ dico. Hinc fides non raro vocatur obedientia. Hoc est igitur, quod hac illustratione volumus fieri: quoniam additur homini lumen, ac præsidium: vt ea firmiter capiat, & adsequatur, quæ prius non videbantur posse cuiquam persuaderi. Hæc autem sic se habere, hinc intelligitur: quod Paulus dicit proposuisse Deum nobis ad credendum absurdā, stulta, & infirma mundi: vt confundat fortia, & sapientia. Illa enim non sunt de personis intelligentia (quānquam & de illis nonnullis interpretari placuerit) sed de rebus, capitibusq;

capitibꝫque nostræ fidei, quæ stulta videntur homini animali, hoc est, destituto fidei, cunctaque rationibus humanis metienti. Quæ res, si semel demittatur in animum: nulla difficultate rerum absterrebitur à credendo. Ideoque libet Tertulliani sententiam vobis appendere: qualia sint, hoc est, absurdissima ( si carnem duntaxat in consilium adhibuerimus) nostræ fidei capita, perspicue demonstrantis. Cū enim Marcion, illiberali quodam pudore, nollet fateri Deum natum, paſsum, ac mortuum: felix sum ( clamat Tertullianus ) si non erubuerō Dominum meum: nam alias confusionis materias non noni, quæ me probent per contemptum ruboris, & benè stultum, & fœliciter impudentem. Et rursus: filius Dei natus est, & non pudet: quia pudendum est: filius Dei est pro me actus in crucem: & hoc est credibile: quia ineptum est. Idem de cruce derractus, ac sepultus est: certum est: quia impossibile. Hæc eō dicta sunt, vt perspiciant catechumeni, quantæ sit molis persuadere humanæ sapientiæ hæc fidei nostræ præcipua capita. Debet enim hī sapiens stultescere: non quia natura sua quicquam hī vel stultum, vel ineptum: sed quia sic animales homines iudicant. At verò fidei mens illustrata, genuinūmque sensum donorum Dei adsecuta, si quid exprobretur ab aduersariis vel de Christo, vel de sacramentorum effectis: nil omnino turbabitur: sed illud Tertulliani nostris occinet ( si Ibidem. Deo placet) sapientibus. Vt sis sapiens, Caluine, nega & cetera, quæ nobiscum de Deo credis: interim audi Paulum (nam cum reliquas scripturas contemneret Marcion, vnicum Paulum referuabat) qui Deum dicit, vt natum, ita crucifixum. Quid autem refert, si dicas natum, vel mortuum? Hæc igitur etiam nega Caluine, qui cetera negas, inquiet Christianus: & rerum difficultatem vertet in argumentum roboris fidei. Sed progrediamur. Adhæret, atque adseritur, inquit definitio. Adhæret (inquam) Christianus mente, & intelligentia (ea enim in parte sita est virtus fidei) neque id temerè: sed imperio voluntatis, quæ est auara boni cogniti. Neque enim fieri potest, vt appetitus non cupiat bonum, cuius vel umbram somniauerit. Sic igitur cognitione Dei, verorūmque bonorum instructa voluntas, mentem impellit vt adhæreat: non impetu bruto, planèque stoico (vt iij solent, qui nesciunt de quibus vel negent, vel affirmant quicquam, cuiusmodi videntur haereticos) sed rebus verè cognitis, tametí non propriè scitis. Et quò maiores in illa cognitione facit profectus: ed arctius adhærescit. Eapropter Paulus post riudem fidem, ἐπινωτι in Epnesiis, ac Philippenses: Lucas in Theophilo ἀσφαλέσα requirebant: iubemurque renouari de die in diem exactiore notitia: quod noster homo internus fiat illi similius, ad cuius imaginem est conditus. Ad hæc obseruandum, hanc adhesionem non esse pertinaciam, aut indoctam dementiam, quæ est in quibusdam idiotis haereticis, qui adeunt rogum, neque habent cuiusquam pensi, sitne veritati, quod arripiēre semel, consonum: sed est cum fiducia, & cognitione firma sententia, qua paratus est homo, contra spem,

*Quis assensus  
fidei sit.*

*sor. omens*  
*lib. r. cap. 17.*  
*Niceph lib. 8.*  
*cap. 15.*

*Acto. 6.*

*Lib. 4 ca. 12.  
Orbi fid.*

*Reuelationis  
via duplex.*

Spem, in spem credere; & quæ sub sensu cadunt abnegare potius; quam à fidei régulis, vel vnguem latum discedere; quod in virginis partu, clausisque ianuis, per quas corpus solidum nequit permeare, fides agnoscit. Philosophia non recipit ut à priuatione fiat redditus ad habitum: fides nil inculcat sepius, quam resurrectionem. Hoc igitur est adhærere. *Quis* verò assensus? Minimè qualis à Philosophis prescribitur, dum tradunt nobis suas demonstrationes: sed agitur hic de assensu, haud quidem coeco; sed tamen non coacto, non edocto, non inducto firmis demonstrationibus. Nam sic differt à fide scientia, quod hæc habet sua principia, & antegressas adassertiones, quibus, velit, nolit, cogitur adsentiri: fides nihil habet simile; sed est inter opinionem fluctuantem, & scientiam, cui res est omnino constituta, media. Habet enim cognitionem, & constantiam: nec interim nittitur adassertionibus antegressis. Sic igitur statuamus, fidem non requirere demonstrationes: nisi forsitan apud eos, qui iam sunt illustrati fide. Cuius rei si quis exemplum defuderet; eo tempore, quo Nicæa peragebatur concilium, multi sophistæ, philosophique confluxerunt, rati quoddam olympicum certamen institui. Cum autem illi cernerent simplices, atque in speciem idiotas patres; arbitrabantur se quemuis illorum facile posse vincere. Vocabant igitur quendam Spiridonem, ouium, hominumque pastorem in certamen: quod cernentes alij patres, libenter hominem retinassent minus in talibus exercitatum; tamen propter eius constantiam,

& zelum, suerunt illum subire conflictum. Spiridon autem recitata parte symboli, rogat num philosophus hæc ita se habere crederet: ibi garrulus obmutuit philosophus: paulò post redditio voce, se libenter credere dixit. Tale quippam de Alexandro Constantinopolitano Episcopo non multò post narrant Ecclesiastici historici, qui coactus cum philosopho congregati, missis omnibus argumentis, sic dicitur antagonistam alloquitutus. *Ego in nomine Iesu Christi impero tibi philosophie ut taceas.* Portentum ingens: siluit ille, nutuque se credere demonstrauit; vnde liquet hominem, citra numen præsentissimum, fidei adsentiri nequaquam posse. Idcirco eam Paulus interdum vocat obedientiam, quæ non est, nisi seruorum non agnoscentium plerūmque dominorum consilia, quibuscque satis est nosse profectum ab hero quod mandatur. Itaque retinenda est descriptio Damasceni: fides est σύνεσις ταχεία ἀπολυτροφόντος, id est, assensio non multum curiosa; quia nequaquam curiosè sciscitatur quomodo, vel cur quicquam fiat. Hæc autem fusiū de hoc assensu disputata, reddent ea quæ in definitione consequuntur, longè clariora. *Quæ dininius ad credendum reuelantur.* Verbum ἀποκλήπτειν, quod reuelare significat, est proprium septuag. interpretibus. Reuelatur autem fidei materia, dum, quod prius occultum erat, longèque remotum, subiicitur hominis captui, relatum vide-licet in litteras, aut viua voce traditum. His enim duabus viis, illa prima veritas Deus, sua voluit nobis innotescere: scriptura quidem, in qua nobiscum

biscum aperte loquitur; & catholica Ecclesia, quæ est columna veritatis: & in hac, duo rursus intelliguntur, traditio nimis, & vera scripturarum interpretatio. Nā inficiabitur nemo multa esse penes Ecclesiam, quæ scripturis prodita non sunt. Habebat enim illa omnia veritatem, etiam tum, cum nihil adhuc conscriptum esset. Iussit autem quædam postmodum mandari litteris; non tamen omnia. Vtrorumque verò ab ipsis Apostolis, immo à Christo potius genuinum accepit intellectum: nisi fortassis vel oblitam quis dicat eorum, quæ scribi noluit; vel non intelligere, quæ notis, & apicibus notari curavit. Pudeat igitur illos qui volunt Christi sponsam à mutis pendere notis, & chartis; & scripturarum germanam interpretationem non habere. Alterum enim istud est, quod Ecclesia, præter suas traditiones, habeat puram putam enarrationem vniuersarum scripturarum; ac proinde, si quid nunc decernat, vel explanet; id rectè fieri credendum est: neque sunt credenda minùs, quæ nunc reuelantur; quam quæ olim ab Apostolis edicta fuere. Et hinc discimus capita nostræ fidei esse obscurissima, & à solo Deo reuelari, quemadmodum aiebat suis Corinthiis Paulus: *Quod oculus nō vidit, nec auris audiret.* Nec enim vel oculis, vel auribus possunt inuestigari, quæ ille Ecclesia suæ, & priuatim quibuscum electis reuelauit. Sic enim Christus dicebat visum esse Deo parenti. Ea tamen, quantumvis reuelata, suscipiet nemo: nisi prius fidei lumen acceperit; alioqui pro stultis, & ridiculis potius habiturus.

*i. Cor. 1.*

*Matt. 11.*

## Catechesis duodecima.

### De Symbolo.

**S**UPER ea, quæ de fidei natura, reb⁹ effectis, & materia disputata sunt, istud postremum diligenter est obseruandum; penes Ecclesiam esse diuinorum oraculorum omnium syn-  
ceram intelligentiam, & eorum, quæ per manus ἀγαρά, id est, non scripta tradūtur, censuram, ac promulgationem, in quibus numeranda sunt cum decreta conciliorū, tum symbola. Nam in iis habentur multa, quorum equidem in scripturis licet semina deprehendere: non tamen usque adeo manifesta, vt sufficiant conuincēdis pertinacibus. Et alias de conciliorum autoritate sumus disserturi: nunc autem, ne à catechistarum discedamus vestigiis, de symbolo fuet  
rit opportunum tractationem instituere. Priusquam tamen eō progrediamur; non nihil dispiciendæ sunt causæ condendi symboli, & authorum quoque habenda est aliqua ratio. Quemadmodum igitur in arte qua-  
uis maximum est opere pretium, priusquam summa totius artis precepta tradantur, futuræ constructionis rudia quædam elementa præstruere: ad eum modum in Christiana disciplina, quæ sapiētibus, & insipientibus, rudibus, eruditis, viris, mulieribusque proposita est, necessum erat que-  
dam sim

*causa condendi  
symboli.*

dam simplicia documenta facile cuius obvia proponere. Nam cùm aliis in rebus idipsum prudenter obseruetur: hic prorsus est necessarium, vbi cunctorum salus versatur in discrimine. Et rhetores, oratores, plurimi partim nolunt; partim nequeunt fieri: at Christianos esse necesse est, quotquot sibi cōsultum esse volunt; in quibus cùm sit mira iudiciorum, & ingeniorum varietas: Apostolos oportuit veluti monogrammon aliquod edere, quod neque tardiores absterreret, neque per spicacioribus esset contemnendum. Omitto quantus fuerit vsus istius symboli: quantumque profuerit illud notum, ac perspectum habere: cùm in omnibus fere Christianorum mysteriis, usurpata sit talis quæpiam rerum christianarum summa. Nam vt in antiquitate cernere est, neque baptisimus, neque confessio, neque aliud sacramentum ritè administratur: quin adsit hoc symbolum, vel suffragetur eius intelligentia: vt libri 2. decretorum cap. 62. ex Remen. conc. docet Burchardus, vbi vertatur, ne quis ad exomologesim admitteretur, nisi symbolum recitaret.

Lib. 2. ca. 6.4  
8.7.1.

Li. 4. ca. 1.7  
2.8. & 2.9.

*Prisci symboli appellatio-  
nes.*

Omitto quæ aliis habet in locis ex Cabilonen. Aurelianen. Agathensi. Parisien. alijsq; conciliis, quibus præcipitur, vt omnes tam latine, quā vernacula symbolum ediscant, & intelligant; ne quis ad baptismū propuero stipulator accederet, qui symbolum non pronuntiasceret: quam legem etiam in catechumenorum susceptione iubentur sacerdotes adseruare: vt que parentes curent liberos suos edoceri capita symboli. Grauisimè verò patres Remen. conc. ca. 8. Dixerūt neminem seruari posse, qui non symbolum memoria teneat, & intelligat. Toletanum autem conc. 3. can. 2. tradit istud symbolum non tantum hunc usum habere, vt per eius recitationem quispiam euadat particeps sacramentorum Ecclesiæ: sed ad iustitiam, & cordis purificationem conferre plurimū, & eò pertinere, quod Paulus inquit Rom. 10. corde credi ad iustitiam, ore autē confessionem fieri ad salutem: ne huc adferam Agathensis conc. ca. 9. concilij item sexti generalis can. 78. Moguntiaci ca. 45. vbi partim recitari, partim prædicari symbolum iubetur. Quin & illud otiosum non est, quod nostri maiores monebant rusticos, vt priusquam in sylvas, & agros conferrent se aliiquid operis facturi, recitarent symbolum, eoque se à leuioribus maculis expiarent. Sed hæc nimis multa. Priusquam tamen de authoribus dicere incipiamus: subnotanda sunt magis insignia nomina, quibus istud symbolum solet appellari. Primum igitur maximus Areopagita, quam à Paulo hauserat disciplinam referens in litteras, ad mysterium recitati in missa symboli, quatuor eius apostolica nomina tradit: & à quibusdam appellari tradit *μαρτυρία ὑπεροχής*, id est, *vniuersalem hymnorum decantationem*, quia est absolutissimus hymnus, & honorando Deo congruentissimus, continens præcipua eius in nos beneficia. Vocat autem *μαρτυρία*, id est, *vniuersalem*, cùm (vt ait Pachymeres) quoniam ab omnibus recitaretur; tum quod à sacerdote cunctorum nomine proferretur. Vnde liquet homines liberare se gratiarum actionis officio, quando hoc in missa cantatur. Alterum no-

rum nomen, penè tantundem significans, *ὑπεροχία*. id est, hymni seu hymnorum decatatio. Tertium est *Τεγνητέλας σύμβολον*, id est, religionis symbolum, procul dubio Apostolicum: vt hinc liceat confirmare, istud ab Apostolis esse profectum. Quartum est *εὐχαριστία ἐγεγράψα*, id est, pontificalis gratiarum actio, quasi dicas formulam, qua pontifices agant gratias, dum sacris videlicet operantur. Et istud maximè probat Areopagita: quo magis persuadeant sibi rectè se facere, qui istud recitant, dum se gratos Deo probare volunt. Nunc qui fuerint autores despiciamus. Ac primum notandum est esse quatuor symbola, præter illud, quod vocamus Apostolicum: Athanasianum, columnen orthodoxæ fidei (vt vocat Nazan.) Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum; quæ communi nomine dicuntur patrum symbolum, ad eis differentiam, quod est Apostolicum; quo à nobis explicato, ad cæterorum tractationem nihil (vt spero) defuderabitur. Istud autem quo tempore, *De insuffio-  
ne symboli  
Apostoli.* Non incepit  
cuique Apo-  
stolo suus ar-  
ticulus tributur.  
*Clementis Ro.*  
de nomine  
symboli ra-  
tiones.  
*symbolum  
eius inter-  
agapæ.*  
*litteris 31.*

*De symboli  
authoribus.*

*mine symbolum etymologia, ac significacione.*

*Clemens Ale  
xand. s. f. 10.  
m. s. pag. g. 8.  
2. c. unpro-  
cul ab initio  
libri.*

*Definitio sym-  
boli.*

*Quid articu-  
lum fidei con-  
stituit.*

*Prima diuisio-  
ni symboli in  
duo capita.*

sed per flexum factū sit, ut lōgē diuersa significet philosophis, ac Theologis; vt potē picturam, notam, vel imaginem rei cuiuspiam, quæ aliquid reconditum, & mysticum referat, qualia in Ægyptiorum templis *legoγλυφιστι*, id est, Characteres seu signa sacrorum sculpta, constantia ferè animalium figuris, ponebantur: qua ratione Theologi vocant symbola, qua per metaphoram à nostris rebus desumpta, Deo tribuuntur, vt est ira, somnus, latitia. Praeterea Ecclesiæ sacramenta, & quondam Synagogæ, apud Areopagitam, ac Theodoretum vix aliter nuncupantur: qui sunt quædam externa signa, quæ nostram fidem, ac intelligentiam erigunt altius: adeoque, nisi veteret Clemens Roma: videretur commodius hinc nomen inditum isti symbolo. Nam istæ notæ verborum rectissimè sic dicantur, quia nobis insignia de Deo, & mystica subindican. Harum terum admonitos volui catechumenos, quia nonnulli in disputatione de sacramentis, ex hoc ipso nomine fucum facere molliuntur impeditis: quasi præter merum signum, nihil ibi foret requirendum. Sed rem ipsam propius nunc inspiciamus. *Est igitur symbolū aliud nihil, quam breue compendium, quod constet collatis capitibus, & articulis nostraræ fidei, quibus inest peculiaris ad credendum difficultas, ac fidei exercitium.* Nec enim quiduis fidei, constituit articulum: sed quod proprium fidei laborem, operam, exercitiumque contineat: vt si velitis me exempli gratia istud proferre. Ista tria: passus, crucifixus, sepultus, distincta si proponantur, videntur posse tot articulos constituere: at si diligenter rem perpendas, non ita se habere compieres: sed ita sibi tria eadem cohaerere, vt qui vnum recipiat, nulla difficultate sit admissurus reliqua. Vbi verò agitur de sepultura, & resurrectione: tum est cuique rei nixus suus, & labor in credendo: iccirco distinguuntur in varios articulos. Quæ cum ita sint, minimè turbabimur, quosdam in duodecim, alios in quatuordecim omne symbolum dissecuisse viderimus: prout minimum specialem rebus quibusdam ad credendum difficultatem inesse iudicauerunt. Videre est enim nonnullos, qui septem diuinitati totidemque humanitati, nostri Seruatoris articulos adsignent: alij in duplex senarium patiuntur, quibus malumus eapropter subscribere: quod singularis Apostolis suis cuique transcribatur articulus. Princeps autem diuisionis est in duo capita, diuinitatis, & humanitatis, in quibus nostra consistit scelicitas. Nam diuinitatis quidem contemplatio nos beatos efficit, de qua priori loco agetur: at verò quia Christus per suam, quam gessit in terris, economiam stravit iter ad illam contemplationem: iccirco subiicitur illud caput alterū nostræ fidei. Nec illud est pretereundum, quod reliqua symbola ea spectant, quæ pro ciuiisque tempestate ab hereticis trahebantur in questionem: ideoque multa vel addita, vel omissa, vel obscurius attacta: Apostoli autem, qui nulos sibi certos hereticos praestituerant, sed omnibus in viuierum malis, erroribus, & incommodis obuiam ire volebant: ea proposuerunt apertissimā, quæ cunctis, qui ad salutem,

salute vellent contendere, suffictura viderentur, quo nomine sumus proximè sequuturis conuentibus in huius explicazione (fauente Deo,) utilius versaturi.

### Primus fidei articulus.

#### Catechesis 13.



*Redi in vnum Deum, Fatoe or verbum istud esse peregrinum. Nam vt Latinis quondam ignota fuit christiana religio: sic & vocabula. Sed & græcum τριάδα non tam indubitatem fidem adhibere, quam dubitare, vel putare propriè significat. Neque minus barbarum est, In Deum, sed Apo-*

*Genes. 15:  
Matth. 18.*

*stolis visum est græco sermone Hebraicari. Vox enim Hebreæ προσκύνειν velieem in baichouah: credidit (Abraham) in Deo, vel in Deum. Et syraphasis hoc vbique retinet; exempli causa. Matth. 18. Qui scandalizaverit vnum de pusillis ipsis: προσκύνειν damehamenin bi, id est, qui credunt in me he barbarismum hinc Apostolorum (loquebantur enim Syriacē) grauatum deuoremus, vel illi distinctiuncule: Credere Deo, credere Deum, credere in Deum plus quam par sit tribuamus; cum aliud reuera nihil, quam scripturæ phrasim, licet in ijs agnoscere. Credere igitur est idem quod cum assensu cogitare: vel, si velitis me rem aperte eloqui, credere est idem quod eam fidē exercere, quam superius descripsimus. Dum enim quispiam hæc verba pronuntiat: Credo in vnum Deum, vel vni Deo, vel vnum Deum, periinde est, ac si dicat: mens, vel intelligentia mea illustrata peculiari dono Dei, voluntate impellente adharet firmissime, & licet non omnia peruidat, exactissimeque tenet: habet tamen fidem cum alijs omnibus, tum huic, vnum esse Deum. Debemus vero præterea hoc in verbo fidei professionem intelligere. Nam in alijs symbolis hoc ipsum dicitur vebis professionem significantibus. Ea autem quia ritus obiri non potest, nisi adhuc fidei sua comites spes, & charitas: iccirco dum ea vox a quopiam germanè enuntiatur, earum quoque virtutum felix connubium adesse necesse est. Quid igitur (inquiet aliquis) num censes ad eos tantum hanc vocem pertinere, qui perfecta fide prediti sunt? Evidem quod erat optimum factu ingenuè tradi: nec desunt veteres interpres, qui prisca severitate nullos mortifero rum consciens hic admittant. Ego tamen, vt illos fatear felicissime, verissime, sanctissimeque istud dicere, quibus adest fides. cum sua anima charitate: tamen vt Apostoli solis illis præscripsisse dicantur istud symbolum, in animum inducere nequeo: præsertim cum hæc epitome fidei sit potissimum in gratiam catechumenorum conflata, vt eam antebaptismum pronuntianter. Gaudeant itaque iusti sua libertate, ac fiducia, interim non inuident huius symboli recitationem male, sibi conscijs, qua se se excitant, vt possunt, ad hoc, vt valeant eadem cum i-*

*Quid credere.*

*Professio in-  
telligitur in  
verbo creden-  
di, vel fidei.*

stis generosa quandoque fiducia suæ fidei Deo optimo: max. p̄cūm adnumerare. *In unum Deum.* Dictionem hanc (vnum) in hoc symbolo retinendam docēt interpres vetustissimi. Quid est porro *In unum Deum?* Nec enim fides nostra plures Deos admittit, vt Deutero. 6. & Io. 17. cernimus. Si quis tamen ratione cupiat hoc ipsū demonstrari: posteaquā definitionem Dei cōstitutam habuet in illo negotio, quod reliquū est effetūm dabit. Si enim dicat Deum esse perfectum omnibus numeris, immensum, maximum. iam vnum esse conuicerit. Nam si plures adferat, erunt illi vel omnes æquè perfecti, vel non; & ita constituta inæqualitate, semper ad supremū refertur maior potestas. Si verò nihil differant: tum ad monachia relabetur disputatio. Quæ enim nulla ratione differeunt, non plura, sed vnu sunt. Rursus si differre quis concesserit: illicid fateatur erit necesse vel perfectos, vel imperfectos. Si perfectos dicat, recidet in uitatem: si imperfectos, ne Deos quidē, in quibus aliquid defuderetur. Si partē cinq; tribuat suam: habebit circumscriptos, nec immenses Deos. Et quis tandem metator, diuisorique cōstituetur, qui singulis angulum suum adsignarit? Si enim suum quisque tuetur locum: ab aliquo traditum acceperint oportet, sicquē rursus inducetur vnum principium, quod Deus est. Qualis autem iste sit Deus, supererit considerandum.

*De personis  
diuinis.*

*Ariani brunn  
etatis.*

**Patrem.** Quoniam nullus articulus ex instituto trium personarum sa-  
cerdos sanctæ Trinitatis tradit mysterium, & quia in patris nomine filius  
etiam intelligitur, quo habito mox Spiritus sanctus occurrit; necesse est,  
si nolumus prorsus omittere, paucis impreäsentiarum, pro catechetica  
breuitate, rem illam perstringere. Piusquam tamen hoc attingamus;  
duo sunt ex ratione religionis prælibanda, quibus istius fidei necessitas,  
& difficultas fiat aliqua saltem ex parte conspicua. Est enim huius my-  
sterij disputatio prorsus ardua, horroreque plena: nec attingenda, ni-  
si plebis hanc à nobis ruditas extorqueret, reddereturque penitus necessa-  
riam tractationem. Iam enim satan confecto curriculo peruagatus vni-  
uersa fidei capita, ab ipsa diuinitate ad infernum usque nunc eandem  
periodum incipit relegere per Seruetum, Lucam, Sterembergum, Pe-  
trum Statarium, Georgium Brandatam, & alios, quibus administris ve-  
teres illas hæreses videtur propediem reuocaturus ab orco, partim in  
Morauia, Sterembergia, partim in Polonia: Trinitatem scilicet esse no-  
men execrandum: Spiritum nil esse preter columbam, Christum meru-  
hominem: Mariam plures genuisse liberos: & quid non? Vnde facile per-  
spici potest, quantum in periculi impēdeat misera plebecula. Sed con-  
tra perdifficile videtur imò ( quid ni dicam ) prorsus impossibile, de re-  
tam ineffabili in promiscua concione dicere: cù & ipsi angeli, cum sint  
alioqui purissimi, & perspicacissimi, superbenedictæ Trinitatis fulgorē,  
maiestatemq; nequaquam ferentes, duabus aliis volent pedes, duabus fa-  
cien, reliquis volent. Quid igitur hic tentabit caro, & sanguis, cùm Isa-  
ias queratur habitare le ia medio populi polluta labia habentis? Postre-  
mò, quamuis per rerum creatarum cōtemplationem deducamur in co-  
gnitionem

gritionem qualemcumque rerum inuisibilium: hoc tamen in capite se-  
res habet diuerso prorsus modo. Nam ut creatoris vestigia ex creaturis  
cerni valeant: personarū tamen distinctio, nullo pacto colligi ex iis po-  
test. Quid igitur sicut manendum in ruditate? Evidem quia aliquid di-  
cendum est, dicam quod apud maiores nostros solidam, ac probatum  
inuenitur. Hanc rem igitur tractant insigniter ( quantum humanis in-  
geniis tractari se permittit numen) Areopagita lib. de Diui. nomi. cap.  
2. Gregorius Nazian. libris tribus de Trinit. & Damascenus lib. 1. ca.8.  
orth. fid. ex quibus, quod satis est, quisque depromet. Nos tamen ex re-  
bus nostris lucernulam instruemus, vt obscuriores illorum sermones  
dilucidius intelligentur; & que hoc in negotio discrimina, præcipitiæ  
que latent, commodiæ caueantur. Principiò igitur, aliud est quicquam  
in genere, specie, communis tue vniuersali consyderari: aliud in individuo, in singulari, in parte. Praterè non eodem modo quicquam vel re-  
ueria, & actu (vè loquuntur) vel ratione tantum, mentisque figuratio-  
ne cōmemur. Nam prioris generis est consideratio, dum quis non Petrum,  
vel Paulum cogitatione attingit: sed quod exprimitur ipsa definitione,  
hoc est, animal ratione praeditum, quod in nullis particularibus po-  
test demonstrari. Longè verò aliter spectatur ipsa in singulis natura, vt  
in Petro, Paulo. Homo enim, dum sic in genere consyderatur, non com-  
prehenditur se ipsa, sed ratione duntaxat. In individuis autem reuera  
hominem attendimus; quia dum ibi video Petrum, & Paulum, video  
eile duos veros, ac distinctos homines suis proprietatibus, differentiis,  
ac subsistentia: dum verò ad differentiam me conuento, video æquè  
eile utrumque animalis rationis particeps, mortale. Hæc autem diffe-  
rentia non perficitur sensu, sed tantum cogitatione cernitur; nec nu-  
mero quidem potest separari, alioqui essent simul homines *quælibet*,  
*quælibet*. Et eapropter rectè dicitur in quolibet pati totam huma-  
nitatem, non tamen omnes homines. Et sic Paulus ait in Christo ha-  
bitare totam diuinitatem, non omnes hypostases: sic dicitur Christus  
adsumpsisse totam naturam humanam; non ratione individuorum,  
sed communis differentia. Nunc diuina maiestati hæc allata verbosius  
accommodemus. In illa igitur est vna simplicissima natura, quæ hac  
definitione exprimitur, quam tu prolixam apud Damascenum lib. 1.  
cap.8. orth. fid. requiras ea parte, quæ est editioni Basiliensi cap.ii, de di-  
stinctione trium personarū, & de re, & ratione. Est enim vna, pura, sim-  
plexque substantia, nullis modis diuersa; in singulis personis tota, &  
eadem, & omnis, & per omnia &c. Personæ autem hæ tres habent  
suas proprietates personalisque relationes, quibus discernuntur; pater  
paternitatem, id est generationem a filiam (sic enim loquendum) filius  
filiationem (sic enim vocat magnus Hilarius) Spiritus sanctus processio-  
nem à patre, & filio, cum tamen sit eadem in omnibus personis natura  
atque diuinitas. Nunc quæ sint inter Deam ita consyderatum, & ho-  
minem discrimina, videamus. Habent enim singuli homines distinctam

*ura* *liter in Deo*  
*no-* *persona est, a-*  
*am* *liter in homin-  
ne.*

*Distinctio per  
sonarum oc-  
cultissima. S.  
multitudinibus  
adumbratur.*

subsistentiam: ita vt illa non sit aliis hominibus communis (possunt enim omnes agere pugnantia) securus autem se res habet in hac sancta Trinitate. Haec namque personae sic distinguuntur, vt maneat inter illas *τεριχώγησις* (quam Cicero pertinetiam vocaret) quae est vinculum, quo veluti colligantur, ac tantum non vniuntur; vt quicquid agat una, agat reliqua, de multis proprietatibus. Et propterea siue unica, siue duæ nominentur, reliqua personae sunt semper intelligenda: quae pertinetia si esset inter homines, omnia omnes agerent. Accedit quod humanae personae constitutam hypostasim per adiectionem: materia, quae est causa (vt loquuntur) individuationis: vt per ipsam crassitatem corpoream singulatim constituantur, & inter se different. Nam ipsa quidem natura est eadem in omnibus: itaque necessarium est proprietates, accidentia, & quicquid discernit, ad materiam referri, inque ea considerari: adeo vt singulare à dialecticis dicatur constans proprietatibus, quarum collectio in nullo unquam sit eadem. Tertium quoque distinctum obseruare licet inter homines, diuinæque personas: quod in nobis haec proprietates sint addititiae, & accessoria, nec ad naturam pertineant, neque veniant in definitionem: at in diuinis, ipse proprietates, personarumque discrimina sunt essentiae, & naturæ, immo natura ipsa. Vnde magis abhorre debent prius omnes illorum doctrinam, qui adserunt hæc aliud esse nihil, quam metis figuraciones: vel Trinitatem instar esse trunci: personas autem stolonibus esse persimiles ex trunco prodéutibus; cum ipse personæ sint in ipsa essentia, immo sint potius eadem essentia, neque sit ibi quicquam adventitiu. Postremò hoc etiam interest, quod humanae personæ verè differant actu: & nihilominus eandem naturam in iis cogitatione cernimus: in sacra Trinitate personæ usque adeo conjunctæ sunt, & eadem cum ipsa essentia, vt hæc quidem primò, reuerat, & actu spectetur: ac deinde ad personas considerandas descendamus, propter illam, quam diximus *τεριχώγησις*, quæ prius naturam iussum nobis obiicit: ac secundo loco de personis mentem instruit, vnde trium personarum sequitur eadem operatio. Ceterum non illicò cuiusvis perspicuum fecerimus, quomodo distinguuntur res conjunctissime: itaque iuuerit istud exemplis latius demonstrare. Sed quis igitur videre cupiat, quo pacto verissimæ realisque relationes non mutent eandem naturam: consideret Adamum, Henam, & Seth: & patrem ingenitum in Adamo, filium genitum in Seth, spiritum sanctum in Iesu meditetur. Adam enim neque patrem, neque matrem habuit: tibi ea, quæ patri tribuitur, innasebita. Henam neque genita est, quia non prodit ex matre: neque tamen creata simpliciter sed prodit, ex viuo parente suo: vt partim genita, partim creata dicatur, referatque processionis aliquod simulacrum. Hec tamen cum ita sint, una tribus est, eademque natura: cum interea sint tres distinctæ personæ. Sed hic dices vinculum *τεριχώγησις*: non apparere. Contemplare (inquit Damascenus) carbonem in quo est ignis, calor, & splendor. Finge (nisi videatur hoc irreligiosum) naturæ locum obtinere, quod in

quod in carbone crassum ac désum est; calorem puta esse patrem; splendorem tribue filio (sic enim vocatur in scripturis) pro tertia persona nihil habemus quod repontamus; nisi forte informes ignem, quod est eius alias epithetum: vt cunque sit, tamen in hac qualicunque similitudine, vides non prius esse calorem, aut splendorem, sed simul omnia; quamvis necdum adsequi liceat illud vinculum patris, filij, & Spiritus sancti. Vis autem intelligere, quomodo persona cuilibet eadem reliquarum actio tribuatur: audi Damascenum. Vtrumlibet dixeris (inquit) carbonem lucere, vel splendorem, aut ignem; rectè dixeris: & cum de altero tantum illud adfirmaueris; omnia tamen lucere quiuis intelliget. Iam si velis exemplum, quod omnino tres personas exprimat: Dionylius libro de Diu. no: ca. 2. & Damascenus lib. i. ca. 8. orth. fid. istud suggirunt. Finge cogitatione tres soles, & eos ita coniuctos, vt non alius alio suos radios eliaculentur; sed vt prorsus coniunctis radijs illuminent orbem; ita tamen vt in extremitatibus sit non nihil, quod trium ostendat multitudinem: ibi videbis eandem naturam, eandem operationem, manente distinctione. Sic possumus aliquousque somniare de hoc diuinorum personarum abditissimo mysterio, quod perspicaciūs hic intueri non datur. Sed nunc in viam redeundum est. Cum igitur patris nomen occurrit, caue somnies illum fuisse prius, ac deinde filium genuisse, quod volebant Ariani: sed sic patrem intellige, atque ab illo genitum filium, vt ab hoc patrem genitum non dicamus; sed potius contrà ex patris substantia filium ab æterno prognatum. Additum autem epithetum *omnipotens*, vt ab impia cogitatione abducatur, qua putatur pater senio: confessus: vt sit in rebus humanis, ubi filii sunt patribus robustiores, sicut & impertiores; vnde filio Dei scripturæ tribuunt sapientiam, ne filium minus hac in parte valere crederemus. Interim pater, filius, ac spiritus sanctus: aquæ sunt omnipotentes, ac sapientes. Tamen dicitur & propterea pater omnipotens; quoniam ab illo est omnis potentia. Nam quam habet filius, habet à patre. Et hac symboli parte obstruimus oculos, qui negant quacunque naturaliter intelligi non possunt, & velut Academicci, reuocant in dubiu quicquid rationibus probari nequit. Nos autem verissima confitemur, quæ Ecclesia proponit, omnia: ut pote corpus post resurrectionem clausis ianuis ingredi potuisse; panem & vinum in corpus, & sanguinem Christi conuerti: quæ ideo maximè creduntur per hanc omnipotentia confessionem; quia nobis videntur prorsus impossibilia. Iam, velut ex sterquilino margaritum, ad uitatem Dei nostri comprobandum, ex Iudaica perfidia, quæ Deum unum colit, sublegere licet argumentum: ad Trinitatis autem probationem facit ethnocotum impietas, quæ Deos coluit multiplices.

## Catechesis 14.

**C**reatorem cœli, & terre. Quæ haec tenus præcesserunt, si fraditam articuli descriptionem sequamur, videbuntur non absurdè geminum articulum constituere. Nam qui credit vnum Deū, nō statim credit esse trinum: quod si non placet, vocemus duas partes unius articuli. Quod nunc est in manibus, optimo iure dicetur articulus: quia superiora qui admiserit, nō illicē propterē rerum omnium fatebitur creatorem. Nam quantū haec in parte s.t quondam erratum mox liquebit, si prius de cōexione non nihil dilleruerimus. Cum enim præcesserit virtutis, potentiaeque diuinæ confessio; merito creatio cœl., & terræ, certissimum illius exemplum, ab Apostolis subiunctum est. Deinde quia is, quem omnes ferè veteres fecerunt huius partis authorem, Petrus colluistatus est cum hæreticis, qui de huius vniuersi productione futilia quedam, & anilia delirabant: idē post fidem diuinitatis, recte conditionis veritas attextur. *Creatorem igitur creao.* Nam hoc verbum Clemens Rom. vocat symboli fundamentum; vt sit hæc sententia. Voluntas mea quadam Dei dilectione excitata, & amore summi boni, (ne enim omnes habet charitatem) commonet officij mentem, & intelligentiam; vt hoc incomparabili fidei dono adiuta, mihi testetur hunc trinū, vñuñque Deum esse ipissimum creatorē: & in hac fide totus acquiesco. Sed mirabimini cur tanto molimine, & quasi verborum syrmate de his agamus: quia etiam si prima fronte res videatur facilis, & expedita; tamen sicubi fidem sudare oportet, hæc summus est labor. Prius tamē de voce aliquid dicendū est, quā de re ipsa. Crearem intelligimus, quem Nicænum & Syrmensem symbolum factorem vocant: qui ex nihilo res omnes considerit, atque in naturam produxit; cūm antē nusquam existerent. Et verum quidē est creandi vocabulum nō id significare Latinis, quibus est idem creare, & gignere; sed hoc dandum est Theologis, quod omnibus conceditur disciplinis. Licuit enim Aristoteli forensi voce suas κατηγορias appellare (quas interpres prædicamenta vocant) ducta ab aliis rebus metaphorā: vt id quod artis erat, explicaret commodiūs. Ita nostri maiores voluerūt hoc verbum accommodare, vt ex nihilo aliquid producere demonstret: ne dicam Latinos philosophos. hanc significandi rationem non ignorasse, dum naturæ rerum creationem tribuerunt, vt Lucretius lib. 5. & Cicero lib. 2. de natura Deorum: qui si nostra fuissent fide imbuti, non aliter videntur hac de re locuturi. Nunc quo modis erratum hac in re fuerit, dispiciamus. Et vt ab iis in ipsam, qui Christiano nomine se videntabant; fuere quondam hæretici, qui censebant indignum admouere Deum fabricæ rerum vilissimarum: proinde auctore Simone mago dicebant Deum creasse tantum angelos, à quibus fuerit postea quidam Christus conditus, qui reliqua produxerit inferiora. Valentinus, Basiliades, aliquique

Petrus author  
articuli pri-  
mi.

Errores circa  
fidem de rerū  
creatione.

## CATECHESIS XIII.

des, alijque sectatores adserabant Deum patrem creasse, scilicet eonas (huius saecula) qui postea Christum, Iesum, Verbum, Unigenitum, & alia monstra considerint, à quibus hec rerum moles constructa sit. Platonicas veteribus visum fuit docere Deum, materialiisque coæterna, quod si concedatur, Deus iana propriè nil creauerit; sed ex materia fixerit. Post hos, Autem in somnia Deum quidem creasse separatam intelligentiam, cuius figuram sint hæc vniuersa dicenda. Refert Thomas sua actate non defuisse, qui auderent adstruere Deum solius materialiæ conditorem: formas autē, quas Plato tribuebat ideis, à dæmoniæ creatas. Quorum omnium insaniam maiores nostri hac ratione conuictabant, illud ab omnibus confessum proferentes, præcipue causæ tribuendus est latissimè patens effectus, hoc est, tantò quælibet res effecta debet ad altiorē causam referri, quantò res natura diffusior, latiorque fuerit: atqui nihil magis vniuersum, quam ut quid sit, subsistatque, nec alteri inhæreat: quia nūl est quod liceat progredi ultra: ergo necesse est rerum, quæ nusquam erant, productionem, non materialiæ, non animæ mundi, non Verbo, aut Unigenito Valentini: non deniq; vlli rei creatæ: sed soli Deo tribui. At saltē inquiet aliquis angelos, id est Platonis fuisse quedam velut instrumenta, quibus Deus vñus est in rebus creādis. Nec hoc quidem concedet orthodoxus. Nam in instrumento requiritur, vt aliquid ex se conferat, quod desit artifici, iuvetque aliqua ex parte artificem, rationibusque sibi proprijs opus promoueat. Nam si quis velit sciamnum fabricare: non baculu, aut chirurgicum instrumentum; sed securim eligit, qua secando ligno sit apta. Si igitur singas angelos in huius machinæ subtractione vicem instrumentorum habuisse: probandum fuerat Deum quidem infirmum fuisse, qui per se, quod erat in materia, nequireret producere: angelis vero quiddam extitisse necessarium ad κορυφαις, id est, mundi opificium, quod in Deo desideraretur. Qui autem aiunt corpora aliquid creasse (vt Epicurus, & Plato: quorum iste materialiæ, ille suggesterat atomos) aberrant omnium maximè: cūm nequeat corpus sese mouere, nec aliud contingere, si desit qui admoueat. Nunc si ad scripturas denienendum sit; habemus infinitas. Et ne Mosis perspicuum narrationem adferamus: Deus, vt quos recensuimus errores iam olim confutaret, voluit hoc nomen creatoris frequenter à prophetis Jeremias. ro. alijsque sibi deferti. Vnde Jeremias ominatur vt omnes Diij pereant, qui non crearunt cœlum, & terram, obliquè horum creatorem Deum vñum esse commonistrans: sic Iacob 42. & 45. & Paulus in Lystreni concione apud Lucam 14. & 17. vñat cœli, terræque creatorem. Proinde quicquam creare Dei est, & eius proprium, qui non tantum substantias, sed & formas, accidentiaque creat: ne quis ad Platonicas imaginationes delabatur: rametis duo posteriora Theologi cum Christianis Philosophis concreata noncupent, quia per se, ac separata non existunt. Quid igitur creauit? Cœlum & terram. Cœlum dicitur per enallagē omne corpus coeleste: siue tres cum Iudeis, siue cum secundis celos

ynde cōstituas. In eadem dictione synecdochicās debes intelligere res omnes inadspētibiles, angelos bonos, & malos: quod Nicæni Patres per visibilia, & inuisibilia designant. Et in scripturis nomine cœlorum angelii nonnumquā intelliguntur: *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Nam quamvis Theologi veteres Basilius, Gregorius, Nazianzenius, Damascenus, &c. putarint angelos ante cœlum esse creatos: tamen hoc iam nobis tenere non licet post Lateranen. conc. c. i. Nominē terre hoc quidem elementum significatur: simul tamen aquæ, & quiete hoc quidem continentur ambitu, cœloque clauditur, habet Deū cœtorem. Nam & animas quotidie cœt, & sic illud Ioannis impletur: *Pater meus usque modo operatur, &c.* Sed ad hanc creationem, non sum negaturus causis, instrumentaque conferre, vt homines in generatione, angelos, ac dæmonas, dum collectis seminibus aliquid repente faciunt exorti: licet ibi non sit propriè creatio, quia ex materia hæc proficerant angelico ministerio, vel dæmonum peritia, qui tamen frustra tentarent renuente, nec cooperatorante Deo. Christiani igitur, ne fides, & hiūs articuli cognitio sterilescat, debent secum ipsi diligenter expendere. Deum non solum hoc cœlum condidissevt potentiam, virtutemque suam declararet, seq; tueretur aduersus eos, qui infirmi illum erant blasphematuri: verū etiam, vt cum per creaturas reliquas, tum maximè per splendētis, admirandæque huius fornícis contéplationem, p̄ter illius cognitionem, accenderemur, ad amandum rerum tam amabilium opificem: & laudandum eum, qui nostros ad vsus hæc omnia vcluit architectari. Ad hæc se quodammodo cœlo clausit, ibique paradisum constituit, sequē in cœlis à nobis queri iussit, in quibus æternū propter electos regnare decreuit: non quod ibi tantum continetur incomprehēsibilis illa maiestas: sed in homines affecti tanto hono, in dies proficerent: ne abs tā pij, clementisque parentis consortio secludantur.

### Secundus articulus.

#### Catechesis 15.

*Andreas au-  
thor huius a-  
rticuli.*

**F**in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum. Hūc articulum meritò adscriptum. Andreas Apostolo facile videbit, qui huius intelligentiam contulerit cum illius historia, quam Ecclesia cleris Achajens elaborauit: potissimum in illa disputatione Dñi Andreæ cum Agapato de Christo, vbi non sōticum, vel seditiosum: sed innōcentem, vereq; sanctum, ac Dei filium fuisse probat. De homine nostri seruatoris, eiusque cognominē dñdum egimus in descriptione Christiani: hoc tantum addendum supērest, vtri naturæ sint hæc nomina tribuenda. Nam, vt primò agamus de nomine, si species formam, ac sonum primitiui nominis Hebraici: si item expendas qua circa seruatorem gesta sunt, cū alias, tum in ipsius nominis impositione: iudicabis humanæ potius competere naturæ, quam diuinæ. Scribitur enim iāschona, quod min-

*Nomen Iesu  
cui natura co-  
uenit.*

mūm discedit à vīi iāschona, quod est participium paſſuum. Seruatus Matth. i. verò Deus dici non rectè potest: sed totum ad naturam creatam referendum est. Interea tamen habemus angelum nominis huius fidum interpretem, qui ait esse σωσηα, quod propriè videtur in diuinam naturam, personāque competere. Nam tametsi fuerit humana natura nostræ reparationis instrumentum necessarium, ad ritè obeundam nostram redemptionem: solus homo tamen id p̄stare non poterat. Itaque proprie nos conseruauit natura sublimior: verū quia neutra id sola p̄ststit: rectius confertur in unitatem, ac simplicitatem illius beatissimæ personæ: vt sit totus salvator unus Christus, quod cognomen est humanitatis, vñctūmque significat. Nam vngi diuina natura non potuit. Verum hic duo debemus attendere, regnum, & sacerdotium. Fuit enim non vulgariter vñctus: sed omnium gentium rex constitutus, cui omne iudicium demandatum est à patre: simulque sacerdos effectus, qui pro nobis semel seipsum vñctimam obtulit: vnde vñctimæ omnes catholicæ vim, energiamque suam fortiantur. *Filiū eius.* Cū audis filium, caue quicquam creatum intelligas cuiusmodi sunt spiritus, pluiae, grando, quorum Deus pater etiam dicitur in scripturis: neque Arianum, & Eu-nomianum dogma separaris: neque filiū adoptiuum interpreteris. Nam qui adsciscitur, prius non erat filius: vt nos, qui ex filiis iræ, per adoptionem, efficimur filiū Dei: quod de filio Dei nefas est credere. Nam etsi tantum naturam assumptam spectes: non prius fuit caro, vel anima: quām filius, & filius Dei. Quid igitur intelligimus? Non tantum illam prærogatiuam humanæ naturæ, qua primo momento fuit non tantum sanctissimus: sed Deus: nō tantum quia Deus erat qui nascebatur (quod sumnum est) sed quia caro illa Deificata fuit (vt inquit) Damascenus lib. 3. cap. 12. Orth. fid.). Ideo Mariam appellamus Dei genitricem: non tantum quia genuit Deum: sed quia humana ibi natura (penè dixerim) transfeat in diuinam. Hoc tamen loco non agitur de illa filiū nativitate: sed de prima, & præcipua, qua est filius Dei patris, cui non est similis tantum, sed idē per omnia, vnicus, & vñigenitus Iesus Christus (vt addunt Nicæni Patres.) Cæterū priusquam de his agamus nominibus: libet huius articuli probationē p̄mittere. Habetne igitur filiū Deus: habet profectō: sed caue ne quid hīc humanum cogites. Ostendamus id ex scripturis. Maiores nostri non vtuntur hac in disputatione expressis oraculis, quia sunt infinita: vt legere est cap. i. Heb. vbi rem istam ex professo tractat Apostolus. Vide totum Ioannis Euangelium, & pri-mam epistolam ejusdem. Istud autem nominatim adferunt Patres ex 118. psal. *In æternum domine verbum tuum permanet in cœlo:* ac dicunt non agere Prophetam de verbo, quod Græci τροπογνων vocant, seu emisso, quale est nostrum: quia perperam tunc diceretur permanere in cœlo, & in æternum. Adferunt iversus ex psal. 106. *Emisit verbum suū, & psal. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt,* quod interpretantur per illud Ioannis: *Omnia per ipsum facta sunt,* & Heb. 1. *per quem fecit & secula.*

Sed ( inquies ) hæc dura sunt : non possum adsequi. Age sternam viam nostris catechumenis. Didicisti ex antecedentibus Deum esse mentem omnisciam, & omnipotentem : sed hanc mentem, ac sapientiam absque verbo fingere , id est , absque rerum consyderatione , vsque sapientæ, mutam, infantem, incogitantem : non est aliud, quæ negare Deum. Nam qui hominem sanum fingat neque loqui, neque intelligere quicquam : faciet ex homine brutum. Esto ( inquis ) sit Dei verbum ipsa consyderatio. Rectè , sed verbum Dei non est futile , non imprudens , non otiosum , quod efferatur, existatque temerè : verùm necesse est habeat, non tantum cognitionem cum sapientia : sed vt idem sit sapiens , ipsaque adeò sapientia : & simul cum illo indicio , quo deducit aliquid in aliorum captum , habear illam totam patris mentem ; de qua prodit & existit. Rem exemplo declarabo. Philosophi duplē sermonem tradunt , *τροφηγικόν*, id est , elatum , emissum , conflatum , prolatum , *χειρὶ ἐνθάδετος*, id est , inhærens , innatum , insitum. Iam in homine compote mentis vnum est verbum insitum , dum videlicet hoc , illūd consyderat , iāmque in cogitatione nascitur verbum habens naturam rationis : quod si proferatur , perdit nomen *τὸν ἐνθάδετον* , & *τροφηγικόν* dicitur. Ab hac metaph. lib. 5. orth. fid. taphora filius Dei vocatur verbum , sermo , *λόγος*: quia ex illa mente suprema existit quædam cogitatio , quæ est filius. Istud igitur verbum Dei non debet à nobis fluxum estimari , instar nostrorum. Nos enim , vt sumus labilis , & fluxæ naturæ: ita habemus verbum caducum , & non existens: Deus autem quia fixus, certus, constans, immutabilis: idcirco verbum eius non delabirur: sed subsistit & *ὑπέστατη* constituit , iuxta id , quod iam ex Davide produximus : *verbum tuum permanet in seculum seculi*. Seruent igitur nostri catechumeni tria hæc filij Dei nomina , filius , verbum , splendor , quibus cognitis , habebunt quicquid cognosci potest de re abstrusissima. Filij vocabulum ( vt Patres Ephesini dixerunt ) significat eandem eius, & Patris substantiam : quia dum ait filium : eiusdem naturæ, potentiaque ac per omnia æqualem debes intelligere. Rursum cùm audis verbum ( aiunt iidem Patres ) cogita generationem hanc diuinam, non esse cum fluxu , aut perturbatione ( sed vt homo cogitans nil sentiens perturbationis, aut fluxus, res ipsas consyderat : & ipsa nihilominus cogitatio existit : ita hīc. Postremò dum audis nomen *ἀπαρχόμενος*, sive splendoris, debes coæternum intelligere. Nam simul sunt calor, splendor, & ignis in carbone. Hæc de isto verbo putamus sufficere. Nunc ad reliquam partem huius articuli. *Eius unicum*. Pronomen istud ad Deū nō ad B. Virginē referendū, būndē liquet ex Nicæno symbolo; ubi nomen Dei legitur. Sed & scripture de cœlesti generatione accipiendum istud copiosè testantur. Ioannes enim cap. i. véluti locum hunc interpretatus : *Vidimus ( inquit ) quasi unigenitum à patre: & paulò post: Unigenitus qui est in sinu patris, &c. & cā.* 3. *Sic Deus dilexit mundum: ut filium unigenitum suum diceret. & mox: Qui non cre-*

vnicum.

Ioan. i.  
Ioan. 3.

*non credit iam iudicatus est, quia non credit in unigenitum , &c.* Est enim idem vnigenitum ( quod posuere Nicæni Patres ) & vnicum : quapropter hæc referenda sunt ad illam eternam generationem, quæ est vnicus filius patris: quanquam & hoc sit verum, hunc eundem esse virginis vnicum filium. Neque enim habuit vlos coeterinos fratres : habuerit licet putatius illius patens Iosephus ex alia vxore quatuor filios : verum quia semper id, quod est præcipuum in Christi generatione, spectare debemus: hanc illius æternæ generationis prærogatiuam indecorè ad carnalem de virgine , quantumvis mirabilem , detraheremus. Nam vt indignè facit , qui homini vitam tantum animalem tribuit , non & rationem : sic qui hanc ex Deipara filiationem Christo solam vellet concedere , grauissimi sacrilegij reus esset. Deinde Nicæni Patres vniceniti nomen aduersus Valentini divisionem posuerunt , quam ille se putabat in Christo deprehendisse. Vnigenitus ergo , vel vnicus dicitur *primogenitus* , patri consubstantialis , & per omnia æqualis. Interdum quoque vocatur primogenitus: quod tametsi penè sit necessariò positū in scripturis: tamen ( vt ait Damascenus lib. 4. capit. 8. nisi etiā vniceniti nomen haberemus , poteramus eum arbitrari vnum è multis , nilque habere singulare : præsentim cùm 8. Ro. dicatur *primogenitus in multis fratribus* , & alibi *primogenitus mortuorum , & omnis creature*. His enim scripturis aliud nil effectum fuisset , quæm vt suspicaremur plures fuisse Marie liberos : ac solum ei talem concessam prærogatiuam , qualē Ariani , Eunomianique somniabant. Sed cùm alibi vocetur vnicenitus cùm ipsius virginis , tum Dei patris : incunctanter naturæ id diuinæ tribuimus. Primogenitus ergo dicitur, non quod plures fuerint Deiparae filij : sed propter veritatem illius generationis : quia solus is est verus natura filius , reliquis per adoptionem dignitatem filiorum obtinentibus. Quod vsque adeò verum est , vt maiores nostri noluerint virginis primogenitum appellari : tametsi reuera fuisset. Nam quod apud Matthæum legimus , virginem non cognitam , donec peperit filium suum primogenitum : monet Epiphanius vt distinguamus , & interposito pronomine demonstratio legendamus , dictiōneque primogeniti referamus ad ipsum patrem. Quæ tamen sic à nobis dicuntur , vt non nefas sit Christum celebrari matris primogenitum : sed vt erudiāmur in explicacione symboli semper , quod primarium est , de Christo credere. Et si libeat allatas scripturas obiter perstringere : dicitur primogenitus in multis fratribus : quoniam illi quidem thesi , & adoptione sunt facti filij: hic autem solus naturalis , ac præstantissimus. Nam præstantiam indicat vox Hebreæ *בָּרוּךְ* becor , id est , electus , primogenitus , & syra *אֶתְנָה* boucro : quod alio quoque loco docet ipsemet inquiens : *Ascendo ad pairem meum , & patrem vestrum , meum* Ion. 20. *natura , vestrum adoptione , vt annotant Patres. At vero primogenitum omnis creaturæ dici vult Damascenus, secundum quandam simili-*

Rom 8.  
Coloſ. 1.

Match. 1.

Dominum no  
strum.

Psalms. 109.

Acto. 2.

Ex Psal. 23.  
98.46.

Genesis. 19.

tudinem. Quia enim est ex patre , eiusdemque naturæ cum illo:creatura verò illius nutu , voluntatèque prodiit:ideò vocatur ille primogenitus,quia diuersa longè,sublimiorq; ratione est ex patre.Sed hæc non sunt huius loci. Expediamus quæ supersunt ex hoc articulo , Dominum nostrum. Hic nequaquam id est , intelligendum , quod vulgò in nobilium , præstantiumque compellatione: neque quod Hebræi , & Chaldæi ad Psal.109. *Dixit Dominus Domino meo , Dauidem , scilicet, regem institutum : cui propterea Domini cognomen deberetur : sed illud ipsum, quod afflatus numine Dauid intelligebat: nempe αὐτὸν ἀδοναῖ. Et licet interpres Hebraei mutarint scripturam , & prius quidem eo in versu 19., posterius autem 20. adonai exposuerint , idque iam inde à tempore Hieronymi : liquet tamen satis Iudeos ipsum eundem locum de Christo duxisse intelligendum: cum Matthæi 22. nil simile Christo , ex eo psalmo testimonium proferenti , responderint. Accedit quod actorum 2. Syri nomen vtrumque similiter efferunt: nisi quod affixum cogit nonnihil inflectere terminationem יְהוָה מֶלֶךְ demar ma i le mari *Dixit Dominus Domino meo. Verum nō desunt alia testimo**

### Articulus tertius.

#### Catechesis 16.

Iacobus Zebedei hunc articulum condidit.

**N**on abs re persuasum fuit antiquitati , tertium symboli articulum à D.Iacobo Zebedæi collatum fuisse : si res gestas diligenter excutias videbis bellissimè quadrare. Nam vt omittatur eius ultima concio,quam habuit Ierosolymis, vt refert Abdias lib. 4. cap. vltimo. Isidorus in eius vita , & Nicephorus lib.2. c. 3. Eccl. Hist. narrant hunc non tantum de Ierosolimitanis,verum etiam de Iudeis omnibus quām optimè meritum : & idem Abdias dicit sub finem vitæ conuertisse Philetum ,& Hermogenem Iudaizantes hæreticos,qui cum Nazoræis , & Cerintho docebant Christum verum , merūmque Iosephi filium. Vnde non immerito nobis hunc articulum reliuisse censemur:quia illi potissimum certamen fuit cùm iis , qui planè diuersum sentiebant. Et quidem hæresim Iudeorum fuisse,vt docerent Christum non diuersa à ceteris hominibus ratione natum, ex corrupta videlicet muliere , quotidiè nos docet Ecclesia , quæ in suis hymnis improperando canit: Erubescat Iudeus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph

seph semine esse natum. Hic verò ne ( obsecro ) virginales offendantur aures. Quamuis enim res ipsa sanctissima sit:nequit tamen in verbis eadem seruari puritas: dum humanus sermo nititur mundissimam Sancti spiritus operationem exponere. Dabimus tamen operam , vt & res intelligentur, & nemo iure saltem offendatur. Qui concipiens est de Spiritu Sancto , natus ex Maria virgine. Qui quid refert? si dicam corpus , non feret grammaticus: neque si carnem , & ossa dicam esse concepta. Si Iesum dicam , non patietur natura: neque enim tum ille existebat: atqui propriè concipi dicitur , qui nondum est. Nam concipiatur primum caro , & si quid ea prius est. Quid igitur hīc accipientum? Duo sunt hoc loco notanda. Primum , Dominus noster , siue (vt Paulus vocat) Dominus gloriae , & Dei unigenitus , dicitur quodammodo conceptus: deinde eiusdem caro ingenti miraculo concepta. Et quidem se ita hæc habere docet Constantinopolitanum symbolum ad istum modum eadem explicans. Qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de cœlis , & incarnatus est de Spiritu sancto , & homo factus est: quæ verba ad solius carnis conceptionem detinueri non posse quiuis intelligit. Neque enim carni propriè: sed personæ diuinæ prius in sinu patris existenti competit incarnatione. Ergo primum filij Dei incarnationem hīc intellexerunt illi Patres , de qua descensum hunc de cœlis interpretamur,idque maxima cum utilitate. Nam tunc demum adsequemur quantum hīc vel beneficij delitescat. Quid putas igitur hoc descensu , si non istud ipsum , quod hīc nobis credendum proponitur , significari? nimirum quandam peculiarem rationem,qua Dei filius cœperit esse nobiscum , & in virgine , quomodo prius non fuerat. Nam implet quidem semper omnia ; neque vel potentia decratur in virgine ; nec illo quoque incomprehensibili modo , quo & in piorum animabus inhabitare per gratiam dicitur , & quibusdam in locis copiosius nos sui facere participes: addidit tamen existendi rationem , quam éatēnus nusquam exhibuerat , cùm naturam humana adsumpsit ex virgine. Idem igitur hoc descensu,quod vel conceptione , vel incarnatione significatur: quia filius Dei simplicissimus , & totius expers materiae , voluit viri carni ac per omnia homo fieri. Verum hīc præterea considerandus est mirabilis ille virginis conceptus,quo illa beata caruncula de purissimis sanguinibus facta est:quam ita semel induit , arctissimoque vinculo sibi copulanit Dei filius ; vt nunquam deponere valeret. Quia in re multiplex fuit miraculum. Nam physici in naturali conceptione tria considerant: vt sanguis futurus utilis conceptioni demigret in locum generationis opera virili ; deinde vt ex deducto ad hunc modum sanguine factus formetur:postremè vt augeatur ad eam usque perfectionem,qua sit capax animæ suscipienda. Hic licet totidem cernere miracula. Nam, quod primum est , sanguis purissimus sine opera virili deductus est ad matricem ; non equidem subito , aut alioqui miraculose(nisi quod vitile defuerit officium).

Miracula in  
Christi concep  
tione.

sed ( vt solet ) paulatim, vtque postulat motus rerum corporearum. At ipsa fetus, post eò deductum sanguinem, formatio parati ad suscipiendam animam ( quod est alterum miraculum ) in oculi nictu peracta est: similique est anima infusa, en & tertium miraculum. Hæc enim credere debemus: quod alioqui deforme videatur, filium Dei corpus imperfectum, embrionemve suscepisse: deinde quod illud qualecunque corpus habuisset suam *væḡy*, seorsum à Verbo separatum. Nos vero, propter Nestorium, non possumus vel carnem, vel animam ab unione hypostasios diuinæ vlo tempore disiungere. Ideoque dicimus quod simul fuit caro: & Dei caro; simul caro perfecta, & anima infusa, iuncta in hypostasim filij Dei, anima ( inquam ) perfecta, quod negabat Apollinaris, & vtrumq; simul adsumptum à diuinitate, vt ibi nulla fuerit alia vñ quam persona, quam diuina. Hoc fortassis monendum est, carnem tam exiguum fuisse, vt vix cerni potuerit: non tamen adeò, quin quibusdam in hominibus minor interdum inueniatur, sed hæc viderint physici. Creuit autem posteà eo penitus modo, quo reliqui solent adolescere: qua in re pius animus, immensam Dei benignitatem nunquam satis demirabitur, qui tāto tēpore nostri causa in angustiis, & sordibus vteri, tametsi ter sanctissimi, voluntari, iactariq; voluerit. *De Spiritu sancto.* Has paucissimas syllabas si pro dignitate velimus excutere, & quid ad hanc præpositionem consyderari sit necessarium: tuū cur istud Spiritu sancto potissimum tribuat: ad hæc quid efficerit: & quo pacto conceptionis admirandæ facetum absolverit mysterium, pertractare penitus: non catecheterium instituere: sed totius dogmatics Christianæ campos aperire videbimus. Itaque pro: instituto singula carptim degustabimus. Hæc igitur particula ( De ) apud Latinos quid valeat, norunt omnes, qui id ve differat à similibus ( a, ex ). Scindum autem apud maiores nostros, à tempore Hilarij, & Ambrosij, in molitione methodi theologicæ hanc præpositionem ( de ) à reliquis esse separatam: vt significaret ortum alicuius ex re quapiam eiusdem naturæ per traducē: vt tum demum dī ceretur vnum esse de alio, siquidem in vtroque sit eadem natura, vt si homo gignat hominem, hic Socrates recte ortum se de Sophronisco dixerit, quia est illi consubstantialis. A Sophronisco autem, nascuntur & alia. quæ, quia non terinent eandem naturā, de eo non dicuntur orta. Hoc tamen Latinorum discrimen, nec Hebrei, nec Græci nouerunt, maximè pūia non ita de methodo theologiae laborat: & illi quidem suum *τύπον* verò *ειναι*, vel *εἶναι* retinent: adeoque ipse Damascenus harum rerum diligens obseruator, nullam huius rei dedit significationem. Itaque non immerito querituri, num propriam hic Latinorum distinctionem seruare debeamus; Certè cōstat Apostolum usum particula *εἰς* c. i: Matth. attamen nostrum interpretem non arbitremur nullo consilio vertisse per ( de ) licet ibi non sit eius præpositionis illa significatio. Nam Christus non fert naturam suā diuinam acceptam Spiritu sancto, sed patri. Quod autem ad carnem attinet: ne sic quidem dici

Nestorius.

Apollinaris.

Quā rim ha-  
beat particu-  
( de. )

Matth. i.

dici potest de Spiritu sancto: quia neque sic fuit corpus, neque anima de Spiritu sancto, vt dici queat eiusdem naturæ cū eo Spiritu, qui est penitus expers corporis. Cur ergo nō dixit ibi noster interpres ex Spiritu, vel à Spiritu? Videlur factū: vt vel sic diserim illud latissimum declararetur inter nos trorū, & Christi corporis conceptionē. Nā vsque adeò naturalis est illa in Christo sanctificatio, vt nullo momento defuerit: & cū nobis postliminio postque iustificationem detur gratia: Christo congenita est, multoq; auctior quam vel in Adamo, vel angelis fuerit, qui amittere potuerū, & ad mensurā acceperunt, quā noster seruator toto horro suscepit. Ne dicā corpus Adami ante animā formatū: filij autē Dei semper cōgenitā habuisse gratiā, idq; prēter humanę nature meritū. Ad quid verò Spiritus nomen positum est? Dici poterat factū, quia Matthæus, & Lucas illud ipsum in hoc usurparunt negotio. Recte: verū cū alijs personis. alia scripturæ disertam hac in re patris, filijque mentionem faciant: cur non & illi sunt nominati? Nam Proverb. 9.c. *Sapientia edificauit sibi do-* cur hac cons  
*cur*  
*ceptio tribu-*  
*tur spiritui-*  
*sancto, non*  
*alij personis.*  
*Prouerb. 9.*  
*mm, hoc est, filius Dei carnē fabricauit, vt explicat Ignatius epist. 5. &*  
*ii. Epiphanius hæresibus Herodianorum, & Antidicomarian. & in ana-*  
*cephaleosi, & Damascenus lib. 3. cap. 2. adferens illud Lucæ: Et virus*  
*altissimi, quam Dei sūlum interpretatur. Alibi pater introducit huius*  
*cōceptionis artifex, vt Psal. 39. quem sic interpretatur Apostolus Hebr.*  
*Psalm. 39.*  
*io. hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Cū enim*  
*loquatur ibi filius: Dei nomen, si nolimus à regulis veteris Theologiae*  
*dilcedere, referendū est ad patrem. Est igitur ita Spiritus nomen expre-*  
*sum, vt reliquæ personæ non excludantur. Nam cū opera sacrosanctæ*  
*Trinitatis non admittant sectionem: pater, filius, ac Spiritus hanc ob-*  
*stupescendam incarnationem sunt operati, Christique carnem, & ani-*  
*mam cōdiderūt. Quod tamē peculiariter hoc tribuat Spiritu sancto,*  
*maiores nostri factū aiunt, quia res ista summa cū pietate, bonitateque*  
*coniuncta fuit, in qua totius spei, beatitudinisq; Christianorū anchora,*  
*Dei q̄ue beneficiorū summa cōsistit. Idcirco vbi tā insignis emicuit mi-*  
*sericordia: meritò Spiritui ( cui peculiariter tribuitur bonitas ) huius quo-*  
*que sanctissimi corporis, & animæ fabrica defertur. Sed quid effecit tā-*  
*dem superueniēs hic Spiritus? Primū istud, vt sanguis migraret ad offici*  
*nam generationis: deinde, vt celerrimē mutaretur in carnē idoneā, quæ*  
*& animā, & diuinitatē simul excipēret. Vis amplius: tria in mulieribus*  
*ad generationē requiriuntur: vt cōcipiat: vt conceptū retineant: ac tandem*  
*enītūtui, ac pariāt. Hec qui præstare valuerit sanctissima. & illibatissima*  
*virgo, quæ suprà naturā nil poterat: multò autē minus integris sacrosan-*  
*ctæ virginitatis signaculis. Horū autē omniū Spiritu sancto illi fecit po-*  
*testatē. Si quispiā gestori rationē, ac modū requirat: respōdebo cū ange-*  
*lo: *Spiritu sancto* jupueniet in te. i. ( vt verbo dicā ) intelligere nequeo, dice*  
*re nō habeo, interpretatur D. Areopagita de diuinis noibus. Nihilominus*  
*angeli verba pēculatiū expēdim: intelligim⁹ quæ iā ex parte dicta*  
*sunt: vbi verò dicitur: Et virus altissimi obubribus tibi, scitissima metaphora*  
*Damas. lib. 3.*  
*ca. 2. orth. fid.*  
*Lucæ. 1.*  
*g. 4*  
*declarata*

57 declaratur opus illud Spiritus sancti. Ut enim gallinæ incubat̄es ouis fo-  
uent, & honestissima conceptione pullos excludunt: ita spiritus sanctus  
velut vmbellam prætexuit virgini, vt iustitia soleat cōciperet. Tametsi  
non incommodē, imo nescio an nou magis ad germanam intelligentiam  
liceat istud interpretari, post Ignatium & Eusebium lib. 10, cap. 9.  
Euāng. demonstrat de fūco, quem hac obumbratione factum voluit Spi-  
ritus illi veteratori diabolo: vt nil tale sibi metueret à virgine, cuius vite  
puritatem, ac sanctitatem habebat tamdiu suspectam. Addatur &  
istud, Damascenum lib. 4, cap. 15, orth. fid. dicere conceptū istum factum  
esse per aurem, dum assentiens angeli verbis diuīa virgo statim spiritus  
virtutem exceptit. Et hēc sunt singularis virtutatis in hoc fidei nostrae ca-  
pite. Nunc sequitur alterum membrum huius articuli.

*Altera pars tertij articuli declaratur.*

Catechesis 17.

**N**atus ex Maria virgine. Istud, vt quatuor constat dictionibus: ita totidem capitulis à nobis expedietur. Nec enim cathecumenorum conuentus prolixiorē tractatum admittit. Dubitari solet igitur, num recte positum sit, *natus*, quod verbum latissimē patet: nec ea tātum quæ generantur, sed quæ quoquo pacto oriuntur, vniuersa nasci dicūtur tamen quia in ortu filij Dei plus fuit miraculi, quam rationis naturalis: non absque cōfilio videtur in rēpres vīsus hac voce: cū aliās nasci propriè, quod partu editur, intelligamus, hīc verò non processionem in luce, sed ortum, & id, quod præcessit ipsam editionem, debemus accipere. Vnde non defunt, qui genitum, vel generatum legere malunt: quibus verbis innuitur apertius ductam, sumptamque carnem ex virgine. Nam frequenter hīc erratum, ac tenebras Christianis offusas postea videbimus. Natus igitur ex Deipara: quia ex illius nobilissimo sanguine fabricauit ipse sibi cum patre, ac Spiritu sancto carnem. Ex id est, de. Suprā dictum est, nec piget repeterē, non quemuis ortum hac particula designari: sed qui habeat eandem coniunctam naturam. Ergo illa hypostasis sumpsit carnem ex Maria. Cur non dixit de vt innueret author huius articuli in hac generatione multum esse à communi omnium nostrum differentiæ: propter quam variis scripturæ locis filius Dei nō natus, sed factus dicitur ex semine David. Neque enim fuit merus ordo naturæ: sed creatio potius admirabilis, quam naturalis generatio: quia (vtdiximus) ad conceptum virgo inepta fuisset: nisi Deus beatam illam carnem in illius vtero sibi creasset. Verū ista sint pro nostro interprete dicta. Ceterum obseruent nostri catechumeni quot hæreses per hanc voculam excludantur. Primum enim Rabini quidam, licet enigmatis (vt omnia scatent apud illos enigmatis) dixerē Deum, cum Adamum conderet, creasse quidam massam, cuius particula cū se posuisset: ex reliqua corpus hominis effor-

*cur ex nō at-  
tem de Maria  
dicatur.*

*Ioan. I.*

*Rom. I.*

*Galat. 4.*

*qui hæreses  
paucula (ex)  
iugulet.*

*commentum  
Rabinorum.  
insidiosum.*

nis efformasse, illique iam perfecto nobilissimā illam particulam addidisse, quæ peccati corruptionē non senserit, sed à corpore in corpus trāmissa, Mariae postmodum, & Christi generationi seruerit. Et ab hac volunt Adami filiu Seth appellatū, quod appositū significat: quia ab Adamo in illū hæc carnis portio traducta sit, & perpetua deinceps serie per posteros, qui ad Christi Mariæq; generationē pertinebat, ad Ioachimum vsque transferit. Non sunt equidē ista prorsus impia, quatenus nimis catholice sententia de immaculata virginis conceptione suffragantur: quamvis cuiuspiam particulæ talis adseratio pugnet cū analogia fidei. Nam tam non esset Christus David, aut cæteroru patriarcharum filius; neque nostri generis, neque caro peccatrix. Si vero Rabinori enigma sic explices, vt dicas virginē conceptam ex carne patriarcharū, non quidem vt erat munda; sed vt mūdata: Deo præseruante: nullum erit incommodum. At vero Nazorei, & Ebionite blasphemabant instar cæterarum mulierum genuisse. Valentinus negabat Deiparā quicquam ad Christi generationem contulisse: sed illū è cælo corpus detulisse. Confinis erat Apelianus error, qui cœlestē corpus Christo tribuebat, quatenus in descensu (nam ille corporeū descendens delirabat) corpus ex elementis conflasset. Cerdon, Marcion, Manes, & reliqua fœx phantasiastarū, spectrum pro corpore fingebat: quasi omnia ludicra, & circulatoria fuerint, quæ Christus gessit pro nobis. Eutychiani dicebant mutatū aliquousque Deum, & puru putum sine carne genitū ex virgine: quod omniū est absurdissimum. Hæc igitur particula hæreses istas, erroresque proscindit, iugulat, prorsusq; conficit. Verā iam nomen ipsius Deiparæ sese tractandum obtrudit. Igitur Hebrai, & Syri sic efferunt τὸν Μαρία, quod etiam interdū Græci, præter vnum, aut alterū locum (qui tamen Vajlæ iudicio depravati sunt) rerinent, μαριά syllabū dicentes. Certè Mem finale non debet omitti: cū ad nostræ sacerimæ virginis dignitatē vel maximè conduceat, magnumque reliquarum mulierum, quæ hoc nomine paſſim occurruunt, ac Deiparæ discriben ostendat. Licet interpretari Dominam eorum: cuius nomenclationis rationem qui cernere cupiat, is legat Epiphanius hærel. 78. & Damascenū lib. 4, ca. 15. Hoc tantum dicam, mirum videri cur Heuse, cū adhuc esset innocens, nullum simile nomen inditū fuerit: ac tum demum, cū peccando se, maritū, & omnes posteros occidisset, matris omnium viuentium titulō cohonestetur: cū potius θεοῦ, maueth, siue θεοῦ, mauetha id est, mōs, dicenda fuisse videatur. Respondet autem Epiphanius id factū in typum huius nostræ virginis, quæ Seruatorem cunctoru erat progenitura. Cū vero regum nostroru matres regiū nomen obtineant: èquisimū fuit, vt Regis regum omniū patēs simili nomēclatione gauderet. Qui plura cupit, adeat Galatinū lib. 7, cap. 3, & 4, vbi ex Thalmudicis monumētis mirabilem huius virginis maiestatē dignitatēq; commēdat, quæ hodie tā impie tractatur à multis. Solet porro καὶ ἀνθρωποῖς addi, virginis epithetum: quodd. intactū preterire nefas arbitror. Hanc igitur vniuersori dominam

*Nazorei.*

*Ebionita.*

*Valentinus.*

*Apelles.*

*Cerdon.*

*Marcion.*

*Manes.*

*Eutychiani.*

*Maria nomē explicatur.*

*Genes. 3.*

*Hærel. 78.*

*Virginis no-*

*men antono-*

*masticis Ma-*

*rie iure tra-*

*buitus.*

Esa. 7.

ante partum fuisse virginitatis insigni conspicuam, ne diabolus quidem haec tenus ausit negare: in conceptione nō ademptum illud decus, testatur fidei symbolum: post partum non permanisse, conatus est satan adserere. Hoc ergo nunc paucissimis, ex immēsa scripturarum, patrum, argumentorumque congerie, sat fuerit scripturis cōprobauisse. Esaiae cap. 7. dicitur. *Ecce virgo concipit, & pariet filium.* Nil apertius. Si cauillentur non haberi apud prophetam נָתַתְ בְּתֹולָה, id est, virgo, sed מִלְאָךְ almach, id est, virgo abscondita: respondebimus dictiōnē hanc מִלְאָךְ almach non quamlibet virginem significare; sed illam, quae præter synecram, & illibatam famā, & opinionem pudicitiae, ita sit à parentibus adseruata; vt ne hominum procacium oculis quidem corrupti queat; quemadmodum testatur Hieronymus aduersus Heluidium, & ad illum locum Isaię, cui addere licet septuaginta interpres, qui ῥαγένερον verterunt. Adde, si litem pergant ex voce mouere, Matthæum Syrum, ubi citat hunc prophetę locū vocare Κατάστηται, & eius iuterpreté D. Iacobum cū septuaginta vertisse ῥαγένερον. Si verò prætereà rationibus ex scriptura ductis agere libet: Epiphanius ita philosophatur in Antidicomar. Christus vocatur leo: quod si ipse leo: mater leæna dicenda est: itaque semel duntaxat parere potuit, ac prætereà si virginitatē in partu seruauit, deinceps amittere non valuit. Nam tametsi vocatus sit Christus leo, propter diuinitatis robur, ac fortitudinem: tamen haud scio (inquit Epiphanius) an potissimum id factum sit ad probādam matris eius illibatam, intemeratamq; virginitatem. Accedit quod ῥαγένερον vocēt scripturæ: quod de hac virgine idē Epiphanius interpretatur, cuius filius mirabilia quædam nomina sit sortitus. At verò prophetæ posteaquā ea gratia sunt imbuti, deinceps ad vxorū amplexus redierunt nunquā: nedum Maria. Addit pater ille sanctissimus, & huiusmodi apostolicarū interpretationum pérítissimus, scripturas epitheta rebus cōgruentissima tribuere: vt Abrahamo diuinae amicitiae: Iacobo Israelis (longū esset ire per singulos) nec vñquā retractare. Hæc igitur sanctissima virgo cū hoc elogio etiam ab inimicis celebretur, nedū in scripturis necesse est hoc illi decus æternū, illibatumq; manere. Hæc videbatur homilię præsenti suffectura: quia tamen nō nihil nobis superest téporis, superius dicitis libet paucula quædam adiungere: quia pigere nos minimè debet vel prolixissimū hac de virginē sermonē facere, quæ Dei Verbū hominem factū nobis progenerauit. Primū igitur ilius dignitatē, ac præstantiā hinc libet intueri, quod Seruator noster iā iam spiritū efflatus charissimā genitricem, qua nihil in orbe toto ducebat præclarius, discipulo, quē vnicē diligebat, nominatim tradiderit: nō tā vt Ioānes alioqui sanguine extraneus (vt tradit Epiphanius) esset virginis præsidio, quam vt virginitatis æmulator domesti- co exēplo, & virginitatis principis cōuictu, ad illam virtutē magis eruditetur: præsertim cū hæc virgo sic vndiq; diuinis charismatibus opulta fuerit, vt solus aspectus inerentiu animos mirū in modum recrearet. Alioqui si vixisset maritus: si ea filios, aut filias habuisset: nunquā

ijs præ-

ijs præteritis ad extraneum migrasset, atque in ædes, quas habebat Ioannes in Sione (vt testatur Euodius) ne concubinarijs prætextus datur nequitia. Deinde nec istud negligendum, hanc generationem, ac partum ærumnarum, dolorisque penitus expertem fuisse, quemadmodum olim vaticinio declarat Isaias: *Anicquam parturirei peperit:*

Ifa. 66.

*Antequam veniret partus, siue dolor; peperit masculum.* Id autem min- <sup>pec tamē est</sup> nūs videtur probabile, quod nonnulli docent, dolores, quos tempo- <sup>cum aliorum,</sup> <sup>rum iōannis</sup> <sup>Damasc. sen-</sup> <sup>tentialib. 4.</sup>

fd.

re partus effugerat, sub crucem, ac perpeccionem luculenta cum vñ- <sup>ra rediſſe.</sup> Nam etiam si non placeat Simeonis illud vaticinium cum Epiphanio de propriè dicto martyrio intelligere; quia de eius mortis generē parum constat: certè cū illius etiam hostibus, & ijs qui in peccato concep̄tam adserunt, erit hoc saltem retinendum, sic in no- <sup>Trid. s. ff. 6.</sup>

ca. 23

stra virgine somitem & concupiscentiam frānatam fuisse; vt nullaten- <sup>De doloribus</sup> <sup>& passioni-</sup> <sup>bus D. Mariae.</sup>

nius officeret rationi: post filium autem editum, ita penitus extinctam: vt non secū vires inferiores obtemperarent rationis legibus, quām in Adamo quondam ante peccatum: adeò vt ne venialiter quidem pec- <sup>Epi 8.2 &</sup>

li. de insitu.

care potuerit. Itaque procul absit, vt dicamus perturbationibus, mu- <sup>virg cap. 7.</sup>

lierum nostrarum instar, affectionibusque coruptam: vel vñquam ab honesto, rectoque vel vnguem latum deductam: quæ quicquid fecit, dixit, passa est: nunquam non integrissima ratio, sanum, & plenissi- <sup>mum animi iudicium adfuit.</sup>

Nam cedere luētui, doloribusque succumbere, non est ita sanæ, & firma mentis: cū & Augustinus refe- <sup>Quād grauius est Ambrosij talibus verbis pro-</sup>

rat inter peccata sua, quod inuitus matrem esset lachrymis in funere prosecutus. Quis autem ferat pictorum, vel quorundam malè feriato- <sup>latum testimonium: Maria nec minor, quām matrem Christi decebat,</sup>

burgitib. <sup>fugientibus. Apostolis ante crucem stabat: & pijs spectabat oculis filij vul-</sup>

<sup>nera: quia spectabat non filij mortem, sed vñundi salutem. Aut fortasse, quia</sup>

<sup>cognoverat per filij mortem, mundi redēptionem, aula regalis etiam sua</sup>

<sup>morte putabat se aliquid publico addituram muniri.</sup> Et mox: *Hanc imi-*

*tationi matris sancte, quæ in unico filio dilectissimo tanum materna vir-*

*tutis exemplum edidit.* Quis hæc non videt, matrem Domini virtu-

*tum, prophetissam, & leænam spiritalem decerē magis? Neque ta-*

*men iccirco proflus in silicem demutabitur. Fateor obnoxiam pœ-*

*nis, si quæ fuissent admota; non nego potuisse, vbi collibitum esset,*

*non nihil carni permittere: denique tentatam doloribus non tantum*

*septies, sed per omnem vitam, quam hic egit ærumnissimam, li-*

*bens confiteor: vietam autem, & superatam neminem pium credi-*

*turem planè confido. Prophetia Simeonis, præterquam quod ab Lu-*

*Epiphanio, secū accipi posse monstratur, mihi videtur haud dubiè*

*Christi perpeccionem designare, non virginis dolorem, per quem mul-*

*h 2 torum cor*

*Deiparadisi-* torum corda, cogitationesque reuelatae dici non possunt. Sed haec for-  
*Maria, nō* tassis paradoxa nostris hominibus, nimirum videbuntur. Priusquam ta-  
*Christipara.* men ab hac virginē digrediar: nolim hoc dissimulatum, vocandam  
*Damasci. lib.* esse Ἰερωνύμον, id est, Deiparam; non autem χριστόνα; quam vocem  
*4. ca. ss. orth.* fid. per Nestorium diabolus euomuit. Nam si tantum Christiparam vo-  
 ces: redigetur in ordinem matrum regum, prophetarum, sacerdotum  
 que Iudaicorum, quibus id nominis competere potest; itaque mox  
 (quod moliebatur) obtinebit Nestorius, tantum hominem genuisse.  
 Sed in Chalcedonensi concilio definitum est, ut nuncupetur Deipara:  
 quia verè Deum concepit; atque in hanc lucem effudit, non diuinam  
 quidem naturam, sed Deum, propter illud vinculum hypostaseos, cor-  
 pus, animamque cum Dei Verbo connectens; ut per necessariam ἀνά-  
 γνώσιν, quod est alterius naturae, tribuamus alteri. Quemadmodum  
 enim qui regiam purpuram violat per contumeliam, criminis accer-  
 fitur, ac si regem affecisset iniuria: ita multò magis propter istud gluten,  
 naturarumque coniugium, quod nunquam dissoluetur; quicquid unius  
 est proprium, transfertur ad alteram naturam; ut verè dicatur Deus mor-  
 tuus, & ea passus, quæ proximo tractanda se nobis offerent articulo.

#### Articulus quartus.

#### Catechesis 18.

*Ioannes Apo-*  
*stolus author*  
*huius articuli*  
*quarti.*

**P**assus sub Ponio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Huius articuli collatorem cum tota antiquitate Ioannem agnoscimus; qui cæteris diffugientibus, persistit non au-  
 ritus modò, sed oculatus horum omnium testis. Passus.  
 Poterat hæc vox ad omnia referri, quæ Christus nostri  
 causa per totam vitam pertulit; sed dum additur: sub Ponio Pilato, reuocari videamus ad ea, quæ post ipsius captiuitatem contige-  
 runt: quia nūs non immerito quis addubitet, num cuncta perstrin-  
 gantur, quæ trium circiter annorum à baptismo, in prædicatione, &  
 œconomia pertulit, famæ, sitis, labor, fatigatio, egestas, vigiliae, &  
 similia. Verum satis id verbo indicasse: rem ipsam aggrediamur. Huc  
 igitur agoniam, quæ referunt Euangelistæ; vincula tenetimis in-  
 iecta membris, diram, nodorum constrictiōnem, raptationem, flagel-  
 lationem, comæ, genitumque laniationem, alapas, sputa, totamque  
 malorum iliada congerere oportet; quæ ab ipsa cœna, ad crucifixio-  
 nem usque nobilissimum illud corpus exhauerunt. Et quis (obsecro)  
 passus? Filius Dei, Dominus gloria, Adonai, quo nil est maius, nec  
 singi potest. Passus non necessitate, vel merito suo; sed ab ijs, & eo-  
 rum nomine, quorum causa potissimum venerat, nempe ouibus domi-  
 bus Ihsæl, quæ illum adegerunt in crucem. Passus (inquam) non in-  
 uitus; sed pro summa pietate, qua ducebatur cum in illam gentem,

tum in

#### CATECHESIS XVIII.

61

tum in omnes homines, libentissime: vt filios Dei qui erant dispersi,  
 congregaret in vnum. Sed quando? Sub Ponio Pilato, anno illius præsi-  
 dentiae septimo (si recte supputet Iosephus) cùm iā Tiberius decimum-  
 octauum annum ageret in imperio; ætatis Christi Anno 32, cum die-  
 bus. 74. (si fides sit Epiphanio in Alogis). Prædicauit enim post baptis-  
 tum, qui contigit septimo idus Nouembri, annum acceptum, cùm to-  
 tus mundus doctrinæ eius applauderet; successit ἄρτιλεψις, id est,  
 cui contradicebatur, post quem secutus est annus perspectionis, qui pro-  
 cedere non potuit; quia docentem non tantum auersabantur Iudei, sed  
 & egerunt in crucem Decimo quarto ante calendas Apriles: quorum  
 exactissimam rationem cernere est apud Epiphanium. Crucifixus. Non  
 omnes expendunt satis quanta hic latet ignominia. Erat apud Iudeos  
 genus hoc mortis summo dedecore plenissimum; habebantur execrati  
 quicunque suffigebantur: ac propterea iubebantur antequam sol occi-  
 deret detrahi de patibulis, ne terra contaminaretur illorum spectaculo.  
 Christus autem ad hanc mortem probrofissimam nil cunctatus nostri  
 causa se deiecit, obnoxiumque fecit maledicto; ut nostram tolleret exe-  
 crationem. Vnde statuendum relinquo nostris catechumenis, num in-  
 iuria diuus Areopagita symbolum istud veram ὑμολογίαν, & pontifi-  
 calem gratiarum actionem vocauerit; in quo summa Dei in nos bene-  
 ficia comprehenduntur: ne deinceps frigidæ, nulloque sensu tantæ pietat-  
 is vel ipsi recident, vel in templis audiant istud symbolum recitari; sed  
 expendant secum accuratè quis, quamobrem, ybi & quomodo sit Christi-  
 stus hæc passus, sacerdos in suo templo, rex in suo regno, præceptor in  
 schola, desertus ab omnibus, & cum tam ardenti desiderio, ut illum  
 per totam vitam huius rei discruciat appetitus. Vnde & dicebat: ha-  
 bebo baptismō baptizari: & quomodo coartor usquedum perficiatur? quasi  
 totis annis plus minus triginta tribus mortem pro nobis patuit; set  
 quam tandem feliciter est enixus. Supersunt huius articuli duo voca-  
 bula diligentissimè ponderanda: quia contra totius antiquitatis offendiculum,  
 errorēmque sunt posita. Nam dum volunt quidam parum  
 consultè studere pietati, religiosique videri; dici non potest, quot modis  
 hic sit impactum grauissimè. Cum enim scirent vitæ totius fontem, ip-  
 samque adeò vitam Deum esse, quem scripturæ vnicum, & vniigenitum  
 filium Dei viui nuncupant: ne quibant animo concipere, quia ratione  
 cœcidi posset Deum extinctum, vitamque mortuam. Itaque qui ex Pla-  
 tonis schola prödierant, ut hoc pröbrum effugerent; negabant aperte,  
 Deum vel mortuum, vel morti obnoxium. Atque adeò nescio quid illis  
 hoc in errore debetur indulgentia. Nam recursus licet ad hominem ad-  
 sumptum: quid magis paradoxum, quam mortem oppetuisse illum, de  
 quo scripturæ dicit quid in ipso vita fuerit; cui datum fuerat vitam ha-  
 bere in semetipso; qui cæteros, quos visus esset, viuificandi acceperat  
 potestatem; denique (vt vocat Petrus) authorem vitæ quis non miretur?  
 quis libens persuaderi sibi permittat vitæ authorem esse mortuum? His

h 3 de causis

*Sub. antiquit.*  
*18.ca.7.*

*In Alogis.*  
*Opprobrium*  
*crucis.*

*Deuter. 21.*

*Galath. 3.*

*Luc. 12.*

*Quomodo o-*  
*lim lapsi sint*  
*quidam in er-*  
*ores circa*  
*hunc art.*

*Valentinus.*  
*Photinus.*  
*Apelles.*  
*Cerinthus.*

*Basilides.*

*Gaianus.*  
*Iulianus.*  
*Damascenus;*  
lib. 3. ca. 2.  
*orth. fid.*

*Effectrix moris christi cap. s.a.*  
*Esa. 55.*

de causis discessum est à plurimis hunc in errorem. Qui vero *δοκῆσαι* seu opinatores dicti sunt; totam œconomiam nostri Servatoris in apparentia duntaxat gestam, ac proinde neque verè mortuum Christum adserebant. Sed quid his Christiana fides responderit, alias ex Tertull. lib. de carne Christi narravimus. Alij phantasina quidem istud respuebant; & corpus partim cœleste, partim aëreum, & elementare tribuebant: cuius opinionis antesignani Valentinus, Photinus, Apelles, reuera fidei negabant fundamentum; quia tunc mere præstigie, & nugamentum fuisset, quicquid actum esset à Christo; & istic occurrit idem Tertullianus eodem libro. Cerinthus Iosephi duntaxat filium passum concedebat; atque verum Dei filium, quem in specie columba ad Iordanem descendisse in Iesum nugabatur, passionis tempore rursus euolasse. Basilides Platonicus magis ridiculè, quia legerat in euangelicis litteris Simonem crucem baiulasse, fingebat huic Dei filium suam effigiem imposuisse; atque ita deceptos Iudeos in miserum deservuisse, ridente Christo eminùs illorum vecordiam, vitamque suam innocētis hominis nece redimente. Fuere præterea Gaianus quidam, & Iulianus, qui dū prædictos errores conarentur effugere, deterius multò delirarunt, dicentes Christi corpus *ἀφαρθόν*, id est, incorruptibile fuisse: unde sequeretur omnia nostræ redemptionis mysteria in phantasmate gesta. Sic varijs modis hic cœcutij humana superbia, quæ illud diuinitatis consilium, & in speciem pudendam liberationis suæ rationem, contemnere magis, quam adorare voluit. Nos igitur Dei filium verè mortuum esse credimus, & confitemur. Nam corpus Christi quodammodo deificatum fuit: vt vel hoc nomine dici queat Deus mortuus. Sed aliam causam adferre præstiterit ex necessitudine vinculi hypostaseos, quo adsumptus homo, cōiunctusque fuit unione personali Dei verbo; qui cū verè passus, ac mortuus sit; hoc toti personæ recte tribuitur; moritur corpus, dicitur homo interire; cū subsistat etiam tum anima. Sed quæ fuit huius mortis effectrix causa? hoc enim propter scripturæ varias locutiones nostri catechumeni non debent ignorare. Dicitur enim Esaïa ca. 55. quodd eum pater percusserit, & contruerit; ubi pater istius rei author constituitur propter authoritatem, qui hoc petuit à filio vt moreretur. Alias ipse filius animam suam dicitur posuisse: vt moriendi potestas apud illum fuerit; quod verissimum euentu patuit, dum clamans expirauit, vt ostenderet esse dispensationis mortem, non necessitatis; cū puri homines tum vix queat hiscere. Sed neque vi extortam animam, docet Marcus inducens Pilatum demiratē quod tam citd defunctus esset: cū eius ossa diffracta non fuissent; nec hauiissent venenum, & contusus latera, pro eo supplicij genere, non esset: cū alijs fontes diutissimè consueuissent in crucibus vitam trahere. Neque propteræ sui censemur homicida: quia prius quam efflaret spiritum, ea sibi passus est admoueri tormenta, quæ alii umquam hominem extinguenterent; quod vbi factum est, tum sicut animam emigrare, quam aliqui propter vim adiunctæ deitatis, nemo poterat extor-

terat extorquere. At quem ob finē mori voluit? Primum vt nos redime- *Quare mortuus fit christus.*  
rē, ac liberaret à necessitate mortis propter Adami culpam oppetendę. Deinde, vt iam tum præuisis hæreticis os obturaret, qui erāt verum eius corpus inficiaturi: quod mortuū, & à fide dignissimis hominibus mandatum sepulchro, spectrum dici nō potest. Præterea passus est instar quadrangulam primitiatum, vt simila morte sua nos à duplice morte liberaret: ab ea quidem pœnitūs, quæ animabus incumbebat; ab eius verò, quæ nunc etiam extinguit corpora, metu, ac tyrannide. Nā Hebræorum epistola dicit etiam iustissimos per totam vitā mortem exhorruisse, quam nunc alacres contemnunt, oppetuntque pro Christo: vsqueadè mutata rerum serie, vt moriendo migremus ad immortalitatē: quod morte Christi nobis est procuratum. Postremò, mortuus est pro nobis: vt (iuxta Paulum Apostoliū) moreremur peccatis, in illo semel renati. Hæc de causis. *Hebr. 2.*  
Quis porrò fuit huius mortis effectus? Retinēdum hoc loco principium illud theologicum, ea quæ in Christo contigerunt aduersa, oppositas Effecta mortis christi.  
res nobis peperisse. Cum igitur ille mortem obiit, nobis produxit vitam: cūm in horto dicitur metuisse, tum à nobis omnem metum dispellebat: cūm descendit ad inferos, viam ad cœlum nobis construit, denique sepultura resurrectionem pollicebatur. Commodū autem incidit sepulturæ mētio, ad quā nos vocant proxima huius articuli verba. Quamuis autem illa meritò propriū tractatum postularet, in quem ex antiquitate theologica multa forēt congerēda: tamen quia lubet in hac morula temporis ita negotiū istud ab soluere, vt rudes catechumenos, quibus potissimum hæc opera nostra desudat, nimia terū mole non premamus. septem capitibus cōprehendemus breuissimè quicquid scitu fuerit necessarium. *Sepultus est.* Quis? Filius Dei, Deus. Qui verum id esse potest: cūm *christus vere* nec anima sit illata sepulchro; sed corpore soluta mox inferas regiones *sepultus fuit.* petierit: deitas autem huius rei capax nō videatur. Sic habeat igitur noster catechumens. Quamuis anima reuera non iacuerit in sepulchro; tamen verè dicimus cum Tertulliano filium Dei sepultum: quia eadem erat corporis, & animæ, quæ filij Dei hypostasis. Et licet per animæ nobilissimam partem diuinitas coniuncta sit corpori: nihilominus Dei filius iacuit in sepulchro: ne si carnem seorsum à Verbo seposuerimus: aliam cogamur in Christo hypostasim confiri. Et quid hic (cedo) factū est? Obseruandi sunt hæretici, qui vel negabant verum fuisse corpus: vel adserabant redactum in cineres: quod certè fieri non potuisse patet ex psalmo 15. vt Petrus, & Paulus in actis demonstrent. Est enim corruptio *Ps. 15.* duplex, *φτωγά,* quæ est formæ solius interitus: & *διαφτωγά,* cūm res in *Duplic. corruptio.* prima elementa resoluitur: & priori modo corrupti potuit Christi corpus, altero nequaquam. Vbi est sepultus? Hic scripturæ respondent in *cur christus in horto, & monumeto nouo sepultus sit.*

sepulture  
christi tres  
potissimum cau-  
sa.

R. 6.

Christi seruatoris economia. Voluit enim ab impiissimis tradi, capi, ligari, crucifigi: cur non item sepeliri? Quia erant omnia perpeccione soluta: iam nobis patientiae luculentum exemplum præbuerat. Sepultura verò nobilis, iam tum incipiebat ostendere mortis, perpeccionisque meritum: Iudeos autem suis machinamentis omnibus adeò nil proficisse: vt illorum periculis, conuiciisque contemptis, homines nobilissimi, non veriti legis abrogatam maledictionem, ad illum sepeliendum properarent Nicodemus Pharisæorum princeps, & Iosephus nobilissimus decurio; quibus nec crucis probrum, nec intentata viuenti Christo sedatio, nec (vt putabatur) hominis nefarij sepultura, quicquam ad pietatem obstatuli valuit adferre. Sed quamobrem sepultus? Tres potissimum adsignantur causæ. Prima, ne Phantasma corporis veritatem inficiari possent; quod viri principes detractum è cruce, inunctum, obuolutumque sepelijssent. Secunda, vt spiritualis sepulturae nobis analogia præberetur, & in baptismo sepultis vitijs omnibus, iuste vitam institueremus. Postrema, vt triuana sepultura nobis fieret spes futuræ quondam sepulchorum corporum resurrectionis. Quomodo sepultus cum aloë, & myrra, vt sumptus augeret honorem sepulturae, & nobis pœnitentia daretur significatio, quæ est amara, verèque (vt vocat Tertullianus) laboriosum baptismum. Conditus est aromatibus: vt essemus solicii de bona fama, etiam in agendo pœnitentiam. Sepultus est more Iudaico: ne simus nimium superstitionis, nolimusque patrios mores in sepulturis obseruari, ac pro generis, nataliumque splendore ad viuorum solatia sepeliri: quod inepti quidam simiū reculantes, iubent se in tenebris ad laternam locis obliteris abiici potius, quam sepeliri. Quantu in sepulchro iacuit? Triduo, per synecdochen: quia partim tribus diebus, partim dierum partibus, ac duabus noctibus. Nam post nonam die sexta sepultus est, vbi prima dies numeratur: sequenti die integra iacuit: tertia summo mane surrexit, eaque pars diei pro reliquo die, ac nocte sumitur: & iam inde dietur nostrorum à luce matutina ducimus initium, cum prius à noctibus dies numerarentur.

### Articulus Quintus.

#### Catechesis 19.

Hic articulus  
D. Philippo  
adscribatur.

**D**escendit ad inferna: terra die resurrexit à mortuis. Hic adscribitur D. Philippo Apostolo, inter Apostolos reliquos eruditissimo, & liberalibus disciplinis instruictissimo (vt testatur Metaphrastes) tametsi neque viographus ille, neque Abrias Babylonius, neque Nicephorus, prioris partis huius articuli in eius rebus gestis vlla perhibeant vestigia. Posteriorem autem inter concionandum illi fuisse familiarem aiunt idem Nicephorus, ac Metaphrastes: dum sepulturae, mortis, resurrectionisque inter prædicationis eius præcipua capita meminerunt. Sed norunt omnes hunc descensum à nostris maioribus in sepultura comprehensum: cuius rei mihi

rei mihi testis erit Ruffinus Aquil: qui vbi fasilius est in Ecclesiæ Romanaæ, Græcorumque symbolis non haberi hanc partem: addit nomine sepultura senper intellectam fuisse. Ruffinum igitur si sequamur: non erit hæc pars ab Apostolis in symbolum congesta: sed tantum subintellecta, posteriorib[us]que temporibus addita: sed nolo penes meos catechumenos illius authoris, quisquis est, tantam esse fidem: vt id statim putent recipiēdum. Certe non est exigui momenti, quod Ioannis 12. dicitur. *Ioan. 12.* Philippus adduxisse quosdam ad Christum, qui eum videre cuperent: quodque tū cōperit Claritus agere de superato, profligatoq[ue] huius mundi principe: quæ victoria dubio procul ad h[oc] descensum pertinet. Verum de auctore hactenus. Nunc ad ipsum articulum, in quo plurime passim occurrent difficultates: non solis hereticis nobis exhibentibus h[ic] negotium, verum & catholicis non satis inter se consentientibus. Vt igitur hæc res breuiter, consuetaque methodo tradatur: per septem circumstantias nostra decurret oratio. Quis descendenter, equidem obscurum esse non potest: nempe Deus, Dei filius, Christus ipse. Nam tametsi corpus in sepulchro quieverit: facile tamen istud ex superioribus intelligitur. Quia enim anima descendebat, quæ erat cōiuncta diuinati vniōne hypostatica: idè non tātum diuinitas, vel anima: sed (vt iubet nōs dicere Calcedonense concilium) totus, integerque Christus descendit, non tota natura assumens, aut assumpta: sed tota persona: si tamē propriè loquaris: sola descendit anima. Nūc videamus quid huius descendens nomine veniat intelligendū. Et hereticæ sententiae sunt tres. *cōmenta he-  
reticorū pro-  
ponuntur, acci-  
tuuntur.*

Quidā nil aliud accipiunt, quam sepulturā. Nam (aiunt) inferorū nomine scripture significat ἡγεμονία scheoul sue sepulchorū. Si quis obiciat, iā de sepulchro prius actum esse: nec videri cur inferorum nomine repetendum fuerit: respondent epexegeſim esse. Audirem, si posterius istud de inferis præcederet: ac facilitori deinde sententia explicaretur: hoc enim sit sapenumero: vt autem, quod perspicuum est, coneris altero lōgē obscuriori dilucidius reddere: nimis quam absurdum, videtur. Et ne vehementius sibi placeant ob suum illud ἡγεμονία scheoul, nūquā efficient, vt uno saltē loco scripturarum prolato, præclarā illā interpretationem sepulchri confirmint. Certe psalmo 15. *Non derelinques animam meam in inferno.* Ηγεμονία septuaginta verterunt ēis ἡδη: quemadmodum & Petrus ēis ἀδον, quod locum tristem, ināconumque significat, & pro inferno metaphoricō usurpat. Alij descensum nobiscum interpretantur, factimque reuerā contendunt: sed in explicatione dissentiant. Volum enim Seruatorem nostrum sensisse damnatorum tormenta: vt nos etiam ab iis liberaret: quod si recipere tur, licet exclamare, quod olim Paulus: *Ergo Christus frustrā mortuus est.* Si enim oportuit illum apud inferos exantlare supplicia: constabit mortem parum efficacem fuisse: ac proinde Pauli sententiam (dictu nefas) esse fallissimam, Christum unica victimam consummasse in sempiternum sanctificatos: illud quoque, tanquam alienum à veritate reiiciendum: in sanguine filij Dei nobis esse,

*Psalm 15.  
Actio. 2.*

*Hebr. 10.*

Rom. 3.

esse, parta propiciacione: neque recte Paulus cruce Christi gloriaretur: nec ipse Christus verè clamaret: *Consummatum est*, cùm superessent inferorum tormenta, longè graviora. Hanc absurditatem tertij confederantes, dum stulti vitia, in contraria currunt, & istum descensum de antegressis Christi mortem suppliciis intelligūt: vt illud totum, quod ab agonia ad efflationem usque spiritus passus est Dei filius, descensis iste significet: ac illud maximè, ubi videtur (inquit) in paroxismo fuisse. Fingunt enim ita deiectum, & consternatum: vt coactus fuerit exclamare: *Deus Deus meus, vi quid me dereliquisti?* quia nimis tunc experiretur horrendum illud patris tribunal, ad quod tremebundus manifestius cognosceret peccatorum, damnatorumque sibi causam agendam: & horrores illos sentisceret, quos hominum quilibet, dum pro suis sceleribus iustum damnationis est sententiam excepturus. Verum his adiueratur, quod hic articulus quarto loco sit positus. Et cùm ipsius fateantur monstrari non posse, quo tempore, post Apostolorum ætatem, sit pars hæc inserta symbolo: eamque propterea vel Apostolis nobiscum, vel proximis illorum discipulis adscribant: quomodo, si hoc intelligendum erat (vt volunt) de cruciatibus mortem præcedentibus: non fuit morti, sepulturaeque prælatum: cùm id genuinus ordo, rerumque posceret historia, quam probè norant Apostoli? Respondent admodum speciosè, factum ob mysterij præstantiam: quasi minore sit admiratione, & miraculo dignum, Christum pro nobis omnino mori voluisse: quam perferre cruciatus. Non vident, sua cœcata philautia, non aliunde ista profluere: quam ex ignorantia fidei synodi Chalcedonensis. Cùm enim non intelligent, quid postulet illa ynius hypostatica: mirum non est, si Christo tribuant, quod illi competere nullo pacto potest. Et quemadmodum in baptismo configunt auctam in illo gratiam: ita maiorem hic suæ vocationis, electionisque cognitionem attribuit, nequaquam pro suo mirabili stupore, perspicientes incrementum gratie magis intimæ personalem illam Verbi, humanæque naturæ coniunctionem efficere: quam ab initio conceptionis tam perfecta fuit, vt nihil unquam queat accedere. Sed neque potuit augeri cognitione: si quidem Chalcedonensis concilij Patres recte doceant Christum primo momento conceptionis frumentum diuina, perfectaque beatitudine: cum qua certè nullo pacto cōsistit hæc Caluiniana desperatio. Ergo faceant errores: nihilque scripturis nostris verius, certiusque fateamur. Descedit igitur Christus ad inferos, petiuitque locum. damnatorum: vt ex Psa. 15. Petrus in actis probat, multa congerens in hanc sententiam. Quod vero dicit ibidem D. Petrus teneri Christum ab inferno non potuisse, celat præclarum documentum, cuius neminit Damascenus ex Gregor. Nazian. nempe quemadmodum satanas hamus suæ nequitiae celarat escas diuinitatis, quam primis pollicebatur parentibus: sic contra, Christus homo diuinitatis suæ prætendebat illecebram humanitatis: vt infernus, qui cum eos éatenus homines deglutiuerat, escas consuetæ pellectus aspectu caperetur,

Blasphemia  
hereticorum  
de christo.  
March. 27.Act. 2.  
Occurrit obie  
ctionis.

peretur, & eos enomeret, quos captos habebat. Ut enim pisces, si ferri deuorant intestina cuncta projiciunt, vt simul hamum euomant: sic infernus se correptum animaduertens, vimque grassantem sentiēs, omnem captiuitatem amisit. Hoc ipsum prius docuerat liber Hermas, qui dicitur Pastor, quem celebrat Clemens Alexand. Strom. 1. & 2. Athanasius lib. de incarnatione Domini Gelasius accenset canonici. Origenes quoq; vtitur ad. Luc. c. 11. & lib. 3. c. 2. τεσταρχης, ipseque Hieronymus, qui dicit olim lectu in Ecclesia pro scriptura sacra. Hic igitur Hermas citatur à Clemente Alexand. lib. 2. Strom. ubi locum illū Petri prioris c. 3. In quo & his, qui in carcere erant, &c. in hanc sententiam interpretatur. Nam quod nonnullis placet φιλανθρωπον, quod carcerem & custodiam significat, speculam interpretari, quod patres ibi Christi specularentur aduentum: non est admittendum: quia Syrus Petrus habet γενεση scheol, id est, infernum. Et si multitudine suffragiorum res constituenda sit: Athanasius epistola ad Episcopatum, Grægorius Nazian: oratione de baptismo, Chrysostomus homil. 37. in Matthæi c. ii. Theophylactus eodem loco, Oecumenius ex sententia Nazianzeni ad 3. prioris Petri, Damascenus lib. 3. c. vlt. orph. fid. & libro de quiescentibus in Christo nostram fidem conseruant: & quibus ista non sufficiunt, adhibeant Psal. 106. Desfruxit. Psal. 106. portas arcas, & vetes ferreas confregit, quem versum licet nonnulli secus interpretentur: pro ea tamen, quam haecenius tradimus, sententia tractat Eusebius Pamph. lib. 6. cap. 7. demonstrat. Euang. Huc facit caput nonnum Zachariae. Et in in sanguine restarunt eduxisti vincitos, &c. ubi notandum obiter, educi vincitos in sanguine, ne post mortem fuerit opus inferorum tormentis: cùm abunde perpeccutionis meritum cuncta præstiterit: & hic locus torqueatur à quibusdam ad Babyloniam captiuitatem: sed illi commentario iam olim præscriptis D. Iohannes; ea, quæ iniibi præcedunt, Dicite filia Sion, &c. super Christo interpretatus. Et si post Apostolum, Patres quoque libet audire: Hyppolytus, Euodius, Origenes, ac Hieronymus ita locum explanant. Sed quod descendit: Hoc enim videtur inter veteres Patres, ac recentiores tantum non problematicum: Nam ad damnatorum locum descendisse, vt iis, qui naturæ consentaneæ vixerat, sed aperta in Christum fide caruerant, quibusque persuasum fuerat Deum humanæ naturæ subuenturum, fidem annuntiaret, illosque liberaret. Nostris vero Latini post Augustinum epistola ad Eudionum, dicunt animatehus, & presentia tatu: ad limbum descendisse: potentia vero, & illuminatione ad ipsos usque damnatos penetrasse, vt eis pudorem magis incuteret, qui non crediderant. Et hæc est scholarum sententia.

Prosequi

Zachar. 9.

*Prosequitur descensum Christi ad inferos.*

Catechesis 20..

**F**X huius catechumeni resonantia licuit (auditores) vobis recognoscere , quæ nuper de Christi ad inferos descensu differueramus:nempe quis descendērit, & quod:quidve descensus istius nomine , reiectis malè feriotorum hominum,& hæreticorum sententiis,intelligere oporteat.Nūc pergamus ad quatuor apices reliquos , qui nobis ad eiusdem articuli pertractionem superflunt. Quo commēatu,quibus præsidiis,& copiis instructus descendit:Equidem licet dare anceps responsum:& omni, & nullo destitutum fuisse præsidio. Cui enim adest diuinitas, instructissimus est:vtndē Apostolus:Si Deus pro nobis, quis cōtra nos?Et lyricus Propheta dicit se versantem in umbra mortis, non trepidatur:rogatusque causam , quia dominus mecum est , inquit. Et ista dicebantur à meritis creaturis , quæ de amicitia Dei benè confidebant:at verò animæ Christi non tantum præsto aderat fauor numinis:sed erat ipse Deus , Dei filius. Esto , sint ista verissima:tamen rectius dici videtur solum, hoc est, animam (intellige semper coniunctam deitati) descendisse. Nā hoc vi- sum esse Patribus hinc liquet:quod dicat animam instar escæ fuisse ve- lut per insidas ad deglutiendum inferno propositam , sub quā latebat hamus diuinitatis. Descendit igitur anima,deificata quidem , nil tamē præ se magnificum,diuinumque gerens.sed vt simplex,& vulgaris ani- ma. Nec indigebat ope diuinitatis ( caue tamen separari potuisse cre- das ) cùm per mortem hostes vniuersi postrati, iugulatiisque fuissent , vt iam nil superesset,quàm ad spolia detrahēda descendere. Porrò ne quis inducat in animum , otiosam animam in inferno nil egisse:scripture nobis illam triumphabundam,summóque iure victoriae sua cuncta su- bruenter, & hostiū præsidia,munitionēisque deuastantē inducūt,vectes ferreos disrumpentem:portas æreas effingentem ,& vincitos educētem de lacu. In quibus licet animaduertere tantam aduersariorum pertina- ciam,tamq; impotētem malitiā:vt æris instar,& ferri,quæ nullas leges patiūt:frāgi citius,quàm emolliri potuerit. Sit hoc igitur dictū de isto capite:animā Christi apud inferos triūphum instituisse;morteq; sua priūs deuictos hosteis in pōpā traduxisse. Sed qui nobis inde fructus decer- puntur:Opinorū triplices,qui sunt pīgīs mētibus pro calcaribus adhi- bēdi. Primiū enim descēdit,vt nos à pœna cùm propriis peccatis,tum originario malo commerita,& antiqua execratione liberaret : quæ ha- bebat vt homines non tantum perirent æternis cruciatibus adiudicati: verū & certum quendam locum,procul ab omni solatio,Deique pre- sentia dissitum,præscribebat,quod supplicij vel magna pars meritō iudi- catur. Et quamuis hanc hæreditariam infelicitatem mors filij Dei, ex qua flauit quæcunque nobis obnēniunt bona, sustulisset:tamep iste descensus fuit veluti huius vniuersalis causæ primū instrumentum. Re- quiruntur

Rom. 8.

*Fructus ex  
Christi ad in-  
feros descensa  
triplices.*

quiruntur enim huiusmodi canales,per quos ad nos deduci queat illud ingens meritum , quod omnibus comparavit morte sua Christus.Hoc igitur descētu primū miseris hominibus datum est, ne deinceps hor- rendum illud precipitum,dirissimisque refertū cruciatibus barathrum fotmidarent:quibus vicissim grata mens in beneficū liberatorē præ- standa supereſt,qui non sit adspersatus in illorum gratiam squalentes, horridaque in mortis regiones descendere. Alter fructus est,vt quem admodum vicerat fortiter:sic de hostibus prædas ageret : quōsque iam erat moriendo promeritus,ad se recipere. Et hoc est , quod Paulus ait Christum spoliasse , atque in triumphum palam traduxisse aduersarias potestates. Tertius erat,vt quemadmodum vinendo, ac moriendo sum- mā ostenderat vbique potentiam:sic eandem mortuus testatam face- ret apud inferos. Nam veteres Theologi, quos superiori conuentu no- minauimus, volunt eum ad locum damnatorum penetrasse , hominēsque veluti dispositos ad suscipiendam fidem, maiorēmque filij Dei co- gnitionem,perfecisse, ac illustrasse. Vt enim Iudeos ibi quendam Messiam expectantes iuuit , ac perfecit ; ostendens quisnam ille sit Messias expectatus:sic gentiles,qui probè vixerāt, rudēmque Christi cognitio- nem habuerant, fore nimirum vt aliquando ferret opem Deus humano generi,cumulauit ampliori cognitione,mutatosq; secum abduxit. Hæc veterum sententia,sicuti non per omnia Latinorum doctrinæ cōuenit: ita nō nihil habet absurditatis. Caeue enim quenquam arbitris à Chri- sto liberatum:cui fidei saltem aliquis radius non illuxerit. Cæteris au- tem,qui perpurgabātur,ita subuentum est,vt iis,qui summo desiderio, & expectatione Christi tenebantur , finem faceret tormentorum : reli- quos permisit nonnihil amplius expiati: vt nunc quoque fieri credi- mus.Si queras quomodò descenderit,cùm motus propriè sit corporum: sic factum puta,vt nunc angeli , vel dæmones dicuntur ascendere , vel descendere. Nam descendit,non mutans locum(quod tamen poterat,si libuisset)per medium continuum(ut nostri loquuntur)sed , vt spiritus mouentur,pro voluntate. Ibi enim sunt , vbi volunt , nec aliter conti- nentur loco,quàm secundum operationem. Nec illi sunt audiendi,qui animam volunt in mundo remansisse,solaque virtute, & efficacia infe- ros penetrasse:sed illud potius dicendum, statim vt Christus expirauit, animā in inferno fuisse. Reliquus est septimus apiculus, quandiu Chri- stus ibi manserit:Et fere cōuenit inter omnes,tandiu ibi mansisse:quā- diu corpus in sepulchro iacuit.Illam verò quorundam,de paradiſo pro- misso latroni,obiectionem veteres ita diluunt : vt non de paradiſo cor- porali, sed spiritali seruator sit locutus , & latronis anima cum Christo descederit , qui cùm esset Deus , vtique summa felicitate fruebatur Christi diuinitatem cōtemplata:quemadmodum & de Patriarchis,ani- mabūsque reliquis ex inferno deductum est:quæ pœnis om- nibus liberatae,lummi boni fruitionem habebant in Christo.

Coloss. 1.

## De Christi resurrectione,

## Catechesis 21.

Vne ad latissimae resurrectionis tractationem veniamus: cuius omnia mysteria, quia foret immensum percensere: consuetis septem capitibus, veluti totidem atticulis, ea depromemus, quæ, piis catechumenis videbūtur esse necessaria. Et quod primum est, nullam habet questionem, quis nimirum resurrexit. Observandum tamen istud corpori tribendum. Nil enim resurgit: nisi quod prius cecidit. Et hoc non tantum ex Larinarum dictionum cadaveris, resurrectionisque proprietate: sed & Græce ἀναστάσις, de qua Damascenus lib. 4. c. vlt. ἀνάστασις ἐγένετο τοῦ ωντού σώσις, id est, resurrectionem est secunda eius quod cecidit statio. Itaque non est animabus affingenda resurrectio. Igitur anima corpus resumpsit, aut illi potius vi Divinitatis est rursus coniuncta: sed tamen istud vniuersum per tropum Christo tribuimus, quem dicimus resurrexisse, propter saepe repetitam personalem vnitatem: quod negabat Cerinthus, qui demum istud futurū in vniuersali resurrectione somniabat. Porro videretur hoc ex superfluo referri (nisi catecheta iudicata posceret) geminam esse resurrectionem: quandam particularem, qua homo quispiam excitatur à morte (vt quos Elias, Heliseus, & Christus ipse ante perpessionem suscitarunt) de qua hic non agimus: alteram huius loci, quam mors deinceps non intercipiat: quæ corpus tam quidem, palpabileque seruat: sed reddit gloriosum, incorruptum, leuissimum, quodque per omnia seruiat rationi: vt si iubeat illa transire per medium parietem, ianuis clavis ingredi, perché solidum sepulchri lapidem prodire: nulla sit mora. Ex quibus debet studiosi discere, si corpus Christi sit integrum: versandum esse prudenter, & cordate in tam multis reliquiis, quæ Christi nomine circunservantur: ne credant fusum in passione sanguinem passim ostendere: sed vel ex imagine (ut refert Athanasius) vel sacrosancta Eucharistia summo exceptum miraculo. Nec etiam praeputium iactandum est: praesertim cum Theophylactus dicat non recte fieri: ne quam aduersariis verarum alioquin reliquiarum, nostra simplicitas ansam prebeat orthodoxiam subsannad: cum vsq; adeò suas mira voracie cutent haereses: vt hoc in negotio audeant inficiari Christi corpus per clausas ianuas ingressum ad discipulos, vt sic eludat catholicorum argumenta, quæ ex hac glorioli corporis dote defumantur ad Eucharistiæ fidem constabiliendam. Iam priusquam cætera capita petcurramus, iuuerit succinctè demonstrare, quæ res ista humano iudicio semper visa sit prorsus incredibilis. Hinc enī fiet: vt & quæ hactenus dicta sunt, magis placeant: & quæ porro supersunt, minùs habeantur contemptibilia. Id autem cum diuersa fieri queat ratione: tum hac commodissimè, si studiose perpendant catechumeni, vniuersam mundi sapientiam huic nostro religionis capiti fortissimè reluctatam.

Epiphanius  
haer. 28.Resurrectio.  
difficilime  
creditur.

## CATECHESIS XXI.

24) nega-  
runt resurre-  
ctionem.Alij Euopſiū  
vocabant.

Actio. 17.

Matth. 22.

Act. 1.

Act. 23.

In canone  
missa.

Iuuentatam. Nam philosophi præter Platonicos ( si tamen hi sunt excipiendi ) resurrectionem simpliciter exploserunt. Peripatetici enim viventes hanc doctrinam cum suis placitis de necessitate, faro, fortuna, casuque pugnare, damnarunt omnibus suffragiis: negantes à sua, quam vocant ἀπόστολον, id est, priuationem, ad ἔξι, id est, habitum fieri posse regressionem. Ideoque veteres illi, qui cum Apostolis vixerunt, philosophi, hoc potissimum nomine à side christiana abstinuerunt, quod pertinuerunt istud eius præcipuum caput nulla ratione posse probari: ne dicam Synesium, cum iam esset designatus Episcopus, istud libi nūquam persuadendum editis ad Euopium literis palam clamare. Stoici, & Epicurei ne nomen quidem ferebant: vt Lucas testatur narrans Paulū ab iis propterea vocatum σπερμα ολόγονον, id est, seminiuerbum (vt habet nostra versio) ac nouorū, inauditorūq; dæmoniorū euulgatorem. Si te conferas ad Iudeos: Samaritæ, ne huic assentiri cogerentur: seruatis dūtaxat Mosis libris, omnes Prophetas, totiusque veteris testamenti scripturam reiiciebant: quod in istis apertiū, quæ in pentateucho, dogma resurrectionis traditū videretur: tametū Christus ex eodē Mosis opere, istud ipsum luculenter probauerit. Pharisæi inter Iudeos, nobiscū hac in parte faciebāt: at Sadducei potissimum, & factiosi pernegabāt. Si secutas deinceps ætates intuearis usq; ferè ad mediæ ætatem hæresē, ac Marcionē: vniuersi hæretici noluerunt huic articulo subscribere. Quibus ex rebus liquet, quæ sit resurrectionis ardua fides: in qua totius religionis prora, puppisque cōsistit. Idcirco Petrus, dum ageretur de subrogando Matthia in locum desertoris: oportet ( aiebat ) unum ex ipsis testimonia resurrectionis eius fieri nobiscum: quasi Christianæ religionis hæc vniuersam rationem in se contineret. Sic Paulus: de spe, & resurrectione mortuorum indicor: quod quamvis ciuiliter elabendi causa dictum videri possit: reliquæ tamen eius conciones declarant non absque graui consilio prolatum, veluti præcipuum, summumque totius doctrinæ, ob quam reus peragebatur. Nam caput 24. eorundem Actor. rogatus de doctrina protulit istud, vti & cap. 26. quia censebat totius nostræ fidei hoc esse fundamentum: quo nomine magis illos nunc decet execrari, qui animalium immortalitatem in questionem reuocant. Sed iam quod institutum est agamus. Si queritur locus Christi resurrectionis: ille idem est in quo docuit, captus, passus, mortuus, ac sepultus est, omnium celebrerrimus, ac propter paschalem panegyrim frequentissimus. Nam si ( quod poterat ) apud ethnicos, aliōve loco resurrexisse: Iudei vel negare, vel speciosè alium resurrexisse configere potuissent. Quod autem aliquando dicitur ab inferis surrexisse: partim per catachresim, partim per synecdochen est intelligendum: quia anima, cui non competit resurrexio, asceridit ab inferis. Si quicquam de causis sit dicendum: vtique non corpus, non anima: sed persona diuina resurrectionem effecit: iuxta Christi sermonem: Ego pono animam, ut iterum assumam illam. Quoties tamē nostram induit personā: & pro suo Iean. 10. corpore

Act. 13.  
Rom. 4.

Fines resurrec-

Philip. 1.

Matth. 28.

Rom. 6.

Rom. 4.

Corint. 15.

corpo patrem alloquitur: illi fert acceptum quod resurrexit: vt Psal. 15. & act. 2. *Negas mihi scifisti* (ô pater) *vias vita*. Sic Paulus act. 13. dicit à patre suscitatum: idque quoniam agebat cum Iudeis, quibus necdum persuasum erat Christum esse Deum. Sed siue filium, siue spiritum sanctum authorem huius rei dixeris: idem dixeris. At de caulis finalibus, & effectis utriusque erit disputatio. Primus igitur finis hic traditur: vt assereretur pristino decori diuina iustitia: quam perdecet vt eos eu-  
hat, qui se illius causa submiscent, & abiecerunt: quemadmodum exemplo Christi docet Apostolus: quem ad mortem usque deieciunt pater erexit, ne nos arroganter geramus, si cupiamus exaltari. Deinde Christi resurrectio maximè contestatam eam fidem reddit, quam habemus de eius diuinitate. Nam cùm se passim Dei filium appellasset: visa fuissent omnia fabulae, si hac in re fidem, qua resurrecturum se con-  
dixerat: non liberasset. Multi enim id postea se præstaturos dixerunt: neque tamen è sepulchrorum pulueribus erespere. Tertius finis est omnium præstantissimus, vt hac spe nos consolaremur in tot arumnis seculi, sperare usque fore, vt eius beneficio nostra corpora liberarentur à corruptione. Si enim caput nostrum periisset: quis nostrum, vel illi tanquam Deo credere: vel sibi futurum sperare potuisset, quod ipsi capiti non obtigisset? præsertim cùm hac sola spe pendeamus, quam esse certissimam longum fore demonstrare. Evidem spectrum non fuisse docent Apostolorum literæ: ipsique adeò hostes hanc veritatem astruunt, cùm rem gestam Iudeis renuntiant: & angeli suo testimonio planè co-  
firmant. Nam cùm res non sit adspectabilis: neque sub sensum cadere valeat, aut intellectum, quo pacto anima redierit ab inferis, corpusque induerit, quod deinceps per solidum saxum integris signis prodierit, perque ianuas clausas permeauerit: rectè id angeli nuntiant hominibus, per quos reliqua mysteria nobis patescere solent. Et mulieribus primum nuntiatur: quia debebat huius administræ esse gloriae, quæ fuerant perditionis sociæ, penèque dixerim authores: quod superest, ipse met Christus loquendo, edendo, ambulando, modis omnibus persuasissimum vniuersis efficere voluit. Quartum finem hunc habemus ex scripturis: vt non tam verbis, quæ re ipsa Christus nos doceret nobis ad spiritalem resurrectionem esse cōmitendū. Quod (ne quis nimis philosophicum arbitraretur) Paulus Ro. 6. docet, iubens nos per baptismum, aut sacramentalem absolutionem ad nouā vitam excitari: neque deinceps in pristinam recidere. Princeps autem Christi resurrectionis effec-  
tus est nostra iustificatio. Sic enim Paulus: *Qui traditus est propter deli- etta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram*: quod Apostoli dictum est difficillimum: nec interpretes etiam vetustissimi satis conueniunt. Nam quidam spiritalem adserunt resurrectionem: quasi di-  
ctum sit, mortuus est in carne: vt spiritu viuamus mortui peccato. Sed quid inquires ad Paulum eundem prioris ad Corinthis. cap. 15. scriben-  
tem: *Si Christus non resurrexit (quod tum quidam docebant) vana est*

fides

*fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris: ex quibus uestibis appetet resurrectionem esse iustificationis instrumentum: Vnde rectè Græci dicere videntur, hac hominibus persuasa, cæterorum illicet fidem fieri: quam fidei virtutem ubi conceperunt homines: ad peccatorum remis-  
sionem, & iustificationem facillimè deducuntur. Nam dum nobis per fidem constat Christum nostrum caput resurrexisse olim: reliquam fi- dem facilè adiungimus: & uesti in spem eandem quiduis & facimus, & perpetimur causa fidei: itaque iustificamur. Effecta ex iam dictis fa-  
cile fuerit colligere. Nam vt in omnibus alijs: ita præiuit Christus hac in parte, ac primùm effecit, vt possemus resurgere: deinde, vt eodem do-  
tes nostro corpori tribuerentur, neque tamen animæ cumulatissima felicitas minuēretur: tametsi ex eius plenitudine redundaret in corpore: quemadmodum è diuerso perpetuationis meritum ab ipso corpore re-  
dundauit in ipsam animam. Hic interim animæ per hoc Christi meritum iustificata resurgunt: vt sit reuerè Christi resurrectio instrumentum, quo ipsius crucis meriti siant corpora iustorum, animæque participes. Ne-  
que pluribus opus est, vt quomodo resurrexerit demonstretur. Surrexit enim diuina virtute per solidum saxum, repente, nequaquam violatis signis, sepulchro vnde clauso, munito, militibus circumsepto: absen-  
tibus Apostolis, ne periret illis fidei meritum: denique merito suæ pas-  
sionis. Sed quo tempore? Primum die tertia, diluculo, ac vix dum, imo  
necdum orto sole, altero die post sabbathum Iudaicum, qui Dominicus ab eo tempore dictus est. Huius autem quartæ fuit semper dignitas: ex eo licet intelligere, quod ab ipsismet Apostolis statutum sit illum pro legali sabbatho celebrari; vtque resurrectionis hoc mysterium ampliori veneratione coleretur: putarunt nefas quicquam operis in eo face-  
re nostri maiores. Atque adeò ieiunare, flectere genua, etiam tempore quadragesimæ, diebus dominicis prohibet canon Apostoloru 69. quem confirmat Ignatius epistola quinta, & Epiphanius in Aërio, & in Charactere Ecclesiæ, vt nimis crebris, & crebra resurrectionis festiuitas, omnes inuitaret ad spiritualiter cum Christo resurgentem, subindeq; per-  
pendendum, quantu fuerit illud in mortales beneficium. Nam resurrec-  
tio fuit omnium bonorum, quæ nobis promissa sunt, primitæ: sicut fue-  
rat nativitas totius ceconomiae, quam pro nobis obeyundam suscepimus, initium. Et hic eram huic articulo renunciatus: nisi viderem maiores nostros præterea celebrare nostro generi sa lutes in rediuiuo, glorio-  
soque corpore cicatrices, quas in immortali corpore resedisse mirum non est: cùm illud per omnia voluntati sit morigerum. Sed quamobrem ita visum est Seruatoris: Primum (inquit Patres) vt ea ratione fidei ea-  
put illud confirmaretur vel maxime, quod à veteribus hæresiarchis cum primis tentatum fuit: nec enim *hæresis* Marcionis, aut Manentis patitur huiusmodi vulnerum vestigia, in quæ manus, ac digitos inferas. Deinde  
vt beatis hinc aliquid felicitatis accresceret: qui, dum ea in suo capite vulnera cernunt: non possunt non maxima perfundi lætitia, ob dirissi-  
*In fine Panarij.**

circumstic-  
ticibus resur-  
rectionis chri-  
stianæ.

K mæ quoniam

mæ quondam propter illos toleratæ passionis considerationem. Prætereà seruatas sunt ut ingratis Christianis, perfidisque Iudeis exprobarentur suo tempore. Nec enim dubium est, quin ingentem pudorem, & horrorem incutient inimicis Christi: dum Christiani degeneres intuebuntur, quæ beneficia contempserint: quos cruciatus pro illis, & quidem frustra, iudex tum horrendus pertulerit: Iudei vero dum cernent, quæ supplicia suo Messiae, qui seruaturus illos yenerat, irrogarint. Adhæc, vt fortis imperatores aduersa vulnera, quæ pro republica tulerunt, magnificè produnt, & ostentant: ita noster imperator cicatrices pœse fert: vt liquidò constet vniuersitas, quæ strenuam, fidelemque nobis operam, huiusmodi ad membrorum yisque confessionem depugnando. Postremo retentæ sunt: vt misericordia patrocinentur. Interpellat enim pro nobis Christus, vt dicitur: Rō. 6. & Hebr. 7. &c. manus, pedesque terebratos, latuusque confixum ostendens, patrem flebit ad miserandum. Quæ quidem sic accipiente non sunt, quasi Christus reuera causam dicat, gestuletur, supplèxque preceps (eius enim merita nil tale postulant) sed tamen rerum presentia facit haud dubie ad meriti magnitudinem. Hæc igitur iudicauit non poenitenda, que reliquias adiicerentur: quia horum quotidianus est usus in templis, alijsque locis, ubi cernitur: imago crucifixi: tum quod non segniter visa sunt animos ad pietatem inflammare. Sed nunc nos vocat Seruatoris ascensus in cœlum; cuius enarrationem à nobis proximo conuentu vos expectare iubeo.

### Articulus Sextius.

#### Catechesis 22.

**S**cendit ad cœlos: sedet ad dexteram Del patris omnipotentis. Huius aggestorem articuli maiores nostris dixerunt Bartholomeus in cœlo, cuius equidem rei causam haec tenus in antiquitate non deprehendit nisi quod Abdias, Simeonque Metaphysici in rebus gestis ostendunt fuisse multum inter concionandum in Christi rerum coelestium denarratione: quemadmodum & Nicephorus, Isidorusque tradunt: tamen ybi de ascensione ex professio differit, non liquet. Verum cum eorum sit historicos non omnia persequi: majorum nostrorum & quinque est sententia: subscribere. Si cui tamen videatur: non nihil est argumenti in nomine, quod Syri scripti sunt diuisi in Bethania, Bartholomei, & significat filium suspendentis aquas: ut recte videt Isidorius. Sed non libet: conjecturis diu immorari. Recta igitur ad artienli sententiam, quam nota iam idagine persequeuntur. Quis ascedit? videntur enim scripturae loqui pugnantias: si consideremus illud Christi: Nemus ascedit in cœlum: nisi qui descendit de cœlo. Nam si idem est qui ascendit cum eo qui prius descenderat: videtur hoc tribuendum diuinitatice: cum dicere nequeamus carnem Christi descendisse, quod est olim damnatum in Gnosticis. Ut tota res intelligatur: non

Q u o d m o d o  
c h r i s t u s i n cœ  
l i s p a t r o c i n a  
t u r .

R o m . 6 .

H e b . 7 .

S . B a t h o  
m e u s h u c  
c o t u l i t a r t i c u  
l u m .

V i r i n a t u r e  
t r i b u n a t u r a  
a .

J o a n . 3 .

E p h e s . 4 .

tur: non prorsus absurdè diceretur secundū superiorē naturā descendisse: propriè tamen ascendit humana natura. Vt enim diximus descendim illū accipendū de incarnationis mysterio, quia ratione prius in terris non fuerat: sic dici potest ascendisse Deus, qui cæteroquin omnia cōplet, ac supereminet vniuersis uæstræ dæmoni, quia tribuit alteri naturæ, quod est alterius. Ascendit igitur Dei filius, nō quemadmodū aues dicuntur in cœlum ascendere: vel vt Simon magus subiectus in æra dæmoni ministerio: neq; vt Antichristus, quem narrat Hippolytus quibusdam præstigijs effecturum, vt in cœlum euolare videatur: neq; tantum vt Elias, qui solum est hominū erexit conspectui, nec revera conscendit in cœlū: sed verè nubes, cœlōsque penetrauit, cedētibus, dimensionumq; separatiōnem patientibus corporibus illis, orbibūsq; cœlorum; sicq; super omnes cœlos ascendēs, illorū supremam, conuexamq; paitē pedibus conculcauit, factus (vt loquitur Paulus) cœlis omnibus excelsior: tametsi nō ignorārem locū illū Pauli, non de loco, sed de Christi maiestate, dignitatē quæ quodā interpretari. Sed nac̄ qua id ratione factū sit, queritur: an sua natura, an vi diuina. Quidam nimium indulgentes ingenio, voluerūt phisicōsophari in rebus christianis. Aut enim, quod pueri discimus in physi- Qua r i c h r i  
s t u s a s c e d e r i t .  
  
De corporum  
beatorum glo  
ria.

scis, ab incremento, vique prædominatis, ac superantis elementi corpus ferri sursum, vel deorsum: vt quemadmodū mortale nūc corpus propter terrenā gravitatem ima petit: sic olim gloriosum, in cœlū subuolaturum propter naturam cœlestem, quæ cæteras qualitates longè superabit. Atque ad hunc modū volunt factum, non Christi solius: sed omnium fideliū corporibus hac vi præditis: quod sane videtur nimis philosophicum. Nostri autē maiores, & Græci potissimum, talē præculdubio facultatem corpori glorioſo tribuit: neq; tamē ad cœlestem illā naturā configuit: sed ex beata, summoq; bono cumulata anima, aut vim exūdate in corpus, quia id porsus obsequiatur animæ: vt si ea in cœlum prouolet, istud subsequatur: nec à legibus voluntatis, tantum non deificare, vsquam discedat. Ea tamen energeia, propter Christi meritum, ac perpeſſionem, primū est à Deo anima collata, atq; in illam à diuitiate traducta: ex plurimis cumulatissimè referta, dimanavit in ipsum corpus: vt primaria quidē causa sit diuitias, meritoria perpeſſio, causa proxima anima, per quam veluti per canale posteriori defluxu corporis ipsum imbuatur, tamquam organū in quod illa vis operetur. Hæc autē omnia propterea non inutiliter à nobis recenserūt debent, cum faciant in priuis ad considerandum quanta sit hominū præstantia, qui olim in beatorū sortem numerabuntur: quorum in hoc seculo: nequam afflita, contemptaque corpora, ranc non tantum perirebunt, ac penetrabūt saxa, parietes, & huiusmodi: verū in ipsum quoq; cœlum surgentur. Sed nunc de loco: Luc. 14.  
qui em si nosse cupias, adeas D. Lucam cap. ultimo referente Christi eduxisse filios in Bethaniam, atque ex monte Oliuarum sublimem ascēdisce. Matt. 28.  
Nam quæ à Mattheo, & Marco narrat, non ita sunt accipienda, quasi Mar. 16.  
Seruator à mæla statim ascēderit: sed sunt alterius narrationis argumēta.

*Ascensionis christi causa, ac fines.*

Ceterum huius ascensus causas iuuerit magis agnoscere; cum istiusmodi Christi gestorum fines maximi sint momenti. Cur igitur non mansit nobiscum; vt ea forma habitu, facieque cerneretur, ac tangetur, qua cum Apostolis per quadraginta dies est conuersatus? Respondent hic iterum illi nimirum philolophi, factum pro legibus istius uniuersi; vt nobilissimum corpus locum nobilissimum sortiretur. Neque hoc malè: sed philosophicè magis, quām christianè. Scripturis cōgruentiis aiunt veteres factum esse; vt fides haberet meritum; iuxta id quod Christus non obscurè inauit: *Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos*, & alibi: *Cum venerit spiritus veritatis, arguet mundum de peccato, & de iniustia*: quasi dictum esset (vt optimè tradit Augustinus). Quia vos mihi credentes, facti etsi particeps iustitiae, quæ absque fide nemini contingit: condemnatur etsi mundum de iniustitia, huiusque seculi homines reos constituetis: quia eandem vobiscum iustitiam adipisci potuerunt, si vobiscum credere voluissent. Versante autem nobiscum Christo, nullus fuisset fidei locus: ne dicam quod familiaritate, & affinitate viluisset. Ascendit præterea vt spes Christianorum erigeretur, foueretur, ac perficeretur; cùm abierit (vt ipse loquebatur) paratus nobis locum. Et ne mocii desertos nos, penitusque relictos putaremus; addidit redditus sponzionem, quo demum veniet, ad se fideles omnes recepturus. Adhac, ascendit vt aërem repurgaret, nobisque adderet animos, ne Gnosticorum, Carpocratianorum, & Manichæorum somnijs percellamus, nescio quas in aëre singentium piraticam exercentes protestates; quæ animabus à terris in cœlum migrantibus insidentur. Etsi enim ridere meritò debeamus aniles hæreticorum fabulas: si quid tamē spiritus illi nequam in aërea regione tyrannidis obtinebant; a cendente Seruatore fugati sunt liberumque nobis iter ad astra reliquerant. Facit insuper hic ascensus ad mirum in modum augendam, fouendaque charitatem. Quod enim familiarius re quapiam vtimur, è nobis vilior esse solet: charioni sunt quæ magis remota sui nos defuderio torquent. Ut igitur Christum vehementius amaremus, illique coniungi magis optaremus; & quo præcessit cœlum, & spiritualia quæreremus: subduxit se, corpisque sideribus intulit: vt vota nostra secum efficeret, ac fastiditis terrestribus cogerer appetere diuina. Hanc autem causam videtur Apostolus innuere. 2. Cor. 5. *Et si cognovimus* (inquit) *Christum secundum carnem: sed nunc iam non nouimus*; quia Christiani Deum, ac redemptorem suum in carne iam non videntes, lôgè alias de illo debent opinionem inducere: nilque mortale, vel caducum: sed diuina prorsus omnia sibi ob oculos fide ponere. Videri poterant hi fines facturi satis: sed cùm sit Ecclesia persuasum, explicatiua ea tenenda Christianis, quæ publicis solemnitatibus recoluntur, quæque in oitu Seruatoris, Epiphania, Circumcisione, Paschate, & terisque celebrantur: certè hoc non est negligendum in hoc ascensionis capite, cuius festus dies antiquitate, celebritate, milie causa ræculis, nulli cedere meritò videatur. Itaque superioribus causis nonnulla su

nalla sumus adiecturi, quibus beneficij magnitudo reddatur magis cōspicua. Nam quæ dicta sunt haecenūs de finibus, ad nos pertinent: verfanturque circa nos: nunc autem duplē causam, quæ propriè ad ipsum Christum spectat, adferemus. Debuit ergo Christus ascendere, vt satisficeret prophetijs descriptis à Moze Exodi 30. & Leuitici 16. quæ habebant summum Pontificem, typum nostri, debere quotannis semel intrare in sancta sanctorum, ibique in conspectu Dei considerare: quod erat ænigma (interprete Paulo) intratur olim Christi in sanctum sanctorum cœleste, & apparituri cum insignibus vulnerum in conspectu patris: vt ibi esset noster aduocatus, cause cognitor, & iudex equissimus, atq; amicissimus. Cùm enim tanta nostra sit infirmitas: vt non tantum propter peccata causæ grauissimæ nostrarum animarum singulis diebus agantur in cœlis: verum etiam noster actor, & accusator versutissimus sit, nō que reos peragat horis, ac momentis omnibus: quām futurum erat praesens periculum, si noster patronus interea desedisset in terris, inque Iudea porrò fuisset peregrinatus: abfuisset à paternis tribunalibus, foroque cœlesti: neque nouis hostium fraudibus, quæstionibꝫque praesens adfuisset: Ne igitur deploratissima miserorum hominum causa defensore, patronoque careret: ascendit, vt consolaretur, & adiuuaret nos: nihilque omittet eorum, quæ facerent ad commiserationem, causæque defensionem. Altera causa triceps est. Oportebat enim victorem non hīc tātum in tertis, vel apud inferos: verum multò magis in ipsa ciuitate cœlesti, quem erat promeritus, triumphum agere: vt noster imperator triūphabūdus in ipsam Ierusalem matrem nostrā inuenetus, partam ex hoste victoriā nusquam non testatam faceret. Deinde cùm esset haeres cœlorum, ac totius orbis institutus à patre, dicente Psalm. 2. *Postula à me*, Psalm. 2. *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terra:* debebat in cœlum immigrare: & suo, nostrōque nomine hæreditatem adite: nobisque postmodum cōdem ingenuè penetrandi potestatem facere, deterso veteris offensionis, & exiliij pudore. Vnde factum est: vt nō solus ipse, & eius sanctissima genitrix non diu post corpore, & animo: sed illi quoque beatissimi spiritus, quos ex inferis abduxerat, vna immigrarent: essentque triumphum agenti imperatori suo non mediocri ornamento. Postremò, æquissimum fuit, vt is, qui nobis cuncta promeruerat, cœlos concenderet, illinc dona necessaria demissurus in dotem, & ornatum sponsæ suæ Ecclesiæ, quosque gratiarum, & charismatum thesauros morte acquisierat sua, mortalibus deinceps è sublimi liberaliter elargiretur: iuxta quod Paulus instruit suos Ephesios. Et de finibus iam plus satis.

*De effectis, & modo ascensionis, ac Christi ad patris dexteram sessione.*

Catechesis 2.4.

Vperrimē de finibus ascensionis nostri Seruatoris disputationi quædam sunt de eiusdem effectis, alijsque circumstantijs impræsentiarum breuiter adiçienda; priusquam ad ea, quæ in ipso supersunt articulo, deflectat oratio.

Quamvis enim ex finum declaratio[n]e, res effectas liceat abunde colligere: tamen in gratiam tardiorum non pigebit alia quædam obiter indicare. Primum igitur hac ascensione iter est apertum ad celos: quia licet crux omnia fuisset promerita; hic tamen ascensus, velut instrumentum, parti ante[ri]or[um] beneficij nos consortes effecit. Ad hanc nobis est robur additum (modò permaneamus in compage Christiani corporis) & velut alæ quædam affixa, quibus eodem facile subuolumus, neque quicquam nos remoretur, aut properantibus exhibeat negotium. Præterea est comparata libertas, vt illiberali pudore, quo suffundebamur, ne in parentis offensi cōspectum prodiremus, penitus abstergit summa fiducia haud secus in cœlum, quam in nostrum peculium, & hæreditatem intremus, quod fratrem, carnemque nostrā prius

*Ascensio christi qua nobis peperit: bōna.*  
Quonodochri immigrasse constat. Quomodo ascenderit Euangelij satis declarat his: ascendit. storia. Ascendit ex monte spectantibus Apostolis, & alijs discipulis, ita ut illum nubes ad postremum exciperet; nō vt esset ascendi vehiculū (tamēt[er] ad eum modū ascenderit, vt simul etiam dicatur assumptus, quia hoc erat à Deo collatum corpori) sed apparuit illa, vt nobis de ille[ss]us diuinitate constaret, quod eadem quondam super tabernaculū conspēcta sit, cūm se Deus præsentem testari volebat. Deinde apparuit, vt illum cōspectu discipulorum subduceret, qui alioquin ibi videbātur hæsuri: ac tum demum veniente qui nuntiarent cœlo receptum, nec vñquam delapsum, vt quondam de Eliā putabantur. Insuper ascendit, non tantum cinctus Patriarchis captiuam dicens captivitatem; sed constitutus angelorum applaudentium, certumque ad letitiam se cohortantium, & *vt scripturæ commemorant* acclamantium: *Att illas portas principes vestras &c.* Nec enim de portis inferorum (vt vulgus) sed de cœlestibus interpretamur, post Areopagitam. Cœlest: Hiera. cap. 7. & Gregorium Thelogum duab[us] orationibus de natali, & paschate, qui psalmum aiunt adhortationes angelorum declarare, quibus sese mutuò, vt venienti plauderent, excitabant. Quin illud Esaiæ: *Quis est iste, qui venit de Edom: &c.* eodem volunt pertinere, esseque verba inter se demifrantium huiuscē carnis infirmitatem tanto iure concendere, cœlosque penetrare. Quo verò tempore gestum sit, constat omnibus: Quadraginta enim diebus versatus est cūm discipulis, subinde certis momētis apparen[s], s[ed]que iterum subducens: quod per quadraginta dies idem factum volūt: *v[er]o per tot dies confirmaretur resurrectionis fides, quot homines iacerent in sepulchro.* Et hactenus quæcumque de hac ascensione cathechetica postulare videbatur tractatio. Nunc quod reliquum est in hoc articulo, quatuor breuissimis capitibus absoluamus. Quæritur enim quid sit Christum sedere ad dexteram patris: deinde vtr̄ hoc natura conueniat;

Pſ. 24.

Esa. 60.

Act. 1.

conueniat; an etiam creaturis alijs. Sedere igitur ad dexterā patris, non sedere Christi est sic alligatum, & affixum esse: vt se loco mouere non possit. Nam etsi stū ad dexteram patris

Petrus Act. 3. dicat oportere quidem cœlos Christum suscipere, vsque quid.

ad tempora restitutionis omnium: non esse tamen immobilem do-

cent, non tātū ea scripturæ loca, quæ illum redditum ad iudicandum

promittunt: sed infinitæ demonstrationes hoc testantur, quibus reuerā:

apparuit, vt sedet ad dexteram patris. Putatis autem scripturas hoc ta-

cuisse? Nequaquam. Paulus enim Act. 9. narratur Christum vidisse. Si Act. 9.

dicas eo modò factum, quo Stephano visus fuerat: hoc aliae scripture

non patiuntur. Nam 1. Cor. 9. Nonne (inquit idem Paulus) *Christum Ie-*

*sum dominum nostrum vidī?* quod si de imaginario visu interpreteris: op-

Ibid. 15. ponam eiusdem epistolæ cap. 15. vbi posteaquam varias manifestatio-

nes alijs factas Apostolis enumerauit, subiicit: *Nonissimè omnium tan-*

*quam abortivo, visus est & mihi.* Hic si contendas figura, & opinione

conspectum: facies Apostolum sophistam. Loquitur enim eo loco de

certissimis argumentis resurrectionis Christi: illāmque probat, quia

verè Petro, Iacobo, cæterisque verus homo, veroque præditus corpo-

re apparuerit: vt necesse sit factam Paulo apparitionem, ad eundem

modum accipere. Si legas Abdiam Babylonum: videbis cūm Pe-

tro, tum alijs frequenter ostensum: quod vehementer Sacramenta-

riorum infringit errores. Certe Iuuenalis narrat Christum occurris-

se in mysterio assumptionis Deiparae: ne veluti lignum aliquem

Deum, sedili cuiquam affigamus nostrum Seruatorem in cœlo. Ne-

que verò sessionem hanc de situ quodam Physico debetis interpre-

taris: sed (si Græcis credamus de illa requie, quæ est in hominibus iam

beatis, quib[us]que nihil ad cumulum æternæ felicitatis potest ac-

cēdere) vel (si audias Augustinum, & Latinos aliquot) significat su-

dicariam; regalemque potestatem: quoniam illi datum est re-

gnūm, & iudicium. Quod autem Stephanus vidit frantem, myste-

rio factum est: quia milite fortiter repugnante, decuit Imperatorem

ad surgere paratum ad ferendam opem. Si quis tamen Stephano no-

lit in imagine tantum: sed verè apparuisse: benè habet, nolo contendere.

Dextera autem hoc loco non significat vel potentiam, vel

quod in nobis opponitur sinistre: sed, secundum Græcorum inter-

pretationem, gloriam, & (vt Paulus vocat) maiestatem Dei; vel se-

condum Latinos summam beatitudinem: quæ aliud nihil sunt,

quām summa iudiciorum, regalique potestas & cum patre (vt alijs

volunt) æqualitas. Sessio autem demonstrat ius aditæ possessionis,

quæ in dextra significatur. Iam queritur, nūquid humanæ nature

ista conueniant: quod abste, vt neget noster catechumenus, propter

prærogatiuam coniunctionis: cum persona diuina, & eius benefi-

cio inest assumptæ naturæ & iudicandi potentia; & summum bo-

nūm, Deique gloria, quam accepit à patre, quia filius hominis est. Nam

Deus ab æterno iudicauit. Christus autem: vt est filius hominis, olim i-

Dextera  
quid.

Hebr. 1.

viuorum, mortuorumque iudex manifestabitur: quod tantum de natura creata dicitur. Cæterum si roget quis, an hæc seipso soli Christo conueniat: equidem de Spiritus sancto disputandum non arbitror (potest enim ille dici sedere ad dexteram patris, cui est æqualis per omnia: tamen si nihil simile in scripturis occurrat) sed cum de creaturis agimus: reuerasoli dignitatem istam nostro Seruatori deferendam negaturum credo neminem. Nam si qui interdum id sanctis quibusdam tribuant: non deest ingens catachresis. Et quamvis illi non careant interpretatione, qua illiusmodi sermones ab impietate vindicent: tutius tamen videtur, nostrisque maioribus congruentius, suum honorem Christo vindicare, ad cuius sublimitatem nulli mortalium fas est attingere: ne erga illum iudicemur ingrati, qui nostri causa in tantam se deiecit vitalitatem: si illius gloriam, & æqualitatem meris creaturis tribuamus, quæ quantumlibet sanctæ, ac beatæ: longè tamen infra filij Dei sublimitatem consistunt.

### Articulus septimus.

#### Catechesis 25.

Hic articulus  
Thome Apo-  
stolo tribui-  
tur.

**I**n de venturus est indicare viuos, & mortuos. Si huius articuli queramus authorem: equidem cum tota dicimus antiquitate D. Thomam fuisse. Rationem si quisquam postulet: nullam nos habere fatemur. Nam in huius Apostoli rebus gestis nihil apparet, quod isti sententiæ suffragetur. Verum est obseruandum huius historiam esse vehementer accisam, & obscuram, & quæ superfluit esse foedata facibus Manichæorum, Encratitarum, & aliorum hæreticorum. Quæ autem Abdias refert, videtur ambiguae traditionis, & fidei, propter eiusdem nominis Thomam Curbici, sive Manentis discipulum: & summam huius historie in illius hæretici familia dignitatem, atque autoritatem: unde mirari nullus debet: si adseratur nihil, quod probet istam fidei partem ab hoc peculiarius adaptam Apostolo, & pro concione tractatam. Nunc ad ipsius articuli verba. Et quidem, quod ad methodum pertinet: per consueta compendia decurremus. *Inde venturus.* Vnde? A dextera patris, vbi consideret memor omnium, quæ & dixit, & fecit, & nostri causa perpessus est, unde sollicitus inspectat quid sui agant, cogitent, cupiantque clientes: piorum, & qui se non penitus indignos reddunt, aduocatus, atque patronus: iudicemque severissimus omnium sese non accommodantium eius pietati. Ad quid venturus? *Indicare.* Hac de re priusquam differamus: videndum quid nostri maiores in iudicio desiderent, quibusque rebus iudicem perfectum absolui dicant: tunc enim facilius de persona constituemus. Requiruntur ergo tria hæc, potestas: zelus recti, sive incorruptio: & sapientia. Potestas quidem: quia si sit iudex instar *Aesopicæ trabis:* si tantum debeat hortari, & monere, non autem corrigeret, non iudex

cyrillus Iero-  
sol. categ. 6.  
August. lib.  
2. ca. 79 co-  
tra Faustum.  
lib. contra  
Adimantum  
ca. 17.  
Ls. 1. de serm.  
Dominii in  
monie, ca. 38.

Quæ sint in  
iudice neces-  
saria.

non iudex, sed orator fuerit, aut quiduis aliud. Dignus enim non est, qui in tribunal obsideat: si nequeat vi per rumpere iniquitates, populumque in loco reprehendere, & coercere. Potestatem comitetur oportet integritas: nimis ut perturbationibus, non raptetur, non inflammetur odio, non trahatur inuidia, non flectatur gratia, non cupiditate sursum, deorsumque feratur: quæ iudicem ab æquo, & iusto transuersum agere solent. At vero quia interdum, qui placet æquus est, iustique tenax, circunuenit blanditiis, & oratorum arietibus percellitur: ferreum esse deceat, immo adamantineum iudicem: ne quicquam faciat lacrymas, ne fucos aut verba curet, quibus offenduntur tenebrae: sed quid rei, causeque veritas habeat: quid leges, quid iustitia dicit, sibi semper ponat ob oculos. Et ne quid delit: ne corruptus ad se oblitus iudicis, & imprudentem aliossum ducat à recto sapientem esse oportet. Nam si per se non sapiat iudex: si tantum alienis credit iudiciis, atque in ferenda sententia opus habeat submonitori: frequenter impinget, neque præstabit vñquam, quæ sunt veri, cordatiæ iudicis. Habetis vñcunque, pro nostro instituto, ad umbratum iudicem: vnde facile colligitis, cuinam in Christo naturæ conueniat, quoties agitur de illo supermo iudicio. Et si quidem de aduentu ad iudicandum fit quæstio: proprius est ille corporis, humanaeque nature, cuius est & motus: verum a soli diuinæ, an vtrique sit deferendum iudicium, queritis. Si aduentatis oculos ad illum modò à nobis delineatum iudicem: decebit maximè Deum iudicium, vt pote omnipotente, senerissimum, incorruptissimum, ipsamque adeò sapientiam. Si autem animum ad Christum reducat: rationibus præcipuis eidem competere deprehendetis. Est enim illi eadem Dei, omnipotentia communis, eadem incorruptionis, iustitia, & sapientia, propter illam proprietatum participationem, quæ nullam istorum ab humana natura disfunctionem patitur. Et id sine referas ad illud, quod constitutus est caput Ecclesiæ: sive referas ad vñionem naturalium: sive ad summam, quam habet, beatitudinem: omnibus modis tribuendum est illi iudicium: adeò vt negent Theologi Dei esse proprium iudicare: quemadmodum Damascenus adserit omne Dei iudicium esse æternum: qui nec incipit quicquam, nec factum est: ed quod tempore differentiis nō subiaceat. Quia tamè equissimum erat, vt qui ad postremum sunt iudicandi, sive aliquando iudicem conspicerent: Dei filio, hoc est, humanae naturæ data est indicandi potestas. Secundum quam ultimo die *Vivis & mor-  
tuis qui intel-  
ligantur.*

*Vivis & mor-  
tuis qui intel-  
ligantur.*

*Cor. 15.*

*1. Thess. 4.*

hic enim sic iustos, iniustosque vocitant Patres, quoties Deum aiunt iustorum & iniustorum fore iudicem. Nonnullis placet viuos accipere, qui quolibet seculo, dum ista referuntur, sunt in viuis: mortuos autem, quicunque prius obiit diem. Sed collatis ad huc articulum Pauli verbis, quibus prædicti sunt futurum, vt qui in terris fuerint reliqui, non anteuerant resurgent do eos,

*Iudicandorum  
classe variae.*

*Angeli cur  
iudicabuntur.*

*1. Cor. 6.*

do eos, qui multis, antè seculis obdormierūt:videntur magis rem perfexisse, qui viuos intelligunt eos, qui ipso die, aut proximo momento instantis iudicij vitam necdum finierint:quos nostri credūt morituros, mutandos, resurrectos, ac rapiendos ad iudicium. Verum vt cunquè sit futurum:satis constar duobus istis nominibus omnes homines designari:quos in honorū, malorumq; classes distinguere fuerit operæ pretium: Erūt igitur inter bonos, qui propter vitæ sanctimoniam, & integritatem non sunt subituri iudicium: sed potius cū Christo iudicaturi: alij iudicabuntur quidē: sed quia salubrī pœnitētia sibi prospexerint, fœliciter causam peroraturi sunt. Malorum autē quidam adeō futuri sunt scelerati: vt ne audiendi quidem sint in iudicio, quamvis illorum conscientiae metus sit incutieđus, quo nouerint se vere esse damnatos:quidā iudicabuntur, & iustè condemnabuntur. Nullosne præterea iudicaturus est Christus: Imò angelos, quos Paulus dicit à fidelibus quoque iudicados. Verum quid opus (inquiet aliquis) iudicio:cùm angelorum illi quidem certò damnati, reliqui saluati sint: Atenim sic de angelis omnibus iudicatu est semel, vt aliqua tamē superfit appendix beatitudinis, ac miseria. Nam angeli sancti missi in ministeriu propter eos, qui hæreditatem capiunt æternæ salutis, si fuerint (vt sunt reuerā) diligentes piorum, clientumque custodes: accipient laboris (vt sic loquar mercedem: & ad illam, qua nunc potiuntur, fœlicitatem nonnihil accedit incrementi, dum videbunt gaudebuntque magnopere illos esse saluos, quos in suam fidem reperant. Et ad istum modum de cacodæmone statuendum, qui licet nunc æternis incédiis, ac suppliciis initatus sit: tantò grauius cruciabitur olim, quanto plus nocuerit electis, plurēisque secum abduxerit in interitum. Nec iniuria suo carebit cruciatu:cùm frustra consumptis viribus, & artibus vniuersis in oppugnatione iustum, eos liberos aspiciet in cœlum cum Christo regnatores indui.

### Cetera de Christi iudicio profequitur.

#### Catechesis 26.

*Divinum iu-  
dicium duplex.*

Vpereft de loco in quo sit futurum iudicium: de quo priusquam agam, est strictim de iudicij diuini diueritate tractandum:quia nō possumus de loco disputare, nisi de quo iudicio verba siant sit constitutum. Est igitur duplex iudicium, priuatū, ac vniuersum. Prius illud subeūt, qui quotidiè moriūtur:quia tunc agnoscit vnuſquisq; que loco sit æternū futurus: itaque contemnendum nō est, quod tales vñimo iudicio nos sifet, quales hinc abstulerit, dñntaxat sit nauos quosdam adimas, expiatricibus flammis post mortem expurgandos. Et habet locum suum non in aëre, vbi piraticam instituere cacodæmones volebant impuri Gnostici: sed simul atque anima prodit è corpore, suum excipit iudicium. Nam post philosophos, à Theologis recte constitutum est animam esse rationis

rationis eiusdem, cuius est quiuis spiritus: vt statim à corpore liberata sortiatur statum, in quo sit perpetuò mansura. Sed de hoc iudicio im- præsentiarum non est instituta disputatio: verū de illo, quo in omnes homines prouantiabitur diuina sententia: cuius locum difficillimum

*Locus extre-  
mū iudicij.*

est adsignare. Vulgo tamen fore creditur in valle Iosaphat: quia simile quid legitur Ioëlis c. 3. At dum locum illum expendimus (quod & nostri fecere maiores) cogimur fateri nequaquā illo claudendum iudicem cum omnibus indicādis: fed tātām designari plagam, tractūmque loci, & circumiacētem regionē, in qua visitur mons Oliuarum: in cuius aëra proximū descēdet Seruator, cùm ob alia: tum ne alius ab illo videatur, quem angeli quōdam redditur ibidem prædictēre. Si verò roget quispiā quomodò locus vniuersos homines cōpletebetur, & nū, vt res cōpactiles in valle Iosaphat coaceruabūt (sic enim nugātūr quidā) nō incongruē responderi videtur iudicē in aëre sublimem consellutum, circumstantibus omnibus, ac facile sedentem in excelso contuentibus: vt quantamlibet multitudinem aëris illius, terræque spatia sint admisura. Quod si satellitum, pompam, apparatūmque iudicis requiratis: possem vos relegare ad hæc scripturarū capita, Matthæi 24. & 25. prioris Cōr. 15. totam posteriorem ad Thessalonicens: ad 7. Danielis, & Apocalypsim, vbi huius rei modus, faciesque ponitur ob oculos: fed iuuat quoque nonnihil dicere. Veniet igitur non iam contemptus, pannofus, pauper, obscurus, vt prius: fed splendifissimus glorioſissimus, ac mera gloria, quoniā tū, si vñquā aliās, ex beatissimo corpore promicabit splendor diuinitatis: ac proinde Nicænum cōcilium dicit venturum cum gloria ad iudicandum. Aderūt afflētores duodecim Apostoli, quemadmodum illis promissum est, ceterique sectatores, ac proximi Christi, eiisque voluntariæ paupertatis amulatores. Considerbunt optimi quique fideiū, ipsos quoque angelos (teste Paulo) iudicaturi. Angeli verò circumstabant, secernētque bonos à malis, triticum à zizaniis, bonaſque fringes in horreum conuehent, & agri Christiani vitia in fasciculos colligent, mox æternis incendiis cōcremandos. Coruscabit signum filij hominis, vt intelligent infideles quid riserint: Iudæi quantū peccarint: Matth 24. hæretici quid catholicis probro dederint, ingratii Christiani quid contemptserint, pīj verò quid venerati, complexi, imitatique fuerint, Circumstrepent angelorum tubæ, quotum princeps, & archangelus terribili clangore mortuos excitabit. Quia verò iam afflētorū fecimus mentionē: quareret forsan aliquis catechumenus quomodò ipſi iudicabūt. Iudicabut (inquā) non tantum innocentia sua: non sola vita, & operū cōparatione (quale iudicii Nihiuitis, & aliis infidelibus tribuitur) verum etiā ipso cōfessu, & traductiune sententiæ iudicis in omnes, qui iudicandi circūtabunt: sed hæc oportuniūs vbi de modo disputabitur. Nunc ad causas veniamus, quæ sunt primū honestas, & decētia. Nam perdecet iniustè iudicatum ab hominibus, eosdem iustissimē condemnare: ne dicām æquissimum esse eum, qui iudex viuorum, ac mortuorum, & rex iudicij cause regum

*Indicij appa-  
ratus.*

*1. Cor. 6.*

*Matth 24.*

*Apostoli quo  
modo iudica-  
turi.*

Philip. 2.

1. Thess. 1.

Quomodo fiet  
iudicium.  
Matt. 25.Lib. 22. de  
cinis Dei.

regum omnium institutus est à patre, consummatam gloriam, regnumque suum numeris omnibus absolutū, hoc vniuersali iudicio velut aufpicari, quod sua perpeſſione promeritum docet Apostolus. Sed poterat huic rei satis esse priuatū iudicium. Minimè. Solent enim pefſimi qui que plausu, ac theatro gaudere, non ſolum ſi quid tolerabile faciant: verū in mediis quoque flagitiis prēdicantes quaſi Sodoma peccatum ſuum: idcircò æquum fuit omnibus fieri conſpicuos, qui lucem ſuis quaſierunt ſceleribus. Contrà, quoniam pij capiunt, quaeruntque latebras, & ſuarum occultant lumina virtutum: meritò quem hic ſubterfuguerunt plauſum, ibi ſunt habituti. Nam qui hīc cōſpici fortaffis poterant à paucis, & laudari: tunc ab vniuersis celebraſuntur. Adhæc, quia iudicem ſemel videre ſuum oportebat omnesvt Iudæi, quē cruciſixerunt: infideles quem blaſphemauerunt: mali Christiani, quem contempſerunt, agnoſcerent: hæc totius orbis comitia Deus eſt habitu‐rus. Poſtremo, ſic prodiſturus eſt obuiam reliquis membris, & alterum quaſi triumphum instituturus: vt cū integro corpore ad patris deinceps dexteram conſideat, qui poſt reſurrectionem ascendes in cœlum, partæ captiuitatis primitias tantum induxit. Sunt aliae multæ cauſa leuioris momenti, vṛputā quia priuatum iſtud iudicium nō potest de rebus omnibus aperte ſtatuerē: cū de hominis actionibus decernere nobis non liceat, tantisper dum norimus quid ad poſtremum ſit ſecuturum. Multi enim quotidie moriuntur hypocritæ, hīc interim culti pro bonis vi‐ris, atque adeò pro diuis tantum non adorati: quod si illo primo mor‐tis articulo fieret plenū iudicium: non videretur exactè iudicatum, cū ille ſuperſtitum error diutiflīmè poſteā perſeuereat. Videmus præterea pefſimorum filios nonnunquam optimos, sanctissimorumque parentum deterrimos: quam hīc habere mus iuſtitię diuinę rationem? Plerūque di‐riffima morte sancti defunguntur, inſepulti canibus, ferisque proieci: Pefſimos aliquando mors beaſtē videtur in ſpeciem christiana: quorum omnium ratio cū interea nos lateat: oportuit quandoque Deum ſe‐creta iudicia ſua à calumniis vindicare: piorumque virtutem, & impio‐rum funesta ſupplicia in omnium deducere cognitionem. Sed nunc de modo iudicij. Scripturæ clarissimè dicunt fore vt iudex pronuntiet geminam ſententiam *Venite benedicti, &c. Ite maledicti, &c.* vt totum negotium (testibus scripturis) quodam peragendum ſit colloquio. Du‐rum eſt scripturis omnem hac in parte fidem abrogare: maiores tamen noſtri, & Auguſtinus, oſtendunt hoc ſimpliciter non poſſe ſic accipi. Itaque ſcholæ catholicæ aiunt iſtud ſpirituali quodam modo futu‐rum: effecturumq; Deum pro ſua potentia, vt quisque ſua ſic ſcelera co‐gnoscat, vt eadē aliis etiam innotescat: ſequē merito ſuo iuſtè dānatum fateatur. Illis vero, qui affidebūt iudici, dabitur potestas, hoc ipſum alio‐rū mentibus inſinuandi vi occulta, quā Christi munere percepturi ſunt: vt quemadmodū Christus viſus propriæ diuinitatis energia vnuquemque coget in ſeipſum ferre ſententiam: ſic & Apoſtoli, & quicunque ſi‐

mili

mili prærogatiua gaudebunt, in alienas quoque conſcientias eius, quæ cunctis pro meritis illorum debeat, ſortis cognitionem traducēt. Su‐perēt temporis circumſtantia, quod prorsus eſt incertū. Nescimus enim qua hora filius hominis veniet. Quia tamen phanatici homines hac de re fabulas in vulgus reſpergunt: nonnihil ex antiquitate noſtris tradere viſum eſt catechumenis. Igitur noſtri maiores faciūt aliquot argumen‐tis probabile, futurum ſub fine ſexti, quod nunc voluitur, millenarij: ac totidem annos gratiæ, quod legi, & patriarchis, non improbabiliter adſignant. Quod reliquū eſt, petatur ex Hippolyto, qui ea de re librum edidit, ac Theodoreto libro de diuinis decretis. An verò millenarius iſte ſit implendus nescitur: præſertim cū neſcum cōtigerint, quæ Pau‐lus priuū euētura prædixit. Nonandum enim diſceſſio, nondū filius perdi‐tionis emerit: nonandum omnia ſubiecit imperia: neſcum in bonos de‐ſeuuit. Hæc enim priuū eſt: dederit Antichristus, non eſt quod quiſquā terreatur: tametſi nihilo minus timendū ſit priuatū cuiusque iu‐diciū, quod ſi nos imparatos opprimat, perimus. Si autē credimus illius iudicij præludia tā horreda fore, vt virtutes cœlorū cōmóuedæ prænun‐tientur: vt ſol, lunāque cilicino colore ſint imbuēda: ſtellæ de cœlo-caſu‐ra: mare mugiturū: elemēta cōcutienda: homines metu exanimādi: quid futurū putamus, cū illa maiestas aspicietur? Demus igitur operam, ne nos hæc olim dampnent grauius: quo ſunt & cibriū inculcata, & me‐lius antē cognita. Damnabit enim recordes, & nimium ſuā ſalutis obliſtos vir ille ſanctissimus, quem refert Hieronymus ſibi ſemper vi‐ſum exaudire buccinæ terrificum clangorem: cū toties audita, lecta‐que, ſecuri ſcilicet, contemnamus. Quin & impius ille Fœlix cum ſua delicata Druſilla nos dampnabit, qui cū audiret Paulum hiſce de re‐bus differentem, exhorſcens ablegauit illum à ſeſe: cū nos vltro ad audiendum concurramus: nec quicquam ſtupidi rerum tam terribilium in animum transmittamus.

## Articulus octauus.

## Catechesis 27.



Redo in Spiritum ſanctum. Priuū ſanctum huius articuli tra‐eationem ingrediamur: fatēdum hīc, ſi vſquā alibi, lo‐cū hahere quod dicitur ſancta decere sanctos, & artiſces optimè de artibus iudicare. Proinde tametſi penè re‐ligiolum existimem: me temui ſanctimonia, munditiāque præditum de Spiritu ſancto verba facere: tamen quia ſemel conſtitutum eſt hanc catechesem obire prouinciam, & inſtat tempus anni festi, quo eiusdem Spiritus celebratur aduentus: putauit vel balbutiendo nonnihil eſſe dicendum, vt habeant noſtri catechumeni, quibus exci‐tent ſeſe, atque præpurgent: quod fiant illius diuini muneri partici‐pēs. Hūc autem articulum congeſſit diuinus Mattheus. Si cauſa queritur: non ha‐beo singularē, preter illam fortaffis, qua redi ſolet, eur inter Apoſtolos

Iudicij tēpus  
in certum.

2. Thess. 2.

*Articulus hic  
est à Matthæo  
conditus.*

*Heres. s. i.*

*cur hic de spi-  
ritu sancto ar-  
ticulus in ex-  
tremam sym-  
boli partem  
reiectus.*

visus fuerit idoneus, qui conscriberet Euangelium. Nam vt in confessio-  
ne reliquos similia, ne dicā meliora, scribere potuisse: non tamen hunc  
frustrā delectū à Spiritu sancto sic dē isto capite nō ineptè quis respōde-  
ret. Nam vt Euangeliū describendi huic demandata prouincia spē alit,  
fouētque remissionis peccatorum, etiā à sceleratissimis consequendæ, si  
modò resipiscant: ita congestus hic articulus ab eo, qui à teloneo ad A-  
postolatum euectus est, mirabiliter insignem sibi factam commendat  
gratiam, eodēmque iubet cæteros peccatores adspirare. Refert enim  
diuus Ephiphanius Matthæum fuisse disertum, & apprimè versatum in  
rebus agendis: multumque, ac diu rogatum à Palæstinis, quibus prædi-  
carat Euageliū, vt illud referret in literas: neque prius acquieuisse, quām  
certo spiritus oraculo compserisset rem geri diuinitus. Quemadmodum  
igitur Spiritus istum de legit scribam, qui omni antè prauitatis genere  
contaminatus fuerat, contrariisque deinceps cumulatus virtutibus:  
ita hunc articulum ab eo in symbolum conferri fuit æquissimum, qui  
omnium maximam Sancti spiritus gratiam, benignitatemque perfen-  
serat. Sed hoc esto cuius liberum recipere, vel respire. Est alia qua-  
stio, quam ab aliis non passim tractatam inuenias, de ratione reiectio-  
nis huius articuli in extremam partē symboli, adeò vt instar cuiusdam  
appendicis esse videatur: præsertim cūm sit perictulum, ne quis hac in  
re quicquam spiritus dignitati detractum iudicet, & in dubium rou-  
cari quæcunque de Apostolico symbolo loquimur, & credimus. Res-  
pondēdum est, Apostolos in hoc symbolo pertexedo, non esse sequitos  
dignitatem rerum, & personarum, sed œconomia Christi seriem: quo-  
circa vt in cæteris vidimus contextum historicum de conceptione, na-  
tuitate, perpetione, &c. ita filium hic idem pertexit. Nā postea quām  
Christus in celum concendisset, fuisseque ab angelis pronunciatum  
eo habitu redditum, quo abiérat: deincepsque missus Spiritus in A-  
postolos fuisse: tum demum cœpit eius fides prædicari, que sic apud  
Iudeos erat sepulta: vt in media iam disciphlorum prædicatione Paulus  
deprehenderet, qui ne id quidem scirent, an esset Spiritus sanctus. Sic  
eundem Sadducae, & illorum discipuli Dositheani pernegabant: &  
haec hæresis diutissimè permansit in omnibus illis primis hæresiarchis.  
Et hanc licet non pœnitendam causam adiungere cur Matthæus, qui  
potissimum scriperat Euangeliū Iudeis, quorum probè callebat erro-  
res, hunc articulum considerit. Quia igitur sicut ordo rerum: idecirc  
Apostoli reliquis expositis, hūc subiunxerūt articulū ad quē nunc pro-  
pius accedēdū est. Ac primū sicut Spiritus sanctus: deinde quid sit: postre-  
mò, quæ sicut proprietates, vero, sed tamen rudi sermone demonstran-  
dum. Nam de donis, efficacia, charismatibus, suis locis alias dicetur  
commodius. Estne igitur Spiritus sanctus? Est omnino: neque hac de-  
re foret disputandum, si non hac ætate, in quam omnes olim sepultæ re-  
nascentur heres, audiremus nouos quoddam τερευταὶ οἰκάρχοις. Quan-  
do autem loquimur de spiritu: caueant catechumeni ne ad angelos co-  
gitando

gitando recurrat, qui & ipsi spiritus, & sancti dicuntur: sed de aliquo in-  
signiter & *narrat̄ se p̄ ip̄ lāp̄* sic appellato sermonē esse putent, qui est  
coeterinus, & consubstantialis, equalisq; per omnia patri, & filio. Quid si  
cū homine Christiano, vel etiā Iudeo, qui veteres recipiat scripturas, in-  
cidat disputatio: facillimum fuerit istud probare suppeditatis è scrip-  
tura, testimoniis, quale est illud: *Emitte spiritum tuum, & creabun-  
tur*: quod nequaquam intelligendum de spiritu aliquo corporali, qua-  
lis est hominum, qui etiam πν̄ ρ̄ ronach appellatur, ostendit verbum  
creandi, quod nulli creature, nedum vento proprium est. Eodem facit  
quod Moses ait initio Geneseos. *Et spiritus Domini ferbatur super a-  
guas*, seu (vt interpretantur Hebrai) incubabat aquis, quem procul du-  
bio fuisse Spiritum sanctum constat, qui rerum aderat creationi. Sed &  
Daud rem eandem disertius adserit dicens. *Verbo Domini cœli firmati  
sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Verum istud probandum, &  
explicandum est, ne quis eo modo, quo de communi, nobisque no-  
to spiritu verba sunt, interpretetur. Subit enim ferè cogitatio carnalis,  
cum vel cœlos creatos spiritu, vel spiritum emissum audimus. Itaque  
caueat noster catechumenus tale quippiam mente figurare, quale est  
in hominibus, impulsum videlicet acré, aut aliquid simile. Nam vt  
res hominum angustæ, caducæ, fluxæ sunt, & instabiles: ita spiritus illo-  
rum fluxus, transitorius, ἐπιπότερος & impersonalis. At essentia di-  
uina, quia simplicè est, æterna, & mutationis expers: ideo status eius, ac  
spiratio est illi coeterna, consubstantialis, & simul existens: & quic-  
quid in Deo est, ἐπιπότερο est, personale, verèque subsistens, ut alias  
de Verbo Dei, dictum est. Sic autem agunt nostri maiores cū sis, a-  
pud quos vilis, aut potius nulla est scripturarum authoritas, postea-  
quam esse patrem, & filium antedictis rationibus euicerunt. Pater crea-  
tor suis creaturis minor esse nō potest: ac proinde neque carere spiri-  
tuicū omnes penè creaturæ suas habeat sibi peculiares respirationes.  
Filius quoque, cūm sit verbum, non potest non habere spiritum: cūm  
ne nostra quidem verba sine spiritu proferantur. In Deo autem nū est  
transitorium, mixtum, creatum: led omnia simplicitas, omnis compositio-  
nis, & coagmentationis exortem, vñamque diuinam essentiam consti-  
tuentia. His ita constitutis, priusquā longius abeat, de nomine fuerit  
operæ pretium quadam differere. Nā diuina, nisi probè intelligentur, adeò  
non alint fidem: vt quādam corporeas imagines sensibus semper ob-  
trudant. Eti si igitur venitis, & affigeli spiritus dicantur, ipsèque adeò pa-  
ter sit, appelleturque spiritus (vt inquit ipse Christus, & fatetur ipsi ho-  
stes fidei Macedonius, & Eunomius) & filio Dei hoc ipsum nomen tri-  
buatur: tamen causa sunt aliquot hoc loco recependæ, cur tertia per-  
sonæ nomen istud velutí propriū deferatur. Prima est, vt illius nobis in-  
notesceret proprietas. Nam patris actiua, filiique passiuam (vt sic lo-  
quamus) generationē vt cunque possumus rerum exemplis, ac similitu-  
dinibus intelligere. Huius autē diuinæ personæ proprietas, cūm neque

*Ex sententia  
Basilij, Am-  
broſij, & alio  
rum.*

Pſal. 103.

*cur tertia per-  
sonæ in diu-  
nis spiritus no  
men inditum*

fit gene-

*De professione, ac proprietate spiritus sancti.*

sit generatio , neque nativitas , sed quid medium:cum tota antiquitas clamet esse distinguendum:nec spiritum natum,nec filium procederem appellandum : r̄isque tota sit ( vt testatur Hilarius lib. duodecimo de Trinit: ) obscurissima: Patres cum alia multa epitheta , tum istud ex cogitarunt , quo rem abditissimam ( quatenus licet ) in hominum notitiam traducerent. Deinde cum à patre, filioque procedat:non tantum à patre,nec tantum à filio:sed simul,& æqualiter ab utroque:inditum est recte nomen,quod esset utriusque cōmune:vt vel sic, nec patrem esse nec filium : ab utroque tamen emanare cognoscemus , qui illis, communi vocabulo nuncuparetur. Præterea, quia dictio ( spiritus ) vim quandam, impetum,& impulsionem cogitationi suggerit : & Sancti spiritus est officium,vt humana corda torpescere non sinat:sed excitet, ac impellat ad Deum: idcirco nomen hoc illi est impositum. Ne tamen aliquid turbulentum,& inanum intelligeres, quale cernitur in yento: iucundissimum additur epithetum *Sanctus*: tametsi non proximè ex primat Spiritus proprietatem , qua est passiva processio. Alias dicitur *περιστολή* : nonnunquam *παράκλησις* ab officio. Quid porrò est Spiritus sanctus ? Est æqualis aliis duabus persona, est Deus. Superest de processione, ac proprietate dicendum, quam non licet catechetico cōpendio complecti,vel intelligere: tametsi in rebus tam sacris breuitatem horror exposcat. Non est igitur hæc proprietas ortus, nativitas, vel generatio : scriptoræ processionem vocant, quibus nos æquum est credere. Debemus autem cum Hilario hunc rogare Spiritum, vt nos in ea fide, religionēque sua conseruet, quæ docet equidem esse aliquid , quod illum separat à reliquis personis: quid verò illud sit, tantisper nos ignorare permittit, donec experiamur ubi eò ventu fuerit, unde effugit omnis ignorantia. Non est autem intelligenda hæc processio à solo patre: quia tunc non habemus tres personas in diuinis:cum personarum distinctione pendeat ex illarum proprietatibus. A patre ergo gignitur filius: & ab utroque procedit Spiritus sanctus. Si cum Græcis quibusdam vñque ad Lugdunense concilium dicas à solo patre: Trinitatem rediges ad dualitatem. Nam procedens , & genita persona erit eadem, habens duas relationes ad ipsum patrem. Si autem dicas duas relationes totidem constituere personas : tum cogitis patrem, diuidere , qui tamen est simplicissimus. Ergo dicendum est Spiritum sanctum à patre, filioque procedere ( vt nunc habet Nicænum symbolum) quia filius à patre genitus, accepit vt spiret spiritum, qui à filio idcirco distinguatur: quia ille ab una, hic à duabus personis: ille nascendo, hic procedendo.

\*\*

*Latinorum fidem de processione Spiritus sancti tuetur contra Græcos posteriores, quos à maiorum placitis receisse demonstrat.*

### Catechesis 28.

Via nihil est conducibius ia hac sectarum nostræ temporis diuersitate , quā ostendere inter Græcam veterem, & Latinam Ecclesiam nullam esse pugnam: principiū reuocandum est in memoriam , in quatuor primarij symbolorum symbolis caput istud fidei sic expressum , vt de Spiritus ex filio processione nihil appareat: & nihilominus ferri anathema in eos , qui secūs credant , aut loquantur. Hinc cum pluribus aliis *Oratione de sanctis lumenibus. In præfatione lib. de Theologia.* Theologis prius Nicænum concilium insequitur, Gregorius Nazian. passim dicit à patre procedere, nihil addēs de filio. Damascenus autem lib. 1. cap. ii. negat secūs esse loquendū. Addunt Græci recitationes ( quod res est ) Leōnem tertium curasse symbolum illud. Nicænum literis argenteis exarari, & appendi iussisse Romæ post altare diui Petri, ad confirmationem fidei catholicæ: vnde qui ad Lügdunense, & Florentinum concilium conuenerant Græci , Latinos dicebant anathema esse , qui lectionem illam commutassent. Ista si nostri catechumeni legant: merito turbentur, cū sint verissima. Proinde notandum in primis, symbolum à posterioribus cōciliis secūs editum, & veteres Græcorū Theologos non ausos à Nicæna præscriptione discedere: interea tamen illos vetustissimos in suis disputationibus non aliter esse loquitos , quā nunc Romana fides pronuntiat. Nam Dydimus propheta Hieronymi, licet cœcus , libto secundo de spiritu multis id scripturis probat, & firmissimis euincit argumentis. Rem eandem docet magnus Athanasius, nō tantum in libro de Spiritus sancto: verū & in symbolo suo. Epiphanius autem tam frequenter id inculcat: vt aliud nihil audiuisse videatur. Adde Cyrillum Ierosolymitanum catech. 17. Basiliū lib. 5. contra Eunomium, Cyrillū Alexandr: in epistola ad Nestoriū, & Chrysostomum in quadā homilia, qua symbolū explicat: quib⁹ omnibus antiquior subiungatur Martialis in epistola ad Burdegalenses. Hoc igitur dictum esto de Græcis, ne quis putet illos à nobis dislēssisse: tametsi quidā postea religiosiores nō sint ausi à phrasī scripture, & synodori verbis discedere. At verò nostrā fidē esse certissimā) vt superioribus probationibus quādā addamus) liquet: q̄ testib⁹ etiā Græcis, spiritus dicatur quoq; filij spiritus: ac propterea nō refugiūt Græci spiritum requiescere in filio, procedere à patre per filium, & huiusmodi nō ita Latinis tritias loquutiones. Adde scripturas frequenter dicete mitti à filio spiritū, & quæ loquuntur audiēre à filio, & quæ ab illo acceperit nūciare. Iā est indubitate fidei prorsus eadem esse mitti à filio , audire à filio : esse spiritum filij , & procedere à filio. Nam cū credamus in sacra sancta Trinitate, præter pro-

prietates personales, nihil esse diuersum: vnum, eundemque esse Deum his tantum differentiis distinctum, quod pater genuerit, filius sit genitus, & uterque spirauerit: Spiritus sanctus processerit: si dicas spiritum esse filij spiritum, & nihilominus esse hoc aliud, quam ab illo procedere, inuenies in Trinitate discrimen aliud, aliamque proprietatem, nempe hanc, spiritum esse filij. Et si ad eum modum pergas, audireque a filio: mitti a filio, & cetera huius generis non significare processionem contendas: tot inuenies differentias, quot voces. Hoc aurem detestatur sana fides, vt ipsi etiam Graeci docent, ac nominatim Dydimus, qui ex iisdem scripturis istud ipsum confirmat. Si vero quis desideret hanc fidem paradigmata quodam signari: hoc habetur in maiorum nostrorum monumetis vulgarissimum, indignum quidem Deo, si rem ipsam consideres: sed quod nos percommode in aliquam huius rei cognitionem deducere queat. Retine igitur, quod saepè dictum est, patrem habere similitudinem humanae mentis: filium verbi, id est, cogitationis perfecte, cuique solum desit enuntiatio adhuc in mente latenti ( haec est enim ratio pater 187, filius 188 & appellatur ) Spiritus autem sit illud vinculum, & amor mentis, ac verbi. Cum enim ingeniosa meditatione quispiam cogitando non nihil extundit, quod sit admiratione dignum, adamat illum suum commitem: vsque adeo vt in castigatione nostrorum inuentorum Quintilianus praeceperit calorem inuentionis prius intepescere. Rursum in ipsa cogitatione, inque, ipso inuento licet quendam amorem inuenire: quia non solum amat illud: sed eius causa homo sibi placet, & a comminatione redit mutua quedam ad inuentricem mentem dilectioni. Tale quid in diuinis attenta cogitatione nostra fides imaginari debet. Nam intelligere penitus mortalium nemo valeat, priusquam sit eternam beatitudinem adsequutus. Et idcirco ista posse sufficere videbantur: sed quia turpe est ea nos saltem mediocriter non adsequi, quae quotidianis sermonibus, lectionibusque recurrent: adiiciamus duo nomina, quae de Spiritu sancto Patres in symbolo Niceno posuerunt, vocantes Dominum, & viuiscentem. Cum igitur audis ( Dominum ) non debes mancipia, seruos, dignitatem, regnum, & imperium, ob quae domini vulgo dicuntur, cogitare: neque dominum unum è multis arbitrari, quos in mundo quamplurimos esse testatur Paulus: sed eiusmodi dominum intellige, quem descripsimus dum loqueremur de filio, summum numen, Deum omnipotentem, qui condiderit, possideat, & conservet omnia: denique 189 adonai, siue 190 Alterum viuiscatoris epithetum est obscurius: ac prima facie videtur inditum, ne sibi quis persuadeat hunc spiritum esse ferocem, & crudelem: praesertim cum in scripturis nonnunquam prophetarum intersector appelletur: sintque nomenclationes istae Spiritui adsignatae, vt humanis mentibus absurdae, parumque religiosae de Deo cogitationes eximerentur. Sed temen ex Basili libro 3. contra Eunomium liquet hoc attributum poppter Spiritus sancti aduersarios, qui illum creaturam, ministrum, nuntium, satellitem,

*Spiritus sanctus vocatur Dominus.*

*Spiritus sanctus dicitur viuiscator.*

Item, carnificemque Dei mentiebantur: proindeque semper illud Ioannis occinebant: *Sicut pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & filios quos* 1 Cor. 5. *vult vivificat:* ac de spiritu nihil vsquam simile repeperiri calumniantur: cui blasphemiae, vt occureretur, additum est in Niceno symbolo nomen istud, *vivificant;* id est, qui habeat prorsus eandem cum patre, & filio vivificanti mortuos plenissimam potestatem. Atque utinam dignetur animas nostras nunc quidem à morte peccatorum suscitare: vt olim, inter filios resurrectionis excitatis, vitam largiatur eternam.

### Articulus nonus de Ecclesia, & eius unitate.

#### Catechesis 29.

**D**E hoc articulo priusquam quicquam dicamus, monitos catechum nos esse decet, hoc esse caput, quod ignoratum, & negatum, hereticum faciat, cognitum autem, & creditum efficiat, seruetque catholicum. Et si ad sacras scripturas convertamus oculos: videtur pro Christianorum tessera quodam istud designatum fuisse: fore nimurum, vt quique p[ro]i[us] sint de vera Ecclesia cognoscenda solliciti. Nam Esaiæ 2. & Micheæl. 4. dicitur futurū, vt gentes sese multo cohortentur ad concordendum in montem Domini: quod si recte preuentum est a prophetis, si de fidelium numero censeri cupimus, debemus hac etiam in re laborare. Et tametsi nō multum nunc requiratur operæ ad inueniendam Ecclesiam: nihilominus rerum istarum intelligentia est necessaria, quandoquidem extra Ecclesiam nulla vel salus, vel solida voluptas. In istius vero capituli enarratione sic versabimur, vt primum nostri symboli verba ira explanemus, vt iis queant sufficere, qui rūdem tantum cognitionem expetunt: postea autem depingemus quandam ecphrasim, ac veluti tabellam Ecclesiarum, in qua licebit omnia eius lineamenta conspicere: vt facile cuius deinde sperem futurum, hereses omnes, schismata, & synagogas ab illa discernere. Articulus igitur his constat verbis. *Sanctam Ecclesiam catholicā, sanctorum communionē.* Posteriorem nō videntur partē legisse vetustissimi interpretes, & ea facilē in fide prioris partis intelligitur: nos tamē, quae hodie legimus, exponemus, nec dictione invenimus, quā addit Nicenum Iacobus Ius symbolum, omittemus. Sed prius de authore, ne à nostra consuetudine itus author discedamus. Omnis antiquitas Iacobum nominat, quē veteres Oblia, articuli. 9. & Iustū, scriptura fratré Domini nuncupant: nec deest huic traditioni Gallat. 1. vetus historia. Fuit enim hic primus Episcopus, primaque illi cōmissa fuit Ecclesia Ierosolymana ab ipso Christo, si credamus Epiphanius in Nazoræis, & Nicephorolib. 2.c. 38. Ecc. hist. tametsi Clemens Alexandr. lib. 6. hypotyposes cum Eusebii Paphili li. 2.c. 23. Ecc. hist. malit ab ipsis creatum Apostolis Episcopū. Vt ut sit, certū est primum creatum. Et narrat Epiphanius eo loco in illius throno resedisse pontificiam, regiamque dignitatem, quam Christus reliquit Ecclesiae. Adde scriptam

ab eodem epistolam, quæ in antiquissimis codicibus habeat pro suo argumento: *Iacobus tradit Ecclesiæ regulam catholice observationis.* Quod autem ad posteriorem huius articuli partem attinet: mirabiliter fuit studiosus communionis sanctorum hic Apostolus. Nam cap. 15. Act. videmus illum, tanquam præsidem, in primo Apostolorum concilio ferre sententiam, ac decernere, ut huic communioni sanctorum consultum esset, ne absterrentur gentes onere Iudaicarū ceremoniarum: sed allicerentur potius suavitate Christiana. Rursus cap. 21. cùm Paulus ageret seuerius cum Iudeis, ac vellet penitus eos abrumpere à nimio illo complexu rituum Mosaicorum: *Vides frater ( aiebat Iacobus) quot millia sunt in Iudeis, qui crediderunt, & omnes emulatores sunt legis.* declarans nimis studiosum concordiae, ferreque patienter Iudaorum infirmitatem, ne qua offensa scinderet Ecclesiæ: sed vt tandem tempus eos doceret esse deponenda, quæ iam essent ad salutem inutilia. Sed de auctoritate plus satis. Nunc ad illam quæstionem, quam plerique tractant, etiam Russinus hoc loco, quid videlicet sit subaudiendum: an tantum (credo) vt ille vult, & recentiores aliquot: an (credo in) quod nunc multis placet eruditioribus. Sed haec res est planissima ex iis, quæ initio symboli diximus. Nec enim quicquam inept in hac præpositione mysterij: sed est Hebræa phrasis, quasi dicas, credo Ecclesiæ, id est, adhibeo fidem. Quis autem neget fidem adhibendam Ecclesiæ? Possimus itaque præpositionem illam hoc loco repetere: si tamen velis cum Russino, & scholasticis hanc perinde valere, ac si dictum esset: credo in illam cui debetur prima charitas, fides, spes: de qua pendemus: in quam solum tanquam in creatorem, redemptorem, summumque bonum credimus: tum

*Quemodo sit non esset credendum in Ecclesiæ. Credo igitur Ecclesiæ, sive Ecclesiæ vniuersitatis intelligentia.* Nicenum symbolum addit (vnam) quod vulgo interpretantur unitam, concordem, bene consentientem, vnicam, id est, uno Christi spiritu, uno capite, una fide, & baptismo prædictam. Sed vel nihil video: vel antiqui aliam huius vocis adferunt intelligentiam. Tametsi enim, quæ modò ex aliorum interpretatione retulimus, verè dicantur: non tamen propriè. Nam aliud est quærere, sitne Duacum una ciuitas: an vnitæ, id est, an sint concordes ciues. Si enim dicas vnam propter concordiam, figuratè loqueris: sin autem nec esse bipartitam, nec aliam eius nominis præterea: demum propriè dixeris vnam. Igitur non arbitror: hic esse sermonem de concordia: cùm propter scripturas, tū propter tractationem primorum Theologorum. Est enim locus Cantorū c. 6. ad quem præculdubio hīc allusit Spiritus sanctus, vbi sic legimus. *Sexaginta sunt regina, & octoginta concubina, & adolescentularum non est numerus: una autem est columba mea, perfecta mea: una est matri sue electa genitrici sue.* Quemadmodum enim ibi dicitur una columba, & perfecta Christi ad distinctionem reginarum, concubinatum, & adolescentularum: sic Ecclesia dicitur una: quia non sunt plures, quia sunt sectæ disjectæ, plura schismata, & synagogæ satanæ abeunt in infinita capita. Sed iuuerit illud canticorum

canticorū exponere ex Epiphanij sententia in postremo Panario, & fine Anacephaleoseos: vbi sexaginta reginas vir doctissimus dici putat, scripturis visitato compendio, pro sexaginta duabus: quemadmodum Exodus. dicitur fuisse septuaginta palmæ, quas idem Epiphanius dicit fuisse septuaginta duas: quæadmodum & in illis senioribus, quibus iuncti Eldad, & Medad eundem explent numerum: ne huc septuaginta vocemus interpretes. Est autem in hoc numero symbolum ætatū, ac generationum omnium ab Adamo usque ad Christum: quæ propterea vocantur reginæ, quia Deo placuerunt, ut ibidem doctissime tradit Epiphanius. Concubinas autem adserit hæreses appellati: quas èapropter octoginta numero in suo panario recenset, plures esse nō posse confirmans. Nam reliquæ postmodum ex iis enatæ sunt, tāquā stolones fruticantes, Adolescentulæ autem, quarū nō est numerus, sunt homines, nō quidē hæresiarchæ, qui hominū post se cateruas abducunt: sed qui priuatim sibi sapiunt, seorsumque domesticos sibi cuidant errores. Licet enim Marbionitæ ( inquit Tertull. ) q̄ Marcioni licuit: ac propterea, in tot Calvinianæ sectatoribus impietatis, vix quatuor inuenies, qui per omnia eadem sentiant. Ibi igitur est diuisio, multitudo, ac vatietas: sed vna est coluba mea: quo nomine rectè vocatur Ecclesia, propter amorem erga spousum, & gemitus. Habet enim illa pro perpetuo patrimonio crucem & lacrymas: iamq; inde ab Abele iusto fuit afflita, & exercita pressuris, nec alio certius insigni dignoscitur. Eadem perfecta vocatur: quod etiā ad hanc facit intelligentiam. Nam quod dissipatum est, caret perfectione: sed quod vnum, & maximè catholicum est: id absolutum, & perfectum. Iā si veniendum sit ad sententiam vetustissimorū: Ignatius duabus epistolis ostendit tum quosdam sua etate voluisse Ecclesiam scindere: quos refellens, ex omnibus rebus Ecclesiasticis illius probat vnitatem. Ideoque semper exposta fuit hinc inde perstrepentibus hæresibus, & sectis innumeris. Clamabat enim Simon Magus, qui effecit ut Ecclesia, eātenus incorrupta virgo, decus illud hæretico stupro videretur amittere ( licet Egesippus huius rei Thesbutem authorem fuisse velit) se habere Christi spousam: idem vociferabatur aliunde Menander: hoc ipsum adserebant Gnostici: post hos idem dixerunt Nouatiani, & Donatisti, qui Ecclesiæ in duas diuidebant, honorum, seu electorum, quam se constituere iactabant, & malorum: contra quos Optatus Afer libris duobus acerrimè disputat. Hinc igitur patet hanc vnitatem non de concordia alioquin utili, hehementerque desideranda: sed de eo, quod pluribus opponitur, intelligendam.

*De Ecclesiæ sanctitate, vniuersitate, ac sanctorum communione.*

### Catechesis 30.

**F** X iis, quæ nuper proposita sunt, sequitur ut cur Sancta dicatur Ecclesia, videamus. Et quidem, si species huius vocis Latinæ, Græcæ, vel Hebraicæ multiplicem vsum: nihil constitutum, ac

*Vox (sanctus)  
ambigua.*

*Sanctificatio  
duplex.*

*Ecclesia  
ancilla dicata  
tur.*

*De nomine  
Ecclesiae.*

certum habete videberis. Nā Latinis quām si ambigua dictio (Sanctus) quamque varios habeat significationum sinus, quis ignorat? Nec minus varia est Graecorum vox ἅγια. Hebræa autem ωντα Codech, licet propriè, ac præcipuè virtutem significet castitatis: frequentissimè tamen flexum admittit: ita vt latinæ voci non sit dissimilis. Si uero descéndentes ab hac significandi varietate, consulamus interpres: videbimus dici sanctam Ecclesiam, quod sponso suo Christo fide, sacramentisq; iuncta sit, à quo sanctificatur, & à Spiritu sancto gubernatur. Hanc tamen significationem in medio relinquens, iudico tutius, Christianóque catechista dignius, rationem nominis ex ipsis scripturis eruere: præfertim cùm non defint luculentæ scripturæ, quæ nobis huius rei germanam intelligentiam præbent, vt Rom. i. Ephel. 5. Luc. i. Cor. i. &c. Et vt Romanorū locum accipiamus, dicuntur ibi Christiani sancti, vocati: quibus nominibus cōpellat etiā ipsos Corinthios Apostolos, nō tantum, quod id nominis usurparent, sed que sic vocari permetterent: sed Hobreæ phras, quæ votatū dicit em, qui reuera existit: vt seipsum alicubi votatū scribit Apostolum, non quia sic appellaretur: sed quia reuera esset Apostolus, non ab homine mortali, sed ab immortali iam Christo delectus. Interim nemo nescit scelerá, quæ regnabant inter hos sanctos Romanos, & Corinthios, apud quos liberè tale designabatur adulterium, quale nec ethnici passi fuissent. Qui ergo talibus nomen congruebat? Docet Apost. Ephel. 5, geminam esse sanctificationem. Nam prius dicit Christum sanctificasse Ecclesiam, ac emundasse lauacro aque in verbo vite: vt propter baptismi sacramentum, id honoris primum Christianis omnibus deferatur. Alteram vero sanctitatem ostendens addit: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam nō habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata: vt quam nos secundam vocamus iustitiam, ea sit hæc altera sanctitas: quod nobis apertiū confirmat diuis apud Lucam Zacharias, inquit nō nos liberatos de manu inimicorum, vt deinceps in sanctitate, & iustitia seruiamus Deo. Ea propter igitur credo sanctam Ecclesiam nuncupari, partim quod sit per baptismum sanctitati initiata, etiam quantum ad malos: partim, quātum ad iustos, quod semel acceptam sanctitatem retinuit, excoluit, auxit. Quod autem nonnulli synecdochē esse dicunt, vt de beatis, & eum Christo nunc agentibus intelligatur: non est inusitatum: quod vero alijs de proceribus aiunt, Ecclesiæque prælatis accipiendum, poterat equidem suo tempore obtineri: sed nunc ea pars potissimum videtur affecta. Nec illud illaudabile, quod nonnulli de sanctis, etiamnum inter paleas delitescentibus, interpretantur: sed quod est prius positum, germanum arbitramur. Sequitur vt de nomine Ecclesiæ paucula delibemus. Et postea quidem de illius natura dicturi sumus accuratiū: nunc tantum definitionem adferemus ex eius veriloquio petitam. Quibusdam placet congregationem dicere: sed minus probantur: quia vox congregationis, & similes sunt nimis obnoxiae schismati Donatistarum

starum, & Catharorum, qui volebant Ecclesiam retrusam in angulum Africæ: quasi deberent simul omnes cohabitare fideles, alioqui Ecclesiæ rationem nequaquam seruaturi. Alij cœtum, alij concionem vertunt: quæ nihil aliud, quām congregationem sonant. Proinde si quis euocationem dixerit ( qua voce vtitur etiam Plinius ) & Graeci nominis, & rei proprietatem magis expresserit. Nam siue Graecam vocem ἡκλησίας, siue Latinam euocationem retineas: intelligentur euocati aliunde venisse: & gentium electionis, vocationis, prædestinationisque mysterium, ipso nomine præferetur. Cuius rei gratia existimo Paulum vocem hanc usurpasse: vt nos erutos ē massa perditio- nis, & à Christo ad salutem vocatos admoneret: quamvis interim congregatio, consensioque subintelligantur. Iam quid sibi vult catholicæ nomen: quod latine vniuersalem sonat? Hæc vniuersitas restringitur ad duo, ad loca videlicet, ac tempora: vt sit catholica Ecclesia non ea tantum, quæ in Africa, Ægypto, Alexandria, vbi resident Catharoruū fæces: sed per omnia loca terrarū diffusa: quia in omnem terram exiuit sonus Apostolicæ prædicationis. Deinde si contingat aliquo tempore, vel mense, vel anno errores grassari per orbem vniuersum: tum recurrendum ad temporis vniuersitatē, qua se tuerentur fidelium, quæ usquam superessent, reliquæ. Quia autem in Nicæno symbolo vocatur etiam Apostolica: dicendum id quoq; Sic enim dicta est, quia post Christū habet Petrum petrā, & fundamentum, duodecimq; viua fundamenta ( vt inquit Ioannes) quia eam fundarunt Apostoli, siue ( vt optatus mauult lib. 2. contra Parmenias: ) quia iuncta est septem illis Asianis Ecclesiæ, quibus scribit Ioannes, fundatis ab Apostolis. Sed opportunum fuerit alteram quoque articuli partem tractare. *Communionem sanctorum.* Hoc loco accipiendi sunt sancti, non solum vitam hanc trahentes miseram: sed omnes omnino, & qui sunt superstites, & qui cum Christo regnant. Ut autem sic interpreter facit sacer canon, in cuius initio preciamur: *Communicantes, & memoriam, &c.* quæ viuorum, & mortuorum communionem ostendunt. Communicantes ( inquit Albi. Flacus comment. de Diuin. Off. ) id est, participantes fidei illorum: quia eandem fidem habemus, quam illi habuerunt. Verum, quæ sit illa disputatur. Plerique omnes putant accipiendam de mutua meritorum participatione, usū sacramentorum, eiusdemque fidei ac de utilitate sacrificij catholici, quæ promanet ad vniuersos: quæ omnia sancti credere oportet esse verissima, & notissima, vetustissimæ Ecclesiæ: sed querimus num istud in symbolo D. Iacobus sibi vulerit, an aliud. Credimus ( inquam ) inter viuos, ac defunctos feliciter, & infoeliciter, hoc est, inter eos, qui nihil secum efferrunt expiandum, & eos, qui habent, quod purgaticibus flammis expurgetur: tum inter viuentes, tam iustos, quām peccatores, esse communionē, nec non illos etiam cū Christo regnantes reliquis omnibus subuenire persuasum habemus: viuentes autem sanctos cæteris viuentibus, & ardenteribus in

*Quæ sit Eccle-  
sia vniuersi-  
tas.*

*senectus, quo-  
rumdam de  
sanctorū cō-  
munione.*

Nicep. lib. 4. c. 37. & caps. 4. cap. 39. Vide epistola Epiphanius ad Ioannem. 1<sup>o</sup> rolymit.

purgatorio opitulari: sed non videtur agi de tali communione. Hæc autem vt melius intelligentur: reducenda sunt in memoriam, quæ Nicephorus de Polycrate Ephesiorum, & Victore Romanorum Præsulibus refert ex epistola Polycratis ad ipsum Victorem, quodque idem, atque alij Ecclesiastici historici de Polycarpo, & Aniceto ex epistola Irenæi ad Victorem ipsum memorant. Nam constat hos viros inter se quidem dissensisse in minutis quibusdam: nihilominus tamen retinuisse communionem, & pacem: quia charitatem seruabat; ac saluum fidei caput, adeò vt Anicetus venienti Romam Polycarpo mitteret communionem, panem videlicet benedictum, symbolum Eucharistiae (Nam post addit Ireneus honoris ergo ministerium Eucharistiae, id est, sacram missæ, in ecclesia Polycarpo Anicetum permisisse) siue (vt alij volunt, & adserit Nicephorus) ipsammet Eucharistiam. Et sic olim Episcopi dictuntur inter se communicasse: quia in missa reliquorum Episcoporum honoris causa nomina recensebant, quibuscum in fidei summa conueniebat: etiamsi fortè de ritu, ac dogmate quoipam dissentirent, vt Cyprianus cum Cornelio, ac Stephano: quin etiam defuncti, qui fuerant eiusdem communionis, recitabantur. Ex quibus appetet communionem hanc in summa doctrinæ, & animorum confessionem, concordiamque significare, à qua præcludebat, vt nūc etiam excommunicatio, vel propria per hæretim, aut schisma electio: vt is dicatur cum eo communicare, quæ pro excōmunicato, infidelis, heretico, aut schismatico, nō habeat: etiamsi nō nihil dissensionis sit, saluo cōmunis fidei capite. Dum igitur legimus in symbolo Sanctorū cōmunionem, debemus intelligere sanctos non habere peccatores pro execratis, cum iis pacem habere, eos amare, non veluti contagiosos abominari: quemadmodum volebant Cathari, Nouatiani, Donatisti, Montenses, &c. qui se quolibet peccatorum consortio conspurcati credebant. Et propterea tribuitur etiam sanctitatis epithetum Ecclesiæ: ne dum prædicatur vniuersalis, quicquam sordium ex infirmorum, ac sordidorum commixtione trahere putetur: quemadmodum ediuerso, ne propter titulum sanctimonie peccatoribus præclusa crederetur: subiungitur sanctorum communio.

### De Ecclesiæ nominibus, typis, definitione, & natura.

#### Catechesis 31.

**V**nc tempus est, vt, quod dudum promisimus, exactiorem Ecclesiæ delineationem exhibeamus: quod etsi catechistæ soleant in fine enarrationis totius symboli reiicere: nos tamen hoc loco videmur cōmodius tradituri: cū recens dictorum vigeat memoria, quæ plurimum ad rei intelligentiæ factura est. Est aut̄ hæc disputatio, vt superius diximus, nostris tēpōibus admodum necessaria. Si enim necessarie sunt ouib⁹ caule grassatib⁹ lupis, si captis Pergamis arx est vitissima fidis ciuib⁹ profecto in tāta hæreſeo incursione, agriq; dominici vastatione, multū inuat asylū Ecclesiæ, quā

quā refugiamus, habere compertissimum. Nolim tamen hīc expectari rerum omnium, quæ huic faciunt, absolutam tractationem: sed tantum præcipuarum quosdam velut indices, vnde & facilius reliqua colligantur, & veteres patres de ijs differentes maiori cū fructu legantur. Ut autem res ista nobis methodo procedat: principio se nobis offerunt nomina, quæ passim in veteri, nouoq; testamento reperiūtur; quorū germana intelligentia nonnunquā est optimi commentarij instar. Hæc igitur occurunt in veteri scriptura, Ierusalē, ciuitas Sion, templū, quæ ad rē non magnoper faciunt. In Cāticis, regina, spousa, soror (vnde poēte delirāmēta: Eī soror, & coniunx) colubā, electa, dilecta, quæ quā pertineat, verbo dici potest. Si enim sit Ecclesia regina, soror, sponsa, dilecta Christi: quam de illa meretur pessimè, qui errare, & docere errare metiuntur, & idolatriæ accusant: qui dicūt illā spōsi præceptis repugnare: qui sub scānum cogit, vel redigūt in angulū: Scilicet Christus dilectissimā sororē, sponsamq; suā, pro qua sanguinē, vitamq; profudit, quicquā celare, nec illi cūcta sua mysteria patefacere voluit: aut diuinū paracletum trāsmittere: In nouo autē cūcta sua mysteria patefacere voluit: aut diuinū paracletū transmittere: In nouo aut testamēto ijsdem interdū nominibus appellatur: sed præterea vocatur os, caro, corpusq; Christi. Habet verò pro Ephes. 1. maximè insigni nota, q; vocetur coluna, & firmamentū veritatis: quod Rom. 11. si verū est: cogita (quæsio) filiorū quanta sit impietas, qui superstitionis, 1. Tim. 3. erroris, imposturæq; matrē, qua tota nititur veritas, nō verentur insimulare. Sed de typis quoq; nonnulla. Evidē synagoga, & Siō gesserūt perpetuā eius figurā: sed expressissimā habuit arca, quæ primū ostendit nulli sperandā esse salutē extra Ecclesiā. Deinde, vt aqua tūc absorbebat peccatores, ac veluti totius humani generis scelus eluebat: ita in Ecclesiā est aqua perimēs vitia, neq; tamen quicquam valet nisi in Ecclesiā: aut vbi supereft aliiquid Ecclesiæ, vt in sacerdote excommunicato, vel apostata. Videbitur aut absurdū querere, nū sit quæpiā talis Ecclesia cum: errores omnes id verbo fateātur: tamētū reuerā negēt: qui etsi nomen recipiant Ecclesiæ, cum tamen imaginariā, inuisibilemq; esse cōtendunt: aperte clamant nullā se agnoscente. Si igitur de eius existētia, sensu, & adspectabilitate sit quicquam dicendum (quia dudū ab hac necessitate me liberavit doctissimus Petrus à Soto in libello, quo defendit suas annotationes ad confessionē VVittēbergeñ) est Ecclesia totū homogeneū (vt vocat philosophi) cuius nimurū partes retinent simile naturā sui totius. Nam partes Ecclesiæ, vt Antiochena, Alexadrinā, Romana (quoad pontificatū) dicuntur Ecclesiæ, & sunt Ecclesiæ partes, quæ in scripturis adspectabiles demonstrantur, vt pote dū Act. 8. dicitur Ecclesia resciuisse, vel passa magnā tribulationem: quæ de ijs rebus fingi non possunt, quæ sub sensum non veniunt. Alias dicitur Ecclesia pro Petro deprecata: si- Acto 12. ciones aut̄ mathematicas quis vñquā vidit orare? quis id persequi susti- Acto 16. neat quod sola mentis figuraione comprehendatur? Ibidem dicuntur Ecclesiæ aucta numero, & cōfimatæ: augmentū verò, ac detrimentū ijs accidunt, quæ cernuntur oculis. Sed naturā ipsam videamus dicet sit Ecclesiæ mili- tatis definitio.

n. longe.

longè difficilius Ecclesiā definire, quā credere. Si quis tñ velit nostram definitionē, hāc habeat præter eā, quā supra etymologicā deditus. Ecclesiā est multitudo fidelium hominū, in unā Apostolicā fidē cōspirantiū, per oīa loca diffusa. Ecclesiā, (in quā) est, non turbā: quia hoc nōmē est in honestū, & turbæ magis sunt cōtra Ecclesiā, quam Ecclesiā: nō cōgregatio: quōd ea vox significet aliquid cōiunctū loco: sed multitudo (sit hoc genus, vt vocat, definiti) fidelium hominū, per hos intellige (quia propriè versantem in tertiis Ecclesiā definiti) viuos: vt excludas mortuos, siue beatos, siue eos, qui adhuc perpurgātur. In unā Apostolicā fidē. Nomino tantū fidē, quia spes nō requiritur: cum etiā desperātes inter fideles reputentur. Spes enim est fiduciē tantū, ac volūtatis. Nec additur charitas, quia granissimus licet peccator, si fidē habeat, est in Ecclesiā. Fidē (in quā) Apostolicā: diēturus erā Christianā, nisi voluisse excludere patriarchas, qui in Christū quidem crediderūt: nō habuerūt tñ Apostolicā fidē, id est, tam clarā, & pēspicuam quam nobis Apostoli reliquerunt. Cōspirantiū. Est hoc vocabulū insolens: aptissimū tamen ad indicandam primū firmā illam confessionē, quae est inter fideles etiā inter se ignotissimos: deinde virtutē illā, energiāq; infusā fidei: ne quisquā sibi pesuādeat se illā ex libris, veterumq; monimētis discere posse; cū illa & diuinitū gratis instiletur homini, & illius mētem ad credendū impellat. Prætereā vocabulū illud cōpletebitur pueros, & rationis impotes, planeq; rudes, qui latēt sub vmbbris aliorū meliū eruditōrū: qui rectē simul cōspirare dicuntur, cū soli spirare non valeant. Per omnia loca diffusa. Iā dictū est definitionē hāc esse militantis Ecclesiā, de qua potissimū hodiē digladiamur cū hæreticis. Si autē velis catholicam totius generalis Ecclesiā definitionem, quae porrigitur ab Abele, ad ultimū usq; fidē: dices esse multitudinem fidelium: nō addes hominū, in unā fidē orthodoxā, oēs enim Christi fidē suscipiunt, cōspirantiū, per omnia loca, & tēpora diffusam: vbi vocē temporis adiūgimus; quia nullū excludimus, quacunq; tandem aetate vixerit. Est alia (fateor, definitio: sed in qua multa defuderē: Omniū fidē Christi, & doctrinā profidentiū congregatiō: quae sub uno, & summo capite, & pastor (post Christū) in terris gubernatur. Quamuis enim non sit admodū incōmoda definitio: displicet tamē, quōd dicitur congregatio: deinde quōd profidentes vocentur. Nam multi hypocritæ profitētur, qui Christiani non sunt. Ad hāc quid fiet tēpore interregni, hoc est, mortuo Pōtifice Max. nū euaneſcat Ecclesiā? Adhāc dum dicitur gubernari sub uno, non videtur satis consentaneum ijs, quae Paulus dicebat Episcopis, & presbyteris Ephesi, dicens: Attēdite vobis, & vniuersō gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiā Dei. Quaret nunc aliquis, num Ecclesiā habeat formas? Minimē gētium. Hoc enim est eius decus, & in signe p̄cipiū, quōd sit vna, & simplex. Habet enim partes: sed species nō item. Habet etiā totum: quod sic potest demonstrari: quia Ecclesiā est pars totius mundi, quo intelliguntur boni, & mali omnes vniuersitatis. Est etiā hāc militans Ecclesiā pars vniuersalis Ecclesiā, cuius hāc partes constitui possunt: synagoga, quā absoluunt oēs ad Christū, & que fideles

triumphans, quae nunc est cum Christo beata: patiens, quae expiatur flammis; militans, quae nunc vinit: & licet aliam partem adsignare eorum, qui sunt futuri fideles.

*De consensione, amplitudine, ac antiquitate in primis Ecclesiæ, eiūsque adiutorio.*

Catechesis 32.

**P**ropter ea, quae superiore catechesi dicta sunt de Ecclesiā nominibus, typis, ac natura; videtur eundum ad proprietates ac notas, quibus internoscí valeat. Illorum autem nobilissimam superiorū ostendimus, quōd sit columnā veritatis, nec errare possit vniuersa. Nam tametsi partes quēdam aberrant: non tamen fidem suam vñquam adstrinxit errori. Reliqui solent indices isti nominati, consensio, antiquitas, amplitudo. Et consensio quidem tota deductio ne spectatur ab Apostolis ad nostram aetatem usque; siue doctrinam, ritus, cæremonias, siue sacramentorum usum consideres: vt ibi noris quærendam Ecclesiā, vbi veterum consensus, traditiōque conspirat. Antiquitas penē coincidit cum consensione; nisi quod istud est peculiare, quōd habeat successionem potissimum Episcoporum: quod videtur (fateor) inuidiosum: sed ea nota solebant nostri maiores hæreticis præscribere. Sic Tertullianus in præscriptionibus, sic Irenæus contra Valentiniū, Optatus Afri lib. 2. contra Parmenianum, Epiphanius, Theodoretus, & Augustinus patrum canitatem opponunt hæreticorum pueritiae; hocq; pasto probè sibi tutari videtur, & meritō, Romanæ Ecclesiæ maiestatem. Amplitudinē si verbo dicere libet, vniuersum per orbē Ecclesiā diffusam considera. Fortè enim tunē fidelis latet aliquis apud antipodas, vel in Turcia; & vbiubi sit, ibi est Ecclesiā. Quia verò diximus Pontificū successionem incredibili flagrare inuidia: usum est nonnihil adiūcere, ac illius usum demonstrare. Ne quis igitur, vt rem leuem, nulloque fundamento subnixam contemnat: passim in scripturis latet eius vestigia, vt Matthæi 16. post primam recte fidei confessionem, cum Petro dicunt est: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram adificabo Ecclesiā meam.* Hic, si libet expendere, semina successionis Apostolicæ, deprehendes. Nam si, quod res est dicendum est, interpres Matthæi Syri, Græcus, & Latinus non est hoc loco quam optimè de hac nostra fidei parte meritus. Si enim dixisset ὅτι εἶ πέτρος, καὶ ἐπει τάντη τὴν πέτραν, & tu es petra, & super hanc petram; res fuisset multò clarius: nunc autem cū priori loco πέτρος, & Petrum; posteriori petram posuerit, videntur, propter mutatam vocem, res etiam permutatae; cū Christus, qui Syriae proculdubio loquebatur, dixerit Χριστὸς in ταῖς βασικαῖς γῆις Dantib; hou cipho veal hodo cipha, id est, in ei petra, ( siue πέτρος artice) & super hanc petram: quod si nostro plaeuislet interpreti, multum de traxisset obscuritatis. Christus igitur est primarium Ecclesiæ funda-

Ioan. 21.  
Luce. 22.

Ioan. 21.

*Quid sit adi-  
caris super pe-  
tram.**Quid Euodius  
dicat de bap-  
tismo Petri.**De successio-  
ne Episcopo-  
rum.**Cogerit ante-  
dicta in vni  
exemplum.*

mentum: Petrus autem, & Apostoli ceteri secundum locum obtinēt; quamuis & hi super Petrum sint ædificati. Si quis autē ampliōtem lucem defyderet, adferat locū Ioannis, vbi Christus Petro iam confitenti *Pasce, aiebat, ues meas: & illud: Ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret si-  
cui triticum: ego autem rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua hoc, est;*, vt non diuexeris motibus tentationum, vt non commouearis. Postremō interpres, ac potissimum Chrysostomus, Euthimius, Theophilactus, verba illa Christi dicta Petro, *Sequere me, sic interpretantur: Ut ego ha-  
bui commissum ouile totum; ita me sequere in generali totius christia-  
ni gregis pastione: Ioannes autem maneat, id est, sit Ephesus Epis-  
copus, ac certa regione claudatur; tu nequaquam. Aliud verò nihil est  
hæc ædificatio, seu constructio, quam insertio in corpus Christi, quæ  
fit per baptismum. Sed hac occasione percunctari quis possit, num vel  
primus, vel solus à Christo Petrus fuerit baptizatus, & super Christum  
ædificatus; vt illi deinceps tota moles superficiatur. Et sanè si his in re-  
bus merito habenda sit antiquitati, narrat Euodius in Epistola, quā  
vocauit *r̄d̄p̄s*, Petrum à Christo baptizatū baptizasse Ioannē, Andream,  
& Iacobū; atque deinceps cum his tribus, reliquos Apostolos, à quibus  
postea septuaginta duo discipuli fuerunt initiati Christianis mysteriis.  
Præterea verò Clemens Alexandrinus septimo hypotypoſeon tradit in-  
ditam Petro fuisse peculiarem de Christo scientiam, per quam primus  
illum Dei filium cōfiteretur. Quia ergo primus insertus est ille per bap-  
tismū Ecclesiae militanti, primūque perfectam fidem accepit: ideo fun-  
damenti locum tenere dicitur, cui superædificetur quicunq; Christiano  
sacramento imbuūtur. Iā verò, vt hæc alto repetita principio, rebus pre-  
seintibus accōmodemus, quis tā parum sobrius, vt credat tūc institutos  
à Christo ministros Ecclesiae, nec in posterū eundē prouidisse, ne desint,  
qui vicissim sibi succedētes, ijsdem, quibus, primi illi, fungātur ministe-  
riis vsque ad cōsummationē corporis ipsius, id est, dōnec vltimus iustus  
accedit ædificio: Habuit proculdubio Petrus, dū emigraret, successorem:  
habuēre ceteri Apostoli, q. in episcopijs ac dioceſibus succederent: adeò  
vt quemadmodū plebs, quæ tunc Petro & Apostolis reliquis cōmenda-  
ta est, habuit certissimā deinceps pōsteritatē, quæ patribus in fidei suc-  
cederet hæreditatē: sic illa sibi succidentiū Episcoporū series nunquam  
interrumpenda sit, priusquā Christus redeat ad iudiciū. Et hanc reor  
isti successioñis verissimā rationē, quæ probè cognita quantum vsum  
habeat, paucis videamus: nā plura defyderanti satisfaciet Vincentij Ly-  
rinēsis libellus verè aureus. Fingamus esse iuuēnem in hæretica regione,  
qui nosse cupiat an sit in orthodoxa Ecclesia: hīc fortè videbitur ampli-  
tudo non malè quadrare, vbi omnes vno ore spirant virus hæreticū: sed  
tum adeunda est cōfēnsio, quæ fortè reliquas prouincias illam hæresim  
damnare docebit. Adde tamen & hoc, sit etiā cōfēnsioñis pr̄scriptio;  
sit penē totus mūdus corruptus: tūc non tantū quid nanc mūdo per-  
suasum; sed quid olim patres docuerunt, quid crediderunt, attendēdū*

Illi enim

Illi enī demūm confessioni adhærendū est, etiam si totus orbis penē  
reclamat, cui adstipulatur antiquitas. Si quispiā hac via se desperet ad-  
secuturum, & cognitum an apostolico fundamēto sit superextructus,  
adeat annales, videat quis patriæ, regionisve primus fuerit Apostolus:  
quem vbi dep̄hendit, querat unde sit ille profectus: à quo missus: quas  
partes secutus: an fuerit ædificij ecclesiastici regula quædam decidua, la-  
p̄sive tentationum, hæresēnque turbine loco dimotus: perpendat num  
suas origines valeat ad aliquem Apostolorum, vel proximum illorum  
successorem referre; ac tum sit securus. Et ad hūc modum antē de Vili-  
lebro licet statuere, qui priūs Archiepiscopatum noluit accipere re-  
gionum, de quibus fuerat optimē meritus; quām Sergium Romanum  
Pontificem adiret, illius sententiam ea de re consulturus. Hoc enim si  
quispiā Anabaptista in suis grassatoribus pr̄stare tentarit, quōd tandem  
euadet? Et hactenus de proprietatibus dictum esto: à quibus si disceda-  
mus, ferent se nobis obuiā, quæ plerique non male vocant adiacen-  
tia, quorum ambitu concluduntur etiam qui dicuntur actus. Hic autem  
locus res tam pr̄stantes habet, vt vniuersorum studia ad querendā Ec-  
clesiam, atque in ea permanendum, suo merito debeat vehementer in-  
flammare. Est enim in Ecclesia veritas, certa scientia, rerūmq; diuinatū  
vera cognitio, quam Petro diuinitū primū à Patre scimus inspiratā:  
extra eam verò pernicies, error ac perturbatio. In hac est fides, alibi sola  
persuasio: hīc veræ, solidæque virtutes: alibi sunt illarum tantū simu-  
lacia. Habent enim extores ab Ecclesia opus ipsum, ac materiam (vt sic  
loquar) virtutum: rebus ipsis, & formis parent: & vt possint abstinentiam,  
caſtitatem, ieuniūmq; simulare: reuerā tamen solas persequuntur um-  
bras. Idem dicendum de temperantia, fortitudine, prudentia, iustitia,  
quas in Ecclesia duntaxat reperire fas est. Neque secūs de fide, spe, cha-  
ritatēque sentiendum. Denique sunt hīc vera, & efficacia sacramenta,  
quæ extra Ecclesiam esse quidem vera possunt: non tamen utilia: quāvis  
non alio modo sacramentorum rationem seruent, quām si illorum ad-  
ministri sequantur Ecclesiam. Omitto Chisti, sanctiorūmq; omnium  
benefactorū communionem. Postremō, sunt in Ecclesia iusti, si sancto-  
rū consortia delectant: sunt & peccatores, ac beati quidem illi, qui, dum  
dormiunt, lasciunt, & leque perditum eunt: retinentur, seruanturque vi-  
uorum membrorum pro ijs ad Deum fusis orationibus. Si cui autem  
præterea veniat in mentem (quoniam s̄apenumēdū turris, domusq; vo-  
catur Ecclesia) quo pacto lapis lapidi coniungatur, vt tandem species,  
formāque consurgat ædificij: breuiter dicēdū est, nos inuicem fide, &  
charitate cohædere. Fides autem cūm sit in intelligentia, requirit inge-  
nium, dispositionem, collationēmq; rationis. Et vt interdum videmus  
artifices explorare lapides num pulchē quadrent, nullo adhibito cō-  
mento: sic per fidem aptamur, componimurque cum reliquis; sed care-  
mus etiam tum cōmento; vt facile reuelli, ac decidere queamus, instar  
lapidum absque glutino appositorum in pariete. At verò vbi adhibetur

n 3

charitas

*De edificio  
Ecclesie.*

Ephes. 5.

Tit. 1.

Cantic. 6.

Iustinus de  
monarchia.

charitas; calx; glutenque spiritus connectens viuos Christi lapides: tum facilius diffingens; quam reuelas. Cæterum, cum nemo suis viribus in structuram se valeat constituere, Deus pater, quos visum est, mandat inseri fabricæ tanquam Dominus: Christus autem est architectus. Fines noti sunt: tamethi, pro nostra perueritate, raro id prestemus, ad quod sumus constructi. Nam Paulus ait Christum effudisse sanguinem, nobilissimumque lauacrum instituisse, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, rūga vetaustatis peccatorum, & necdum per poenitentiam deleto rum criminum macula carentem. Et alibi dicit, Christum nos redemisse, vt abnegantes impietatem, & secularia desyderia, sobrie, iuste, pieque vitam agamus: vt simus populus peculiaris, & eximius, tanto reliquis populis præstantiores, quanto Christus Deus noster infidelium gentium fictis Dijs est præstantior. Super sunt locus, & tempus: quorum istud quidem, quod ad præsens attinet, notum est: si reflectas ad præteritum, perge porrò usque ad Abelem, vel Christum. Quod ad locum, nullis debes Ecclesiam finibus concludere. Nunc ordo poscebat ipsius dignitates adserere: sed quia in sacramento ordinis res illa tractationem requiret propriam, hoc impræsentiarum sufficiet: haeresim quidem moliri vniuersorum confusionem, vt æquatis ordinibus omnes Episcopi, omnes sacerdotes, denique omnes omnia fiant: sed reclamare scripturas, quæ in Canticis prædicant Ecclesiam instar exercitus, & acie bellicissimè constitutæ, & ordinatæ. Et in hac quidem, vt non sunt solùm gregarij milites: sed etiam centuriones, tribuni, duces, imperatores: sic in Ecclesia distinctis gradibus semper videre fuit laicos, monachos, clericos, sacerdotes, Episcopos, & Christi vicarium, summumque monarcham vt supermundana, quam adoramus, & veneramur, monarchia suo quodam hic typo nobis eluceat.

*De hæreticis, schismaticis, apostatis, infidelibus, eorumque definitionibus.*

Catechesis 33.

**P**er strictis nuper Ecclesiæ quibusdam proprietatibus, partibus, & adiacentibus, suscepta methodus inuitabat, vt de authoritate, qua est Ecclesia prædicta in cogendis concilijs, deque germana scripturarum intelligentia non nihil adjiceremus: verum quia de ijs frequenter alijs in locis obiter & dictum est, & dicendum erit: eo nunc labore abstinebimus. Addi quoque poterat illius thesauri tractatio: nisi propediem ex instituto ea de re agere decreuissimus. Cæterum prætermittenda non sunt, que cum Ecclesia toto cœlo dissident, hæretis, schisma, apostasia, & infidelitas: quorum summam definitionibus adductis, ac non nihil declaratis, nihil præterea requirendum arbitrabor. Caput igitur primum agrediamur,

grediamur, quod est hæresis: vt sic & reginæ, coniugisque decoram venustatem, pellicumque: & concubinarum naturam, felicitatemq; peruideamus, quod sit equidem satis catechumenis. Et licuisset hac in re aliorum tradere sententias: verum nescio quid hic simile contingit, atque in hæreditatibus, & diuinijs, quæ testamento nobis obueniunt. Ut enim solet hæres alieno labore coaceruatas opes paruifacere, oblata fastidire, deprimere, & liberalius insumere, ne dicam prodigere, ignarus quantis partæ sint olim ærumnis: ad eum modum aliorum inuenta vel non ita intelligimus; vel parum ablubescunt: ideoque ( si placet ) nos ipsi definitionem hærefoes inuestigemus; & explicemus. Ac primò habere nomen ab electione nemo dubitat: neque de nomine enclatione quicquam dicendum: sed ad naturæ delineationem recta procedendum. Est igitur hæreticus, qui præditus aliqua persuasione de Christo vero, adseritor est pertinax sententia veritati orthodoxæ dissidence. En vobis hæreticum. Sed Christianus, paganus, an Iudeus est? Inficiari non possumus Hæretici gau omnes hæreticos Christiano nomine fæse semper venditasie: & licet magistrorum appellatione mirum in modum gauderent; nihilominus no nomine sua tegi. In fine Panæ Christiani se nunquam non accensuisse, ne dicam hos se esse solos iactitasse; vt docet Epiphanius in charactere; & hæresi Nazaræorum, quæ rit. est numero 29. Cum enim viderent initio veteres hæretici hanc appellationem ab ethnicis, discrimen hæreticorum, & Christianorum ignorantibus sibi deferri, libenter amplexabantur, ornamento id sibi ducentes, & impietatis velamentum ( vt quodam sui Thriphonis loco tradit Iustinus) habentes. Sed aliud est nomen usurpari, aliud deberi. Certè D. Ioannes 1. epist. cap. 2. apertissimè dispungit eos ex albo Christianorum, Ex nobis ( inquiens ) exierunt, sed non erant ex nobis: si enim: fuisse ex nobis: permanissent utique nobiscum. Nec Ignatius dignatur Christiano nomine, sed in epistola ad Trallianos vocat χριστιανος, quasi dicas Christi nundinatores. Non sunt igitur Christiani, sed infideles. Verum quia multiplex est infidelitas ( vt infra patebit ) est hoc nostris catechumenis explicandum. Infidelis ergo dicitur hæreticus, quia caret fide: & si quid habeat reliquum, ex electione habet, non ex fide. Fidelis enim est, qui non eligit, quod credit, sed fretus interno dono Spiritus id amplectitur fide, quod intelligentia, naturaque repudiaret. Neque tamen ita sunt infideles habendi, vt reliqui Turcae, & Pagani, qui de Deo, & Christo nil norunt. Retinent enim hæretici persuasionem aliquam de Christo: sed quia Iudei mira sibi de suo nescio quo Christo persuadent, neque tamen inter hæreticos numerantur, adiunxit de Christo vero. Sed num omnes tali de Christo persuasione prædicti sunt hæretici? Minimè vero. Quid enim tunc fieret catholicis? Adde igitur Adseritor: videlicet ne tantum opinetur, somniet, erret, dubitet, querat: quæ omnia cadunt in bonam partem vulgi catholicæ. Sententia. Si enim adserat quipiam, quod non satis illi constet, neque

*Hæretici defi-*  
*nitio.**Hæretici gau-*  
*omnes*  
*no nomine*  
*sua tegi.**In fine Panæ**Hæretici non*  
*sunt christia-*  
*ni.**Hæretici sunt*  
*infideles.*

*Veritatis orthodoxæ c. s.  
Primum cap.  
secundum.*

*Tertium.  
Quartum.*

*Quintum cap.  
put.*

*Quis per in-*  
*nax censem-*  
*dus*  
*1. Timoth-*  
*2.*

fit animi sui, & sententiæ, quod denique in Ecclesia pendeat dubium, non erit hereticus: sed propositum, voluntas, consilium adgit oportet certè deliberatum, & constitutum. Nam si quis indocte, vel incaute scribat, vel efficiat, quod sit dissidium à fide, nequaquam heresim ei debeat assingere: vt neque si quod problematicum est in ecclesia ( vt haec tenus, etiam concilium Tridetur, de immaculata virginis Deiparæ conceptione ) in alterutram partem adseueret. Propterea conneuimus: *veritatis orthodoxæ dissidentiae*. Hæc porro quinque capitibus continetur. Primum aperta scriptura, siue ijs, quæ disertè in canonice libris habentur: vt exempli causa, Christum nobis liberandis suffixum in crucē fuisse. Secundum æquè firmum, ac potens vniuersalis traditio; quæ non uno Hieronymo, Epiphano, Iustino, Dionysio ve nititur (nam errare singuli potuerunt) sed traditionis nomine censetur, siue relatum sit in litteras, siue non ( tametsi probatio videatur, quæ in Patrum monumentis appareat) quod certis constat argumentis iam inde ab Apostolorum temporibus, ad nos vsq; creditum, doctum, traditumque fuisse: vt exépli gratia, baptisimus infantium, quem scripturis tueri non possumus: qui quidem non est, nec fuit vñquā necessarius: efficax tamen, utilis, ac tutissimus est, quod heretici nolunt. Nam Areopagita Eccl. Hier. cap. 7. refert Apostolos parentibus id postulantibus concessisse: si modò susceptor reciperet fæse puerum à parentibus, abductum curaturum imbuī moribus, ac præceptis christianis: quod vt etiam non obseruetur: liquet aperte non concessuros Apostolos, si res foret vel inutilis, vel impia. Neque tamen inficiamur differri posse etiam in annum trigesimum, si queat absque periculo, & proximorum offendiculo fieri: sed res constantissima consuetudine eò deducta est, vt absque graui offensione quicquam secùs tentari nequeat: præsertim cum minimè sit contemnendum, quod vniuersi tam religiose, summāq; concordia seruant. Tertio capite constituuntur symbola: quorum autoritatem ne heretici quidem cordatores paruipendunt. Quartum vniuersalium conciliorum decretis absolvitur: quod vsque ad sacram habetur: vt heretici prima illa quatuor generalia non secūs, quam Euangeliū venerentur, ac suspiciant. Postremum continet seuis Apostolicæ constitutiones, ac leges, quas Pontifex Max. de fidei rebus consultus, adhibito consilio, & idoneis rationibus corpori Christi, cuius est caput, ad credendum tradidit: vt quod olim, cum in symbolis veteribus legeretur tantum Spiritum à patre procedere, addit pontifex, & à filio: hoc si quis ausit repudiare, habendus est hereticus. Sed vt nostræ definitionis coronidem absoluamus: quid si quispiā, vt olim Cyprianus, habeat simile quid persuasum, quod ijs omnibus repugnet: num erit statim hereticus? Ne tum quidem: ideoque subiecimus: *Pertinax*. Tum vero pertinacem dicere licet: cum admonitus iterum, ac tertio ( vt Paulus imperauit suo Timotheo) à viro idoneo, fidèque digno, cui nec eruditio, nec integritatis vitæ desit opinio, illud, quo de agetur, in quolibet,

quilibet illorum, quæ diximus quinque, haberi, & ab Ecclesia fuisse receptum semper, & creditum noluerit acquiescere. Tum demum habebis, quem voces hereticum. Nunc ad schismaticum veniamus, quem sic describamus licet. Schismaticus est, qui ab obedientia capit, & *schismaticus*. unitate, atque communione corporis ecclesiastici secedit. Capitis, ( inquam) id est, illius primaria petræ, cui innititur christiana structura post Christum. Hinc autem quisquis secessionem facit, vt vt sit principio figneris in fide: fieri non potest quin mox vitium contrahat. Nam ferè, vt iustum dissidij causam habere videatur, aliquam heresim commisicitur: vt videre fuit in Meletio, qui primum sanctissimus, posteaquam scidit Ecclesiam, in Arianorum dogma concessit. Fit autem interdum vt non ipsius capit odio, sed vel cleri ( vt Tertullianus) vel Episcopi ( vt iam nominatus Meletius) quidam secessionem parent: habeantque eos omnes, à quibus discesserunt, pro contagiosis: nec unitatem, nec communionem, qua de superius differuimus, ferre queant: itaque à Christo separati, ad diaboli ciuitatem profugiunt: quia quicquid extra Ecclesiam, id est diabolicæ ditionis. Cæterum nō est prætermittendum, quod ingeniosè Tertullianus ait de præscriptionibus hereticorum: in heresibus schisma aut non esse, aut non apparere: quia ipsum in heresibus unitas est. Si quis enim ab aliqua secta discedat, vt heresim aliam producat: non est secessio, sed erroris permutation: vt errorem deserat; neque schisma tunc erit, quia ad Ecclesiam redibit, ubi est unitas. Iani ad apostatas, non illos quidem, qui à clero, monasterijsque profugientes aliud vitæ genus arripiunt. Nam hi proculdubio fidem retinere possunt. Est autem Apostata, qui à fide, & persuasione de Christo vero, aut omnino de Deo vero defecit: vt si homo ex Christiano, vel heretico fiat Turca, Iudeus, Ethnicus. Sed non est semper motus tam violentus. Primum enim sàpè fit hereticus: deinde Iudeus; ac tum in apostasiam precipitatur. Et hos gradus in descriptione seruare voluimus, vt primum Christianus à fide, in heresim: hereticus à persuasione de verò Christo ad Iudaismum: hinc ab opinione de Deo vero, quam habent plerique Iudei, ad atheismum, & idolatriam prolabatur: actum demum, sit verus apostata. Infideles autem, si quis velit vniuersal descriptionem completi Iudeos, Turcas, Hereticos: sic licet infidelem dicere eum, qui veritatem orthodoxam ignorat: sed si velis infidelitatem seorsim, ab heresi, & apostasia distinguere: tum erit is, qui vel verum Christum ( vt Iudei), vel qui omnino verum Deum ( vt Turce, & idolâtræ) ignorat. Habetis igitur, catechumeni, ex una quidem parte speciosam reginam sponsam agni; ex altera vero concubinas, & deformia scorpa, quæ sua sceditate mirum in modum sponsæ agni pulchritudinem commendant.

## De remissione peccatorum. Articulus decimus.

## Catechesis 34.

**D**ecimus articulus est de remissione peccatorum: de quo priusquam differam, non habeo satis constitutum vindicandum exordiri debeam: an ab admiratione huius consecutionis articulorum: an à præstantia, dignitateque materiæ. Quid enim rectius poterat de Ecclesia disputatione consequi, quām tractatio remissionis peccatorum? quæ tantum in Ecclesiæ gremio speranda est, extra quam quicquid est, interitus est, ac damnatio? De præstantia igitur rei que dignitate, ne longius digrediar ab instituto, tota loquetur catechesis. Prius tamen fuerit operæ pretium, non nihil de antiquitate huius remissionis, &c. impedimentis præmittere. Est igitur res antiquissima peccatum: utpote quod præcessit, si non conditum mundum (quod tamen Græcis placet plurimis) certè conditum hominem. Huic autem cœœua est remissio. Nam statim ubi peccauit Angelus; en tibi negatam hanc remissionem. Adamus paulò post grāui scelere se commaculat, & addicitur illi remissio & quia ipse dum peccatum inficiatus erat, impedierat cursum remissionis: adigitur ad penitentiam: ut sic tandem beneficium adsequeretur præparatum. Peccat deinceps fraticida Cain, & desperatione viaria obstruit, ne remissionem percipiat. Deinde venere Gygantes: illicè nascitur præsumptio, huiusque diuini muneris (remissionis inquam) contemptus, quem Deus euestigio aquatum exundatione vindicavit. Postea successerunt hæreses, idolatriæ, infidelitates: paucis admodum in huius remissionis cognitione à Deo sperandæ, & expetendæ permanentibus. Nam reliqui mortales necio quibus nugis, vento, fluminibus, flammis, & incantamentis illam adsequi se confidebant. Sic autem procedentibus rebus, dum hinc desperatio: illinc præsumptio: horum contemptus, & infidelitas: aliorum traherent superstitiones: hæc in medio persevererabat cognita paucis vera remissio. Prostremò lex, prophetæque venerunt, editi sunt psalmi, qui docerent per solam in Christum fidem, præscriptaque remedia hanc obtineri posse: tandem aderat Euangelium in foribus, & statim prorūpit Zacharias: *Ad dandam inquiens, scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum ipsorum.* Mox Angelus missus ad virginem, huius remissionis præsens euulgans mystrium: *It se salutem faciet (inquit) populum suum à peccatis eorum.* Hanc eamdem Ioannes tota illa tetrica prædicatione, & œconomia planè lugubri, suis auditotibus inculcauit, hac parte non insuavis concionator. Post hos omnes, Cristus misericordia thesauros in miseras terras effusurus, hanc remissionem in vestibulo sui Euangeli, consti-tuit: dum à penitentia iubet suos Apostolos prædicationem exordiri. Apertius autem digressurus è mundo peracta dispensatione: *Oportebat prædicari in nomine eius (iuquit) penitentiam, & remissionem peccato-*

Remissionis  
peccatorum  
antiquitas.

Quanta fue-  
rit remissio-  
nis  
peccatorum  
ignoratio.

Remissio pec-  
catorum ho-  
minibus nu-  
ciata.

Luc. 1.

Marth. 1.

Marth. 3.

Marc. 1.

Luc. 3.

Marc. 6.

Luc. 24.

Act. 2.3. 5.

13. &c.

contra quos

Apostoli hic

articulū con-

stituerint.

## CATECHESIS XXXIIII.

## 107

peccatorum in orane gentes: quod ipsi Apostoli strenuè præstiterūt. Cæterum ne quis putet Apostolos hoc in symbolum retulisse, quasi iam diuinantes Nouatianos, Catharos, & eius farinæ crudeles hereticos futuros olim, sparsa fide per orbera: constituerunt hoc ipsum can. 55. inslēruntque moueri gradu Episcopum, sive sacerdotem, qui peccatorem non recipiat pœn tentem, quod ex Ignatio ad Philadelphenses, Dionysioque ad Demophilum confirmatur. Vnde liquet tunc temporis fuisse quosdam nūmīum stoicos, rigidosque censores: qui non ferrent candidam baptismalem inquinatam, deinde per pœnitentiam emundari. Neque hi non speciosam causam agebant, subnixam (vt putabant) Apostoli sententia scribentis ad Hebraeos cap. 6. sed Ecclesia secus interpretatit Apostolum: nempe de quorundam Iudæorum opinionē, qui credebant otiosis hominibus, & nihil prorsus agentibus, vel per sacrificia (vt olim) vel per iteratum baptismum dari remissionem in peccatum relapsis: cum multo labore, pœnitentia, lachrymis redeundum sit eò, vnde semel quis coruerit. Ex quibus omnibus apparet hanc quæstiōnem esse antiquissimam, nūlque perinde à diabolo semper impugnatū: de qua nunc nobis restat agendum. *Remissio in peccatorum, subaudiendum est, credo per fidem, Christique disciplinam contingere, id est, per fidem, sacramenta, sacrificia, eleemosynas, ieunia, cæteraque remedia, quæ Christianis hominibus præscribuntur.* Cæterū de authore paucis. Et quidem omnes consentiunt, adscribentes hunc articulum Simoni Cananæo: quod obseruandum est propter eos, qui nomen istud criminantur, & vel caniten, vel Canæum dici malunt: cum apud Matthæum Syrū, & alios Euangelistas syriacè vocetur Cenanaia κεναρι quod latine debere reddi Cananæum nemo non videt. Errant & illi, qui ab urbe Cana deductum contendunt: cum nomen illius r̄ibis diuersissimis litteris à Syris depingatur κενων Cotne, ab Hebræo κενων catan, id est, parvū. Cur autē huic Apostolo sit hic dicatus articulus, nulla patet causa in antiquitate: nisi quod Nicephorus, & Abdias dicant nō tātū maximo fuisse zelo præditū, vnde & nomen accepit alterum: sed præterea valde misericordē, & clementē in condonandis admissis. Verū vt cuncte sit certū est Spiritum sanctum hoc illi suggestissime conferendū, ad huius symboli complementū. Quod reliquū est: si velimus quæcumq; hanc ad remissionē pertinent percensere, inuehendus huc erit totus liber sententiā quartus: sed quia prolixū id eslet: ut consulamus cathecumenorum memorie, cōsueta methodo septē circūstantiarū capita, quicquid erit præcipiū, affatim subministrabūt. Qui igitur voluerit istud beneficium non perfunctoriè cognoscere, principiō fecū expēdat quisnā illud nobis offerat, iubeāq; eredi. Is enim est, quem suprà pro ingenij viribus, descripsimus, Deus Opt. Max. summa illa maiestas, creatrix omniū, fide, & conscientia pura colenda. Offert autem indignis, ingratis, & perfidis mācipijs: ac potius dixerim hostibus. Cum enim, pro sua incredibili botinitate, nos condidisset, omnique genere virtutum, & gratiarum tantum

Epist. 6.  
Epist. 8.

*Genes. 3.  
Quid remissio  
peccatorum.  
Nouatiani.  
Matt. 12.*

*1.Ioan. 5.*

non oneraasset:ita vt nil villa ex parte defuderari:nolla infirmitas,violetia,metusve nocere:nihil fraudis,& imposturæ imponere posset inuitis,ac repugnantibus:mox tamen admiranda prorsus impietate,tot bonorum donatorem contemnere,illius honori detrahere,inuidere sublimitati nimis quām ingratiti copimus;nōsque,& omnes illas opes perdidimus,omni cruciatu,eternāque gebenna dignissimi.At verò, qui ccepérat,benefacere non destitit; ac per summum scelus in extreñam delaplisis miseriā,statim obtulit remissionem:& docuit acquirēndi compendia,cum dixit serpenti:*ponam inimicitias inter te, & semen illius : ipsa conteret caput tuum,*&c.Sed quid est remissio?Quantūm hīc licet dicere,non est tantūm venialium,aut quorundam lethalium; sed omnium prorsus quantorumcunque peccatorum condonatio. Negarunt olim Nouatiani remitti posse peccatum in Spiritum sanctum: quia simile quid Christus dixisse videtur:vbi tamen aliud nihil intelligitur,quām non condonari facile, nec hominibus oscitantibus, aut etiam ridentibus: sed ijs,qui totis viribus satagunt se idoneos exhibere. Idem negarunt peccatum ad mortem,cuius meminit D.Ioannes, posse deleri; nec ibi satis adsecuti mentem Apostoli,qui vult pro huiuscemodi non solis orationibus agendum: sed maximo luctu,prouitentieque laboribus entendum ad eius peccati remissionem. Et vt paucis omnia complectantur, Christi morte nobis partum est ius remissionis, & diuina penes Ecclesiā est deposita facultas condonandorum, non solūm peccatorum in nos admisitorum (sumus enim in nostris rigidis in alienis autem, &, quād ad nos non pertinent, remittendis faciles) sed etiam omnium, quā in Deum Opt.Max. committuntur: nec vllum ab hac lege benignissimæ miserationis excipitur quantumuis horrendum, & immane contra supremi numinis voluntatem factum, dictum, vel cogitatum. Iam quis adsequi satis meditando valeat, quām graue sit peccatum, etiam nostra llicitatione,hominūque iudicio minimū, si dignitatem, maiestatēque consyderes illius, qui offenditur? Remittit tamen; imò ius offendarum suarum permittit ministris, vt nil aliud dicam, peccatoribus.Nunc, quod pudendum est; non agitur de uno, aut altero: sed de innumeris, & nonnunquam uno die centies repetitis:qua in re tanta est hominum ingratitudo, vt hæreticis non defuerit ad negandam remissionem prætextus.Suo seculo Tertullianus aiebat esse impudentis, post adeptam remissionem per pœnitentiam, redire velle in gratiam. Quid hac actate dicturus erat, si peccatores non tantū recipi: sed etiam vocari, inuitatiique blanditijs, & impunitate:nec tamen redire velle consiperet? Remissionis autem locus est Ecclesia: cui tamen addendus cancer expanditum animarum, quād se porrigit usque Dei miseratio: imò & ad infernos nonnunquam penetrat hoc beneficium. Nam dum Martinus, aliquique diui infideles idololatras, quorum erat interitus certus alioqui futurus, reuocabant ad vitam: an nonibi siebat quādam remissio? De mitigatione supplicij, qua leuias, quām pro mentis, plectit delinquentes, ne verbum

verbum quidem facturis sum: cum pro dignitate quicquam dici nequeat. De remedij, & expiamentis, non est quod maltum differamus: pertinet enim haec res ad sacramentorum tractationem: nisi forsitan istud audire vultis, quād tametsi solo nutu Deus potuissest hoc ipsum efficeret, & sola fide, aut imaginatione nostrorum hærelicorum: tamen noluit: quia id nobis non expediebat. Nec enim homo tantum spiritu constat: sed & corpore: itaque oportuit quādam institui sensibus familiaria, quā fidem eorum facerent, quā in animis gererentur. Eapropter sacramenta nobis præparauit, quās sibi admota sensus ipsi transfunderet in animas: sicque corpus, animāque sanaretur. Voluit prætereà fidem adhiberi: quā licet potuissest sufficere, si sic visum illi fuisset: scripturæ tamen nos docent eam tantum præparare: quod autem est reliquum, Deum expiate peccata: adhibere interim homines administros beneficij sui, & sacramenta tanquam instrumenta: sicque postrem gratiam infundere iustar lucis, & vite, quā mentem hominis ingressa dispellat vndeque peccatum, animāque viuiscet. Sed cur id placuit numini? quid illi (obsecro) periret, intereuntibus hominibus nihil. Nec enim extra Deum, hoc est, summam felicitatem, est vllum bonum: vt possit illo indigere. Unica igitur conservandorum hominum causa Dei bonitas. Hæc ob aliud nichil, quām vt suipius reddat participes, eos, cum non essent, creavit: & cum perijssent, instaurauit: cuius rei sensus, si mentem cuiusquam serio pertentaret: incredibilem dilectionis flammarum accenderet. Iam verò huius beneficij (remissionis inquam) fit gratia, non tantum in pueritia, aut certa quapiam aetate: sed semper: quia semper offendimus. Et mortifera quidem peccata planè gratis, ac sine ullo merito condonantur, tam incredibili pietate, vt post Dauidem, Paulus in hac re felicitatem hominis constituat. Neque tamen id solūm facit Deus, cum alioqui sit Psal. 3. Rom. 4. longè maximum: sed, quod hanc adauget beatitudinem (Beati enim quorum remissa sunt iniquitates) simul iustitiam, cuncta Spiritus sancti charismata, longum virtutum agmen, ac debitum æternæ vitae refundit: idque in momento, vt repente ex impio pius, ex filio gehennæ, hæres Dei, & cohæres Christi constituatur: neque semel duntaxat: sed ad extremum usque halitum vita præsentis: quoties ductus poenitudine, flagitijs exaturatus, fessusque peccando, de vita in melius commutanda, diuināque misericordia imploranda homo cogitarit, piūmque ad parentem sibi redeundum putarit.

### De carnis resurrectione. Articulus undecimus.

#### Catechesis 35.



Ost nuperam culpatum, & crimintum nonnunquam satis laudata remissionis tractationem, peropportunc sequitur articulus undecimus de carnis resurrectione. Nam fortassis quibusdam veniret

veniret in mentem, esse quidem ingens beneficium cōdonationis peccatorum: sed se bise momentaneos, & per mortem penitus interituros, ac vel sic periculum, quod à peccatis, imminet, euasuros nisi resurrectionis fides insipientem illam cogitationem excluderet. Hanc autem orthodoxye partem acerrimè fuisse impugnatam diximus alias. Grauati enim peccatis homines conati sunt huius inficiacione miseriae suæ patrocinari. Eapropter Thaddæus, sive Iudas Iacobi rectissimè fratri suo, cu quo semper versatus est, scit mit. Verum quia in antegressis homilijs quorundam Apostolorum, qui articulos contulerunt, obiter nomina

<sup>Thaddæus</sup> De nomine perstrinximus: Thaddæus Mammeum sonat: Lebbæus autem (nam & huīus Apo- hōcisti nomen fuit) corculum, propter oris morūmque suavitatem. Hic stoli. autem frequenter in epistola sua meminit carnis, quam docerent hæretici conspurcare: iudicium, & formidandum aduentum Seruatoris incusat; ceterasque resurrectionis circumstantias: vt illi meritò sit adscriptus hic articulus. Quia igitur alia occasione multa dicta sunt: nunc, quæ supersunt plurima: quinque capitibus expediemus. Quandò ergo dicitur in symbolo: Carnis resurrectionem, subaudiendum est, credo futuram suo tempore. Nam fuere quidam cœtate Pauli, vt ipse ostendit (inter quos erant Hymenæus, & Philetus) homines philosophi, qui cum cœnerent hanc fidei partem cum suæ philosophiarum principijs consistentes, ut resurrexisse non posse, dicebant esse nil aliud, quam enascentem subinde prolem, per quam in filijs parentes quodammodo repubescunt: ac propterea partim factam olim, partim quotidie fieri resurrectionem. Sed num scripturis, & rationibus ostendi potest (suo inquam tempore) futura? Equi- Descripturis rationibus resur- dem, quod ad scripturas, edidit hac de re Tertullianus insigne volumen contra Valentianos: Damascenus quoque postea caput integrum extreamum libri: 4. de orthod. fide; rationes habet quoque Paulus laculentissimas, ex media rerum natura depromptas prioris ad Corinthios cap. 15. At vero ex iustitia, bonitatéque Dei promptas, Patres solent has adferre potissimum: Credimus (aiunt) Deum esse iustum, ac bonum: & iustum quidem supplicia decernere peccantibus; bonum vero reddere merentibus præmia: vnde consequitur necessariam superesse resurrectionem. Nam si diuinæ prouidentiæ leges intueamur: videbitur crudelis Deus, qui ab Abele iusto, usque ad nostrum hoc seculum, & ad extrema tempora mundi pios quoslibet, ac iustos cruciari, varijsque calamitatibus in ista vita conflictari permittit. Quomodo enim bonus, qui sic affligit, perditque clientes, & obsequentes filios: si nulla postmodum mercede tot ærumnas olim compensaturus est? Si dicas animæ persoluendum esse præmium, audio: sed illa non aliter, quam corporis communione passa est. Corpus igitur, quod tam acerba pertulit, quod afflixit se: quod humili cubauit, ieunauit, alsit, vigilauit, non erit gaudij particeps? Itane posteaquam in sortes, cineremque disparuit, omnis illius labor interiit, si nunquam excitatum fuerit? Præterea Deus, pro iustitia sua, nullum scelus inultum relinquit: at nunc videmus gravissimos inter-

mos interdum peccatores, qui cum gaudio, & (vt ait sanctus ille) cum tympano, & cythara descendant ad inferos, postquam hic illis ex animi sententia cœcta successerint, & prolixè debacchati per omnia vitia, nihil maceroris penserint: usqueadē vt David huius rei cōsideratione penè dimotos pedes suos adsereret. Vbi igitur Dei iustitiae olim, qui corpore ad omne flagitium sunt abusi, cum eodem luant supplicia, & quod criminum fuit consors, poenarum quoque fiat socium? Sed quid est resurrectio? Hoc nomine intelligimus, quod alibi dictum est, coniunctiōnem corporis mortui cum anima corporis (inquam) quod antè mortuum fuit, ac fedactum in cineres, per resurrectionem denuo animæ coniungendi: nec enim alterius est resurrectio, quam eius quod corruerat: quemadmodum à Damasco describitur *devrēga q̄d̄is* 78 *wēp̄w̄k̄r̄*. Resurget autem prorsus eadem caro perfecta, non mutilata, impatibilis, quod quidem ad electos pertinet: & immortalis, sexumque conferuans (si enim non esset eadem: non iam resurrectio, sed creatio dicenda foret) quod propheta Iobus disertè clamat, dum scipsum, & non alium in carne sua (toties rem eandem repetit) visum se adfirmat creatorum suum. Et Paulus: *Ipsum (inquit) corpus quod*

*i. Cor. 15.*

seminatur in corruptione, ignobilitate, infirmitate, surget in incorruptione, gloria, & virtute. Et ne quem tyrannorum exterfeat scutia membra distrahit, vrentium, & in ventos, vndasque spargentium, surget integrum usqueadē, vt non sint defuturi vngues, capilli, humores, nisi duntaxat isti superflui nihil ad corporis integratatem facientes: vt est lac mulierum. At vero sanguis, pituita, & si quid ad perfectionem pertineat: redibit vna cum ipso sexu, quod negarunt hæretici. Damicatorum autem corpora erunt immortalia: & cœteris im- De qualitatibus corporis tam honoris, quād malorū post resurrectionem. patibilis, vt interire nequeant, quantilibet atterantur supplicijs: cuius rei sola cogitatio peccandi formidinem, & resurrectionis religiōnem deberet omnibus incutere, quæ sinem excludat tormentorum, nec interire permittat, etiam cupientes. Nam si soli pij resurgerent: esset fortassis, qui huius vitæ delitias præferret futuræ immortalitati: nunc vero, cum velint nolint resurgere cogantur, etiam reprobi, nullum relinquunt illis refugium. Et sancti quidem resurgent Christo conformes, habebuntque corpus, non tantum impatibile: sed lucidum, gloriosum, spiritale, quodque tam erit spiritui mortigerum, vt nil suprà: impiorum autem corpora spiritali quadam ratione afficiantur, non vt lignum ab igne: sed potius vt oculus lumine. Vtrique porro suscitabuntur atate perfecta, plenaque statuta, quamvis non in omnibus æqualis. Si autem & illud attingendum est, quibus causis, & administris futura sit resurrectio: patitur viribus, aut cinerum energetia non fieri cum natura præter ductum proprium, & opificium, nimilium ex proprijs seminibus vniuersiisque rei productionem, nihil agnoscat. Et quamvis in ipsa resurrectione corpus feretur ad animam, sicut hoc miraculo, quia videlicet gloria, levitate, immortalitate, exortisq; dotibus erit prædictum,

*solan Deus causare resurr. & author.*

Rom. 8.

Dialog. 4.

*Christus me-  
ruu nobis re-  
surrectionem.  
Finis resurrec-  
tionis.*

*Momentum  
resurrectionis  
incertum.*

Acto. 1.

Math. 25.

Itaque Paulum audiamus huius rei, naturā omnem in immensū exuperantis, demonstrantem authorem his verbis. *Qui suscitauit Iesū a mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra.* Deinceps autem angelico ministerio persuasum habuēre nostri maiores Gregorium sequuti, cetera quæ erunt magis corporea, effectum iri: vt est collectio cinerum &c. quibus ad eum modum collectis, Deus omnipotens sua rursus infundet animam. Hic autem illud notandum, eos cineres non ita permiscendos, vt qui caput fuerit, fiat manus, aut pes; sed quemq; pristinum locum, formamque recepturum. Resurgendi priuilegium Christus ipse nobis promeruit: qui, vt membris suis, & electis tota sua œconomia præxiuit: ita hac in parte fidem, spem, ac meritum dedit resurrectionis. Finis est Dei bonitas, ac iustitia: vt benemerentibus merces à bonitate reddatur: flagitiis autem tormenta, cruciatisque rependat iustitia. Et hoc loco etiam atque etiam considerandum, quanta peruersitas, quæ cæcitas, & obliuio nostri nos cepit: qui, cùm vel ad supplicia, si male, vel ad gloriam, si bene vivamus, simus futuri perpetui: nihil omnino scimus: in peccato securi, nec ulli ferè nostrum, pro dignitate, salutis suæ curam suscipiunt. Temporis momentum adsignari minimè potest: cùm precipuis Ecclesiæ columnis dictum sit: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ parte posuit in sua potestate:* & apud Matthæum, ne angeli quidem huius rei conscijs dicantur. Physice autem, auct. Astrologicae rationes hinc sunt penitus otiose: quæ, cùm ex circulari motu cœlorum sua prædicere consueverint, habent nil, quod hinc dicant, cùm ille cum motus desitrus sit, quod tamen quando fiet obseruari non poterit, cùm volvatur in circulum. Tamen diluculo fore putant, cùm sol in ortu, luna in occasu constiterint: quia Christo relungente, & in rerum productione: is fuit orbium cœlestium situs. Vt cunque hoc sit: fiet in tempore, quod quidem obseruari poterit: tamen ita breui, vt quicquid angelorum peragetur ministerio, sit penè ad momentum temporis accertum; id vero, quod vi diuina perficietur, id est, illa corporum, animarumque coniunctio, fiet prorsus in nicho oculi. Instrumentalem causam scripturæ varijs, appellant nominibus, vt est, tuba Dei, vox filij Dei, vox archangeli, & similia, quæ varijs metaphoris imperium Christi significant.

### Articulus duodecimus. De vita aeterna.

#### Catechesis 36.

**A**ndem pro clausula, & præmio fidei, quæ hactenus symboli verbis est explicata, sequitur articulus duodecimus. *Viam aeternam*, cuius rei, & ordinis rationem, conuenientiamque nemo videt. Nam referret perparum esse mūne mortali; an viuetemus per resurrectionem carnis: si viuentum conditione non esset vel vita, vel aeterna miseria; sed surgeamus paulo post iterum morituri. At nunc, cùm sunt omnes ita surrecta.

surrecti, hi fœliciter, illi infelicitate, vt neq; interire miseris, etiā si maximè velint: neque tentari miseria queant beati: Spiritus sanctus huc nostri symboli colophonē esse voluit: quia omnibus in reb⁹, & præmiis accidunt studia, & suppliciis delicta comprimuntur. Principiū igitur a gendum de authore, quem faciunt nostri maiores Matthiam Apostolum: in cuius rebus non temere quicquam inuenias, quod ad hanc rem pertineat: præterquam apud Dionysium Alexandrinum libro secundo promissionum aduersus Egyptum Nepotem: vbi narrat is author Matthiam Iudeis multa contulisse beneficia, edsque potissimum aduersus Cerinthianorum errores de illis mille annis armasse. Celebratur prætereā eius apophagma, quo saepè carnem domandam inculcabit, nec illi permittendas voluptates: animam contrà fide nutriendam, & augendam. Ideo, quod alijs dictum est, hīc repetitum esto, Spiritum sanctum huius rei suggestorem. Nunc ad rem. *Viam aeternam*, nempe credo futuram. Et hanc vitā interpretarer eo modo, quem antè dixi de immortalitate fœlici, & infœlici: nisi me alia scripturæ reuocarent. Nam Christus ipse vbi hanc vocem usurpat, sic distinguit: *Et ibunt hi in supplicium aeternum: iusti autem in vitam aeternam: fecer-* Matth. 25. *nens nimis vitam hanc perpetuam beatorum, à perpetuis miserorum suppliciis.* Ideoque putandum non est, rem utramque sub altera parte. Apostolos voluisse complecti: sed illis fuisse satis mentionem facere fœlicitatis, ex qua liquidè fors altera declararetur. Quoniam autem sit hic mentio vitæ aeternæ, quæ est summum bonum, ratio postulabat inquiri, cur sic bonum illud nostrum, & non alio quo quis potius nomine vocetur. Respondet porro Dionysius propterea factum: quod vira nil amabilius, nil delectabilius, nil iucundius, præstatius, notius: quemadmodum vulgares illi sermones indicant *vita mihi charior ipsa, & ζωὴ καὶ φύξις* apud Satyricum. Cùm igitur id sit hominibus persuasum: adeò vt mortem iis, quos perditos optamus, pro summo malo vel imprecemur, vel inferamus: ipsæque Deus hostes suos perimat, priuētque vita: nil mirum si vitæ nomine summum bonum occurrat. At vero, quia brevis hæc vita non videtur esse tanti momenti: neque mens impletur eo, quod non est perpetuum: additur *Eterna*, vt magis irritaremur ad persequendam vitam, qua nos perpetuè fructuosos crederemus. Quia autem summi boni facta est mentio: non intemperiu[m] erit nostris catechumenis de eo non nihil carpim delibare. Non tantum ergo genus hominum vniuersum: sed & res omnes habere suū bonum, & querere, & in illo acquiescere videmus, si contingat adipisci. Nam in omnibus creatis est quædam propensio ad id, quod illis cōducit maximè: sic aër limpidum, sumumque, & perspicuitatem: claritatem, per spiculatatem, & puritatem appetit: terra suo pondere fertur ad imamdenique nil est in rerum natura, cui non sit, quod expetat, & quo adepto lætetur. Multò autem magis in hominibus ratione prædictis elucet illa cupido, quæ nulla non ætate optimos quosque ad huius

*cur summis  
hominis bonū  
voetur vita.  
De diuinis no  
minibus c. 6.*

Vita eterna  
quid.  
1. Cor. 13.  
1. Ioan. 3.

contemplatio  
duplex.

boni indagationem coëgit: frustra tamen, nisi quibus Deo visum est illud manifestare. Itaque dum ardentibus studiis, beatifico lumine destituti in diuersa ferrentur? Alij honores, & opes sibi proponebant, alij affectabant ad potentiam: qui autem maximè pecunii, voluptatem, venerem, palatiq[ue] delicias persequebantur: omnium laudatissimi, aut in contemplatione, aut in humana virtute, id est, in re facta eo modo, modo, quo iudicium humanum decernit aliquid faciendum, finem constituebant: vt si Cicero pro Milone dicat Clodium iustè interfectum, quamuis iniustissimè, quia hoc deberet amico. Sed qui hanc vitam æternam ignorarunt, frustra per omnia querendo peruagabantur: cùm prater Deum unum nil hominis animum expleat. Si autem humana quadam definitione, quæ sit hæc vita, cognoscere cupis: ex Paule licet: *Nunc videmus per speculum in anigate: tunc autem facie ad faciem.* Et si videatur id obscurius: Ioannes maiore luce: *Necdum (inquit) apparuit quid erimus: scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est:* ex quibus vita huius æternæ descriptionem istam catechumeni eliciat: vt dicat esse claram, & aper tam Dei vistionem: verum & istud est reconditum. Dum ergo dicitur visio, seu aspectus, non intelligas de his oculis. Nam cùm agatur de videnti Deo: nequit ilie corporeis oculis inspici, quia nil vident illi, nisi quodd[em] speciem suam illis ingerat, vt sunt color, & lumen. Deus autem præter simplicissimam, purissimamque essentiam nullas habet species, quas obtrudat aspectui: quod si quipiam repræsentet creatum, Deus id non erit: sed figuratum Dei. Et id quidem sic se habet, sive a gas de obiectis communibus, sive propriis. Nam magnitudo, numerus, motus, sunt cōmunia obiecta, quia multis sensibus percipi possunt (sit enim hoc in gratiam catechumenorum exempli illustrandi causa) color autē, aut vox censetur, propria: quia visu, & auditu tātū certimūs, & audimus. Hæc igitur obiecta, vt percipientur, debent, sive formas, & species ingerere sensibus: quarum cùm prorsus expers sit Deus: cerni non potest oculis corporeis, duntaxat propriè. Nam aliquomodo visibilem esse postea docebimus? Ergo ista beatitudo posita est in parte præcipua creature rationis participis, quæ nec voluntas sit, nec memoria: sed mens sive intellectus: nec aliud significat, quām mentis operationem, qua Deus videbitur. *Sed cùm in Deo sint omnia: nunquid perficitur integrè cuncta perficiemus?* Nequaquam. Et hīc lucis causa non nihil est philosophandum. Nostri duplēcē ponunt contemplationem: alteram, quam vocant visionis (latiniū, & commodiū obtutum dicentes) eam facultatem, qua homo intelligit ea, quæ nunc sunt in rerum natura: vt cum haec præsentia cerno: altera simplicis intelligentiæ, quādo homo non examinat, nec intelligit ea, quæ nūc existunt: sed simul vniuersa præterita, presentia, & futura. Et hac Deus omnia cognoscit: homo autem eo modo non videt Deum: sed tātū priore, idque quadtenuis. Melius autem istud a sequemur distinctione beatitudinis, quæ

revera

Duplex cō-  
deratio beat-  
itudinis.

revera quidem vna est: sed duplice ratione consideratur. Aliud enim est natura diuina, quæ est ipsum summum bonum: & aliud, quod erit in eis, qui fluentur beatitudine. Nam notissimum est humanam intelligentiam esse talem, vt res omnes, quas conſyderat, in ſe habeat: vt dum virtutem conſidero, statim virtutis ideo, & simulachrum naſcitur in animo meo. Atque ad hunc modum alia est beatitudo in ſe, quæ est Deus: & alia participata, quæ erit in unoquoque beatorum maior, minorue, pro meritis. At verò nohra beatitudo (vt dictum est) conſtitit in contemplatione diuinæ naturæ: quia videlicet quiddam in mentes nostras influet, non simulacra, vel forma: sed ipfmet Deus, tamen ſimpli- cissimus, communicabit ſeipſum hominibus: qui, vt fuerint magis fide, ſpe, & charitate instructi: ita magis fluentur diuinitatis contemplatione. Vnde coniici potest, quid ſibi velit, cùm dicuntur homines vnum futuri cum Deo: quia illa eſſentia, quantum fieri poterit, ſe menibus illorum inſinuabit, vt quid vnum efficiatur. Sed quoque cernemus: Vi- debimus quadam contemplatione visionis, ſive obtutu intelligentiæ influentem in nos diuinitatem: ac ſimul præſentia, quæ in ea ſunt ex parte. Nam quid in hac vita fuerimus fide, ceterisque virtutibus, ac Dei cognitione inſtructiores: ed plura videbimus. Et hoc quidem ſic ſe ha- bet usque ad extremitum iudicium: *postea videbunt omnes omnia, non tamen eque perfectè: & hoc per lucernam corporis Christi vt doceat Ioan-* Apocal. 21. *nes in suis reuelationibus: Clariſtas Dei illuminabit eam, & lucerna eius agnus.* Ipfa autem Christi caro, etiam nunc omnia cernit in Deo: & ea- uem nobis olim communicabit, ac per eam lux eadem, quæ per lucer- nam, ad nos porrigitur. Illud autem non pœnitendæ fuerit diſputatio- nis, quidnā in scripturis mansionū nomine deſignetur. Et in primis ne- mo de rebus diuinis tam imprudenter cogitet: vt quedam ſomniet adi- ficia ad inhabitandū cōparata. Nā ab eo, quod ſubſiſtat in ſuo quodque gradu, æternūque maneat, æterna illa ſeſcitas, ſecundum translationē, nomen habet māſionis. Dixi enim hominum intelligentiā à rebus ab- strahere formas, quibus in animo conceptis fiat scientia; voluntas autē alterius est, prorsusq[ue] diuerſae naturæ. Nec enim formas educit: sed quæ ſi extra ſeipſam progreditur, ſequere relinques ad res ipſas accedit. Ea por- rò voluntas meriti ſedes est, quæ quidem prædicta est charitate. Ergo ſi procedat voluntas mea imbuta charitate ad Deum: vbiq[ue]; tandem ſubſtiterit, mansio, ſive ſubſtentia, & quies dicetur: & ſecundum gradus, propiores, & remotiores, pro dilectionis magnitudine, ſunt diuerſae mansiones. Adde iſtis omnibus homines, ante resurrectionem, minūs in ecclis esse beatos, quām ſint olim futuri: partim quia poſt coniugatio- nem animorū cum corporibus Christi (vt iam dictū est) de ſuo ſit ali- quid impartitur: partim quia ſpiritus hominum ita creati ſunt, vt de- gant in corporibus, in quibus perfectius exerant ſuas functiones: quia ex parte nonnihil etiam augebitur beatitudo, pro actionis maiori perfe- ctione. Adhac gaudebit anima pro coniugis ſuic corporis ſeſcitate,

Auctior erit  
beatiorū ſpo-  
rū ſuic  
gloria.

nde fiet (quod superius ostensuros nos promiseramus) vt hisce oculis Deum quodammodo videamus, non per se, ac propriè: sed per res creatas, non equidem, vt nunc, per visibilia (quod ait Paulus) sed quia tunc sic promicabit diuinitas ex Christi carne, vt qui eā videāt, videāt Deū: quēadmodum cūm hominem loquentē, sequē mouentem audimus, ac intuemur: vitam, non quidem reuera, cum sit inaspebilis: sed in sua functione cernimus. Et hæc sunt p̄cipua, quæ requiruntur ad cognoscendū hoc summum bonum. Causarum (si ea defyderentur) *causa nostra  
resurrectionis* Rom. 6. meritoria Christus est: effectrix Deus, qui dedit nobis charitatē, ac spiritum sanctum vt mereri possemus. *Gratia enim Dei vita eterna.* Sequebatur vt de reproborum ageremus miseriis: sed ex eorum, quæ diximus, comparatione facile cuius in mentem venient. Recte enim Chrysostomus dicit colligi tormenta ex damni, quod quisque accipit, magnitudine. His ad hunc modum de symbolo productis in medium, quæ ad eius (ni fallor) spectant interpretationem germanam: supererat vt reliqua capita ab hæreticis impugnari solita, quæ ad symbolum non malè referri posse videntur, perstringeremus: sed quia hoc prolixissimum esset, immensique laboris: vt vobis audiendi, nobisque dicendi molestia adimamus; tria hæc aduersus omnes hæreticorū machinationes antidota, instar omnium, habeant nostri catechumeni. In primis igitur aduersarij à iudicio sensuum fere semper argumentantur: & maximè dum agitur de sacrosancta Eucharistia. Quomodo (inquiūt) potest Deus tam immensus, tam parvus speciebus contineri? quomodo corpus integrum tam leuiter circumgestari? quomodo illa maiestas in vasculo claudi? quomodo accidentia superesse, cum res desit? Audiant primū quid Timotheo scribat de diuinis nominibus c. 6. Dionysius, *Fugit enim illum puto* (loquitur autem de Simone mago) *non operete cum, qui recte sentiat, manifesta sensus ratione inniti.* *ad intricce, contra inaspeabilem causam rerum omium.* Hoc igitur illi respondeatur, qui sensuum præscriptionibus abutatur. Secundū est, quod Episcopo suo Corinthiorum Episcopo præscribit Athanasius, referente Epiphanius. *Non sum haec catholica Ecclesia, neque patres haec docuerunt, aut senserunt.* Tertium habet Epiphanius, ex sua sententia, hæresi Dimæritarum. Iterum, & iterum cogitandum, exemplo Apollinarij, Aëtij hominum doctissimorum, & eloquentissimorum, eum, qui semel minima in parte egrediatur limites Ecclesiæ, esse in perpetuo: p̄cipitio errore semper errorem, & hæresi hæresim trahente (vt qui ex techo delabitur nulquam constitit, priusquam ad terram p̄ceps allidatur) donec ad infidelitatem, & veri Dei abnegationem procedatur. Hæc tria si catechumenorum animis infixa manserint, obiectaque fuerint hæreticis incantamentis: non facile superabuntur.

De Spe.

*tria aduersus  
omnes hæreses  
notatu dignissima.*Epiphanius  
hæres. 77.

De Spe.

Catechesis 37.

**H**actenus fidei tractationē absoluimus: in qua diuini illius munieris naturam primū, essentiamque cōsiderare: deinde, quæ illo nomine comprehendūtur, articulorū refertissimas apothecas ob ambulare licuit: quorum omnium veluti clausula in exitu cōstitutis occurrit vita æterna, cuius cum tanta sit illecebra, vt propositi pemij defyderio mentes necesse sit inflammari ( nisi fortassis arbitretur quipiam summi boni cognitionem otiosam fore, nec mirabilem sui cupiditatem excitare sequitur, vt homines excīti mercedis magnitudinē, parturiant quādam spēm vitæ æternæ, & quam videāt esse per fidē omnibus constitutam, eā sperent sese quandoque Dei beneficio cōsecuturos. At quia recte, tutoque spērare non possumus nisi priūs, quid sit spes, intellectum fuerit (quis enim rītē vtatur re, quam non nouit?) iccirco à nobis accipiunt, huius virtutis definitionem catechumeni: ac deinde ad reliquorum spei capitum, siue rerum sperandarum futuram enarrationē accingātur. *Spes igitur est donum Dei, quo voluntas erigitur, & animatur, ut valeat certi expectare æternam beatitudinem ex gratia Dei, & honorum operum meritis.* Hæc si videatur, scholiis illustremus. Cū spē nomen audis, distinguēdum est inter eius actum, & habitum. Neque enim hæc spē designatur officium: quod dē agetur in sequentibus: sed munus ipsum describitur, quod homini adhæret, estq; perpetuū. Ne verò quisquā hoc sibi comparare se posse credat: vocatur Dei donum. Nā proiectam audaciam, & p̄t̄umptionem quidam spēi nomine dignantur, qui videlicet putant sine Dei munere se perseueraturos: cum Paulus spēm adnumeraret inter meliora charismata, quæ suis Corinthiis demonstrabat. Si quid verò in hoc dono intelligatur præterea: debemus ex aliis nomēcationibus eius colligere. Non est igitur in primis subitum hoc donū, quod repente detur, & euaneat: semel acceptum non subitè consumitur, aut perit: non quale diuis interdū cōtingit, vt afflentur ad momentū spiritu Dei: quēadmodū in actis videtur est in Petro, & i veteri scriptura, in prophetis, super quos ex inopinato factā manū Domini cennim⁹: sed est tale, q̄ recte nostri Theologi cū philosophis habitū vocant, nēpē vis quædā perpetua, quādiu homo iustus est ac per charitatē adhæret Deo: quæ hominem volentē hoc officiū exercere adiuuat, semperque p̄festo est, adeoque p̄stans, vt sola queat hominem conseruare: siquidem desperatio perdit eundem. Voluntatis porrō nomen haud abs re positū est: cū hæretici spēm cum fide confundant, & incautis vtrāmq̄e virtutē fidei nomine venditent, aut ediuersio, dum fidem nil aliud esse volunt, quam spēm, fiduciāmq̄e certissimam, quæ homines non finat metuere, neque cū timore, ac tremore salutem suam operari: sed eque certū reddat de æterna vita obtinenda, atque firmiter credi necesse est Deum esse

*spē definitione.**fides donum  
Dei.*1. Cor. 12. &  
13.*spē in rotac.  
tate.*

Duplex volū  
sati, facultas:

Effectus spē  
accōmodatē  
exemplō pro-  
ponit.

Luc 15.

spē officium.

que certa  
spes.

esse trinūm, & vnum. Eāpropter Caluinus in suis christianis ( vt vocat) institutionibus, cum habeat exactissimū indicem, spei tamē nūsquā meminit, quā nimirū fidei nomine volebat intellectā, & comprehēlam. Id cīrcō spei voluntatē receptaculū esse diximus. Nā fides ad cognitionem pertinet, ac suo lumine mentē illustrat, eaq; propter sedes habet in intelligentia: spes verò, seu fiducia (sunt enim eadē, nisi qud hāc videatur spē p̄stantissimā significare) in ea parte stationem obtinet, qua cupimus, & appetimus. Duplex enim est volūtatis facultas: & altera quidē amoris nomen accepit, qui res alioqui diuersas cōglutinat: altera spes etiā à philosophis dicitur, quæ nō adhæsionē aut cōiunctionē, quæ sunt rerū p̄sentiū, & habitarū: sed alicuius rei adeptionē sibi proponit, ipsamque voluntatē in rem procul posita erigit. Hoc aut̄ exēplō fiet aper- tius. Fingamus dari nobis aliquē iuuēnē, qui post eruditam cōcionē, secum expēdat vnicō mortifero peccato debeti gehennā: manere cruciātūs āternos post mortē: subducēdā omniū actorū, dīctorū, cogitatorū, teste, ac iudice Deo, rationē: hic meus iuuēnis attonitus cernit cōscientiā mille sceleribus inquinatissimā, trepidat, imō desperat, metuq; prosteini- tur: nec audet oculos ad cœlū, p̄tissimumq; paretē Deū sustollere. Hic iam est spēi cāpus, quæ licet in formis adhuc, & debilis: quia destituta charitate: tamē erigit hominē, ac ne penitūs desperet hortatur, cōsolat, suadetq; vt immensum Christi meritorū pelagus obtueatur. Instituit seriā p̄enitētiā, exquire quācūq; sunt (inquit) proposita remēdia, ne desperes. Qui enim desperat, perit, qui sperat, saltē nūl meretur deterius: cōfide futurū: vt Deus respiciat conatus tuos. Si enim vellet ille te perditū, nunquā in spē te surrigi fecisset, neq; suggestisset, vt ad illius promissiones animū aduerteres. Imitare prodigū illū euāgelicū, in quo perfectissimus omniū verē p̄enitētiū typus enīuit. Sciebat ille se p̄fīlīmē de patre meritiū, ac proinde metu consernabatur: tamen sperans: Quām multi (ait Paulus) mercenarij in domo patris abnīdāt panibū? Surgā. Vidēn iacētem, ac timore positrū? Surge igitur & turedeas ad patrē, ille tibi vtrō prodibit obuiā reuertenti. Ad huc modū spes depresso etigit. Sed interdū cōtingit sic in procinctū posito, reditūmq; tentanti diabolū multa insuſitare, hinc Dei timorē, ac seuerissimā iustitiā: illinc propriā vi- litatē, & indignitatē: aliūd pudorē hominū, quæ versutus hostis in immensum exaggerat: sicq; fit nonnūnquā, vt homo peiūs relabatur: qua- propter addidimus in definitione: Et animatur. Debet enim peccator mari, & quasi à spē protrudi tantisper, dū ad patrē periuenerit: vt podo- rē, timoremq; fortiter perferēs, eluctetur omnes dæmonū insidias. Iam ad officiū spēi nos deducit ipsa definitionis series. Vi valeat certō expe- ëtare, hanc certitudinē (vt iam dictū est semel) aduersarij volunt eādem esse, cum fidei securitate: vt nimirū homo se speret æquē firmiter iustificatū, olimque saluatū iri, quām persuasum habet citra omniē hēsitationē Deū esse iustū, ac bonū, alioquin desperatio est (inquiū) nos cōtrā dicimus futurū illud p̄sumptionis, audaciæque projectissime. Sperare autem

autem certō dicimus esse affectū nostrū, seu voluntatē ita enīti ad beatitudinē: vt nullā inde diffidētia resiliat, vel̄ dēcidat. Exēpli causa, finge- mus, ( quod sāpe facit Paulus) quosdam in stadio currere: hic si homo prorsus desperet se adsequi posse, ne curret quidē, neq; tentabit: ideōque nec p̄mū accipiet vñquā. Si quis autem alius peritus currēndi incipiāt quidē: sed vbi alios anteuertere conspicabitur, desperans fistat cursum excidit itidē à brabæo: si verò quispiam suā celeritatis sibi cōsciens currat, neque metuat vñlos sibi posse præripere palmaris habe- bit talem spem, qualē nos volumus, quæ nullām habeat dubitationem, neque sinat animum in p̄des (vt loquuntur) decidere. Sic enim ortho- doxus certō sperat, & videat licet impedimenta, quæ prætendit diabo- lus: non tamen prop̄terē desinat contendere, vt veniat ad vitam āternā: & si labatur subinde, resurgit illicō vegetior: & cum Iobo sic ani- mum obfirmat, vt, si Deus illum occidat, pergit nihilominus de illius nenigitate sperare, nixus promissionib⁹. Et ista quidē ex parte homi- nis. Si autem spem ipsam per se aspicias: est maxima certitudo. Spes e- nīm (ait Paulus) non confundit, spes (in quam) vt est virtus, quæ non dirigit hominem, nisi per certas conditiones à Deo p̄scriptas. Sis ( inquit il- la ) bono animo, audi quid Deus dicat, compungere, confitere, obtem- pera sanctissimis Dei p̄ceptionibus. Hæc si feceris: tutus reuertteris ad antiquū gratiæ locum, Quid verò mirū est, si, cūm istis rationibus pro- grediatur: indubitanter vitā polliceatur āternā, quam mandatorū suo- ū obseruatorib⁹ verax Deus addixit? Nec enim incerta spes ad hunc modum considerata verē dici potest. quæ certissimis conditionibus in- nititur: quibus si homo nolit obtēmerare: tum spes confundet, imō nō ipsa: sed nostra peruersitas: spēi eūtem ductus nunquam fallit. Nec absur- dum videri debet, si cum timore spem istam cōsistere dicamus: qui, si non sit nimius, spem exercet, tantūque abest, vt obsit: quin etiā pro- dest vehementer. Nā si ego suprā modū per summa quæque discrimi- na, variōque timores elucter tandem: p̄rque media pericula perueniā ad Deū: proculdubiō diliget ille magis, propter illā de sua bonitate fi- diciam. Expectandi autem verbum nullām hīc moram significat (hoc enim ad lōganimitatē pertinet) sed defyderium, appetentiā, & conten- tionem ad rem ārditam, hominisque vires procul exuperantem, quām- que solius Dei gratia dabit effectam, nempe vitam āternam, siue beatitudinem: quam per nos ne sperare quidē rit̄, aut expectare, nedum comparare possimus. Nisi enim Deus gratiam infundat, eāmque perpe- tuis auctib⁹ foueat, angelisque p̄sidiis nos vñque tueatur: nun- quam licebit emergere. Quapropter in definitione additur: Ex gratia Dei, quam ille nimirū & dederit. & vñque sit conseruaturus. Est e- nīm gratiā triplex: interna, quæ cum ipsa charitate subministratur: deinde illa eadem auctior assidua Dei conseruatione: tertia, quæ circa hominem est, angelorum tutela missorum in circuitum ti- mentium Deum. Quibus adiungenda sunt, vt definitionis periodus Dei gratia triplex, expleatur

expleatur, bonorum operum merita: quæ certè aliud nihil significant, quam Dei gratiam, & liberum hominis arbitriū. Illa enim adiutus homo orat, ieiunat, dat eleemosynam non facturus si calcar illud spiritus non subderetur, qui in nobis otiosus esse non potest: quemadmodum nec vita ab agēdo quiescere. Et quia longè secūs nos impellit ad agendum, hæc gratia, quam homo cuiuslibet artis instrumentum, & in officio faciendo iuuat, vicissimque illius instinctum sequimur, manibūsque nostris, quod illa suggredit interius, alacres peragimus: propter, quæ sic fiunt, ea nostra esse dicuntur. Et quamuis ea Dei gratiæ potissimum videantur adscribenda, vt primæ causæ: ea tamen est incredibilis eius bonditas, vt posteaquam omnia nobis affatim præstiterit nos, tanquam pro nostris, ac in integrum nostris coronat operibus. Sic spes, quam in nobis Deus semper adseruet.

*De desperatione, presumptione, iis, quæ ad spem pertinent, & oratione.  
Dominica continentur, ac huius præstantia, & efficacia.*

### Catechesis 38.

*Desperatio  
quid.*

*Fides cū desperatione stat.*

*Inter alia summum desperacionem contra remedium.*

**P**Osteaquām de spe, quod satis erat, nuper differuimus, nunc sequitur, vt de aduersis, hoc est, de vitiis, quæ hinc inde spem tanquam scopuli, & præcipitia ambiunt, desperatione, presumptioneque, quanto licebit agamus compendio. His enim exploratis, melius, quæ sit natura virtutis huius, ac doni peruidebimus. Ac per desperationem intelligimus, grauissimum illud scelus, quo sic obtinet homo vel grauitatem, vel multitudinem criminum suorum, vel utrumque: vt sibi tandem persuadeat, animūque obfirmet fieri non non posse, vt Deus ignoscat. Cain, & Iudas propter singula horreda scelera huc delati sunt, alij multis inquinati ad eosdem scopulos nauem alliferunt: plerique sæpiissimè relapsi, & infandis criminibus conspurcati obruuntur, & absorbentur à nimia tristitia. Neque sita est hæc in mente desperatio: neque fidei reputant, cum qua, etiam optima, desperare quis interdum potest, qui cū Deum optimum, & misericordem, Christū nobis omnia promeritum, sacramenta efficacia signa gratiæ rectissimè credat: nihilominus ea professe aliis duntaxat arbitratur, sibi verò minimè: quia sibi priuatim voluntas id non accommodat per istud donu spei, quod fide generatim credit. Nam, vt hoc obiter dicamus, fides circa vniuersa versatur: spes autem hæret in subsumptionibus, rapitque singula: & ea, quæ sua sunt, potissimum amplexatur. Si enim audiat remissionem peccatorum propositam, & eam fide credit: statim subsumit spes, ergo & mihi ea continget, qui seruo conditiones appositas. Et hac in re desperatione deficit, quæ non sibi vindicat, quod omnibus credit addictum. De remedii huius pestis nuper, quod satis est, egimus: illud summum est, nec pi-

nec piget repeter: si obueretur animo eum, qui desperat, certissimum *Præsumptio duplex.* ruere in exitium: contrà, qui sperat, etiam si à spe decidere contingat: sperando non posse malum reddere deterius. Alterum spei latus occupat præsumptio, biceps monstrum. Est enim præsumptio quadam Pelagiiana, quæ adeò viribus arbitrij defert omnia: vt neque Dei gratiam, neque doctrinam, neque vlla præsidia requirat; quasi sibi per omnia sufficere, discere quæ sint agenda, quæ dñlcerit facere, inquit illis perseverare, suōque matre ad vitam possit æternam, citra auxilium Dei, peruenire. Hoc qui laborat vitio præsumptuosus dicitur: siue iam sit in gratia constitutus, in qua se perduraturum viribus proprijs polliceatur: siue illa careat, & eam adsecuturum se proprio labore putet, sibi nimis vendicans, quod spes docet à sola Dei gratia nos emendicare debere. Altera species præsumptionis est, quando homo, in medijs licet flagitijs positus, sperat tamen, ac sibi vitam æternam pollicetur. Deumque iudicat usque adeò misericordem, ne dicam stultum: quasi non sit vlturus crimina, etiam non poenitentium. Huius generis sunt plerique nostri temporis hæticorum, qui inter mille scelera putant unica mentis figuratione salutē se consecuturos: contrà quam spes doceat ea, quæ Deus imperat, peragenda: & tunc, quæ promittit, expectanda. Itaque iustis bona opera (quamvis priorum oblii, ferantur semper in anteriora, neque vt debitum arrogant, quod de Dei bonitate sibi pollicentur) fiduciam comparant: cum fieri nequeat, quin bona conscientia, obseruatorum pro viribus Dei mandatorum, hominem animet vehementer. Qui autem carent interno teste anteactæ vitæ sanctioris: hac spe tamen iuuantur plurimum, si in Christi merita, Deique promissiones ijs rationibus, ac vijs, quas instituit ille, ferantur. Verum de his non plura. Nunc progrediamur ad explicationem rerum, quæ ad spem pertinent. Et quamvis illæ varijs modis, vel ex scripturis, vel ex maiorū nostrorum monumentis, vel ex natura spei desumptis proponi queant: tamen neque breuius, neque ad negotium accommodatius fieri potest: quam si tri-tam viam sequamur, & audiamus Christum in oratione dominica nobis præuentem: in qua methodo lectissima sic omnia proponuntur: vt etiam facilimè comparari, & à Deo impetrari valeant. Nec est scholasticum inuentum sperandarum rerum hinc catalogum contexere. Nam Cyprianus ipse ad hanc orationem ait se fundamenta ædificandæ spei expositum: vt hanc eius de spei rebus in ista oratione comprehensio fuisse sententiam, luce fiat manifestius. Itaque videbatur orationis dominica tractationem ingressuris aliquid de orandi modo, rituque præmittendum: sed nos hoc consultius facturos arbitramur post decursam orationem, vt illius scopus, dignitasque perspecta, reliquis ampliorem lucem adferant. Cæterum, vt rerum spei christiane propositarum ordinem, quem Christus summus ille catechistes, dum hanc orationis formulam conderet, obseruant, nostri catechumeni rectius adsequuntur: in primis obseruandum (quod alias diximus) spei sedē in voluntate quæ-

*Res quæ sub  
spem cadunt,  
oratione Do-  
minica conti-  
nentur, cū ijs,  
que ad spei fi-  
nitatem faciūt af-  
sequandam.*

*Infra catch.  
43. extre. &  
ultima cate-  
naulam conderet, obseruant, nostri catechumeni rectius adsequuntur: in-  
ch sub finem.*

rendam. Ea autem primum fertur in rerum fines, qui vbi constituti sunt, mox ad compendia querenda descendit: vt si Louanium sit eundem, idque federit animo; deinceps secundario studio de impensis, comitibus, curru, vel equo deliberatur. Ad hunc modum, christiana voluntas hac spe praedita, primum sollicita est de Deo, & vita æterna. Deus autem consideratur, cum vt in se est: tum vt nos sui facit participes; & hi duo modi comprehenduntur duabus primis petitionibus, Deinceps ad ea, quibus finem illum commodè queamus attingere, studia feruntur. Horum autem quædam, suo quasi merito nobis id præstant; vt est Dei mandatorum obseruatio, & cætera, quibus vocationem nostram confirmamus. Proinde petimus, vt fiat in nobis Dei voluntas: cuius adimplatio, tanquam suo iure, nos ad illum finem uehet. Nonnulla vehiculorum, iumentorumq; vicem obtinet, dum per iter aspernum iuvant, cœuentur, animant, ne rerum difficultate frangamur, quæ omnia petimus cum pane quotidiano. Præterea, quia (vt fit in itineribus) occurunt nonnunquam spineta, voragine, præcipitia, angustia, per quæ maximis cum laboribus, & periculis, nisi remoueantur, aut complanentur, quis incedit ita in hac spei profectione petimus, vt liberemur à peccatis, quæ nostrum iter impeditissimum reddunt. Ad hæc, quia diabolus nunc apertum exercet latrocinium: nonnunquam ex infidijs adoritur, transentes, &c, cum aliud non potest, imbribus temptationum, avaritiae pulueribus, libidinum solibus, irarumque tempestuosissimis austris nos ad capessenda diuerticula compellere iuitur: vt sic occubente sole iustitiae, notisque tenebris ingruentibus, iter eremiti cœptum nequeamus: idcirco deprecamur, ne inducamur in temptationem, né talibus hostiis technis, & grassationibus intercipiamur. Postremò, quia fecerit, vt, qui profectionem est aggressus, ferat quidem aliquandiu punias, & incommoda cætera: sed tandem iniuriæ diuturnitate pressus, succedat techo: idcirco liberari postulamus à malo: ne tamdiu permittamur dæmonum molestijs, vt fessi cogamur dare vietas manus. Videtis orationis artificium, qua nihil doctius, nil perfectius expectari potest. Hic enim summo compendio vniuersa comprehenduntur: adeò vt Tertullianus eam vocet breuiarium: non tamum rerum sperandarum: sed & omnium scripturarum. Si quis autem admiretur in rebus antiquitatem, quid antiquo dierum antiquius? quid verbo Dei, per quod cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, yetustius? Licet enim hoc de filij persona intelligatur: tamen hoc est etiam verbum patris, quod tamdiu in illius mente latuit, donec missum est, vt nobis hanc eructaret. Quid, quod eā in initio euangelismi Christus promulgavit? Certè, si efficacia laudatur, diuinus Augustinus in Enchiridio dicit hanc leuia, grauiaque peccata repurgare: leuia quidem per se, grauiæ autem non sola: sed quia sit inter præcipua remedia. Tertullianus autem ait hanc orationem ore diuino prolatam, & à filio Dei animatam: adeò vt ipsis syllabis indita vigeant momenta maxima: nec valeat pater denegare, quod filii verbis

Tertullianus: rationem  
Domin. bre-  
uiarium.

Efficacia ora-  
tionis Domini-  
nicæ.

verbis dicitur, & rogatur. Liceret huiusmodi quamplurima cum ex eodem, tum ex Cypriano de promere: si catechismam agere me non meminisse: hoe tamen, vel obiter, libet indicare. Cyprianus vocat aduocati nostri orationem, quam dum fundimus, facimus aduocatum nostrum Christum apud patrem, apud quem nihil non potest, loquentem. Quid illud (tametsi valde nostra hac ætate paradoxum) quod idem sanctissimus martyr ait, esse non tantum ignorantium, sed culpam aliter orare, quam filius Dei docuerit? Caue tamē sic intelligas, quasi psalmos, hymnos, ac diuorum orationes recitare nō licet: sed quia (vt inquit Tertullianus) haec omnes precationum formulas albis (quod aiunt) quadrigis præcurrat, nobisque faciles, & opportunas Dei aures efficiat ne dicam vniuersas alias orationes ad hanc veluti normam expendi, referique debere. Hinc mater Ecclesia suis alumnis prescribit, vt quoties suas preces auspicantur, ab hac ducat exordium, imò & eam subtexam: vt hinc inde munitæ preces hoc præsidio facilis quidvis impetrant à Deo.

### De orationis dominica exordio, & prima petitione.

#### Catechesis 39:



*Ater noster qui es in celis.* Hoc est exordium. Patrem dum dicas, vide quantum tibi arrogas. Quanta dignitatis est (obsecro) Deum tuum, & omnium creatorem, gubernatorem, redemptorem, conseruatorem patris pientissimo, dulcissimoque nomine compellare? Si necdum satis intelligis: vide mihi sordidum, & pannosum homuncionem ad istum modum apud regem, vel principem verba facientem: nonne clamabunt omnes indignum facinus? Qua fronte ergo tantam illam maiestatem sic interpellat vermis, & puluis? Hic suis filijs patrocinat Ecclesia inquietus: *Preceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere:* quia nullus id vñquam attentasset: nisi fuisset à Deo permisus, & iussus. Quod certè si vel vnicum Christianæ nobilitatis esset argumentum: non decesset profectò cur nobis maximoperè placeremus. Nam Indæis quidem aliquoties datum id fuit, instar maximæ prærogatiæ vt patrem vocarent Deum: *Nonne ipse est pater natus, qui possedit?* & fecit, & Deut. 32. creavit te? aiebat Moses: & apud Esaiam: *Tu es pater noster,* & Abraham nescivit nos: nusquam tamen hoc illis datum est in mandatis, vt Esa 63. eo nomine Deum alloquerentur. Iam quis ignorat, quantum sit apud miseros mortales religionis, ne dicam superstitionis, in appellationibus: & salutationibus: adeò vt pessimam initurus sit gratiam, qui venerandum principem, aut illustrem pontificem, per ignorantiam, vel simplicitatem dixerit. Deus autem à vilissimis, & abiectissimis hominibus gaudet, imò præcipit se patrem appellari: viciissimque filiorum, heredum, vniciq; filij naturalis coheredū, iuuissimis, optatissimisque nominibus: Ioh. 1: illos non.

*Curnō meus,  
sed noster pa-  
ter dicatur.  
Dens.*

*Mat. 11.*

*Rom. 11.*

*Psal. 2.*

*Psal. 113;*

*singule peti-  
tiones placita  
Philosophorū  
ingulant.*

*petitio prima*

illos non deditur, de quibus dictum est: *In propria venit; & sui eum non reperunt: quorundam autem reperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Id autem prorsus gratis datum immortale beneficium, per quod in tantum dignitatis fastigium sumus electi, nunquam non agnoscere, & humiliter oportet confiteri: ne degeneres, tantoque patre nos indignos filios exhibeamus: si vel moribus improbis diuinis natales obfuscemus, vel nobis factae gratiae obliuione, flammis infernalibus ex-

pianam liberalissimo parenti irrogemus iniuriam. *Sequitur noster.* Cur non meus? Videtur enim hoc pugnare cum spei natura, quæ singularia querit. Est hoc equidem verum: tamen spes, ubi charitatis vitam hauferit, est etiam de alijs solicita: & quamvis suopte ingenio duntaxat sui curam gerere videatur: adiunctus tamen amor de proximorum salute reddit anxiā. Quia autem hæc oratio est filiorum charitate predicatorum, imò totius christianæ familie: idcirco non meum, sed nostrum patrem vocat: vi pluris faciat clementissimus pater integræ domus, quam vnius filij necessitatem. Exprobratur prætereà Iudæis ignorantia, & malitia: quod se tanto parente reddiderunt indignos, & gentibus tantæ dignitatis quondam inuidere consortium. Erant enim prius (fateor) filii regni: sed quia tam accurata cultura fructus non fecerunt dignos: ablatum est ab illis regnum Dei, & datum est gentibus, non earum merito: sed mera gratia. Vnde Paulus admonet oleastrum, ut student bonis operibus, & humilitate placere: ne is, qui naturales ramos praecedit ob sterilitatem, non ferat institutum: si vel sterilescat, vel insoleescat. *Qui es in celis.* Hoc solet Deo tribui, cum propter illius præstantiam, qui procul à nostris agat miserijs: tūm quia scrutetur vniuersa; fere enim ex alto liberius despiciimus inferiora. Postremò propter eius omnipotentiam: facile enim superat, qui ex edito loco depugnat: hinc dicitur. *Qui habitat in celis, irridebit eos:* ubi eadem periphrasi declaratur tyrannos frustra contra Deum insanire: quorum ille conatus aduersus religionem christianam nullo negotio potest eludere; sic alibi: *Deus autem noster in celo, omnia quinque voluit fe-  
ct.* Sed nunc ad ipsas petitiones, quas alij quinque: alij septem, quos imitari potius visum est, constituant. Prius tamen obseruandū in vniuersum singulis postulationibus obiter iugulari paradoxum aliquod ethnicorum philosophorum, & aliorum infidelium de summo boro disputantium. Cū igitur prima petitio nunc acie versetur: illos potissimum impedit, qui vanissime credebant beatitudinem esse positam in honore, fama nominis, celebritate, & stultissima quadam immortalitate, quam nescio quibus ex magis sibi promittebant: ostenditque breuiter cuius nomen ab vniuersis sit celebrandum, & adorandum, dum inquit: *Sanctificetur nomen tuum.* Nomen recte possum est, ut omnia; quia naturam, & essentiam Dei nullatenus intelligere possumus: sed sola nobis supersunt conjecturae: ut sit iste sensus: Quia naturam tuam, pater, incomprehensibilē, laudatissimam, colendū

limamque

simamque non cognoscimus (hoc enim pro summo præmio quondam repositum est electis) dicimus tantum nomen tuum: quia, præter nomina tua, de te nihil vel loqui, vel intelligere possumus. Nequaquam tamen hinc agitur de nomine scripto, vel prolatu quo quis, idiomate, siue sit adonai, siue tetragrammaton, siue Iesus, quibus tamen suis etiam debetur honor. Hoc autem nomen multis rebus explicare possumus, ut sunt religio christiana, cultus, fides, orthodoxy, existimatio, & opinio, quæ de Deo existit, Christianismus, doctrina de Christo, eiusque respublica. His enim, & alijs similibus multis, idem cum nomine Dei nobis significatur. *Nomen itaque dicimus tuum, non nostrum:* quia nimis ethnicum foret petere, ut nomen nostrum sanctificetur. Quid autem sit sanctificari alibi diximus. Sanctum dicitur Hebrews, Græcis, & Latinis, quod est, habeturque innocentissimum, & purissimum ab omni crimen, & vitio: cui nemo potest probabiliter quicquam obiectare. Sic frequenter Deus in scripturis promittit sui nominis *Exod. 14.* existimationem sartam testam in gentibus adseruatur, & ab omni *Levit. 10.* vindicaturum criminatione. *Sanctificabor* (aiebat mosi) in iis, qui appropinquant mihi: & in conspectu omnis populi glorificabor, ubi perepexege sim gloriæ, priorem explicat sanctitatem. Sic alibi: *Glorificabor,* seu sanctificabor in Pharaone: & apud Ezeziel de Israëlitis gentium, qui buscum viuebant, idolomaniam imitantibus: *Cum sanctificatus fuero (inquit) in vobis, &c.* rursus de Sidone, *Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor* (vides eandem epexegesim) in medio tui: & scilicet quia ego Dominus, cum fecero in ea iudicia: & sanctificabor in ea, quasi dicat, exercebo iustitiae meæ severitatem, & scelera debita persequar vltione, ut neque gentes, neque diabolus ipse quicquam sit habiturus, quod mihi oblatret. Est igit sententia huius prectionis hæc sententia. Tua Domine religio, fides, atque ius petitionis, quam nobis inspirasti, sit illibata, pura, & aliena ab omni probro: neque laceretur propter peccata cultorum tuorum, à gentilibus, haereticis, diabolo, cunctisque, qui à te dissident. Si cui autem nunc libeat illud Quintiliani de obliquo, & recto ductu hinc affabre videbit expressum. Hactenus enim rectum seruamus ductum, cum inuolatum, sanctumque Dei nomen apud omnes haberi postulamus: etenim, cum id quidem nomini diuino petimus (quia nimis quam impudens foret nostro id nomini petere) si contingat, propter integratatem, sanctitatemque Christianorum, religionem bene apud omnes audire, si fateantur infideles, Turcae, Iudei Deū esse in medio nostri: si nihil habeant hostes, quod nostræ fidei obiectent: tum proculdubio vna cum Dei nomine, nostrum sanctificabitur. Ergo ne simus præpostere ambitionis, ne præpropera laudem affectemus, sed prius in nobis Dei nomen glorificari petamus, idq; ut fiat, demus operam: ac tum veram gloriam adsequemur: cum ea demum sit dicenda gloria, quæ virtuti redditur. Hæc autem cum ita sint: æquissimam, honestissimamque petitionem esse, siue Deum, siue nos ipsos confidemus, quis non videt? Quid enim æquius? quid à Deo fa-

cilius impetrari debet: quād, quod illi sumimum, ac primum est? Nam cū illius naturae nihil accedere queat: solaque illius religio, & existimatio mortalibus celebranda supersit: non potest illi non esse gratissimum, si hoc vt fiat, postulemus. Nos autem, qui aliud nihil valemus, hoc vnum saltem innumeris beneficijs æquum est repēdere: vt eius nominis gloriam augeri, latissimeque diffundi curemus: nisi frustra inter eius filios recensemur: præsertim cū in ea qualicunque opella nostra sit nostri studij, laborisque minimūm: omnia Dei. Nam præter cōfessionem, & cooperationē, nil conferimus. Itaq; meritò debemus Deo, quod ab eo accepimus: illéque, quod suum est, vicissim debet à nobis recipere.

### Secunda & tertia petitio.

#### Catechesis 40

**S**ecundapetitione, cuiusque maria interpretatio. Ngressis explicationē orationis Dominicae: & illius exordium, primūmque spatiū emensis, transeundum est ad secundam petitionem: sed prius de ordine, & connexione pauca. Et hic repetēdū est, illam sanctificationem, quam petiūmus, ad Deum quidem spectare, & licet oblique ad nos redeat (quia quicquid Deo videtur accedere, cedit in nostra cōmoda) tamen Deum sic se habere, quasi reuera illi fieret, quod nobis sit. Dum igitur eius nomen sanctificatum fuerit: tum locus est huic secundē petitioni: vt nimur Deus non tantum sit in se felix: sed vt illa eius beatitudo reducat in nos, beatosque efficiat, nominisque diuini sanctificationi regnum eius succedat. Hic autem retunditur: illorum cœcitas, siue Gentilium, siue Christianorum, qui felicitatis fastigium arbitrantur latissima regna, nullisque finibus inclusam potentiam: præcipitque germanis Dei filijs pro nihilo ducere quæcumque Dei regno sunt aduersa: quantumuis hominum iudicio præclaras, & expetenda videantur. *Adueniat regnum tuum.* Quoniam sit regnū istud, vetustissimorum Theologorum varia est sententia: quibusdam fidem, religionēmque christianam intelligentibus: vt aliud nihil petatur hoc loco diuersum ab ea, qua de egimus, nominis Dei sanctificatione: alijs interpretationibus de plena, perfectaque obedientia qua homo totus animo, & corpore Dei præceptis obtemperet, quasi sit eadē huius regni, & quæ sequitur, diuinæ voluntatis significatio. Videtur autem absurdissimum, in breuissimo compendio Christum tautologiam admittere. Si enim cum priore aut posteriore, aut cum vtrisque cōueniat: bis, tenuē idem dicetur. Sequimur ergo hac in parte Septimum, Tertullianum, ac Cyprianum, qui meminerunt quidem & aliarum expositionum, satis tamen ostendunt sibi nō probari: etorūque, tāquam propriam petitionem istam exponendam esse. Non est itaque hoc regnum, quo Deus in nobis regnat, vel regnatus est in pijs: sed illud, in quo sunt olim pij regnaturi: quasi dictum sit: *Domine adueniat illud regnum coeleste,* quod vt nuntiales, ac promitteres

mitteres nobis, in terras quondam descendisti. Nam statim in vestibulo euangelij sui dicebat Christus: *Appropinquauit regnum cœlorum,* Matth. 4. & alibi: *Possidere paratum vobis regnum a constituzione mundi.* Cū enim simus regni filij, & hæredes, habeamusque patrem regem cœlorum: necesse est nos quoque esse reges: quemadmodum filij Cœsarum sunt Cœsares: vt non tantum ipse Deus, sed nos quoque regnemus. Quod si quis de mea fide dubitat: audiat Davidem: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra:* Reges eos in virga ferrea: quod non tantum ad caput, verū & ad membra pertinere testatur Ioannes, vbi narrat Christum idipsum suis promittentem. Et, si credamus Damasceno, nil aliud sibi volunt scripture, quoties Deum Regem regum, & Dominum dominantium nuncupant. Dicitur autem regnum illius primū natura, institutione, ac præparatione: deinde, quoniam filius sua illud perfectione promeruit, addixitque piorum hominum meritis. Tamen immodestum est dicere nostrum, quasi essemus exactores: cū adhuc versemur in seculo, vbi à peccatis quotidie periclitamur: idcirco illius regnum dicimus antiqua possessione: sic tamen vt Christo, sanctisque debitum. Quæ sententia vsqueadè Cypriano placuit, vt legisse videri queat: *Adueniat regnum tuum nobis.* Fac Domine per gratiam tuam, vt in nobis, ac per nos sanctificato nomine tuo, hinc celeriter eripiamur, ac perduciamur in vitam æternam. Neque enim, qui sibi bene conscius est sanctificati nominis diuini, regnum ullum, potentiamque mundanam: sed cœlestem desiderat. Ideoque simul hic antithesis quædam intelligenda est, vt illud venire quād citissimè cupientes, omnem terrenam sublimitatem contemnamus. Sed quid *quād honestatē in hac petitione: quid honesti: Omnipotens, cām sit æquissimum sit a. & aqua id euenire, quod promisit Deus: cūmque is nos ad id regiam vocavit, constitueritque suos filios, & hæredes: honestissimum est; vt, quod obtulit ille, petamus, cupiamusque celerrimè dissolui, & esse cum Christo, Sequitur. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.* Hic primò notandum est, istam petitionem apud Lucam in latinis quibusdam exemplaribus, & commentariis non haberet: vnde non nihil coloris desumunt, qui sequuntur interpretationes eas, quas diximus tautologicas, quasi Lucas putarit apud Matthæum bis rem eandem, diuersis tantum verbis, repeti: ac propterea alteram partem omittendam sibi duixerit. Sed quid agas, cum videoas Lucam Syrum, & Gracum hanc quoque partē habere, & antiquissimos Gracos Theologos enarrare. Omitto non esse verisimile Christum, in tam succincta formula, bis idem repetiūsc̄. Vt cunque sit; siue Lucas omiserit, siue expresserit, (quod malum) erit hæc tertia petitio, quæ crassum quorundam hominum errorem euertit: tum fœlicissimum esse vnumquemq; asserentium, cū pro animali libidinē vivere liceat: adeo vt summum bonū definhierint viuendi ut libet potestatē: tuncq; demū fore nos beatos ostendit, cūm nil nostræ voluntatē

*Quæ sit hic voluntatis: sed Dei imperio cuncta deferentur. Sed hæc ipsa voluntas quæ sit, non conspirant interpretes. Quidam enim significare putant imperium Dei, & quodcumque de nobis ille statuit; quasi diceretur: Domine, quod tibi placet, fiat: si decreueris nos vel aduersis exercere, vel allicere secundis, fiat. Nec deest isti commentario preclarum argumentum ex Christi sermone, qui, cum dixisset patri vt transferretur ab illo calix, addidit: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Hoc, tametsi probabiliter dicatur: non satisfacit. Itaque legem, præceptaque Dei rectius intelligi putem in hunc sensum: Fac Deus, vt ad vnguentum obseruemus omnia mandata tua. Et h̄c Tertullianum, & Cyprianum sequimur, authores grauissimos: quoru libros hilarius ad ca. 7. Matthæi summoperè celebrat. Latet autem antithesis in eo quod nō nostram: sed Dei petamus impleri voluntatem. Quia tametsi boni speciem habeat, quod volumus: attamen, cum res, plerumque vel noxias, vel inutiles anxiè perseguamur: satius, ac tutius est vniuersa Deo permettere. Iam vero raria celi, ac terre multiplicem inuenire est interpretationem. Nonnulli cor- terre & interpre- püs, & animam intelligunt, hunc in modū: Fiat in nobis tam in corpo- rationes.*

*Petitionis. 3. paraphrasis.*

qui, in animo tua voluntas: vt non tantum animus: sed & corpus tibi sit morigerum. Alij coeli nomine sanctos arbitrantur significari: terram autem Iudeos, infideles, ac peccatores interpretantur: quæ etiam si- piè dicantur: simpliciorē, magisque germanum cōmentarium arbitror, qui veros cœlos, verāmque terrā intelligit, hoc modo: *Quemadmodum angeli tui prōptissimè parent iussis tuis, ac vnicè sibi placet obtēperando voluntati tuæ: sic, Domine, fac vt nō abs te neq; voluntate, neq; mente disiungamur: sitque inter nos, & angelos pia quædam æmulatio, utri magis obdiant. Et hæc est sanctissima petitio. Videtur enim Deus angelos in cœlo collocasse, vt æmulandi studio accenderemur. Est igitur per synecdochē cœlum pro hominibus beatis, & angelis positum, terra pro ijs, qui in ea versantur, non tantum huius ætatis ijs homini- bus: sed omnibus quoque futuris, ac inter infideles etiam nunc laten- tibus electis: quandoquidem hæc oratio est filiorum.*

#### Quarta petitio.

#### Catechesis 4I.

*Petitio. 4.*

**A**c tenuis de summo bono, partim vt in se existit, partim vt in nobis esse optamus; partim quoque de aduentitijs bonis, quæ nos ad illud suo quasi iure perducunt, differuimus. Nam Dei præcepta non tantum iuuant nos, vt illud adse- quamur: sed etiam id ipsum promerentur. Nunc de auxiliis propriè dictis, & quæ tantum nos adiutent ad eius regni cōsecutionem videndum est: quæ vniuersa quarto-voto comprehenduntur. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Dicerem autem hoc loco de lectio- nis varietate: nisi me id facturum, commodius arbitrater in singulo- rum verborum enarratione. Ergo, quis h̄c error, & impietas refutetur, videamus.

videamus. Et quidem, quæ sequuntur omnia, pugnant cum Epicureis propriè dictis: sed quia multiplex est illa familia, his verbis perstrin- guntur Serdanapali, & Philoxeni, qui tantum de cibo, potu, inglu- nione, voluptatibusque sunt solliciti: neque solum in diem comparant si- bi delicias: sed cum euangelico diuite congerunt, refeciuntque apo- thecas laudatiis, & corruptelis in totam vitam. Verū, vt scitè, breui- terque Cyprianus irridet huiusmodi ventres: *Latabatur* (inquit de epu- lione euangelico) *stulus in fructibus nucis moriturus, & cui vita iam dece- rat, vicius abundantiam cogitabat:* ita nos, quoties hæc verba ritè profe- rimus, huiusmodi sues execramur. Quam personam h̄c appellemus, notum est: patrem nimirum cœlestem, cui dicimus *Da*, quod videri po- terat immodestius: nisi tanta esset huius parentis benignitas, & opu- lentia: vt tali gaudeat fiducia filiorum: & cum plurima dederit, nihil tam- men petere queamus, quod non sit libentissime daturus: nec nostra im- portuna efflagitatione vel fatigetur, vel exhauiatur. Proinde non sunt audiendi, qui hoc mitigandum putent, per verbum futuri (dabis) cum *Syrus* Matthæus habeat *en* hab, id est, largire. *Da* tu, qui pater noster es. *Quid hic po-*

*Quis enim nescit patres alimenta debere filiis, & educationem? Da mi-*

*(inquam) quia, cum semper dederis, nihil tibi defuturum est. Panis au- tem nomine intelligunt Hebrei, quod Latini per victum, & amictum, omnia ad corpus nutriendum, fouendumque necessaria: vt pulchrè de- clarari potest excap. 31. Proherbiorum, vbi mulier prudens *facta* dicitur *quasi nauis insitoris de longè portans panem suum.* Quis enim tam ine- pitus: vt Salomonem agere putet de nauigijs panem duntaxat cibarium portantibus: ac non potius de mercibus, rebusque preciosis, quibus distrahendis ingens accedat lucrum? Rursus: *Panem* (inquit) *otiosā non comedit.* Quid, putabimus tantum panem lucifecisse: ac non fuisse folicitam de condimentis lautioribus, ac vestimentis? At quia non so- lo constamus corpore: sed multò magis animabus ad imaginem Dei creatis: erit magnæ stoliditatis hunc panem metiti significatione vi- etus corporalis. Quod ne sit opinatum: Christus concludens sextum caput Matthæi: *Queritis (inquit) primum regnum Dei,* quod fit supe- rioribus petitionibus: & iustitiam eius, quam nomine panis quotidiani in hac oratione concludimus. Ergo breuiter per hunc panem intelli- ge quicquid ad benè, beatèque viuendum est usui. Sed illud non est omittendum, Latinos, & Græcos addere hoc loco pronomen no- strum: quod Matthæus *Syrus* non habet: sed quiddam aliud, quod tantudem valet, vt mox liquebit. Nos tamen rectè sic vocamus. Nam si ille pater, & creator noster est: dupli iure debet nobis hunc panem: ac proinde nostrum vocemus licet. Est enim creatoris res non tantum producere: sed continere, gubernare, seruare: eaque submi- nistrare, quibus viuere, subsisterèque valeant. Itaque vel solius iure naturæ nobis debetur. Quod si nos filios, ac hæredes intelligamus: multò magis noster est panis: nisi fortassis tam plium patrem credamus. *Matth. x.**

paslurum filios longè charissimos inedia confici, penuriāque rerum ad salutem necessariarum. Aliud præterea nostri maiores hīc annotant, nostrūmque dici hunc panem per antonomasiā volunt: quasi corporeus hic panis vix dignus sit, qui noster dicatur: quia panem longè p̄testationē habemus charitatem, iustitiam, cæterāsque virtutes. Reliqua est magna difficultas in voce quotidiani. Ac primō notandum est apud Matthæum, & Lucam syros, esse vocem eandem πνεύμα, sounconan, & præponitur dolath, vt sit: *Qui sufficiat nobis, vel sufficientia nostra.* De panem qui nobis in diem sufficiat: da quo hodiē vescamur, quo vesciamur: da virtutem, qua placeamus tibi, quidem hodiē quia crastini solitudinem interdixit nobis tuus filius. Quod ad vocem Græcam attinet, iisdem Euangelistæ vocant ἐπιστολη, quod in Matthæo rectissimè versum est per supersubstantialem: in Luca per quotidianum: quarum dictiōnum si sit delectus faciendus: puto quadrare nomen quotidiani: tametsi supersubstantialis idipsum significet: nisi quod non soleat sic accipi. Siue igitur dicas ἐπιστολη, siue πνεύμα siue quotidianum, idem dixeris: nempe quotidie sufficientem panem. Si supersubstantialem voices: erit, secundum quorundam commentarios, panis excedens omnem substantiam: ac tum de tremendis interpretabere mysteriis. Nec malè dicitur eandem hīc peti: sed aliud est querere an hæc etiam comprebendantur: an sola, disertaque petantur. Tunc enim dictum esset potius ἐπιστολη, vt solet Dionylius appellare diuina: ideoque Hieronymus notat septuaginta interpretes recte vertere per ἐπιστολη. Is igitur panis intelligendus est, qui nostræ accedat substantiae. Nam cū gemina constemus natura: Deusque nos in hunc mundum nudos introduxit, tales dubio procul educturus: petimus vt isti nostræ substantiae, corpori videlicet, & animæ, addantur præterea quæcumque sunt ad eam conseruandam necessaria. Ut sit istius petitionis hæc sententia: Domine da nobis, quod ad corpus pertinet, victum, & vestitum, prout nobis expedire nosti, siue saccum, & cilicium, siue serica: da cibum qualem nostræ salutis rationibus consentaneum fore prospicis: largire, quod ac animam pertinet, gratiam internam, & externam, fidem, spem, charitatem, charismata Spiritus sancti: adiunge angelorum præsidia, vt in acceptis muneribus queamus subsistere. Et hæc in diem postulamus: qui Christi cœpit esse discipulus, secundum magistri sui vicem renuntians omnibus, diurnum cibum debet petere, nec in longum desideria petitionis extendere. Merito ergo Christi discipulus victum sibi in diem postulat, quia de crastino cogitare prohibetur. Hinc linquet quam sit vanum haeticorum commentum, qui pro quotidie, crastinum legi volunt fretri Hieronymiano commentario ad 6. Gallat. vbi narrat ipse se Euangelio Nazoræorum legisse Τοῦ machar: cū illud Euangelium sit merita fictio illorum haeticorum, vt indicat Epiphanius. Nec est Hieronymus vocandus in inuidiam, cui in consuetudini fuit insanias, sanasque referre sententias: vt, quid sit sequendum, melius ea collatione liquefacit.

Matth. 6.

Luc. 11.

Ad 6. Matth.

liquefacit: maximè cū is eodem loco dicat nobis prorsus interdictum curas nostras in crastinum conferre. Quid autem, quod sequens dictio hodiē nostram sententiam planè confirmat, & haeticum nugamentum euertit? Nam Lucas habet quotidie, non solùm in græcis constantissimè: verum & in latinis emendatissimis. Istarum autem vocum hodiē, & quotidie, eandem esse significationem docet Apostolus Hebraeorum cap. 3. Vbi cū citasset ex psalmo 94. *Hodie si vocem eius audieritis: statim explanans oraculum.* Ergo (inquit) fratres adhortamini vosmetipso per singulos dies, donec hodiē cognominatur. Ergo quotidie petendum: nec de crastino anxiè curandum: quia cras etiam sumus petituri: nullumque crastinum certum habemus.

## Petitio Quinta.

## Catechesis 42.

**T** dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic ea tribus Epicureorum perstringitur, quæ dicebat Deum sic otiosum, ac veterosum: vt homines inter se se committeret: ipse rerum humanarura nulla cura moueretur. Coarguuntur & illi, qui tam misericordem, benignum, que finixerunt, ac potius iniustum: vt ad nulla hominum quantumvis grauia scelera zelo duceretur. Sed & priisci Pelagiani reprehenduntur, qui docuerunt tam esse hominem perfectum: vt nulla ex parte peccaret. Adde nostri temporis Neopelagianos, qui charitatem in quibusdam adserunt tam esse efficacem: vt negent villo pacto posse peccare, ac ne venialiter quidem. Nam peccata omnia paria, hoc est, mortifera esse contendunt. Nunc, quia nonnulli putant esse præpostoram ordinem: videndum id quoque. Aiunt enim naturam id posse: vt homo prius ab incommodis liberetur: quam de bonis sit sollicitus: vt qui vincitus est, primū solutionem, deinde curat cætera. Christus autem inuersa serie, docuit prius nos commoda petere, nuncque demū venit ad incommoda. Sed quia merito iudicetur impium querutum spei naturam, & sedis ipsius: cuius obiecta, & exercitia hac oratione contineri saepe dictum est. Ea autem solet primū ferri in bonum: secundo autem loco de mali esse solicita, quæ ad scopum tendentem possent offendere. Quod autem quidem latiniores laborant de verbo, volūntque legi remitte: diximus alias. Certè quando vocem debitorum retinemus: commodius legitur dimitte, quam remittes si autem cum Luca legeris non debita, sed peccata: ne tum quidem incommodum fuerit istud verbum. Si quis tamen diuersam sequatur sententiam: non sumus reclamaturi: cū Tertullianus, ac Cyprianus remittendi verbo sint vsi. Verum quomodo cuncte legas, idem est sensus, nimirum peti-

*Quae sint hic debita.*

*Reiicitur quo rūda opinio.*

*Tridēt. synod. ses. 5. cap. 11.* sunt non posse de mortiferis accipi. Quid igitur tenendum nostris catechumenis?

rūm petimus nobis ignosci, condonarique illud vniuersum, quod in nostris rationibus contractum est, æris alieni. *Dimitte igitur nobis.* Pronomen istud indicat homines iustos non tantum id sibi postulare: sed etiam agere causam omnium electorum, ac prædestinatōrum, qui futuri sunt quandoque filij Dei, siue ad tempus, siue in æternum: quos omnes absoluī debitis postulant. Hæc verò debita quidam interpretantur peccatas peccatorum: cùm vt facilius ostendant hanc orationem tantum ad veros filios pertinere: tum quia debiti nomen videtur tali quid sonare. Nam potissimum poenæ videntur deberi. Alijs placet ipsamet peccata, quibus poena debeatur, accipere: interim qui hæc dicunt, peccata vtriusque generis, hoc est, mortifera, leuiaque intelligunt. Verū & hi nimis affixi sunt sonis latinis. Vera igitur significatio petenda est ex phrasē Syrorum, qui vix vñquam peccatum proprio nomine appellant: sed ἀμάρτησις, chobtha, vel ἀμάρτησις, choba, quod debitum sonat: quorum idiamate cùm vtetur Seruator, videtur eodem modo debiti vocem vsurpare, pro quibuslibet peccatis. Et hoc sic se habere videmus ex Luca, qui reposuit ἀμαρτίλας. Vnde patet non esse solidum, quod nonnulli tradunt ἀμαρτίλας significare tantum grauiora: debitum autem quiddam esse leuius. Et ne putare diuersum genus debitorum intelligi, cùm Matthæus dicit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* Lucas habet: *Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis.* Nam quis dixerit petere nos leuiorum veniam apud Matthæum: cùna grauissimorum etiam condonationem stipulemur in nos admissorum? Et siquidem dicas venialia tantum intelligenda: pulchrè turberis (fateor) decorum in ipsis veris filiis: poterisque demonstrare, qua fiducia dicant: *Adueniat regnum tuum,* qui tantum leuissimorum nœvorum sibi concij sint: nec deerit Theologorum authoritas. Contrà tamen quid adferri queat, videamus. Si dicamus de minutis peccatis intelligi: nusquam apparebit summa Dei benignitas. Quid enim? putabimūsne vñqueadē morosum, seuerum, & inexorabilem: vt ad singula momenta velit charissimos filios supplices accidere sibi ad genua: cùm ne cordatus quidem homo hoc a suis proximis erratulis exigat? Huc accedit sexenta esse alia remedia, quibus illa deleri possint: vt sunt aqua lustralis, compunctione vel sola, siue dolor, displicentia, eleemosyna, ieiunia, sacrificium, quæ Tridentina synodus enumerat sessione. 14. Rursus tamen his aduersari videbitur, quod mortiferorum scelerum sibi concij non optarent impunē se hinc statim subduci posituros rationem iustissimo iudici. Venique dicemulne cum hæreticis, alba (quod aiunt) amissi in grauiorum criminum censum omnia conuerrentibus, Apostolos, ac iunctos omnes piacularibus illis peccatis laborasse: contra quām vociferatur Paulus nihil esse damnationis iis, qui sunt in Christo? Concilia certè iam definiue-

chumenis: Dicam asque authore quidem: non tamen citra rationem, & *scripturas;* ista (inquam) debita significare prorsus vniuersa peccata, iisque peccatas debitas. Si percunctetur aliquis, quo ore peccator fonticis Dei regnum aduenire precetur: portet h̄ic meminisse officij Christiani. Oratio enim hæc non est mea, aut tua: sed totius corporis. Absit enim vt pius, ac religiosus animus pro se duntaxat supplicet Deo. Rogamus igitur, non tantum pro nobis, aut amicis: verum & pro perfidis, exhæredatisque filiis: vt iustus quidem pro suis venialibus (neque enim hoc est vetitum: imò iuuat istud remedium) & pro aliorum grauissimis patrem interpellet. Si quis autem sit iustissimus: qui meminerit tamen olim se grauissime peccasse, nec de poenis condonatis sit securus, potest hinc etiam petere præsidium. Estne verò necessarium pro aliorum crimini- *bus orare?* Maximè. Hoc docent exempla sanctorum: Daniel. ca. 9. quid *dum.* egerit vide. Cùm enim esset sanctissimus, & innocentissimus: attamen Daniel. 9. *peccauimus,* aiebat, sequē deducit in vulgus peccatorum: sibi que vendicat, quod alij deliquerant. Inspice Tobiam ca. 3. consule quid Ieremias cap. 7. & alij alibi gesserint. Tu autem, cùm sis regni filius: ac proinde debeas Iudæorum iustitiam superare: non idem facies pro membris corporis tui? Noui testamenti si petas exempla: Paulus se ait dolere ob peccata Corinthiorum: se vti, si quis infirmetur: se lucturum eorum impudicitias, qui necdum egissent penitentiam. Quid aliud egit Christus, cùm totas noctes insomnes produxit in orationibus: cùm in horto tam anxius orauit patrem: Puto igitur omnes mecum hæc debita intellectus de peccatis omnis generis: de leuibus quidem, vbi agatur de iustis, p̄sque filiis: de grauibus, quod ad peccatorum causam pertinet. Interim obseruari velim, quia diximus hanc orationem pro capitalibus esse fundendam, accipiendo id esse de satisfaciētibus, de compunctionis, dignissime venia: neque tamen etiam tum solam sufficere. Sed magnū est opera pretium adiunctam conditionem non negligere. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Attende, primū non satis liberaliter nobiscum agi: nullāmque haberi rationem immēsæ Dei benititatis: si tantum sit sermo de venialibus peccatis: cum nos per istam conditionem cogamur quodlibet in nos admissum eodonare. Non defunt, qui volunt esse execratoriam hanc partem, qua nos obstringamus diuinæ iustitiae, si non stemus pactis, hunc in sensum: Ita te nobilcum agere petimus, vt nos cū aliis fecerimus. Nec negaverim h̄ic esse conditionem: sed talem deuotionem probare non possum. Et licet Christus id proculdubio futurum dicat apud Matthæum, subfigens: *Si enim dimiseritis hominibus, &c.* vt ipsi tamen hoc de nobis decerni cupiamus, videtur seuerius: præsertim cùm Lucas addat particulam *siquidem:* vt periclitemur certè de medacio, quoties hanc recitamus cum vindictæ cupiditate: sed tamen absit talis deuotio siue execratio: dimittit, si nos dimittamus: ne dimitte verò, si & nos nō dimittamus. Interim vide ne mentiaris quisquis hanc recitas. Neque verò sat esse putas vultu, verbisque redire in gratiam, & con-

*De conditio-  
ne dimittendi  
proximo, &  
necessitate.*

donare: nisi animus omnem iram exuat. Nam in illa obærati, & ingratiferui parabola, sic subiungit Christus: *Si non remisériis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Hoc igitur scholij vice addendum verbo *Dimitimus.* Interè tamen nullam hic iustitiae, vel restitutioni fraudem fieri putes. Si quis enim noceat reipublicæ, si quis abstulerit quippiam: si fieri potest, cogatur restituere: & publicè suo saltem exemplo, prodeße: ne quis hic somniet Anabaptistarum confusionem, qui putant iudicia, legesque publicas huic orationi contradicere. Ad hunc igitur modum nostræ fragilitatis, & infirmitatis admonemur; dum admissorum veniam quotidianorum singulis diebus iubemur flagitare. Nam quod semel in quarta petitione fuit expreſsum *hodiè*, seu *quotidie*, per omnes consequentes repetendum est postulationes. Iccircò maiores nostri vocabant orationem istam, non solum Dominicam: sed frequenter quotidiam: vt ex Cypriano, & Augustino collegerunt Patres Toletani concilij quarti cap. 9. Cum enim effent quidam in Hispaniis, qui Pelagianismo quodam non ducerent sibi necessarium, vt quotidie remitti sibi debita postularent, mandarunt Patres, vt omnes fideles priuatim, ac publicè quotidie sic orarent. Dum autem hoc petimus, profitemur quotidie non peccare: nec in quemlibet: sed in omnipotentem illam maiestatem. Peccamus autem non semper a deo leuiter, vt non meritò constituamur debitores: cum nequaquam filius pro re levicula patris debitor esse censeatur.

### Petitio Sexta, Cr. Septima.

### Catechesis 43.

**Q**uia errores hac petitione retundantur. X postremæ petitionis tractatione didicerunt nostri catechumeni, quām pulchrè sequēs annexatur petitio. Si enim tam sumus obnoxij peccatis, etiam grauioribus: cquum est nos adlaborare, ne quo pacto in illa corruamus: & ad id patrius auxilium implorare, ne sinat proruere, in quæ cernit esse prioniores. Sic autem diuinam poscimus opem: *Et ne nos inducas in temptationem.* Hac parte percelluntur Pelagiani, qui tantam perfectionem affingebant homini: vt suis viribus prorsus expertem peccati vitam agere posse prædicarent. Interim Epicurei quoque vellicantur, qui eapropter sibi maximè pollicebantur altissimam pacem: quod Deus (vt putabant) usque déque ferret, siue bene, siue male quis faceret. Nos autem Catholici longè aliter edocti oramus, ne inducamur in temptationem, gnari diuinæ animaduersiōnis, & nostræ propensionis in deteriora. Neque vero iustorum, ac sanctorum tantum res agitur: verumetiam peccatorum, filiorūque degenerantium, & qui se eo nomine reddiderunt indignos: tum illorum, qui necdum in Christi formem venerunt, electorum, quos omnes particula (nos) includit. Erga n. in Dg.

ne tu Domine virtutum (inquit Diuus Iacobus in liturgia) qui nostri nostrarum virium infirmitatem, ne (inquam) inducas nos in temptationem. Deus in temptationem non inducit. Est autem è scripturis erendum quānam sit hæc inductio. Nec enim Deus suos, potissimum fideles, protrudit in temptationem, vt labantur, & corruant: cùm alibi legamus: *Orate ne intratis in temptationem.* Ergo nos vltro procurrimus in temptationes: nec vlo Dei impulsu est opus, qui nisi retrabat, reteat: labimur, vt clarè docet Apocalypsis, vbi Deus se seruaturum angelum Phyladelphieñ pollicetur ab hora temptationis, quæ ventura erat in mundum tentare vniuersos. Hæc est igitur huius petitionis tale: vt nos perdat. Ne veniat nobis, Domine, periculum temptationis tale: vt nos perdat. Neque enim ab omnibus prorsum temptationibus liberi, & exortes esse petimus (hoc enim non esset scripturis consentaneum) sed ab iis duntaxat, quibus perferendis non sumus pares. Si docet nos Apostolus: *Tentatio (inquiens) vos non apprehendat, nisi humana, fidelis autem est Deus, qui non sinet vos tentari supra id, quod potestis.* Nemo ergo postulandum sibi ducat: vt in profundissima quiete viuere, sine vlo temptationum exercitio liceat: sed sic orandum: vt, si Deo placeat, sitque è re animarum nos probari, & exerceri, sic id fiat: vt nil accidat supra vires. Alioqui iubemur exultare, cùm in temptationes incidimus, tanquam ob certum indicium, quod sumus Deo cordi. Iusti ergo, legitimique filij Dei hoc dicentes, pro se quidem petunt, non vt nullæ sint: sed vt Deus impares illorum viribus temptationes amoliatur: parésque (si ita videatur) iubeat existere, iisque perferendis æqualem gratiam largiatur. At verò si de peccatoribus, ac santicis agatur: opus est præterea alio præsidio. Quod vt intelligatur: videte misericordiam, & (vt sic dicam) necessitatem corrundi illorum, qui se christianis armis despoliauerunt. Homo namque exutus gratia Dei ad omnem occasionem impingit, ac labitur: neque potest non manus hosti porrigerere, quem scutum diuinæ protectionis non obarmat. Itaque fit, vt meritò subtracta gratia, peccatum sit pena peccati: vt videre est in Davide, qui, dum sibi conscius fœdissimi adulterij vellet illud esse clam, priori nequitia copulauit homicidium. Fit præterea potissimum in desperatis, ac planè reprobis: vt Deus non solum non amoueat occasions ruinæ, verumetiam illas exhibeat: quibus equidem si adeset gratia, quam suo vitio perdiderunt, fierent resistendos meliores: sed cùm sint inertes nullo negotio superantur Ideoque iusti clamant, ne peccatores diuinisque destituti præsidii inducatur in temptationem, ne pereant: cùm forte sint olim furturi Christi utilia membra. Iam omnia qua nos ambiant, sunt gravissimæ temptationes. Caro enim nunquam nos quieties agere sinit; sed damnatus pertrahit illicitos mundus incelsos malorum suis formis, & illecebris pelicit in præcipia: iste, quem haurimus, refertissimus est pessimis, calidissimis, infernissimisque spiritibus, qui nos ad genus omne scelerum

Non est orandum, vt simus omnis temptationis excorte.  
Iacobi 1.  
1. Petri.

Quam græve peccatoribus temptationis dif-  
f. crimen.

*Tentationes iustorum variæ.*

*Petitio. 7.*

*De clausula orationis dominicae.*

*Demonstrantur causa, & argumenta huius orationis latere, hanc clausula.*

pertrahunt: conuictores; congerrones, affecclæ, & qui non? miris modis multiplicem accelerant interitum: vt nunquam hac oratione sit Deus ad fesendum opem inuocandus. Iam verò tentationes iustorum sunt variæ. Interdum namque partitur illos Deus tentari, & labi: vt grauioribus eripiat malis: sicut Dauidem adulterum, & homicidam fieri permisit, vt pormisit, vt postmodum cautiùs se gereret; Petrum quoque in abiurationem, vt ad miserandum erudiretur, passus est corrueire: Iobum verò tentari sicut, vt eius virtus, & constantia fieret explorator. Frequenter fit, vt, dum sibi nimium ob virtutes perplacent, corruant, veluti dissimulante Deo, in aliquod graue, publicumque probrum: vt cristas demittant. Causam autem dilicimus iistarum temptationum, periculorum, nostræque solitudinis, ex istius orationis parte postrema, & veluti complemento, quod (vt alibi monuimus) apud Latinum Lucam non legitur: vt potest cum ex iam dictis queat satis intelligi: nihilominus placuit D. Matthæo explicare fusiūs, ac diligentius. Esto igitur, si placet, septima haec petitio. *Sed libera nos à malo.* Pugnat cum ijsdem erronibus quos proxime superius diximus. Sed de malo est ingens interpretes controuersia; quibusdam res ipsas: aliis personas: nonnullis vtrisque accipientibus. Et postremos arbitror melius rem ipsam perspexisse: itaque & mala, quæ inferuntur: & malorum authores intelligo, diabolum videlicet cum suis, & iis, quæ sole irrogare. Cuius sententiae mihi D. Jacobus est author, qui in liturgia, ubi hanc orationem proposuit: *Libera nos à malo:* addit *καὶ τῷ ἐγράψατοῦ, καὶ τῷ οντις ἐπηγέρεις* (ferocios eius assultus, & aggressiones intelligo) *καὶ μεθοδείας ἀντοῦ,* dolos interpretor, quibus nos circumuenit. Duo enim sunt nobis à diabolo metuenda, ne vi, & aperto Marte nos opprimat; neu astu capiat: vt queat hæc ad istum modum reddi sententia. Si, Deus, infederit animo tuo, vt temtemur: saltem ne nos permittas illius veteratoris, & impotentissimi hostis malitia tamdiu vexari, donec manus victas porrigamus: cuius & summam peruersitatem & impotens odium, milieque nocendi artes, viresque nostris longè superiores probè cognoscis. Nam procul dubio si Deus, quantumlibet armis instructos Christianos, sineiret ad postremum periclitari: nemo tam fortis est, qui non assidua diuexatione vicitus tandem concideret. Et hæc hactenus de oratione Dominicæ dicta sunt. Cæterum apud Syros, & Græcos, adeoque in liturgiis diuorum Iacobi, Basilij, Chrysostomi reperias additam clausulam, in qua semina cauſarum, & argumentorum licet intueri, quibus tota nitatur oratio. Ea autem est huiusmodi. *Quia tuum est regnum, & potestas, & gloria patris, & filij, & Spiritus sancti nunc, & semper, siue in secula seculorum. Amen.* Petimus ergo abs te domine, vt regnum tuum adueniat: quia tuum est. Tu es enim Rex regum: & ideo filios tuos reges te æquum est facere. Tua est potestas: ergo cum fieri voluntatem tuam precamur, æquissima est postulatio: cum id possis, propter immensam potentiam, à qua non iniuria item petimus panem quotidianum, &

num, & liberationem à malo. Deinde admodum tempestiæ nominis tui sanctificationem optamus, cui soli debetur gloria, vt certum eius peculum: idq; non uno, aut altero die: sed in eternum. Et accedit *Amen, Amen.* quod omnium postulatorum spem facit, plenamq; fiduciam euéturum, quicquid nobis de tam liberali paréte iuste filiorum promittimus: quam energiam non satis exprimit verbum (*fiat*). Iam vñum istius orationis vñico verbo expediamus. Et primùm meminisse debemus ad defunctos etiam pertinere, quibus & petere possumus non immerito quicquid hac oratione continetur: & voluntatis adimplitionem, regni adventum, panem quotidianum, cæteraque eo modo, quo à nobis sunt explanata, verissimè accommodare. Nam licet sit periculum ne excedant: tamen dubium non est, quin vehementer exerceantur à satana. Est autem inter eruditos quæstio, num hac vti liceat in inuocandis sanctis, quæ in Cameraceū concilio ventilata fuit; decretumque est, vt curiones, & ecclesiastæ datent operam: vt populus haberet constitutum, quibus preculis, & collectis eum Ecclesia, vno quoque die, sanctos inuocare debeat: aut simpliciter pronuntiet sancte Petre, sancte Paule ora pro me. Itaque res eò rediisse videtur: vt blebs ab ea consuetudine deducenda sit, qua diuos hac oratione veluti compellat: vt ea soli Deo seruetur: nisi forte quis paulò instructior hanc, veluti in manum, tradat cuiquam diuo, qui offerat Deo, seque comprecatorem adiungat: qua in re nihile esset incommodi.

*Nonnullæ hereticorum, angelicam salutationem, ac inuocationem sanctorum impotentium cauillationes reteguntur, ac refutantur.*

#### Catechesis 44.



Vamuis ad officium oratoris Christiani Dominica oratio satis instruxisse videatur nostros catecumenos: tamen quia subiicitur angelica salutatio ad Deiparam virginem; nonnihil etiam de hoc angelismo (vt veteres appellant) est dicendum. Quia verò nunc temporis totum hoc genus orationis exploditur ab hereticis, qui hanc salutationem primùm ineptam, vt quæ nihil petat, ne ullam orantis speciem præ se ferat: deinde confictam criminantur à quibusdam recentioribus Pontificibus: iudicauimus magnum operæ pretium nos esse facturos: si de huius usurpationis antiquitate, deque rebus, & fundamentis, quibus nitatur sanctorum inuocatio, catechetica, hoc est, simplici oratione quædam proferamus in medium. Qui igitur negant sanctos inuocandos hæc duo criminantur. Primum, quia putant hoc præiudicare officio meditoris Christi: deinde, quoniam frustra fatigemur, cum illi nos nequaquam intelligent. Evidem scio viros præstantissimos ordinis *criminationes*

*b. hereticorum  
cōtrā sancto-  
rum iuocatio-  
nem Refutatio-  
nem obie-  
ctionis.*

nem inuertere: vt quia semper Ecclesia sanctos inuocari: eos, quo pe-  
tantur, exaudire conuincant: nos tamen alia progrediemur via. Si igitur  
nefas sit vllum rogare sanctum: ne suum Christo præripere videamur  
mediatoris officium: ergo ne viuentem quidem, ac superstitem vllum  
licet interpellare. Quod si posterius istud nemo vnuquam reprehendit:  
præfertim cùm Apostolus ipse discipulorum pro se orationes expeteret,  
inter quos tunc temporis erant gratissimi peccatores, & multi fortassis  
reuersuri ad vomitum: nos hoc ipsum agentes, rogantésque D. Petru, aut  
Paulum, vt causam nostram suscipiant, agántque patronos, quis  
nisi iniustissime criminis arguere posuit? Neque defunt hac in re scri-  
pturarum testimoniū dicam præcepta. Nam, vt de angelis prius aga-  
mus, Iobo dicitur: *Et ad aliquem sanctorum conuertere: vbi 70. ha-  
bent. ἐπινάλετοι.* Et alibi: *Si fuerit pro eo angelus loquens. Si verò de an-  
gelis fateatis: nolis tamen idem de animabus, diuīisque cum Christo re-  
gnantibus concedere, nihil agis: cùm sit diuorum nobiscum maior,  
quām angelorū cognatio ideoque minore negotio abiis, qui per omnia  
nobis quondā similes fuēre, nostræ deprecationes admittentur. Sed ne-  
gabis habere rerū nostrarū cognitionem. Quod equidē ad angelos atti-  
net, eos audire, & cognoscere quid rerū agamus, & quid orem⁹, ex scri-  
pturis meridiano sole clarissim⁹ est: ne dicā Academicos hoc ipsum proba-  
toros: quia spiritus expertes omnis materiæ, nec inter vallis nec corpori-  
bus impediuntur, quo minus intelligent, quæ volumus illos cognoscere. Certè Christus de terrens ab offendiculis parvulorum hāc adserit  
causam, quod angeli eorum in cœlis semper videant faciem patris. Si  
autem ignorant illi, quæ geruntur in terris: non debebant in cœlis:  
sed in terris circa parvulos ipsos dici versari. Quid enim refert, si in  
cœlis fœlices, ac beati spiritus faciem patris obtueantur: si illis ignarisi,  
clientes hīc interim premantur, & impunè probris afficiantur? At verò  
Christus idcirco asserit eos in cœlis conuersari: quia inde videbat esse  
consequens, spiritus beatissimos in Deo, tanquam in speculo, cuncta li-  
quidē peruidere: nec occultam illis esse iniuriam, quam à reprobis expe-  
riuntur parvuli: ac proinde non defuturam vltionem. Ad hunc locum,  
& ad caput 2. Apocalypses, non ignobiles interpres volunt Areopagi-  
tam alludere libri de diuī. non c. 7. cùm dicit scripturas adserere ange-  
los ea, quæ in terris fiunt, non ignorare: non quod ea sensibus noscant:  
sed vi quadam naturæ suæ, atque intelligentiæ speciem diuinam prefe-  
rentis. Accedit quod idem scriptor yetustissimus, explicans angelorum  
gaudium, dicit illos σύναρπει, id est, congraudere iuxta congriam  
sibi tranquilitatem, copiosissimamque lœtiam: quo verbo non tantum  
gaudere nostrum: sed scitè quippiam, momentoque percipiendi, simul-  
que gaudendi rationem significat. Iam si diuis quoque non nihil sit ad-  
dendum: primum illud obliuandum est, quod sint angelis tanto nunc,  
vel eo nomine, similiores, quod careant corporibus: quanto futuri  
sunt post resurrectionem, illis iisdem resumptis, beatores. Atqui post  
resurre*

Iobo. 5. &amp;c 33.

*Refutatio se-  
cundū obiecti,  
ac primū quod  
angelī nostra  
vorint.*

Matth. 8.

*Vide Fabrum  
stapulen. &  
Scotias. Vene-  
tum quem ar-  
bitror Ambro-  
sum oratore.*

Luc. 13.

*Diuinæ fra-  
cognoscunt.*

resurrectionē dicuntur fore θεων, ελαι seu angelis similes, quod Areo-  
pagita libri de diuī. non. cap. 7. ait accipiendo de modo intelligen- *Luc. 10.*  
di: quod etiam inauit fortasse Paulus dicens nos olim facie ad faciem,  
remotis enigmatibus, & onspectu. Quod si igitur, post resumptio-  
nem corporum, futuri sint pares angelis, etiam quod ad intelligen-  
tiā pertinet: certè cùm nunc eadem fruantur visione, & luce, quam  
promittit Apostolus: putas dicendos exortes eiusdem cum angelis co-  
gnitionis rerum nostrarum? Sed nunc vt instat, agamus: esto ( inquit  
aduersarius ) rogandi sint sancti: tamen ineptum est Deiparam virgi-  
nem compellere verbis nullam petitionem significantibus: præfertim  
cùm nullus veterū iis vñus fuerit ad postulandum, ante quendam Vibā-  
num eius nominis IIII. Pont. Max. Usque adeò nil pudet hæreticos *Angelice fa-  
lutionis o-  
lim vñsum nul-  
lum fuisse fin-  
gunt hæretici.*  
*Refutatio  
fraudis & i-  
gnorantiae he-  
reticæ.*

vñs dicunt oportere laudari sanctissimam virginem, Germanus illorum  
commentator inquit, χρή μᾶς τὴν οὐρανὸν τὴν τὰντον εἰπεῖν, καὶ τὸ  
χαίρε τῷ ἀγγέλῳ ἐνθαῦτεῖν, id est, oportet nos Dominam uniuersitatem laudare,  
& illud aue angelicum exclamare. His accedit Andreas Ierosolymit: E-  
piscopus, qui hanc orationem, ante mille plus minus annos, homilia  
quadam enarrandam sibi putauit: quo vno ( si Christo placet ) crimen,  
Illyricum in se proouocauit. Hæc cùm ita sint: nemo non videt huius *Alteram ob-  
jectionis here-  
ticorum par-  
tem diluit.*  
orationis quām fuerit frequens, & religiosus vñus apud veteres. Nunc  
( si placet ) absurditatem quoque, quām tantopere premunt, discutia-  
mus. Sunt meræ laudes, & præconia: fateor, & respondendum puto,  
primum Catholicos hanc rationi Dominæ subiicere: in qua, cùm, quæ  
petenda sunt, contineatur: eadem frustra reperentur. Et obtinuit  
Ecclesiæ consuetudo, vt post hanc orationem adiiciatur: *Sancta Ma-  
ria ora pro nobis.* Verum, vt demus seorsim vñsurari: nonne psalmi, &  
hymni quāmplurimi nos docent, non esse semper Deo gratissimū oran-  
di genus, illi multa præscribere, nominatimque postulare: sufficere, si  
quis præ se suam ferat miseriā, & inopiam: illiusque, quem  
interpellat, gratiam, potentiam, ac liberalitatem exaggeret? Ad  
hunc modum pueri, apud Danielem, nil videbantur rogare: sed me-  
ras laudes recitare: hoc ipsum videre est in Psalmus 129. vbi so-  
la Dei misericordia prædicatur. In nouo quoque testamento lepro-  
sus, Lazarique forores nil certi præscribunt: sed quisque, quibus ef-  
fe in angustiis, satis habens declarauisse: reliqua Dei permittit Matth. 8.  
f 2 arbitrio.

arbitrio. Ipse centurio dicitur *πραγματειη*, id est, rogare: cùm tamen nihil postulasse videretur: sed Christus precationem intelligens: *veniam* (inquietabat) & *curabo eum*. Augustinus quoque sororum legationem, orationem interpretatur. Est igitur modestia Christianæ non multa petere: sed diuorum gratiam, & prærogatiuam commemorare: cætera Dei & comprecatorum diuorum arbitrio permettere, quibus est perspectior nostra, quæ nobis ipsiis, necessitas.

*Tota salutatio angelica, cum suis appendicibus, explanatur.*

### Catechesis 45.

**P**ostremo cōuentu, pro téporis angustia, vindicauimus ab aduersariorum calumniis angelicam (vt vocamus) salutationem: & illius inter precandum usurpationem: itaque nūc recta ad eius explicationem contendemus. *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.* Quod nōnulli philosophantur in hoc verbo (*ave*) quasi sit vñ inuersum: nimis cabalisticum est. Rursus, quod quidam aiunt, non fuisse dicendum *ave*, *salue*, *pax tibi*, aut quipiam simile: sed *gaude, x̄c̄ige*: quoniam angelus authorem gaudii nuntiabat: non minùs est ineptum. Nam Syrus contextus habet, *τὸν σχελον λέχι*, quod Hebræi solebant in salutationibus usurpare: nec aliud, quæ nostrum (*salue*) significat, siue tibi quo nomine quicquid faustum est, ac felix imprecabantur. Mariæ nomen non est ab angelo positum: sed quia paulo post additur, Ecclesia hīc etiam inservit: quod iam ab Apostolorum ætate factum docet Iocobi liturgia. Alias de significatione domini dictum est, quam hoc loco licet Iacobi, Basilij, & Chrisostomi calculis approbare, qui in suis liturgiis hāc sanctissimam virginem *Δέσποινα τῷ ιμάντι*, id est, dominam nostrā vocant siue *τῇ παρῆσι*, id est, vniuersiad nominis huius alludentes (quicquid aliis videatur) veriloquium. Vnde constat non esse hanc in cæteratum mulierum ordinem cogendam, quæ regem vniuersorum est enixa: nec illos audiendos, qui, vt æcludant nominis nunc indicatum mysterium, cauillātur simile ferè ineditum sorori Aaronis *τριπλοῦ*: cùm sit certo certius olim secūs lectum fuisse. Verūm vt hinc parum haberemus prædicti: nec huius dignitatem satis ab hostibus tueri valeremus: D. Iacobus, & cæteri liturgici suppeditant intumera nostræ virginis illustria epitheta, quæ summiam eius præstantiam, sublimitatemque satis supérque declarant: vt alibi nōnullis prolatis ostendimus. *Gratia plena*. Non arbitror hoc loco gratiam, quam nostri gratum facientem nuncupant, intelligendam: quamuis eam Diua Virgo cumulatissimè receperisset: nec recte puto quosdam ista verba adeò premere, vt nulli mortaliū patientur esse communia: cùm & in actis Stephanus, & apud Lucam vterque parés D. Baptistæ hoc titulo celebrētur: tametsi D. Ioannes filio Dei pro summo elogio tribuat, quod sit plenus gratiæ, & veritatis. Intelligemus igitur, quod Hebreis est vulgatissimum: vt prouer. 31.

Fallax

*Fallax gratia, & vana est pulchritudo: Ecclesiastici 26. Gratia super gloriam, &c. & alibi sāpe, Inuenisti gratiam: si inueni gratiam in oculis tuis: quibus in locis nil aliud sibi vult gratiæ vocabulum, quæ Latinis gratiosum esse: vt sit hæc sententia huius orationis: Quæ plurimum gratia vales apud filium tuum Deum, quæ nil non effectura es tuis precibus. Interēa tamen nullum genus gratiarum nostræ virgini libentissimè fatemur desuisse. Dominus tecum.* Nonnulli veterum sic interpretantur: Dominus in vtero tuo: quod valde mirum est: cùm angelus posteà verbo futuri dicat: *Ecce contipes, & paries filium*: ex quibus verbis liquet necdum in vtero fuisse. Quid autem ea scripturæ phrasis velit, vetus historia nos edocet: vbi Booz ait ad Ruth, & Noëmi: *Dominus vobis* Ruth. 1. *ecum*: Saul ad Dauid. *Vade, & Dominus sit tecum*: sic angelus Gedeoni: *Dominus tecum virorum fortissime*. Sic autem Gedeonem hanc sermonis formam intellexisse, vt mox dicturi sumus, indicat illius responsum: *Si Deus nobiscum: quomodo acciderunt nobis hac mala?* Ergo Dominum esse cum quopiam dicimus, quando electum declaramus, tanquam organum, quo vel populus liberetur, quales Gedeon, Dauidque fuere: vel quoddam insigne beneficium nonnullis conferatur. Itaque cùm Deipara perpetuam nobis pepererit redemptionem: quis neget iure olim ab angelo, & à nobis quotidie salutari? Hæc igitur esto sententia: Elegit te Dominus, vt sis ei instar cuiusdam instrumenti, per quod prodeat is in orbem, qui verè genus humanum sit in libertatem adserturnus. Sic angelus Deinceps attexuntur ex eiusdem spiritus apothecis de prompta nobilissimæ matrone Elisabeth cum Virgine colloquia. *Benedicta tu in mulieribus*. Ne quis mihi de hac præpositione (*tu*) litem moueat: non minùs eleganter dicitur *in mulieribus*, quæ inter mulieres. Est autem hic sensus: Tu ex laudatissimarum mulierum laudatissima. Nam in veteri testamento fuere quamplurimè hoc titulo donata, vt illa Iabel vxor Haber Cinæi Abigail, cuius eloquium prædicatur benedictum; Judith super omnes mulieres terræ totius benedicta laudatur: ne nouum videatur, si maiores nostri Elisabeth verba sint in hanc sententiam interpretati. Nam Diuus Iacobus in sua liturgia ait diuam Virginem non solùm esse *τιμὴν παρὰ τῷ χερουβὶμ*, id est, preciosiorem quæcherubim: verumetiam *καὶ ἐνδοξολέγαπτο τῷ σεραφὶμ*, id est, gloriofiorem seraphim, ac proinde non simpliciter appellat benedictam (tametsi & hoc etiam interdum usurpet) sed cum augmentatione *ὑπερεργὴ γνησιμότητα*, id est, superbenedictam: vnde constat verum esse maiorum nostrorum commentarium. Nolo tamen dissimilare benedictum Hebreis penè eundem esse, qui est laudabilis: nisi quod *τιμὴν παρὰ τῷ χερουβὶμ*, siue syrum huius loci bericath paulo maiorem habent emergiam. Nam laudatus dicitur Latinis laude dignus etiā maligna fama, & ingratæ laudes virtuti non respondeant: interdum quoque laudibus ornatum significat, siue ob virtutem, siue ob quiduis aliud, vt sepe laudantur indigni. Hebræi autem nullum *τιμὴν παρὰ* appellant,

lant; cui desit virtus laudis meritum , vel cuius virtus præmio suo carent. Ergo iuxta hebraicam proprietatem , primum hæc virgo dicitur omni virtute prædicta: deinde suis virtutibus dignam adsecuta laudationem. Et certè ad nostram ætatem usque fuit ab virginibus non tantum benedicta : verum etiam *īnegdōvñ elas* venerazione summo habita in pretio : vtcunque nunc quidam , post Antidicomariamitas , male sani oblatrent. *Et Benedictus fructus ventris tui.* Iam istud est explicatum : nisi quod non est hic laudum sola causa virtus : sed omnis plenitudo diuinitatis, non tantum dulia : vel excellentiore honore : sed etiam latria (quam nefas vlli deferre creature) venerando. Est autem mirè dænum : *fructus ventris tui* : clum proles , nativitate dici potuisset. Et quidem tota schola Hebræorum dictura est Hebraicæ consuetudinis esse , vt sic vocentur liberi. Fateor : interim tamen intrepide dicam cum D. Ambrosio , in veteri testamento vel nulli , vel huius fructus typo , & merito delatam esse hanc nomenclationem. Nam plurima typis tribuunt scripturæ , conueniant antipis : vt exempli causa , vocatur Hæc mater viuentium : cùm tamen ( si audiamus Epiphanium in Antidicomari. ) fuerit potius mortis , & morientium genitrix. Sed hoc illi datum est , quia gerebat typum huius nostræ virginis , quæ omnium vitam genuit. Dicta est rursus illi adiutorium simile viro : quod nomen tantum abest , vt illi conuenia : vt viro furi in laqueum : ratione tamet eius t quæ p̄figurabatur , virginis , ita vocata est. Ad eundem modum neque fructus est , p̄t̄ Christum , illiusque typitos , nomine dictus quisquam. Huius autem nominis causa duplex reddi potest. Fructus enim nonnunquam meritum , & præmiam significat , vt ibi: *Quodsi vivere in carne hic mihi fructus operis est. id est, merces ut norimus beatissimam virginem sua p̄t̄ omnibus innocentia promeruisse :* vt in tantum culmen honoris subueheretur. Altera est generationis purissimæ summa nobilitas , & integritas , qua sanctissima virgo filium sic potulit: certa fide semper creditum sit nihil , quod secundum naturam aliis sit , passam fuisse : nil sordidum , nihil , triste , nullum vitium expertam. Hanc autem nostræ virginis prorogatiuam usum est Spirituifaneto explicare ducta metaphora ab arboribus : in quibus , cùm folia , flores , fructusque panduntur , vt sunt mundissima , dignaque miraculo omnia : sic in conceptione , foetu , partu , nutrione filij Dei nihil non admirabile , puru , castumque fuit. Ne igitur Naxorei , & Ebionai dicerent ex Iosepho concepisse : dicta est genuisse , non filium : sed fructum , qui est super omnia benedictus. His ergo gratia subiungimus nomen Seruatoris , & clausulam *amen* , de quibus aliás s̄p̄c̄. Cæterum quia nonnulli solent addere. *Sancta Maria ora pro nobis :* non silentio p̄t̄reundum. Hæc autem forma precationis videtur non usque adeò veteribus cognita: sed addita ab hominibus piis , & doctis : vt orationis forma esset clarior. Certè Græci hanc formulam non habent. Si cui attem libeat quiddam coronidis vice huic orationi subtexere. D. Jacobus in sua

in sua liturgia subministrat longè cōmodiorem , quæ huius totius orationis ætiologiam continet, eaque est huiusmodi, *τισσωνααέρεντα τὸν Λυχῶν ἡμέραν*, id est , quia tu peperisti , *Seruatorem animarum nostrarum,* quasi diceretur: proptereà te salutamus : quia tu edideris Seruatorem animarum nostrarum. Iam si p̄t̄ notissimum usum reducendi in memoriam summa genitricis Dei priuilegia , insignemque dignitatem , ob quam sic ab angelo principe fuit salitata , requiratur alius : vtūm hac formula pro legitima oratione , & hymno: quibus aliqua semper includitur petitio.

*Oratione Dominica, & Salutatione angelica explicatis, declarat  
orationis necessitatem, ac paucis de pertractando quarto capite differit.*

### Catechesis 46.

**S**VIPREMA homilia ( auditores ) per angelicæ salutationis explicationem nos deduxit ad summum , meam que tertij capituli catecheseos ch̄ristianæ , quod quidem nos instituit non solum de rebus sperandis , & petendis ab ipso Deo , siue quæ ad summum bonum pertinet , seu ad illud nos quoquo modo deducere: verum etiam orandi modum p̄scripsit , eumque tali serie , iisque verbis à filio Dei , patrisque sapientia compositis , quibus nihil non facilè simus impetraturi. Superest vt ea non tantum norimus : sed cognitis utamur rectè. Nam si vñquam aliás : nunc sanè tempus est orandi , ingruentibus vndique bellit , hæresib⁹ omnia sursum , ac deorsum vertentibus. Itaque , quod Christus imminentे tentatione grauissima suis aiebat: *Vigilate & orate ne intretis in temptationem:* nunc nobis est in memoriam reuocandum : cùm videmus optimos quosque , & quibus haec tenus minus putabatur creatum . iiii periculi , deduci paulatim , & induci in temptationem , aduersus quam oratio nobis est ( Christo teste ) firmissimum propugnaculum. Oportet igitur nos , qui nunc edocti sumus orare , non ignorare quantoperè sumus obstricti ad p̄stantum officium , & quidem religiosissime : quod cùm & aliunde confyderari quieat: non tamen siet commodiùs , quām si cogitemus ( quod res est ) Deum , quantumuis hominum amantissimum , decretisse non aliter , quæ daturus est , dare : quām orantibus , petentibus , pulsantibus. Hinc in Euangeliō: *Querite , petite , pulsate :* quasi suam ille precibus nostris liberalitatem adligarit. Adde quod natura rerum inanimatarum ( si commodorum nostrorum , & salutarium rerum impetratio , quæ per preces fieri debet , nos moueat minus : cùm vtilitaris alioquin summa , ac primam rationem habeamus in iis , quæ non ita magni sunt momenti ) & scripture sacræ suis hymnis nos ad orandum prouocent. Nam & si quis parum diligens indagator operum Dei credit fortui- to , vtque ferat rei natura fieri , vt animalia , boues , ouésque non de-  
*In animata ad Deit laudes suo quodam nos pronocat extē-  
plō.*

ducantur in pastum: nisi magno cū mugitu, ac balatu: tamen alogam ea in re quamquam deprehendere licet benedictionem, Deoque factā gratiarum actionē. Et si cui mirum istud, & paradoxum videatur: inspiciat scripturas, & multis in locis inueniet dracones, leones, ferāsq; reliquas, & animantia cuncta inuitari ad collandandum Deū: cuius rei cūm māiores nostri plures causas adferant: ea non est omniū postrema, esse quādam ijs omnibus in rebus sui generis gratiarum actionem. Et quidni vel benedictio, vel laudatio, vel denique gratiarū actio, rationis expertibus tribuatur bestijs: cūm eadem eloquia pullis coruorū suam Dei omnium creatoris deferant inuocationem? Quod si igitur illa Deum laudent: an solus homo, qui ad imaginem, & similitudinem Dei conditus est, vnuis inter omnia cedet hac in parte brutis animantibus, feris, serpētibus, volucribus, piscibus: illisque primas in celebrando cōditore relinquet: seq; patietur gratiæ mentis indicis superari, quæ mente prædicta non sunt? Quis tantum dedecus non deprecetur? Deus nos condidit, vt quondam sui nobis copiam faciat: interea promouemur, conseruamurq; tantisper, dum eō perueniamus: & erimus tam incogitantes, vt credamus, nos illi nihil debere? Profecto vt id orbis totius reliqui populi sibi persutadeant: certè Christianos longè aliter decet esse affectos, quos dicit Apostolus

<sup>1.Petr.1.</sup> Petrus vocatos in admirabile diuinum lumen, in hæreditatem incorruptibilem conseruatam in cœlis: vt probatio fidei illorum inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in relationem Iesu Christi. Alioqui futuri sunt non tantum in Deum iniurij (quod tamen summum est) sed & in proximum, cui orando debuerant opīculari: & in meliores Christianos ingrati, qui pro ingratis, & inertibus orant. Est enim, vt bonorum operum omnium, sic & orationum inter Christianos communio: ad quān nescio quī non pudeat aliquando respectere, sibi que non nihil inde sperare præsidij eos, qui, cūm instar fucorum communia melia depascantur: nihil tamen ad publicam conferunt vtilitatem. Quod si tamen orthodoxorum omnium tanta foret ignavia, ne dicam impietas, num inīisque contemptus, ac proprie salutis desperatio: certè theologi, clēfici, sacerdotes hunc omnium nominē debent subire, ac preferre laborem: qui & initiatione illi rei destinantur, & liberalibus Ecclesiæ sti-pendiis conducuntur. Sed hæc suis erunt alijs dicenda locis. Ut amur ergo, & recte, ut amur oratione dominica, & symboli: quæ talia sunt, vt, si recte intelligentur, ac usurpentur, Christianum abſoluant. Ait autem enim canonies Remensis, 8. & Aurelianensis 6. in iis duobus doctrinæ Christianæ summam continent: illa quidem suggestente: quicquid est à Deo petendum: hoc vniuersa fidei capita suppeditante. Hic poteramus abrumpere catechesim: verū quia dudum plura capita proposuimus: longius porro nobis eundum est, nimirū ad charitatis, cuius officia, & res obiecta decalogo traduntur, euhecationem. Nec immerito noſtræ catechesi ea pars accedet: cūm, siue decalogum, siue charitatem ipsam intuearis: vbiique rerum miracula ſeſe prodant, & incredibilis

*Cur sequens  
mox de chari-  
tate, as deca-  
logo caput ag-  
reditatur.*

eminus

eminus ſeſe ostendat vtilitas: vſque ad eō vt Christns iter vitæ poscenti responderit. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata: quæ nimirū seruantur in decalogo. Paulus autem maiori vſus compendio charitatem totius legis dicit esse complementum. Cūm igitur ſola charitas legem det nobis effectam: interque germanos Dei filios, & vilissima diaboli mancipia discriminat: ac mandatorum obſeruatio nobis aditum recludat ad cœlos: meritò requiritur à nobis catechumenis vtriusq; tractatio, quām ſyncerè, & inoffensè tradere ſemper iudicari difficultimum. Nā (vt hoc tantum exēplum cauſa dicam) ſi quis adoleſcētes, ac pueros docere veſtit, quæ ſunt huius loci propria: videbitur morofis hominibus teneram ætatem inſicere, nec aliud, quām eruditre ad vitia: cūm tamen inſciā, & ruditas, etiam in illa ætate, cauſa ſit multorum malorū, & peccatorum. Vnde mirari ſatis nequeo quorundam hominum iudicia, qui hanc prouinciam re quauis leuiorem iudicēt; quibus ego vel nihil ſapientius, qui hoc tam facile præſtent: vel nihil imprudentius, qui hoc iactēt, vſquam eſſe arbitror. Verū ista mittamus, & mutuis interea precibus id agamus: vt & nos ad proximum conuentum paratores redeamus; & Deus, ampliori gratia noſtrum omnium mentes illuſret.

### *De charitate.*

#### Catechesis 47.

 I rebus prædicandis parem encomias tenet requiererent catechumeni: non illibenter agnoscam me parum congruerter sermonem de re omnium prætantissima facturum. Verū quia in catechesibus rerum potūs, quām verborum habenda est ratio, nec ſibi turpissimè deferturus videor institutum: balbutiam, vt potero, de charitatis ſumma dignitate, ac præstantia, paulo pōst eandem delineatur, eiūſque functiones, & officia nullo quidem artificio, quod rerum maiestas refuit, verè tamen, & catholicè docturus. Qui igitur hīc imitari velit præceptiones, & regulas artificum dicendi, ſiue vtilitatem, ſiue neceſſitatē, ſiue antiquitatem, honestatem, & quicquid ad rerum commendationem facere ſolet, ſpectauerit: cuncta hīc ſumma reperiet. Nam, vt hīc exordiar, ſi *charitas aſer* *na eſt.* res vlla temporum, ac ſeculorum prolixissimam ſeriem longo retexat catalogo, venerandāmque canitiem ostentet: quid antiquius charitate, quæ Deus eft, in quem, vt tempus, ita ſenium cadere nequaquam potest, & cūm cætera temporum ſpatiis evoluantur: iſta ante tempora ſecularia (vt loquitur Apostolus) nobis & sanctitatem, & vitæ innocentiam, & regnum denique præparabat aeternum. Quod si me ad inventores voces: iam habes. Hanc enim primus inuenit, (vt ſic loquar) Ad Tit. 1. exercuitque Deus. De honestate quid opus eft dicere? cūm tantum abſit, vt hac ſine quicquam ſit honestum, etiam humano iudicio: vt ille res, quas philosophi iudicabant honestissima, ſi hæc deſit, turpes, imò vitia mera iudicentur? Fidem eſſe virtutem quis nescit, Deique donum.

1. Cor. 1.3.

P i l i t a s c h a r i t a t i s .

Rom. 8.

A p o c a l i p . 2.

P s a l . 2 1 .

I . I o a n . 4 .

D e n o m e c l a -  
t i o n i b u s r a -  
r i s c h a r i t a -  
t i s .Q u i d c h a r i -  
t a s .

I . C o r . 1 2 . 1 3 .

donum præstantissimum; sed hanc si contingat à charitate distrahiri, vnde vitam, decusque mutuatur: non est nisi quiddam dæmoniacum, quodque macet hominem deterius, maioribusque cruciatibus paret. Quid quod Paulus, ne tantam quidem fidem, quæ montes transferat; nec angelicam scientiam vel pili facit: si istius charitatis gratia defuerit? Spes autem sine charitate quid, nisi præsumptio, dicenda: Iam de reliquis virtutibus res est longè clarior. Quæ enim erit fortitudo: imò quomodo non in audaciam, & latrocinium erumpet: quæcumque iustitia, si desit charitas, quæ verè suum cuique tribuere docet? temperantia degenerat in hypocrisim, prudentia, si quæ sit, erit serpentina, & diabolica. Sola enim docet charitas quid caendum, aut fugiendum, quidue sit expetendum. Sed erit forsitan, qui commoda præferat dignitati. Age, sola charitas efficit heredes Dei, & Christi coheredes. Quid verò negget Deus heredi, cui iam cum Christo donauit (vt loquitur Paulus) universæ repetam (quod alias dixi) cunctarum gentium regnum Christi colieribus addictum. Huius utræ commoda non persequar: cum ea vel negligantur, vel sint postrema cura piorum: hoc tantum dicam, omnium commodorum, quæ vlo modo ad benè beateque viendum faciunt, vnius charitatis beneficio nobis dari consortium. Iam si securitati consultum esse velis: quidam non maxima charitate præditus audet, ac dicit. Si ambulet in medio umbra mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es. Gaudet autem Deus illorum societate, qui hac non carent: Qui enim manet in charitate, in Deo manet. Postremò, ne vt insuavis respuatur, præter futuræ gloriae, ac felicitatis delibationem, atque experimentum, quæ suis præbet: adèd delibutos reddit spiritali gaudio eos, in quibus fixerit sedes: vt in mediis ignibus ambusti putent se in croco, rosique iacere. Variis autem res tam eximia nominibus insignitur, quibus cognitis expeditior erit definitio. Graci vocant ἀγαπην, quam vocem etymologiæ deriuant ἀπὸ τῆς φιλίας, ητο φιλία, quod omnia inflammet, accendat, agat, impellat. Hebrei πάτερ Ahabah nuncupant, quæ dictio dilectionem significat: sed vehementem, ac singularem: quemadmodum Jacob Iosephum, & Beniamin, & Helcana vxorem Annam feruntur amasse, hoc est, ardentissime: quod monendum fuit, ne per omnia dilectionis nomen congruere putemus, quod & Latinis nonnihil discedit ab amoris significato. Charitas dicitur ab eo, quod charum est: quia ferè charissima diligimus impensissime. Sed nunc tempus est, vt, quod in fide, spéque definiendis præstitutimus, catechumenis, hoc est, rudibus congruentem adferamus definitionem. Est igitur charitas Dei donum promanans ex excommunicatione diuinæ naturæ, infusum in voluntatem: & quo voluntas ad Deum quidem proper se: proximum vero propter Deum, cum mutua benevolentia, & animorum coniunctione diligendum acceditur. His vt lucem adferamus, primum donum Dei, nobilissimumque charisma docet esse Paulus, qui, cum se dixisset ostensu-

ostensum donationes præstantiores, mox delabitur in sermonem de charitas do-  
charitate. Ut autem intelligatur promanere sive existere, ex diuinæ na-  
turæ communicatione: sumendum est exemplum ab amore humano,  
qui habet ferè duplice causam, & fundamentum. Nam diligimus homi-  
nes, vel quia propinqui sunt: vel propter contractam ex communib[us] studiis, commerciis, vitæ societate, alijsque rebus necessitudinem. Cum autem istorum nihil sit in charitate, cui saltem eius debeatur origo: re-  
ferri debet in solam diuinæ naturæ communicationem, per quam effi-  
cimur filii Dei, qui prius adèd nulla vel cognatione, vel familiaritate id  
promeriti eramus: vt, grauissimæ, ac probris exitiales, intercesserint ini-  
micitiæ. Sed ista copiosè tradit Ioannes, cum penè tota epistola prima,  
quam meritò quis ecphrasim charitatis esse contèdat: tum maximè ca-  
3. nec alius statuendum est de illo Christi diuino sermone, quam habuit  
ad discipulos post ablutionem pedum, quem vocat Areopagita ταφά-  
σθαι μωσίκη, id est, traditione mysticâ, seu sacramentalē. Si hoc etiam  
paradigmata dilucidius fieri debeat: finge mihi ignem esse diuinam na-  
turam: fac & humanâ aquâ locu tenere. Vis cernere quid faciat charitas?  
Adinoue aquâ ignicura vt efferveat: ac tū apparebit, quid in gelida hu-  
mana natura diuinus charitatis feruor operetur. Fervens enim aqua non  
minùs, quā ignis adurit: & licet per se grauis existat: exilit tamē, sursum  
que subsultat. Ad hūc modum, cum simus alioqui proni ad malum, ira-  
cundiā, odium, atq; inter nos cōmissi, absq; charitare videamur imma-  
nies, crudelēsq; feræ potius, quām homines, vbi tamen sese permiscuerit  
hoc incēdiū, vlsque adèd nocēdi studiū procul absistit: vt libeat, inuētque  
prodeſſe quibuslibet, cōceptisque terrenis mens surrigatur ad cœlestia.  
Cæterum hanc cōmunicationē haurimus regeneratione spirituali, que  
si postmodū culpa nostra dispereat: oportet eam secundæ regenerationis, hoc est, pœnitentię beneficio restaurari. Iam quia refert nosse, vbi sit  
sedes charitatis: dicimus infundi in voluntatem: ne vel in intellectu, vel  
in memoria illam queramus: quod obsecrare Paulus inuitit dicens charit-  
tate diffusam in cordibus nostris, hoc est, in voluntate: vt quæ cūm suo-  
pte ingenio non minùs naturæ diuinæ repugnet, quām aqua igni: mira-  
bili tamen cōmercio coalescat, & accēdatur ad diligendū Deū propter  
se. Prius enim torpida, gelidâque voluntas inflammatur hoc dono: vt ex  
tota anima, tota mente, totisq; viribus diligat Deum, hoc est, vt nil cha-  
ritatis, nil prius, nil antiquis ducat ipso Deo: neq; vñquā ab illo se distrahi  
finat penitus: tamēst, pro rerū humanarum infirmitate, nō unquam in  
alii videatur occupari. Nā illos, pessimè de toto hominum genere pro-  
meteri puto, qui ab vlo mortalium negat istud impleri posse. Quamvis  
enim non sim inficiatus longè perfectius hoc præstitum in futura  
vita: attamen scripture non raro id tribuant: Tobiae, Iosic, alijisque Dei Tobie, I.  
cultoribus nō omnino perfectissimis: quin etiam hoc ipsum adscribitur  
hominiis reuersis ex captiuitate Babylonica, omniālibus adhuc nefi-  
cio quid Egyptiacū: si modò certissimè sibi Deū toto animo diligēdum  
alib audiri

Exemplū ap-  
prime idoneū  
ad charitatis  
naturam ex-  
pliicandam.

R e m . 5 .

Tobie, I.

2. Paral. 3. 4.

*Deus cur dili-* proponerent. Est autem diligendus Deus nō ob aliud præter ipsum, hoc est, non quia creauerit, redemerit, conseruauerit, &c. sed tantum quia bonus est: quia summa, & omnium amore dignissima maiestas. Interim tamen amoris illa calcaria, redemptio, conseruatio, summoueri non debent: quibus magis acceditur voluntas ad redamandam tantam bonitatem. Accendi autem dicimus, partim vt, quam dudum attulimus, similitudo commendetur; partim vt charitatis vehementiam intelligamus, quam sapiens, dum vult explicare, morti comparat. Dionysius quoque Areopagita idem versans argumentum, dicit scripturas (citat autem ca. 4. Proverb. & ca. 8. Sapientiae) vt vim huius exprimant, vocare non ἀγάπην, aut φιλίαν, sed ἐρωτα, propter mirabilem impulsum, ac violentiam, qua de causa & diuinum Ignatiū adserit ibidem Epist. ad Ro. scripsisse suum ἐρωτα, siue amorem esse crucifixum: quam vocem dicit prophanos authores usurpare, vel detorquere potius ad impudicū amorem. At vero proximus propter Deum diligendus, non tantum, ac præcipue propter opes, eruditio[n]em, sanctimoniam: sed quia Deo sic mandare placuit: quia eum nostro amore ad Deum diligendum, nobiscum rapere debemus. Dilectionis autem proximi mensuram à nostris forūm  
Cantic. 8. Lib. de diu- non. ca. 4. p. 1 te 1.

*De dilectione proximi.* At vero proximus propter Deum diligendus, non tantum, ac præcipue propter opes, eruditio[n]em, sanctimoniam: sed quia Deo sic mandare placuit: quia eum nostro amore ad Deum diligendum, nobiscum rapere debemus. Dilectionis autem proximi mensuram à nostris forūm  
Quis proximus.

desumere oportet. Intelligimus autē proximum quemlibet hominem: vt ipse Christus ostendit Iudeo seminei proximum fuisse Samaritanum, alioqui hæreticum, aut potius infidelem, ac idololatram: quemadmodū & nos quemvis hominem paganum, hæreticum, Iudeum apostatam, debemus proximi loco ducere: quia de nullo desperandum est, quandiu spirat: cum nemo non sit capax æternæ felicitatis. Itaque domesticos fidei, nobisque necessitudine colligatos imprimis complecti debeamus: at tamen si de Iudeis, hæreticis, apostatis, infidelibus benemereri queamus: deesse non licet officio. Iam superest mutua benevolentia, & animorum coniunctio. Ducenda est porro similitudo à nostra communia amicitia, quæ existere non potest inter hominem, & inanimata, vel bestias, vt pote rationis exortes: immo ne inter homines quidem conciliatur: nisi sint communia vel studia, vel commercia: & quiddam par, ac simile reperiatur in virtutis: sicutque inter eos voluntatum mira concordia. Nam latronem vir iustus non colit: neque contraria. Ad istum modum coalescit inter homines charitas: & si contingat alterum nō respondere diligendo: quia tamen est capax eius charitatis, qua redamet amantem: eo saltem nomine idoneus est, qui ametur. Verum illa charitas, quæ non æquali iugo dicitur, et si sit laudabilis: tamen claudicat alterius tantum officijs innixa. Nam vt ignis, si addas ligna, augetur, & acceditur magis: ita si proximus in amore vices suas non segniter obeat: maiores vires concipit charitas: contraria tepescit, sensimque moritur, dum nititur in vanum: vt si lapides, aut ferrum admouieas igni, quæ aduruuntur quidem: nil tamen conferunt ad flamam. Nihilominus propter spem mutuas benevolentias debemus omnes amare: quia omnes illam praestare possunt: et quae magis hic est incumbendum: quia, ubi deest, qui iunctis vi-

ribus dile

ribus dilectionis iugum nobiscum trabat, Dei benevolentia supplet, quod hominis peruersitas conferre recusat. Deus autem adeò nulli deest in amore: vt se frequenter patrem, matremque nominet, ad ostendēdam suam in nos dilectionem. Et ad eundem modum de animorum coniunctione dicendum est: quæ tunc existit, ubi charitas coniugem inuenit. Iam pauca de huius virtutis functionibus. Et quia semel amorem humanum adduximus in exemplum: conferamus (si placet) utrumque. Hoc igitur amore nihil vulgatus, qui omnia vincit: charitate autem nihil magis ignotum hominibus terrenis rebus affixis. Vnde Christus, mundus non nouit vos inquietabat discipuli isti hoc igne flagrantibus: & mundus me non nouit. Adhac amor gratiam conciliat (amantes enim redamus) hæc autem odium, inimicitiasque generat: *Iecircò nolite mirari si Ioan. 15. odit vos mundus*, aiebat Seruator: & tursum: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligere: vt sit hoc indicium intus latentis charitatis: si mundus nos persequeatur.* Præterea mundanus amor est multiplex. Quosdam enim amamus, quia cognati: quosdam, quia simul viuunt, student, negotiantur: ebriosus ebriosum, castus castum: in summa, tot pene sunt amores, quot affectiones. Charitas autem est simplicissima, vt pote quæ unica radice diuinæ naturæ pullulet: nec mirum est eadem natura præditos simili ardere charitate. Insuper si æstuosior sit vulgaris amor, sèpè furorem inducit: at Christianus tanto laudabilior, quanto violentior. Nam sola charitas mensuram non habet: & uno immenso Deo compleri potest. Adde quoddam terrenus amor ad se ferunt: suisq[ue] commodis metitur: vniuersa: charitas vero tunc suo se pulchritudinem putat officio: cum sibi parcissime, ceteris liberalissime consuluerit. Postrem non est amor incognitorum: sed quatenus res innotuit, èatenus amat: charitas autem cognoscit amando: *Nisi credideritis*, (adde & amaueritis) non intelligitis, aiebat propheta. Et cum Deus sit expers diuisionis, non potest particulatim amari: sed qui Deum amat totum amat: quocirca Ioannes dicit homicidam non amare Deum: quia fratrem oderit. Ceteras functiones discere licet ex prioris ad Corinth. ca. 13. & primo Ioannis. Nihil igitur nobis esse debet antiquius: quam vt rem tam vtilem, suauem, præstantem, ac honestam comparemus: partam augeamus: & auctam diligentissime consuetemus.

*De Decalogi antiquitate, promulgatore, tempore, causis, ap-*  
*paratu, nominibus, ac numero preceptorum.*

Catechesis 48.



A m rectâ nobis eundum erat ad decalogum: eiisque singula præcepta ex ordine discutienda: sed quia non minimum lucis rebus, & catechumenis alacritatis addere solet eius, quod tractandum suscipitur, præstantia, nominum nota diuersitas,

t 3 quæ hic

que h̄c magnam habet obscuritatem, & scita distinctio: videtur nec farid de singulis nonnihil breuissimè dicendum, priusquam à vestibulis in penitiores ædes immigremus. Si igitur velimus intelligere, quā sit præstans hic decalogus, & in eo tradita lex: in primis cogitandum hanc omnium legum antiquissimam, & primam, ante quam nil usquam de legibus proditum fuit. Nam qui deinceps secuti sunt, tantò fuerē præstantiores, quantò ad hanc propinquius accessere: vt quidam videntur æmulati non profrus infelicitate. Ad h̄c obseruandum (libet enim tantum argumentare) Deum Opt. Max. non per amanuēsem, aut hypophetam leges has promulgasse: sed ipsummet diuina voce, quæ palpari potius, viderique dicitur in scripturis, quam audiri. Neque satis habuit semel eloqui, nisi digito bis easdem in tabulis lapideis exararet: cum ipse Moses idololatram populum iudicasset prioribus tabulis indignum, easque propterea diffregisset. Sed & locus (vt inquit Philo) habet aliquid magnificum. Nec enim in Ægypto legem acceperunt Israélitæ, nec in prima, secunda, tertiale manione: sed tunc demùm, cùm diuersis castris peruenissent ad montem Dei Oreb. Nam in Ægypto, ac ciuitibus, propter insanam idolorum culturam nulla quies animi, nulla corporum puritas, laboris nulla remissio: quæ sanctissimarum legum probatio requirebat. Et meritò terram promissionis beatissimam ingressuri debebant his legibus præpurgari: docerique ritus, ac ceremonias, quibus in illa Deum ritè venerarentur, & colerent. Fuerunt & aliae promulgandarum legum honorificæ causæ, vt Iudaicus populus hoc nomine ceteris gentibus haberetur præstantior: vt Deo magis intimus: vtque sapientior, & religiosior iudicaretur, cui doctissimæ, sanctissimæ, prorsusque diuinæ leges ab ipsomet numine datæ fuissent, vt Moses ipse declarat: *Hac est (inquietens) vestra sapientia, & intellectus coram populis: vt audientes uniuersi præcepta h̄c, dicant En populus sapiens, & intelligens, gens magna, &c.* De pompa prolixum esset omnia referre. Mons fumabat, ardebatque totus: micabant horrenda tonitrua: stabant columnæ nubis à terra usque ad cœlum: clangebant buccinæ, voxque terribilis exaudiens, quæ pūs consolationem, clementissimique patris opem, ac presentiam promitteret: impiis autem terrorem incuteret, doceretque supplicia quondam ignis æterni reposta transgressoribus. Postremò nil istorum factum est, priusquam ipse Moses, & omnis populus diligentissima parsue sepe penitus expurgassent. Sit hoc satis, quod ad dignitatem. Nunc de nomine.

Nomen legis.

Deut. 10. Moses has leges vocat δικαιονομίαν asereth haddebarim quæ fueram procul omni dubio, denarium verborum, interpretaturus, nisi passim Chaldaeus Ionathas, cum Septua, interpretibus, Philone, atque Iosepho, verteret decem verba, siue decem sermones. Clemens autem Alexand. primus (quod sciām) 6. strom. composito nomine vocauit ἡγιείαν τοῦ θεοῦ (vtitur enim foemineo genere) non paenitendum eius vocis mythis. Lib. 3. cap. 4. autem declarans. Nam iōn. perfectionis est index atque denarij. *τέλος*

Lex decalogi  
omnii prima.Promulgator  
huius legis  
Deus.De tempore  
datae legis.causa data  
legis.

Deut. 4.

Apparatus  
premulgatio-  
nis.

Exod. 19.

Deut. 10.

Lib. 3. cap. 4.  
antiquit.

Iud.

## C A T E C H E S I S X L V I I I .

151

autem nomen est Seruatoris: vt illius h̄c latere perfectissimam doctrinam, & eum verum esse legislatorem intelligeremus. Deinceps Origines, Hieronymus, Augustinus. aliique ita vocarunt: vt nunc penè sit recepta vox in Latinam coloniam. Sed quare sic Deus appellavit? Philo putat esse mysterium in voce δεκάς quasi δεκάς τριάδες τριάδες, quod omnem in se numerum denarius complectatur. Alij dicunt factum, quia decem præcepta continent: à qua sententia discedere suadet interpretum, in horum decem præceptorum distinctione, maxima discordia. Et nisi Moses tribus locis decem esse præcepta disertè traderet, idque sequerentur vetutissimi quique: videri poterat sermonis abusum, & catachresim esse: & certum numerum (vt sappè fit) pro incerto positum: cuiusmodi legimus apud Iobum: *Nunquid me decies afficiens probro?* Leuitic. 26. *Decem mulieres conuent in cibano uno:* Ecclesiastæ 7. *Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis:* sed cùm scriptura, veteresque illi Hebrewi, cum omnibus penè Græcis, & Latinis refragentur: necesse est multitudini concedere. Sed videamus quomodo numerus hic præceptorum iniri queat. Sunt nonnulli qui in tria distinguunt id, quod habemus Deuter. 5. *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis: Non habebis Deos alienos in conspectu meo: Non facies tibi sculptile &c.* Huius sententiae sunt Hieronymus ad Osee 10. & Hesychius in Leuiticum ad cap. 26. qui h̄c tria duntaxat, in priorem tabulam referunt: sabbathiique præceptum partim expungunt, quia nec ad nos pertinet, nec est perpetuum: partim in alteram tabulam reiiciunt. Alijs, in quibus sunt Philo, Iosephus, Clemens Alex. Origines, Procopius Gagæus ad 20. Exodi prioris tabulae quinque præcepta constituunt, quorum ultimum sit de honore parentum: vt summus omnium parens Deus sit in fastigio tabulae: carnales autem parentes eandem claudam. Ne quid tamen dissimilem, Clemens Alex. dum hanc sequitur distinctionem, duo præcepta præterit: in priore quidem tabula, quod de sculptilibus latum est: in posteriore, de falso testimonio, Omitto pugnam circa illud quoque præceptum: *Non concupisces uxorem proximi tui:* cui adiungunt quidam: *Non concupiscet rem proximi tui:* alij discindunt voluntque geminum esse præceptum. Posteriorē sententiam ferè sequuntur hæretici: nisi quod præceptū de concupiscentia nolit esse duplex. At vero nostris catechumenis hac in parte Augustinum audierūdum censeo: non tantum propter authoritatem, & mirabilem scholasticorum confessionem: sed quia rationi videtur, & scripturis magis consentaneum scriptoris huius saffragium. Is ergo præceptum de sculptilibus (quod hæretici nostræ tempestatis ordine secundum faciunt, vt nimis speciosum adornet iconoclasi patrocinium), connectit cum primo: quia certum est idola, simulacra, imagines non simpliciter prohibiti: sed duntaxat ne adorentur. Nam aliqui Exodi 25. disertè iubentur fieri

Augustini  
sententia pra-  
fertur, & ex-  
penditur.

tur fieri Cherubim: & Solomon luenculos, oues, bouesque sculpsit in templo Domini. Si igitur, vbi deerat adorationis periculum, non putabatur nefaria sculptisum, imaginumque: quis non videt illam prohibitionem non aliud, quam ad primum præceptum pertinere: Nam quemadmodum in verita cæde obliquè mandatur, vt proximo commodemus; & in interdicto vitio virtus debet intelligi: ita cum hic ( licet ordine mutato) de virtute lex aperta promulgatur: oportet repugnans illi vitium simul prohibitum existimare: quam rem sic se habere prolixè adstruit Clemens Alexand. Ad hæc in huius præcepti calce Deus adiungit veluti pro appendice: *Ego enim sum Dominus Deus tuus:* quod aperte demonstrat & Deum hoc totum pro vnico præcepto mandasse: alioquin absurdè repeteretur, quod iam ad præceptis caput fuerat appositum: & eiusdem esse naturæ, quod initio, fineque clauditur eodem. Quod autem ad posterius pertinet: *Non concupisces uxori proximi tui, non domum, non agrum, &c.* quæ nugatione haudquam carere contendunt hæretici, nisi vnico præcepto comprehendantur: equidem fateor in Exodo præponi domum: ac deinde vxorem cum reliquis numerari, quasi vnico mandato cuncta Moses complecti voluerit; adde ( si placet.) Hebræos eadem vno, eodemque versiculo concludere: sed voco te Deuteromium, vbi Moses non simpli- citer, quæ in Exodo dixerat paulò confusius, repetit; sed mirum in modum excolit, inque perpetuam seriem ordinatissem disponit. Eius ergo libri capite quinto, quæ Exodus coniunxerat, versibus distinguntur, quod Hebræis manifestum est eiusdem sententiæ indicium. Præterea, quod magis ad rem facit, licet in Exodo Moses vnicum verbum οὐνανι thachmod usurpet: tamen in Deuterono priori quidem loco idem prorsus legitur, quod venereum illud, vestrum vehementissimum significat: posteriori autem, vbi de domo cæterisque rebus agitur, est verbum οὐνανι thithauec in ultima coniugatione, à themate οὐνα, auah quo denotari solet avarorum hominum rapacitas, habendi que nunquam exsatiatum desyderium. Sed huic distinctioni ( inquiet ) Paulus contradicit, qui Ro. 7. citat instar vnius præcepti. Fafeor in nostris Latinis, & Græcis nullum apparere discrimen: at si editionem Syram consulamus, ea nobis liquido monstrabit quod Paulus respexerit, nempe ad postremum de rebus duntaxat alienis præceptum. Habet enim οὐνανι lotheirag, quod verbum licet alibi quoque deflectatur ab ipsomet Apostolo ( vt cap. i. R. O.) ad libidinis notationem: tamen paraphrastes Ionathas Deuter. 5. posteriori loco usurpat vocem οὐνανι theirog, cæque explicat verbum illud Mosis οὐνανι thithaueh inexplicabilem congerendarum opum libidinem significans. Ut igitur in sua epistola Iohannes distinguit carnis, & oculorum concupiscentiam: ita Paulum, ac Mosen interpretabimur; maxime cum sit multò proclivior homo ad libidinis, quam cuiusvis rei desiderium: vt non immerito proprio illud præcepto cautum, & interdictum oportuerit. Nunc sequentur,

batur, vt de ipsis tabulis, & eorum numero, quotque præcepta continentur, curae ea hoc ordine potissimum tradita sint: verum, ne vos exhausta nunc arena ultra tempus & horam detineam, in proximum tractatum cuncta relictam.

*De tabularum divisione, ac ordine præceptorum, ac primo præcepto.*

Catechesis. 49.



Videtis hoc homilia sit vobis expectandum, auditores, credo vos meminisse: nec modò libet proponendo tempus inutiliter absumere. Duas igitur esse tabulas sacra testatur historia. Obscuratum autem in primis velim, Philonem eloquentissimum. Iudeorum non tabulas vocare: sed σηνάς: vnde suspicor persuasum illum habuisse dictiōnēm οὐνανι luchoth hoc loco. non de planis tabulis, cuiusmodi tamen frequentissimè significat, vt Ezec. 27. sed de pilis, & columellis, quæ olim ad res memorias commendatas erant in vñu, quales leguntur passim Dionysij, Herculis, Romanorumque columnæ, intelligendam. Sed non perinde constat, quot cuique præcepta sint inscripta. Nam idem Philo in explicatione decalogi, Iosephus intiquit. Clemens Alexand. Strom. 6. & Origenes, diuidunt in duos quinarios, ac priorem tabulam claudunt honore parentum, vt suprà dictum est: reliqua præcepta coniiciunt in posteriore, sic vt concupiscentiæ præceptum vnicum statuant. Neque quicquam inter tabulas discriminis, præter mandatorum ampliorē dignitatē, adsignant: nisi quod Philo istud præterea adferat, quod posteriore tabula contineantur interdicta: quamuis & in priore videamus prohibitionem vnam, sive ( vt ipse loquitur ) ἀπόφασιν, Reliqui aliorū opinio. Clementem Alexandr. Originemque sequuti sic distribuunt, vt quatuor ponant in priore cætera collocent in secunda: nisi quod sabbathi sanctificationem expugnant Hesychius, & Hieronymus; quorum sententiam sequuntur Iudeis, & Iudaizantes hæretici. Diu tamen Augustini ( quem nos sequimur ) distinctionem priorem tabulam tribus absolvit, velut imagine sacrosanctæ Trinitatis: posteriorem reliqua septem concedit. Nec est quod Calvinus Augustino crebet inuidiam, quasi non satis sibi constanti in epistola, quam ille perperam citat ad Bonifacium, cum sit ad Ianuarium numero no. vbi tamen hanc ipsam divisionem cernere est: quemadmodum & libro 15. cap. 4. aduersus Faustum Manichæum, & libro 2. cap. 57. quæstionum veteris, ac noui testamenti, item libello de decem chordis capite 5. & 6. & in epilogi, ac sermone 148. Iam ordinem præceptorum intueamur, vbi in primis consyderandum est: Deum: inter sua præcepta noluisse referre, quæ ex hominum cogitatione prorsus derasa non essent, vt: *Quod tibi non vis fieri*.

fieri, alij ne feceris: quæ peccato, & infidelitate punitius deleri non potuerant: sed ea duntaxat, quæ nos ad illa deducerent, vel quæ ignorabamus, vel de quibus dubitabamus, denique huiusmodi, quæ facile caderent sub consensum, ac persuasionem, quorum vel transgressio, vel actio cuiui apparebat esse grauissima. Nam quod peccatum est grauius, eo facilitis demonstratur, persuadeturque fugiendum. Hæc igitur in suas leges retulit distinctis, pro grauitate gradibus. Quæ namque ad Deum pertinent, esse grauissima nullus inficiatur: cum sit ille finis, ac summum bonum, & per fidem, ac religionem à cunctis religiosissimè collendus, & expetendus. Si vero ab iis, quæ Dei sunt, descendamus: inter homines ijs maximè sumus obnoxij, quorum sunt in nos præstantiora beneficia. In his autem primas tenere parentes, & cuicunque hoc nomine solent intelligi, nullus non fatebitur. Omnium verò peccatorum ea sunt magis pernicioса, quæ in opus exeuunt; quam quæ tantum verbis, aut cogitatione petrantur: ideoque tertio loco cades, mœchia, furturnque vetatur suo quoque ordines. Sceleratus enim est hominem ad Dei creatum imaginem ē medio tollere: quam vel mœchari, vel alienum rapere. Rursus, magis nefarium est alienam coniugem conspurcare, quo spiritalis quodam homicidio caro à carne, os ab ossē maximo scelere dissecatur: quam si quipiam illorum adimatur, quæ sunt prorsus extra hominem. Post hac sequuntur, quæ sermone patrare sollemus iis proculdubio magis noxia, quæ in animæ penetralibus veluti nascuntur, ac moritintur. Sed de ordine tabularum, ac præceptorum satis. Nunc primum præceptum delibemus. *Ego sum Dominus Deus tuus.* Hæc verba præceptum continent: quæ porrò adiiciuntur, solum explicant: quia tamen maiores quidam ea inter præcepta retulerunt: non sumus silentio transituri. Priusquam vero progrediamur, velim nostros catechumenos admonitos hæc tantis referta mysteriis: vt putent Hebrei, quibus non timeret hac in parte, quam diligenterissimè trahauerunt: fidem abrogare debemus: singulas litteras proprium habere sacramentum. Aiunt enim in toto decalogo numerari litteras 613. quot nimis in toto lege præcepta reperiuntur ex huius decalogi defumpta seminibus: vt tantò magis adlaboremus ne vel nobis tractantibus quicquam excidat intactum: vel catechumenis oscitante memoria, rimofisque susceptum auribus depereat. *Ego* Latinis, & Græcis videtur habere singulare: tamen quæc fortassis possit, cur. Hebræo sermone Deus non *τάκη* ani, sed, *τάκη* anoci dixerit: nempè vt intelligeremus hic agi de constitienda eius monarchia. Quod sequitur *Sum*, est incommodiū; licet Septuag. verterint *εἰμί*. Hebrei enim verbo substantiuo carent: nec aliud dixit Deus; quam *τίνης* anoci adonai. Et sane videtur verbum naturæ præcepti repugnare: vel saltem commodiū per futurum experimeretur ( ero ) vel ( sum ). Nam postea ( qui est huius præcepti commentarius ) dicitur: *Non habebis Deos alienos &c;* siue, *non pient tibi dij alieni.* Est enim *τίνης*, iehieh. Ego ero igitur; hactenus non

*Præceptum  
primum.*

nus non fui ( inquit Origenes ) sed fuiſtis idolatriæ: deinceps ego hoc födere, quod pango vobis, ero vester Deus, quod prius non ita declarau. Propterea autem se Dominum vocat, siue *τίνης*: quod essentiam interpretari queas: venit enim à *τίνης* haueh, estque Dei nomen proprium. Cum enim compertam haberet Deus fragilitatem humanae naturæ ad præcepta seruanda: voluit hoc nomen in initio solis cuiusdam instar præfigere, suamque maiestatem indicare, vt religione magis adfingenseret: quasi diceret: Ego qui sum vester, & omnium Dominus, seruos parere mihi præcipio, acturus alioqui vobiscum pro iure meo, summaque potestate: nisi vos fideles ministros præbeatis. Verum, vt nunquam obliuiscitur pietatis suæ clementissimus parens: ne nomen illud imperiosum nos obstupefaceret, mox addita promissione lenit, quod videbatur asperius: *Dous* ( inquit ) tuus. Sic enim passim aliqui *Dous* se nominatim appellat, quem summis ornare beneficijs decreuerit. Ego sum talis Dominus, ne putetis non obtemperandum, vt etiam *τίνης* Deus, id est, qui vos mihi obedientes cupiam mere felicitatis effigere. participes: nec vos tantum iure domini castigem delinquentes: sed piissimi parentis affectus morigeros filios; electumque populum beatos reddam. Sed mirum est ( inquit Philo ), cur singulariter dixerit: *Dous tuus*: cum tanta multitudini verbâ faceret. Cuius se Deum vocat? Nunquid Mosis, vel Aaronis, aut aliquot similiū, ac sanctissimorum virorum? Respondeat idem Philo, hoc pertinere ad gratiæ suavitatem, ac delicias: quibus voluit Deus populum suum ad mutuum amorem pellicere. Sic Psalmus. 49. *Ego sum Dominus Deus tuus.* Matthæi 22. vocat se Deum Abrahami, propter insignem erga illum benevolentiam. Cur autem non loquatur hic pronomine multitudinis, factum est: vt ostendatur ( interprete Philone ) hominem vnum verum Dei cultorem instar esse coram Deo innumerabilis populi, nec minus ei esse cordi, qui non delestat turbam malorum. Ad hæc voluit principibus, atque tyrannis dare exemplum: ne facile virum hominem contemnant: ac leue putent, si quandò vni faciant iniuriam in gratiam ( vt comminiscuntur ) reipublicæ, vel ciuitatis, vel alterius: cum Deus vnum suum cultorem integris regni, prouinciisque præferat. Propterea vt nemo se exciperet: vt nullus in fraudem animæ suæ diceret, dixit multitudini: me vero in tanta turba latenter vel non vidi, vel non intellexit, vel ipfi denique Mosi, Aaroni, & iis, quorum est res sacras curare, locutus est: me autem præteriit. Vt ergo omnes sibi dictum intelligerent, ait: *Tuus*: *tuus* ( inquit ) quisquis es in hoc populo. Haec enim de verbis, & materia primi præcepti, cui vt pareamus omnes danda est opera: ne si Dei benignitatem hic pro nihilo duxerimus: olim Domini severitatem experiamur.

*Explanat primi præcepti adiuncta, & appendices duas, ac hæreticis hinc insultandi occasionem extorquet.*

### Catechesis 50.

**P**ostremum tractatum (ut meministis) vendicauit sibi cùm tabularum, & præceptorum distinctio: tum primi mandati explicatio: cuius cùm satis pro catechetica breuitate materia, ac verba declarata fuerint: nunc de eiusdem appendicibus est agendum. *Qui eduxi te de terra Ægyptii, de domo, &c.* In verbo educendi est μέσωσις, siue Latinam, siue Græcam vocem έξιγγη, siue Hebream ρνκεν hotiethica consideres: Quod vt melius intelligatur, reducēda sunt in memoriam, quæ Moses narrat Exod. 19. & Deut. 32. Deum exportasse eos super alas aquilarum, & assumpisse sibi in similitudinem aquilæ volantis supra pullos, eōsque deferentis per aëre: nimis tūm tali metaphora significans violentam, extortamque fuisse Israëlitarum liberationem. Et in hanc sententiam se penitus dicit se populum suum eduxisse in portentis, & brachio extento, hoc est, sublimi virtute, & omnipotencia: quod tametsi de illorum erexitio quondam stupenda merito sit relatum in litteras: longè tamen erat impossibilius (vt sic dicam) quod de nostra per Christum facta liberatione credimus. Nam vt eriperemur non tantum è fauibus: sed ex visceribus Orci: erat proculdubio diuinis viribus opus. Sed pergamus. Terra nomen non esse otiosè possum intelligere: qui meminerit phrasis scripturaræ, quoties agit illa de Ægypto. Nam & qui se conferunt in Ægyptum dicuntur descendere, & qui illinc redeunt ascendere, ac tantum non emergere: vt in typo vallem intelligas lachrymarum. Ad hæc populus Israëliticus inde consendens subuehebatur, non tantum in montem Synai: sed in Ierusalem, figuram illius matris nostræ: vt norimus prius nos fuisse terræ incolas, vnde summo cum labore sumus in cœlum subiecti, tanquam in proprium (vt loquitur Paulus) τολθενμα. Porro nomē Ægypti Græci deductū volunt à capris (quas δίγας vocat) Mendesias; alij à flumine: alij à perpetuo calore sic dictam volūt, quod sanè valde quadrat nostro instituto: quia in Ægypto spirituali versantes torrentur perpetuis concupiscentiæ feruoribus. Hebreū etymō ea, quæ de eductione dimisimus, confirmat. Vocant enim πράκτη mitraim ob duplex eius regionis incommodum (nam vocem deducunt ab angustiis, & munitionibus) quia sunt liberati de terra angustiaræ (opprimebantur enim assiduis cladibus, & durissimis operibus) atque ita liberati: vt, cum vndique præcluderetur exitus, quodammodo volatu fuerit effugiendum. Quæ res vt altius insideret Iudeorum animis, non permisit, quæ iter erat expeditissimum, per Canaanorū fines exercitū ducere: sed per medium pelagus, vastissimāq; solitudinē: vt liberationis difficultas nō oblitteraretur. *De domo seruinitus* hoc est

### C A T E C H E S I S . L.

157

hoc est (si addas epirasim) de domo seruili, imò de domo seruorum. Est enim Hebraicè וְאַבָּדִים, abadim & volunt Ægyptum non solùm seruis idoneum locum designari, vbi liberis hominibus non liceat agere: verumetiam Iudeos fuisse in ea degentes non tantum Pharaonis seruos: sed vniuersis Ægyptiis miseram seruiisse seruitutem, & quemadmodum ex ipso Moše licet colligere) mācipiorum, seruorumque Pharaonis fuisse mancipia. Adde prouerbio iactatum ἀγράπτιος πλινθοφόρος, quod gestandis oneribus Ægypti viētum quererent. Longum esset Pharaonicam tyrannidem recensere: & captiuitatis diabolicae, quæ tenebramur, ætumnas: quo pacto in luto, ac latere seruiles operas præstare spiritali Pharaoni cogebamur. Sequitur. *Non habebis Deos alienos coram me.* Quidam faciunt istud primum præceptum, & quod præcessit instar præmij decalogi. Hesychius, & Hieronymus secundum faciunt. Itaque pro ea, quam diximus, sententia non nihil est repetendum. Istud ergo non esse præceptum inde liquet quod etiam iisdem testibus, qui contra sentiunt, aiens præceptum contineat negans: & vicissim commentent. Quod si verum est: multò iustius cum Augustino dicemus in affirmante: *Ego sum Dominus Deus tuus,* includi prohibens: quām contrā Nam rectissimè, & acutissimè docent scholastici, multò verius in alienante contineri præceptum prohibens: quām ediuersò: quemadmodum reūtius collegaris, est albus paries: ergo non est niger: quām, non est niger: ergo est albus. Quod si in interdicta mœchio castitatis, & cōtinētiæ præceptionem intelligis: quid ni ex affirmante præcepto queamus interdictionem colligere? Sed quæ fuit huius adiungendæ sententiæ causa? Aio propterea factum, quod homines, maximè vñque ad Christū, fuerint ad omnia idolatriam propensissimi: vt cōiicere licet ex Iudeis, qui creberimus hostium incursionibus vexati, lacerati, vastati, subindeque Dei misericordis præsidio liberati iterū, interūnque in illud ipsum idolatriæ malum reuoluebantur, præcedentium cladi immemores. Itaque voluit Deus non tantum legitimū cultūm diuinitatis præcipere: sed & idolorum superstitiones interdicere: *Non habebis,* inquit noster interpres: septuaginta vero, non erunt. Quare non præsenti tempore non habes, vel non sunt? Duplex est ratio. Tunc enim Iudei naufragabant adhuc mirum in modum fascinari idolomanis Ægyptiacis, quas non prius expuerunt, quām à Iosue penè compellerentur: vt refert in Iosue 4. fine libri sui, vbi sub imagine dehortantis adhortatur eos, vt neglectis idolis, vnius Dei se cultui deuoueant, quod se facturos receperunt. Alteram causam habet Origenes hom. 8. in Exodum super illud: *Siquidem sunt dij multi, & domini multi,* videlicet angelī: quibus aliqua portio iurisdictionis in terra fuit à creatore tradita. Quia igitur Deus nobebat inficiari, quod alijs fatetur, angelos esse deos, ac dominos, dicit. *Non erunt,* & vocat alienos, quasi dicat: habes quidem dominos multos: sed iij non præiudicant honori meo, neque sunt alieni. Hebreum וְאַבָּדִים elohim semper iungitur nominibus, verbisque singularibus: *Non*

*car future  
Deus hic sit  
vñus.*

1. Cor. 8.

*Abraham  
Ex ras.*

*Quid Deus ex  
Damasco.*

*De roce alie-  
ni.*

*Quid sit co-  
ram me.*

*Ostendit nō re-  
pugnare huic  
præcepto san-  
ctorum inno-  
cationem.*

erit tibi alieni. Sic, *In principio creauit dñs dij: nē recentium quorun-  
dam interpretamento moueamur, Non erit tibi Deus alienus.* Nec enim  
hoc est aliud, quām phraseum, ac proprietatum scripturā ignorantiam  
profiteri. De nomine, naturāque Dei aliās copiosè dictū est: nunc  
solam ex Damasco definitionem repetemus. *Dens est substantia eterna,  
immortalis, creatrix omnium, & pura conscientia colenda.* Huiusmodi  
igitur Deos non habebis coram me; non putabis vel angelos, quos  
creauī, eternam esse substantiam, vel immutabiles: cū illorum plurimi  
sint in deteriora prolapsi; & quotidie, aliud & aliud volentes, mutentur;  
neque sint vlliū rei, quantumvis exiguae, creatorēs; ac proinde neque  
pura conscientia, id est, cultu latrīae prosequendi. Quid autem sibi vult  
nomen alieni? Num quales Rachel erat furata; (nec enim erant proprii)  
an aliarum gentium Dei intelliguntur? vt non liceat quidem alterius  
provinciæ Deos inuehere; nefas tamen non sit patrios, vel cunctis ha-  
cētus ignotos colere. Nequaquam. Proinde, tametsi velim interpretis  
authoritatem illibatam, videtur parum commode redditum. Nec enim  
est, οὐδὲ necarim, vel οὐδὲ zarim, quibus quadrat alieni significatio:  
sed οὐδὲ acherim, id est, aliij. Quin ipsi Septuaginta gnasi suarum vo-  
cum, non ἀλλογες: sed θέτεις dixere: *Non habebis alios, id est, nullos,*  
præter me, deorū loco censebis. Nec ineptè pre mendus est pluralis nu-  
merus: cum, vt superiùs diximus, illud ingenium sit vocis οὐτὸς elohim.  
Non habeatis multos, ac ne vnum quidem, præter me. *Coram me, qui-  
busdam placet iste commentarius: ad meam inuidiam, vt mihi doleant;*  
oculi, supta metaphora ab honestis matronis, quæ ferunt ægerrimè, si  
pellices in illarum conspectum veniant: & seruit huic sententiae, quod  
Deus aliquādo zelotypiam suam non diffimulet. Sed hoc Hebreæ οὐδὲ  
al panai significat etiam contra, & preter; quemadmodum Septuaginta  
reddidere τλην ἐμοῦ. Non fero, non patior vllum Deum preter me.  
Porro ex Philone concludendum est, hanc partem vetare, ne res à Deo  
creatæ pro falsis diis usurpentur: vt nēcum hīc de idolis, vel imaginis-  
bus, falsisque rerum, quæ nusquam existunt, simulacris agitatur; sed de-  
syderibus, planetis, cœlis, caco-dæmonibus, serpentibus, hominibus, &  
iis omnibus, quæ præter idola venerabantur antiquitas. Nam de propriè  
dictis idolis mox sequetur. Sed priusquām eò progrediamut; cathecia  
ruditate respondendum est: aduersariis contendentibus hīc prorsus di-  
uorum, & angelorum interdictam esse venerationem. Et quoniam alio  
quoque in loco, scripturarū præsidiis hostium contudimus impietatem:  
nunc ère ipsa petemus argumentum. Quādo igitur quis vñquam adeò  
stupidus, & vecors fuerit inter Christianos, vt archangelos, diuos Petru,   
ac Paulum, ipsamve Dei genitricem putari est Deum hoc est, substantiam  
æternam, incommutabilem, creatrice omnium, pura conscientia  
colendam. Si enim hoc existimat nullus: cur id nobis obiicitur? Quād  
si agatur de honore, quem illis impenitiblēs; certè is non est, qui Deo  
debetur. Neque enim cultus diuinitatis est, tantum aperire caput, in ge-

nua procumbere supplices manus portigere, & similia, quæ ab homini-  
bus interdum sanctissimis delata sunt improbis: sed tū demum: si quis-  
piam iis gestibus, externaque veneratione profiteatur eū, cui defert ho-  
norē, esse Deum largitorem summi boni, imò ipsum summū bonū à quo  
salus, vitāque pendeat, summaq; felicitas expectetur. Si hoc vllus diu,  
quisquis ille sit, exhibet idolatriam, & anathema dicimus. Sin verò tali  
cærenōia aliud nihil sibi volūt catholici, quām ministros esse Dei, cui  
& chari sint, & intimè coniūcti, à quibus rebus afflictis opem, presidia-  
que postulant: quæ est inuidia? Si mentiantur aduersarij recens id esse  
commentū, natum sub Gregorio Pontifice quid est Areopagita ma-  
gis antiquum, quem vt Illyricus cū suis impudentissimè neget esse Pau-  
li discipulum: vixisse tamen fatetur ante mille ducentos annos? Is ergo  
Eccl. Hier. ca. 3. dicit olim moris fuisse, vt geminæ tabella recitarentur  
in Ecclesia, quarum altera martyrum, ac diuorum: altera complectebat-  
tur illorum nomina, qui minus expurgati mortem obiissent: quibus di-  
uorum preces vt opitularentur, vtrorūmq; nominum recitatione fiebat.  
Hunc enim Dionysij locum ad istum modum Pachymeres, Maximus,  
ac Germanus interpretantur. Si autem sit horum leuis authoritas, adde  
liturgias D. Iacobi, Basilij, & Chrysostomi: in quibus diu prolixè rogan-  
tur, vt pro nobis sternuè deprecentur. Quin Cyprianus, quem isti tanto-  
perè iactitat, cū nullus æquè sceleratos illorum conatus eneruet, cū  
persecutionis rabiem, secedendo declinasset, datis litteris clerum suum  
vehementer obtestatur, ne quem martyrem prætermitterent, cuius exi-  
tus diem summa diligentia non adnotarent, vt reuersus vnumquemque  
festo die, hoc est, missa prosequeretur. Nec desideratur Tertulliani La-  
tinorum principis, & antiquissimi Theologorum calculus, qui in Scor-  
piaco dicit Ecclesiam esse tam seueram parentem: vt filiorum suorum  
obitur, ac mortes hymnis, festisque diebus prosequatur.

*Tertiam primi præcepti appendicem explanat, & contra Iconomachos  
imaginum usum semper hominibus permisum fuisse demonstrat.*

### Catechesis 51.

**N**unc tertia appendicis partē aggrediamur, quæ sic à Hiero-  
mo redditur. *Non facies tibi sculptile, nec similitudinē omniū  
que in caelo sunt desuper, & que in terra deorsum, & que ver-  
santur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles.* Di-  
ctum est iam aliquoties Hesichium, cum Hieronymo ter-  
tium hoc præceptum adserere: neque quicquam repetemus. Addita est  
hæc pars, vt & superiores, propter Iudeos huic morbo deditissimos.  
Nam Christianorum ego neminem, post illam in baptismo adorandæ  
monarchiæ factam confessionem, & acceptam candidā, arbitror eò pos-  
se recidere: vt cunq; dissimulet ad tēpus. Sed iam ad verba: quibus enar-  
rat is non

sculptile.

Idolum quid.

Hom. 8. Exod.  
1. Cor. 8.De imaginis  
ysu.

Exod. 25.

Numer. 21.

ratis nō nihil, ob temporum necessitatem, cum Iconomachis erit agendum. *Non facies tibi sculptile.* Huius vocis diligenter est notanda proprietas, quae totum continet mysterium, Hebreis est ἡδε pesel, à verbo ἡδε pafal, quod sculpere, dolare ve significat. Et obseruandum usurpari verbum istud quoties Moses iubetur apparare tabulas, in quibus Deus legem inscalperet: Septuaginta verò eandem vocem ἡδε pesel, constanter ἔιδωλον interpretantur: à quibus Hebræorum vocabulorum peritissimis inconsultum discedere iudico. Sed quid est ἔιδωλον? Principiò improbè faciunt aduersarij, qui, cum loquuntur de imaginibus, vocant ἔιδωλα: ethniciorū verò simulacra, si quandò de iis fiat sermo, dignantur imaginis nomine: cùm Grœci, & Latini omnes, qui ante postremū Nicēnum concilium vixerunt, dicant idolum in scripturis. significare simulacrum alicuius rei, quae nusquam existat in rerū natura: vt si quis hippocentauros, sphingas, chimerásve depingat: quemadmodum Origenes ex his verbis Pauli: *Idolum nihil est*, ostendit. Et hanc distinctionem ( ne quis vnius Origenis non satis moueatur autoritate) ex iisdē verbis Apostoli desumpserunt Clemens Alexand. 6. strem. Procopius Gazetus Græcorum penè omnium cōpilaror ad Exodus, Theodoretus in Eclogis ad Pentateuchum, ac Suidas: ne quis papistarum (vt per ludibrium nos vocant) inuentum esse calumnietur. Vnde licet huius partis hunc sensum tradere. Non fabricaberis vllam effigiem earum rerum, quae nusquam sunt. Verum quoniam reliquus est scrupus, quasi permisum esset existentium rerū formas effingere, addit: *Neque similitudinem, &c.* Hebreis est θεων themounah, quod (vt verbo dicam) significat rem omnem, quae alteram adsimileat. Tu nil sculpes, conflabis, fingēsque, quod referat: vlli rei similitudinem, quae vquam existat. Ergo voluit Deus omnes artes pingendi, sculpendi, conflandi ex orbe profligere? Minime. Sed addendum est quod sequitur. Hactenus enim tantum locutus est de materia, quae ad bonum, & malum pro vteri voluntate de flectitur. Addit ergo, *Non adorabis ea: neque coles.* Potes quidem fingere rerum similitudines: sed caue ne ad istum finem. Nam quemadmodum Latini solent rationem finis indicare particula (vt); Hebræi, cùm iis particulis ferè careant, id ipsum persuam tautologiam exprimunt. *Non facies, non adorabis*, id est, non facies, vt adores: quod obscurum esse non poterit illi, qui in veteribus versatus Theologis adnotarit scripturarū phrasēs, conciliūque septimum consuluerit. Sed paucis dōcēamus exemplis, vsum imaginum nunquam non fuisse permisum hominibus. Primum ergo in eodem Exodus, paucis capitibus interiectis, iubentur fieri cherubim, quorum apud Ezechielem ca. 8. 10. 41: figuram cernere licet humanam, & volucrē: & volucrē: cuiusmodi proculdubiō spiritus illi cœlestes nihil habent. Hos igitur (sunt enim masculini generis apud Hebreos) præcipit Deus cōfari. Deinde Numerorū ca. 21. Dei præcepto serpēs æneus subliis erigitur: vt ab omnibus adoraretur, hoc est, (si credamus Damasco) vt adspicientes ad serpentem leuarent procul animos ad illum vermem humani.

humani generis Christum, qui pro suis erat in crucem suffigendus: illumque in suo typo venerarentur. Si nil excipi, vel efformari licet: *i. Reg. 19.*  
*Vide schola Procopij Gaz. ad hunc ocum.*

1. Num Dauidem idolatriam dicturus es, tantòque prophetæ tam *lib. 3. c. 6. &* grāuem notam inusturus? At lib. 3. occurret Solomon fingens, sculpens, *7.* conflans cherubim: boues, leones, oves, & alia multa Iudaici templi ornamenta. Si dicas cum Iosepho lib. 8. Antiq. cap. 2. hoc illi crimini vertendum fuisse: quid communis ad ca. 41. Ezechielis, qui, dum concionatur de futura per Babylonios templi vastatione, eiusdemque restauratione, iubet eadem refungi omnia? Omitto Leontium Cyprium Episcopum lib. 5. Apologia pro Christianis aduersus Iudeos, dicere Solomonem suo arbitratu nullo numine motum ea fecisse: quia norat non esse nefas. Ex quibus apparet Iudeos non omnes prorsus execratos imagines: sed eas duntaxat, quibus diuini impenderent honores: interea veneratos quasdam figuras ad eum ferè modum, quo solent Christiani, nimirum vt ad effigiem, ac typum honorarent antitypum: siquidem is esset aliqua veneratione dignus, vt illi cherubim. Sic sensit B. Hieronymus in quodam sermone cuius fragmentum adseruatur in epistola decretali Hadriani Pont. Max. missa ad Imperatorem Constantinum, & Irenen. *Etenim vt Deus ( inquit ) concessit omnibus gentibus adorare quæ manu facta sunt: Iudeis quidem crux illas, quas fabricauit Moses, præterea duo cherubim aurea: ita nobis Christianis crucem largitus est. & honorum operum imagines pingere, & venerari, atque ita nostrum opus ad eum probare.* Porro scabellum illud pedum apud Dauidem & Abrahamus Psalm. 9. 8. Ezras, & Basilienses consarcinatores propitiatorium, cui cherubim imminebant, interpretantur. Ioannes autem Cantacuzenus, & Euthymius ad psal. 98. locū illū: *Adorare scabellū pedum eius, de Christi cruce interpretantur. Adorare namque est ad rem aliquam orare: & tametsi mens in illa non hæreat, sed altius eleuetur, res ipsa tamen afficitur quodam honore.* Nam & qui regem purpuratum adoratum veniunt, non iubent illum prius deponere purpuram, quemadmodum impii Ariani volebant Christum spoliare humana natura; vt sic tutius diuinitatē adorarent. Nos verò regem ipsum cum sua purpura veneramur, ipsoque diuos ad suas imagines: non quidem simpliciter figuras honorantes sed ipsum prototypum contemplatione mentis adsecuti. Nedum igitur Christianis est interdictum imaginibus: cùm Iudeis fuerint vsque adeò necessariae. Cæterū quoniam hæc res vix persuaderi potest, non nihil adiicere libet de simulacro illo Dauidis, quod eo loco habeatur vox θεον theraphim, quam Septuaginta reddidere *x̄vō- disimulacrum.* Ne quis autem putet Michol suffuramat idola patris, vt olim Rachel: attendendum est, quod Osee cap. 3. iussus propheta ducere metricon

retricē vxorem, ait illi: *Dies mulios expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te: quia dies multos sedebunt filii Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim: vbi Septuaginta habent dñe, quod Hieronymus vertit manifestationes.* Quid autem sibi vult propheta? Estne quispiam qui putet necessaria ad Dei cultum idola? Et quae miseria, si longo tempore careant idolis filii Israël? Hoc certè non ad exaggerandam calamitatem: sed ad piorum attinebat consolationem. Prædictitur ergo Israëlitis multis diebus non habituros à numine reuelationes, quæ solebant fieri adhibitis huiusmodi signis & formis. Nam & Exod. 25. iubentur conflari cherubim, & fieri λόγιον, siue rationale, in quo scriberetur veritas, siue φήρισμα, & illuminatio: quia videlicet quoties iubebatur sacerdos applicare ephod ( vt sæpe fit in scripturis ) tum sacerdotalem indutus vestem lineam, adhibebat τὸ λόγιον, per quod cognoscerebatur, quid esset opus factum ac propterea Moses frequenter addit ephod rationali. Apud Osee verò cap. 3. coniunguntur ephod, & teraphim, vt manifestum euadat, per theraphim, non secùs, quām per λόγιον, Dei mentem illis declaratam, qui ab eius peñderent oraculo. Cuius rei liquidius est argumentum in libro iudicum, vbi Michas conflat theraphim, & ephod, sicque sacerdotem instituit: vsque adeò sacerdotij munus, sine his obiri ritè non posse erat persuasum. Simile quid igitur habuisse Davidem puto satis demonstratum, per quod oraculum diuinum seiscitabatur. Certè Ionathas hīc 1. Reg. 19. dictionē chaldaicē tantum deformatam usurpat, qua vsus Moses ait Adam filiū ad imaginē suam genuisse: & aduersariorum commentarij de vera formā humanā statua accipiunt, cuius solā faciē à Michol detectā fuisse P. Gazæus affirmat, quasi vel Davidi, vel homini saltē adsimilē. Quod autē subiungitur: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, &c.* eodem est referendū. Si enim de simulacris tantum ad pompā, & ornamentū factis ageretur: frustrā zeli sui mentionem ingereret, qui non fertur in ipsas imagines: sed in cultū iis delatū cum iniuria honoris diuini, quod vt sedulò cauerent, zelotem se, & fortem ad vindicandū prædicat. Hec cùm ita se habeat: que est hominum impudētia, dicere Iudeis prorsus execrabilem, vetitamq; fuisse imaginum omnium venerationem, & usurpationem: cùm eis in sacratissimis templi adytis locus fuerit: nec ferè aliter suæ voluntatis consciens hypophetas suos numen ipsum, quām his admotis, efficerit.

*Pergit contra Iconoclastas legitimū imaginū usum comprobare.*

### Catechesis 52.

**S**uperiori catechesi pugnare coepimus, auditores (vt vos meminisse confido) contra Iconoclastas nostræ tempestatis, eosque petitis ex historia veteri, Iudaicoruq; theraphim, & cherubim exéplis non leuiter (nisi fallar vehementissime) fauimus.

uimus. Verum illi, ne nihil agant, cùm ista sibi cerrunt à catholicis obiici laborantem causam suam, penequé deploratam collectis omnibus viribus, conuocatisq; nihilo melioribus subsidiariis, quoquo modo fulcire conantur. Quidā igitur illorū negat exéplū illud de cherubim, nobis quicquā patrocinari: quoniā, dū illi suis alis obūbrarēt propitiatoriū, satis indicabāt sibi nihil; sed omnia Deo deferri. Sed quæ est hæc digladiandi libido? Esto, fuerit ea alarum extensarum intentio: non dicimus eos figurā ipsius Dei gessisse: fed illorū spirituū, qui hoc nomine feruntur in scripturis; in quibus tamen sedere potius, quām sub ipsorum alis diletescere Deus perhibetur. Rursus videte (quæso quām formidādo arietē semel omnes imagines, ex istorū cherubim ( vt sic loquar ) præsidio, mouere nitātur. Cherubim erant in sanctis sanctorū, ibiq; latebant, nec ullū ab iis idololatria periculū. Quid hoc ad rē? Sic solēt periculātā ingenia potius effutire, quæ neque cœlū neq; terrā attingāt: quām prudēti silētio pudōri cōsulere. Nos igitur nō quo in loco fuerint; sed an cōfliari, sculpive sine scelere potuerint, quærimus. Dic ergo, sodes, cùm in campestrī regione Iordanis cōflaretur, nullus adfuit? null⁹ vidit? Et vt in sancto sanctorū posteā latuerint: nūdices idolatras illos, qui vel intulerūt, vel posteā auferentibus Babyloniis conspexerunt: Quid de summo dictruri sumus Pontifice, qui quotānis corā eis fundebat preces ad Deum? Deinde quid refert, imò multū: refeat, aspiciāsne id, quod colis; an intentione sola deferaris in eum locū, vbi tale quid existere credis? Illi igitur, qui citra velū adorabant, quos intrā conditos probè norant, venerabantur certi nullum esse piaculum, si ad taliū spirituū imagines Deum angelorum omnium Dominum, & creatorem adorarent; præsertim quum simili phrasī saepenumero dicatur in scripturis: *Adorabo ad templo sanctum tuum: Adorate in monte sancto eius; Adorate scabellum, &c.* quibus locis beth Hebraicum nihil aliud vult: quām vt iis rebus veneratiō deferatur propter id, quod in ipsis existit dignissimum adoratione. Postremō, vbi diffugiendi locus omnis est obstructus, fatentur id Iudeis quidem, tanquam pueris, esse concessum: Christianis autem, qui in vires Christi etatē euaserunt, nihil simile permisum. Satis magnificē; sed quām rationi consentaneè, iudicate. Iudeis pueriliter agentibus, & in idololatriam mirabiliter procliviibus res tāto scilicet plena discrimine permittebatur: Christianis autem robustissimis, & qui procul absunt ab idololatria, yitio; quibusque longè maxima suppetunt gratiæ, cognitionisque rerum diuinarum præsidia, nihil huiusmodi concedendum, ne deterius labantur, quām olim pueri Iudei. Quid singi possit magis absurdum? Sed nos Apostolicæ litteræ vocant, sancta q; traditio. Postea quām igitur isto cornu de victoria penitus desperarunt aduersarij, aliò configiunt, aciemque conuulsam frustā sustentare nituntur: & speciosè comminiscuntur ante annum Christi quingentesimum imagines apud Christianos in vsu non fuisse; quod & scripturis, & apostolica traditione docebimus esse vanissimum. Principiō igitur in tota noui testamenti

*Refellitur ob-  
jectio hæresi-  
corum.  
1. Ioan. vlt.  
1. Cor. 10.*

Hebr. 8.9.

testamenti scriptura nihil est contrariae præceptionis. Nam quod adferunt ex cap. vlt. Ioannis epistolæ primæ: *Cufodite vos à simulacris: nihil facit ad rem, si, quam ex vetustissimis Patribus adduximus, idoli, ac similitudinis distinctio recipiatur: quod si quibusdam fortassis minus arideat, ipse Paulus iisdem verbis vsus ostendit quæ sit eorum sententia, nimis non q̄ effet hoc metuendū Christianis: sed quia volebat eos fugere nimiam idolatriarū familiaritatē subinde Christianos invitantiū ad cōiuia, vbi inferebantur in idoloathyta: ne cibi communione venirent in suspicionem impietatis.* Verū deus, si ita cupiāt, nil esse in iisdem scripturis, quod imaginibus suffragetur: quanquam, si libaret esse prolixo, non dubitarē me posse ex c. 8. & 9. epistolæ ad Hebræos demonstrare, Paulum ostendere Iudeos imaginibus vsos, cùm dicit in lege fuisse *διατάχματα λατρείας* (sunt enim coniunctim ista legēda, vt Roberti Stephani, antequām ad hæresim deficeret, ac Erasini exemplaria, nostra versio, Paulusque Hebræus, ac interpretes ostendunt) vt istis *διατάχματα* quōdam Iudeos cultum exhibuisse notimus, quemadmodum capite octauo dicit vmbre deseruisse coelestiū *οὐτινές ἐποδειγματικαὶ σηματάτριαι τροπαὶ θρησκευτῶν*. Verū ista in senioribus disputationibus. Ne ergo catecheseos simplicitatem deseramus, cōcedamus esse nihil, quod nos iuuet, in scripturis: atque ad traditionem, ad quam nos vocant, veniamus: & quoniam quingentorum annorum, post natum Christum nobis spatia præscribunt, nullos Patres, qui post ætatem illam vixerunt, in hanc arenam producemus. Primum autem, quod ad picturas attinet, occurrit Abgari regis, aut Satrapę Edesiorum exemplum, nixum fide dignissimis authoribus Eusebio Pamphili lib. i. c. vlt. Eccl. Hist. Nicephoro, & Euaglio, (quos sequitur fidissimus in historia Hieronymus ad caput Matthæi decimum) Simeone Metaphraste in Thoma, Damasco lib. 4. orth. fid. & Nicæno altero concilio, quod

*Imagines  
christi a Luca  
depictæ.  
Lib. 2. ca. 4. 3.  
Lib. 6. ca. 15.  
& 16.  
Lib. 14. ca. 2.*

Iod. 6.

*status Christi ab Hemorroissa ponitur.*

testis profecit, quod probat hanc historiam, vt aliquot oculatos testes profecit visæ imaginis, quam Christus impresserat linteo. Vis aliam picturam? Nicephorus, vt minimum quatuor locis, meminit imaginum à D. Luca depictarum, non solius Christi, vel Deiparæ: sed etiam Apostolorū Petri, & Pauli. Hæc si dicas fabulosa, quorsum ad antiquitatem prouocas? Si arguteris Lucam venisse ad fidē post ascensionē, nec potuisse Christi vultus ignotos depingere: respōdeo ex Epiphanio, Lucam in iis fuisse, qui aliquādiu inter Seruatoris discipulos cōuersati, mystico sermone de carne manducāda postmodū absterriti scholā illius deseruerunt: quē postea Paulus reduxit ad fidē. Si statuarū exempla pellantur: prodibit Bernice Hemorroissa, quæ statuam Christo gratae mentis indicem, ob restitutā valetudinem, ex ære candenti, Herode permittente (vt supplex eius libellus testatur apud Ioannem Malatā) collocauit: quam ad suam ætatem usque perstuisse narrat Eusebius libri 7. c. 14. Eccl. Hist. tandemq; deiecta à Julianō, qui in eandem basim, ex qua mirabilis, & aduersus omnē morborū genus præstas diuinitū enascebatur herba,

herba, suam effigiem imponi curauit, ratus facultatis eius obstupescendæ opinionē hoc modo ad se deriuari posset: sed mox ea icta, & cōminuta fulmine malignā apostatae delusis expectationē basim autē eandem à fidelibus reuulsam, & maximo in pretio habitā, diligenterque adseruatam apud Bassum Iudeum multo tēpore perdurasse. Verū inquires mulierem satis ethnicè fecisse, ductā eorū temporū consuetudine. Atqui Deus aliam mulieris fidē fuisse, editis ibi miraculis, & herba producta incredibilis energiæ, plus satis declarauit: præsertim cū Nicæna synodus alteraper Tarasium proununtiarit numquam visum esse, vt idolum aliquod ederet mira culū. Est & aliud exéplū apud Athanasium in sermone de crucifixo Berytenſi, quod refertur à Nicæna synodo, nēpe Nicodēmū propriis manibus i maginē crucifixi Christi sculpsisse, & Gamalieli tradidisse: deincepsque, nepotū longa serie, delatam Berytum: ac tādem à Iudeo repartam, affectāmque contumeliis eum sanguinem profundisse, qui nūc passim ostēditur. Addatur Minutius Felix in disputatio-ne Cæcilij tūentis errores gentiliū. In eo enim libro ferè medio dicitur olim obiectum Christianis cultum asini caput: eōdemq; derisos, quod imaginem acti in crucē hominis venerabātur, eo scōmate, quod Christiani crucē adorent, qua digni sunt: q̄ ipsum testatur Tertullianus in apologetico. Certè beatus Nilus in epistola ad Olympiodorū, & Iona Aurelianēs libro de vſu imaginū, dicut Christianos in re diuina solitos habere in suis templis imaginem Christi in crucē acti. Et ipse Tarasius in concilio Nicæno dicit ab ethnicis obiectū Christianis, quod cū adorarent noua idola, sua tamen contemnerent: ad quod respondebant martyres habere se quidem imagines Christi, ac diuorum: sed non putare eas esse Deū, quod de suis credebat gentiles: idola verò nō colere, vt pote rerū nō existētiū simulacra. Accedit orthodoxyæ testis incorruptissimus magnus Areopagita lib. de Eccl. Hier. c. 4. vbi dicit θεῖον μήποτε imponi cōsueuisse in vasculis, quē hinc inde circumstarent cherubim adumbrantes illud Hebræorum propitiatorium. Ergo etiam aliis in rebus erat spirituum imagines conspicere, etiam vbi non deerat (si neotericos diuorum contemptores audiamus) magnū adorationis periculum: cū illud sacrūa vnguentum, semper à fidelibus habitum fuerit in maxima veneratione. Plura de his rebus dici poterant: sed hora nunc elapsa receptui nos canere iubet, vosq; missos facere reliqua audituros proximo conuentu.

*Imaginum vſum semper in Ecclesia fuisse ostendit, & earum primos hostes prodit.*

Catechesis 53.



Llis, quæ hactenū de imaginibus dicta sunt, vſum est quādam adiugere, atque istud in primis, antequā à crucifixo difēdamus, quod præscriptū vidē in Chrysostomi liturgia, vt sacerdos rē diuinā facturus, prius Christi in crucē acti ve- neretur

*Synodus. 7.  
act. 4. exora-  
tione Anipa-  
tri Bostreni de  
Hemorroissa.  
Damascenus  
lib. 3. de imag.  
ciās Ioannis  
Malæ. & An-  
tioch. testimoni-  
um.  
Crucifixus  
Berytenſi.*

neretur imaginē. Et nunc (si christo placet) patiemur id nobis ab infānis rerum nouatoribus eti pī, quod vīlō perpetuo cultū, patribus anti quis veneratiō habitū, & ab vniuerſa Ecclesia nō modō receptū; sed & præscriptū fuit? Quid illa Asterij Amalienfis Episcopi ecphrasis, qua descripti, qualē nunc in templis veneramur imaginē crucifixi, quā ad caput diuē Euphemie virginis depictā in summo honore habebatur; an non Iconoclasim iugulat, penitūque vendicat orthodoxiam à probro nouitatis? Omitto versum insignem Theodori Pelusiota, vñs à cōyō ḥvdeis, ḥv dō ſcīpa ḥy ādīpa, id est, templum nullius momenti, quod non excornat ſtatua. Tantū videlicet aberat ille à noſtrorum Iconomachorum impietate, qui templū non eſſe contendunt, in quo vel imaginculam aspexerint. Addi poterat Gregorij Nazienzeni ſuffragium in oratione de natuitate, in qua præcipit ipsum præſepe Seruatoriſ adorati. Sed præſtat Basiliū fortissimum Ecclesiæ pugilem audire; quē dum Julianus à fide conaretur hoc potissimum argumento deducere, quod Christiana religiō nil aliud, quām idolatriæ quādam mutatio videtur, in qua pro Ioue, & Saturno crucifixum, & obscuros martyres adorarent: inclytus Basiliū repondit ſe, quod faceret, à suis maioribus religiosissimiſ accepiffe, qui didicerant ab Apoſtolis; neque sanctos inuocare vt Deos; ſed compellare vt patronos; nec illorum signa ſimpliciter venerari; ſed quod iis exhibeatur, tēdere in prototypa; nec imagines à Christianis coli, vt ab ethniciſ Idola, hoc eſt, non haberi pro Diis; ſed iis vii ad renouandum memoriam. Sic ille, non obſcurè traditionem Apoſtolicam eſſe declarans. Omitto Hieronymiani sermonis fragmentum ſeruatum ab Hadriano Pontif. & Germani ſententiā telatam, actione quarta Nicæni alterius concilij. Hæc enim, quā retulimus, cuius non prorsus peruicaci ſatis eſſe videbūtur ad explodendam aduersariorū fabulā, qua peruadere nituntur ignariſ historiae, ante mille annos nil ſcriptum; aut traditum hac de re fuile. Quod si veneranda tot patrum canities non aspernetur iuuentute, tatis non indignam maioribus; vñnicum, ſed inſigne, ſubiungam, quod Anglorum apolloſus Auguſtūſ. lib. 1. cap. 25. ſtinus, cūm appulifſet in Angliam, adiutorius regem ethničum iuſſit argenteam crucē præferri, in qua eſſet Seruatoriſ in crucem acti memoria, ſimulq; à ſuis litanias decantari; qua pompa ſic barbari principiſ mentem fregit, inque ſuam ſententiā inflexit; vt liberè prædicandi verbum Dei potestate faceret. Hunc in modum probato christiano dogmate, ſequebatur vt aduersariorū obiectiones dilueretur: ſed ope ræprietum maximum exiſtaui, ſi priu omnes intellexerint, quos patriarchas habuerit hæc Iconoclaſtarum impiissima familia; vt, cognitiſ originib; lues iſta maiori digna censeatur execratione. Proditur autem hæc historia fideli narratione ſeff. Nicæni concilij ſecundi, & alibi. Egit ſemper diabolus, quam maximo potuit ſtudio, pri mū per Iudeos, & Samaritas; deinde per Valentinianos, omnesque quāmque ob causam dia Phantasiastas Cerdonē, Carpoſratē, Marcionē, Encratitas, Manicheos, vt ſtu

vt ſtultiitiae ſuā probrum tegeret, atque ex omnium memoria deterget, quā turpiter deceptus in Christi morte fuifſet. Iccircō ſuasit vt Chriſtum negarent hominem, ne viſtus ab homine crederetur, ac propter à cōm obscura docerent non recte humanis imaginib; eum coli, qui homo non fuifſet. Pudebat enim dæmonem, qui ſe haberi volebat sapientiſſimum, & fortiſſimum, dici vel ſuperatum, vel deceptum ab homine. Hoc autem pulchrè Apoſtol. Colof. 2. declarat factum à Christo, & poſt eum Ignatius. Quia enim Christus expolians principatus, & potestates, traduxit confiderenter palam triumphans illos in ſemetipſo: iedꝫ latitat diabolus, quando quis negat crucem. Interitum enim ſui imperij cōfessionē eſſe crucis agnoſcit, & quibusdam, vt crucem negent, ſuadet ( inquit ignatius) vt paſſione erubescant, morteque opinione vocent. Iudeis auxiliatur ad negationē crucis; Græcis ad magiæ calumniā; hæreticis ad imaginationē: ex quibus certe cōſequens erat imagines fruſtrā fieri. Et hæc peſtis ad imperium vſque Athanasij muſitabat in angulis. Nam hoc principe primū erupit in publicum, vt refert Nicephorus. Tunc enim Xenaiaſ quidā, qui ſe pro clericō venditabat, cūm nec Christianis mysteriis eſſet imbutus, poſte aquam Petruſ Gnaphao ſe inſinuasset, ab illo creatus Epifcopus nullum habens baptismi initiamētum, pri muſ imaginib; bellum indixit, vtpote Diſcoriano, & Eutychiano ve neno corruptus, Christiq; dispensationē abuſu, id eſt, apparentiā tantum fuife credens. Poſt hunc eādem impietatem quidam Epiphys apud Arabas propagauit; qui, cūm eſſet voluptatum, libidinumq; mancipiū, facile circumuentus eſt à quodā Iudæo, qui miſerum laetabat promiſſione vita diuturnioris, ſi omnes imagines amoliretur ex Arabia; quod equidem ille fecit, fortiter obnitentibus Epifcopis; eodemq; anno tan ti ſceleriſ poenā morte dedit. Quapropter eius filius cernens ſucum faſtū parenti, reſtituit imagines, ac Iudæu conatus eſt interimere: ſed ſceleratus fugā ſibi consuluit, ac delatus in Isauriam, ibique reperto Leoni Cononi ſeu Isaurio vaticinatur futurū Imperatore, ac ſtipulatur diuinationis mercēdem cunctarum imaginum, poſt adeptū Imperium, abrogationē. Leonē parentē filius Conſtantinus Copronymus, & huius Leo ſecuti, ſacrilegiū vifertū, crudeliffimē. Poſteā, tēpore Leonis Armenij repetita eſt tragedia; quem ſimili fuco deceptum, quidam monachus futuri vates imperij eadem hærefi contaminauit. Hinc transiit lues in Hispanias p Felice; deinde per Claudiū Taurinē in Italiā perlata fuit, illique itū eſt obuiā in concilio Francordiano. Ex hiſ liquet hanc rem ferē non tentari, niſi à Iudaizantibus. His ita præstructis, videbatur a gendum cum hærefiarcharum noſtrarū tempeſtatis coryphao Caluino: ecquid nobifcum hac in parte conueniret; niſi catechesis exitum poſſere videretur: vt tamen iſtud fiat in proximum conuentum paratiū; age dic, ô bone, tollendāſie cēſes omnes ſculpturas, & picturas? Nequaquam ( inquit ) imò has artes Dei dona cēſeo; ingratosque iudico, qui eās reiiciunt. Quid igitur damnas? Idola. Pulchre: Si Satur ni, Io

Leo Coni, ſeu  
Isaurius iſc-  
ocleſta.  
Conſtantinus.  
Copronymus,  
& filius Leo.  
& Leo Arme-  
nius conſula-  
tus.

Epiphys à Iu-  
deo deceptus.  
Lib. 1. c. cad.  
27.  
Eccl. Hift.  
Xenaas pri-  
muſ imaginib;  
bus belu in-  
dixit.  
Epiphys à Iu-  
deo deceptus.

ni, Louis, Mineruæ, reliquorumque dæmonum, laudamus: si autem nostras imagines ita nuncupas planè repugnamus. Et ut cætera omittantur: audi Caluine Nicænam synodum ( quia peregrinationes Christianorum artodis) clarissimè pronuntiantem Deum ita instituisse, vt apud certas imagines edantur quedam miracula, diuinaque sentiantur beneficia, quorum alibi nusquam vlla potestas.

*De imaginum adoratione, & alterius Nicene synodi contra hæreticos defensione.*

Catechesis 54.

*De natura adorationis.*

*Lib 8. nat. hist.*

**N**his, quæ tractanda supersunt, auditores. *Δις διὰ πατρῶν* (quod dici solet) à Caluino dissidemus, vt liquebit hac homilia, qua & naturam adorationis imaginum, & illarum magisterium, ac Nicæna synodi alterius pro iis defensionem catechumenis sumus ostensuri. Primum igitur hoc suo iure Caluinus cum suis se sumere putat, quod tamen est ini quissum, & falsissimum, adorationem soli Deo debitum cultum dūtaxat significare: ac proinde ne legitimis quidem imaginibus deferendam nos autem id pernegamus. Nam adorare etiam usurpat pro gestu rhetorico: ne dicam Plinium narrare elephantes adorare solem, ac sydera. *Quodd si vocem græcam vrgeas προσκυνεῖς*, dicitur *ἀπὸ τῆς κυνεῖς*, quod vehementer amare significat. Estne verò quisquam tam insanus, qui neget usitatum sermonem amare libros, canes, equos. Si igitur diligis res illas sine periculo: quid metuis *προσκυνεῖν* imaginibus: quas dum dicimus esse adorandas, nihil aliud volumus, quam aliquo modo declaratum amorem? Et hæc sic se habere testatur conciliu Nicænum. Si verò adorem, id est, aliquo cultu tester imaginem, aut diuum quempiam meum esse cretorem, redemptorem, largitorem denique summi boni: tum sim idololatra: quia tunc ea est adoratio, quam intelligebat Hieronymus dicens Vigilantio: *Quis, ô belua, adoret creaturam?* Si autem deferam amorem imagini propter diuum, quid est piaculi? Ideo maiores nostri, etiam Græci, post Augustinum, vocavunt λατρεῖα eū cultum, qui Deo præbetur: quia Deuteronomij 6. & Matthæi 4. dicitur: *Dominum Deum iuum adorabis: & illi sibi λατρεῖας: οὐλεῖα* verò significat sanctorum venerationem, quæ, vt merito copiosior Deipara deferetur, ita auctiori nomine dicitur *ὑπερουλεῖα*. Quod autem obiiciunt, hoc discrimen sèpè confundi, & hanc Deo, illam tribui creaturis, fate mursi: vt absurdè quis artium magistros vocaret in ius, quia verba ex vsu cōmuni deproupta, ad sua instrumenta detorquent: vtputa si quis Aristotele quod forensia deduxit in scholas: ita nobis faciūti: iniuriā, qui ægrè ferant Theologos in suis disputationibus certis rebus adstringere vocabula, quorum alioqui significatio latissimè pateat. Sed esto (inquit Caluinus)

Caluinus) distinguatis vt lubet: nunquam tamen natura, officia, species esse adorationis vlli rei creatæ rectè tribuentur. Quæ est hæc cœcitas? Nunquid non geniculationem, totius corporis prostrationem, capitis apertitionem, quæ sunt adorationis officia, diuis, & etiamnum mortalibus exhiberi videmus in scripturis? Ergo, vt melius intelligent nostri catechumeni nostram sententiam, notandum est catholicos dicere præter affectionem, ac dilectionem ( quas in Græco vocabulo significatas ostendimus) Christi imagines adorari eodem cultu, cum prototypo: atque ita deinceps Deipara, sanctorumque eadem cum ipsis veneratione. Ad has autem nostras voces exclamat Iconomachi: fed prius audiant interpretationem. Quando igitur aio Christi seu nati, seu crucifixi adorandam imaginem cultu latræ, hoc dico cum Ecclesia in concil. Nic. & Trident. non aurum, lignum, lapidemue adorandum: sed ad imaginem, sive coram imagine exhiberi prototypo latræ. Sic, dum in medio templo conspicio Christi in crucem acti imaginem, & complico manus, supplèxque procumbo: exhibeo latræ: quia testatum volo hoc gestu, me creatorem, ac redemptorem adorare. Dicor nihilominus interea adorare imaginem, quia id facio per imaginem, seu ad imagine, vel coram imagine. Nec est nefas coram imagine venerari id, quod est in cœlo. Et ad hunc modum oblata Deipara virginis imaginem: offero illi suam υπερουλεῖαν, partim eam hoc honore dignam iudicans: partim illius fauorem emendicans. Sed (inquit aduersarius) tum etiam aliquid tribuitur imaginibus. Bona verba. Imò id semper habemus in ore, quod ex Basilio frequenter inculcat Nicæna synodus, horiorem imaginis transire in prototypum. Hic igitur Caluinus vocat in arma sanctissimum Augustinum aduer sus pientissimam matrem Ecclesiam: sed quam rectè videamus. Augustinus libro quarto cap. 9. & 31. de ciuitate Dei epistola 49. & in prefatione ad Psalmum 113. dicit idola ita afficerem precatores simulacris intentos, vt infirmis animis persuadéant ea vivere, & spirare. Quid tum: sanctissimus Augustinus perstringit idolatras; negamus autem in nostris imaginibus quicquam esse simile. Nam, tametsi negaturus id quoque fit Caluinus, ethnici, pro sua perfidia, credebant idola esse Deos; vt liquet Isa. 44. & Sapientiæ 14. & ipse Laban in iurio dicebat Iacobum suratum esse Deos suos: vocabatque ὄντες elohim, cùm scriptura prius tantum θεοὺς theraphim appellasset. At Christiana fides compertum habet imagines esse aurum, argentum, æs, & huiusmodi, in quibus nil vel diuinitatis, vel sanctitatis inesse credit: quod apparet ex eo, quod vetustate, casu, vitiisque deformatas in ignem proiici iussit Nicæna synodus: nihilominus fatetur ingenue se a maiori bus, ac veris historiis edociam esse, Deum ad imagines edere miracula consueisse, quæ non sicut aliis locis. Postremò etiam si diabolus idolorum inhabitator fucum fecerit suis olim cultoribus: persuaseritque viuos esse Deos: nunquam tamen veri Dei cognitione prædi-

*Quomodo latræ cultu dicuntur imagines Christi adoranda.*

tos in tantam pertracturus est insaniam. Sed tamen (inquit Caluinus) dum intentis oculis aspicitis, fieri non potest, quin commoueamini nonnihil: & eis quid tribuetis, quod soli Deo seruatum oportuit. Age, consulant catechumeni nostri fuos affectus, quid experiantur, dum ista faciunt: sentient) ni fallor vehementissime se non pertrahi ad materiam sensus expertes; sed ad ipsummet Deum. Si tamen quispiam causetur se aliquantulum detineri, ne altius assurgat: Ecclesia non præcipit imaginem intueri. Licet obuelata facie, quod Anabaptistæ faciunt, orare: tametsi hac neminem egere cautione putem. Quis enim orans in conuentu publico, peccatores viros, mulieresque non conspicit veram Dei habentes imaginem? Nullus tamen propter ea nefas esse dixerit orare coram hominibus. Elementa Dei quædam nobis referre vestigia, & olim pro Dijs habita nemo dubitat: & (quæso te) qui auditas adorare Deum aspiciens terram ethnicorum Deorum parentem, cernens aërem, cœlum, solem, sydera, quæ priscis erroribus pro Iuno-ne, Apolline, aliisque Diis colebantur? Si igitur hic non metuis falorum Deorum conspectum, cur tantoperè imaginum in templis intuitum exhorrescias, quæ tantum absunt (inquit Areopagita) ut nos impeditiant: vt sint nobis instar scalarum ad ipsa prototypa? Atque adeò ipsi hæretici (vt furor arma ministrat) ipsum imagium magisterium vibrant in istud caput orthodoxiæ. En (inquiunt) quia Gregorius primus eius nominis dixerat imagines esse liberos idiotarum, Ecclesiæ pastores audiissimè comprobarunt, nimis ut illorum ignavia prætextus non deesset, relegata docendi functione ad imagines. Evidè, si tales olim fuerint, ignoramus: sic ubi verò nunc Episcopi suæ plebi non incumbant erudiendæ, dolendum est. Neque negamus ipsa sacramenta (nam ista quoque alieno loco proferunt hæretici) esse longè viuidiores, & magis efficaces imagines: interim dicimus imagines Christi vel diuorum esse quoque docendi magistras, non tantum idiotas: sed etiam homines prudentissimos. Non excusamus pastores, qui si non respondeant nomini: sed tamen, si horum diligentiae coniungatur imaginum doctrina: res erit multò laudabilior. Et hactenus videbantur ista suffictura catechumenis: verum ne quid ad sacrum istud bellum desideretur: vi-

Eccl. Hie. ca.  
7.

Nicene alterius synodi defensio.

sum est Nicenam synodus secundam, quam hostes retinocant in quæstionem, sartam testâ tueri: deinde ad Iconoclaseos fortissima duo propugnacula, epistolam, quæ Epiphanij nomine circumfertur, & Elberini concilij can. 36. respondere, ne speciosis titulis decipiatur incauti. Igitur triplici cuniculo Nicenam concilium adoruntur: primum quod Episcopi scripturas aliosum à germana detorqueat intelligere: deinde, quod non recte confirmetur, ac probetur imaginum veneratio: postremo, quod nonnulla eo in concilio planè blasphemâ interferantur. Est igitur imprimis animaduertendum, aduersarios concilij huius naturam, & ingenium non ex vera formula, qua extat: sed ex libello quoddam obscuru Caroli Magni edito nomine, qui proculdubio suggestus hæ-

hære-

hæreticis argumenta, colligere. Sed quæ est ista conditio: quæ iudiciorū istæ leges, vt ex aduersariorum fictitiis tabulis potius, quam ex ipsius concilij editione, sincerisque commentariis causam dicere debeamus: cum nemo cogatur ea fateri, quæ obiicit aduersarius. Habeant ipsi sua mysteria, vt tantur, fruanturque commentatio Carolo Magno suo, vel, si placet, reiiciat: nobis nō est animus ea tueri, quæ is libellus asserit sanctissimo concilio. Cuperem tamen vel à Caluino, vel à Caluinianis librū esse planè receptum: perarem tum aut facilē victoriam, aut pacis equisimæ conditions. Id enim scriptum nihil aliud damnat, quam male intellectam adorationem: solumque dicit non esse more Latino adorandas imagines, quemadmodum videlicet Hieronymus vetat villam adorari creaturam. Nam si ex libra tertio ca. 6. proferam decretum, quo statuit Romanum Pontificem esse oportere quæstionū omniū arbitrum ac iudicem: non video, quæ futura sit deinceps huius libri apud hostes authoritas. Itaq; videtur equidem scriptor ille, quisquis fuit, catholicus:

*Cefura auctio  
ris de libello  
quod, qui ab  
sed tantum excerptum, & mendosum aliquod fragmentum, illius: vt te-  
hereticus nu-  
adæ scriptor, qui verba concilij fatetur intelligere se non posse. Quod ne caroli Ma-  
gni prodit.*

ad Carolum Magnum attinet, cui fœtum illum supponunt: dicitur ab Aeginardo Caroli alumno, ac familiari in postrema vita tentasse aliquid scribere: sed ferū labore non successisse. Iona etiam Aurelianensis aduersus Claudiom Taurinensem, Fælicis hæresiarche discipulum, refert Caroli consiliarios damnasse libros ipsius Taurini contra imagines: vt videri nequeat Carolum tale quid vel sensisse, vel scriptuisse: alioqui non fuisset eo nomine à Iona collaudatus. Quid, quod & Reginonis, & Sigerberti, & L. Scafriburgensis annales à Simone Scadio Illyricano pri-  
*Feliciana ha-  
resis Hadrian-  
i Pont. Max.  
auspiciis dam-  
nata.*  
dem emissi testentur Felicianam hæresim damnatam Hadriani P. Max. auspiciis anno Domini 793. quo Pontifice 7. synodus celebrata, & confir-  
mata fuit: Quis enim Hadriani nescit ad synodū epistolam in actis eius legi, ac Carolum eundem, prout oportebat, vsque veneratum? Ac tan-  
tum de libro: Iam ad hostium argumenta. Aiunt Episcopos perperam adhibuisse scripturas in alienam sententiam detortas, ideoque fidè concilium non habendam. Istud esse Caluino, eiusque sectatoribus frequens topicum, quo vel Christum aiut vel Apostolos vim facere scripturis, & pie eas ad suum propositum detorquere: nullus ambigere potest, qui vel illorum commentarios attigerit, vel nostris in Davidem, & Matthæum prælectionibus interfuerit. Quod si fuerit hoc Apostolis, & ipsi Christo familiare (quod tamen falsissimum est) quid erit vitij si Patres aliud agen-  
*caluiniste di-  
cunt Christum,  
& Apostolos  
seperim scri-  
ptura facere.*  
tes, dum inter se conferunt, eadem arte tractarint scripturas? Nisi fortassis nos velint adstrictos perpetuò germanè citandis scripturis, & in proprio sensu. Fateor, effet quidem illud optandum: sed cū Caluini iudicio, post Christum, & Apostolos id Patres factitarint: aut ambos cädénet opor-  
tet, aut absoluat. Sed videamus quas tertium librū blasphemias habere

y 2 dicant.

*Aduersario-  
rum obiectio-  
nes concellit.*

dicant. Nam de secundo, vbi dicitur male probari à concilio veneracionem imaginum exemplo cherubim veteris legis, quia satis dictum est, nihil addemus, Constantinus igitur Constantiae Cypri Episcopus dicit se suscipere imagines, iisque cultu latræ Trinitati sacrosanctæ debitum offerre: hoc damnat Caroli liber: & si cōcilium illud diceret, meritò detectandum esset, quamuis adhiberi posset modus cōmentarius. Sed nihil tale prolatum est à sanctissimis Patribus. Nā aēt. 3. pag. 449. a. Constantini hæc legitur sententia. *Ego indignus etiam assenior, & uno animo idē predico, quod Orientales Episcopi. Suscipio enim, & amplector venerandas imagines: adorationem autem quæ fit secundū latriam, hoc est, Dei culturam tantummodo supersubstantiali, & viuifice Trinitati conservo. Qui vero aliter sentiunt, quique glorioſos sanctos non approbant, à catholica, & apostolica Ecclesia separo, & anathemati subiicio, & ad eos relego, qui incarnatam Christi Dei veri nostri æconomiam pertinaciter negant.* Itaque valeat putidum illud mendacium; neque diuinis Episcopis tantam irrogemus iniuriam. Sed dicit præterea concilium venerantes imaginem Dei exultare, & illi sacrificium offerre. Quid? (inquit hostes triumphabundi) quantum abest ab idelolatria sacrificium offerre imaginis? Sed attendant non ad imaginem: sed ad Dei nomen referendum esse, quod de sacrificio dicitur: vt imaginem veneretur ipsius Dei, cui (nimis Deo) sacrificium offerunt. Est illiberalis animi voculas detorquere ad calumniam. Addunt præterea Ioānem orientalium sedium legatum hominē doctissimum, in concilio illo dixisse præstare lupanaria admittere in ciuitate: quām pati vt tollantur imagines. Quis autē à Spiritu sancto profecta illam comparationem dicere audeat? Liber autē Caroli paulò aliter refert vt mendaces parum memores facile liceat reprehendere: nempe satiū esse inquinare se per omnia lupanaria: quām ab imaginum cultu discedere. Iam quid habet concilium? Citat primū Limonarium Sophronij Episcopi Ierol. unde refertur vita cuiusdam eremitæ, qui circumuenitus à diabolo, jurauerat se nunquam veneraturum imaginē Deiparę gerstantis puerū in sinu. Hoc postea pœnitēs retulit Theodoro Āliotę, qui dixit esse rescindendum iuramentum. Profuerit autem tibi (inquit) ne finas in hac ciuitate amplius lupanar, neque egrediaris, quin adores Christum Iesum Dominum nostrum cum matre sua, in imagine. Atque hæc ita legenda esse innuit Stephanus monachus librarius, testatus in aliis locis locum hunc, de imaginibus esse vitiatum. Nam in Damasceno sic hodie legimus. Profuerit tibi si in ciuitate hanc pergens non ingrediari presibulum, ne ve abneges venerabile culturā Domino, ac Deo nostro Iesu Christo, una cū eius matre. In ipso autē Sophronio ita idem locus habetur. Expedic autem tibi nullum in ista urbe lupanar omittore, quod non ingrediari: quām te negotes te adorare Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum cum matre sua.

Aēt. 4. pag. 521. a. sed sibi in xiiſſe, Sophronij verba illud quoque indicare, præstare iuramentum Samaritanae peierare: quām platiē iuramentum in destructionem venerandam im-

ginum

ginum seruare: idq; se monere, quod non deessent ea temestate, qui idē reticis Iconoclastas peiores affirmerat.

*Epiſtola Epiphaniū authoritatē tuetur, & eam à quodam Iconoclasta depravatam evidentē ostendit.*

### Catechesis 55.

 Vper datam fidē de adſertione, & diſcussione epiftolæ Epiphaniū, quam tunc temporis exclusit breuitas, nos æquum est nunc liberare: ne quid illa vobis exhibeat negotij, si relinquatur intacta: néve sanctissimum ac doctissimum Epifcopum diutius aduersarij mentiatur impietatis suæ se habere patronum. Primum igitur qui legunt in Apologetico Niceni conciliij & lib. i. Damasc. pro imaginibus quandam huius nominis epiftolā repudiari, statim tituli cognitione periuasi hanc, de qua nunc agendum instat, reiiciunt, patrum (vt mihi videtur) prudenter. Nā si perpendant diligenter conciliij, ac Damasceni sententiā, deprehendent illā ad Theodosium Imper. datā fuisse, talemq; sub finem epiftolæ sententiā, ac pronuntiatum habuisse: *Sape cum ministris meis de imaginū ablitione egī: sed ab his non sum receptus: neque vel in paucis vocem meam audire sustinuerūt.* In hac autē non videmus huiuscmodi coronidem: neq; aliud quicquā, quod eo detorqueri valeat: ne dicam scriptam fuisse Ioanni Ierofol. Originiste, ac tantum non Ariano. Quid igitur (inquiet aliquis) tūne eam, quæ inter Hieronymianas circunfertur, credis esse Epiphaniū? Evidem ita mihi hactenus persuadeo. Nec enim statim necesse est Epiphaniū nō esse, quod in eius operibus Græcis nō reperiatur (nam video quod dā hoc pacto veritati ferre suppetias) cu iis, qui vel attrigerint Hieronymum, sit notius germanum esse factum Epiphaniū ab ipso Hieronymo donatum latinis auribus: quām vt inficiari quis valeat. Nam totus liber de optimo genere interpretandi nil est aliud, quam huius Hieronymianæ versionis apologetia. Et illud scriptum, quod aduersus nominatum Ioannem edidit Hieronymus, in quo repetit huius epiftolæ omnia precipua capita, continet huius ἀνταπολογίαν: ne huc adferā eiūdem Hieronymi ad Theophilum dataſ litteras huius rei testes. Quocirca non arbitron hominis eruditii

Aēt. 6.

censura au-  
thoris de Epiph.  
ph. epiftolæ,  
quam eius ef-  
fodocet.

Laudc Epi-  
phanij.

solutions  
quas concil.  
Nica. 2. &  
Damasc. ad-  
ferunt.

studiti negare hanc epistolam Epiphani. Sed quid agimus? Hac enim non tantum Iconomachia non dominatur; verum etiam imagines esse, prius omnium scripturatum autoritate, confirmatur. Imo, quod amplius est, Epiphani viri omnia iudicio doctissimi, ac sanctissimi exempli statuit Iconoclasia, qui manibus propriis velum ipsius Christi, vel alterius habens effigiem dissecuerit. Hic igitur laborandum est. Premiatur enim gemino pondere, scriptoris, & interpretis. Nam eruditissimum Epiphani, ne hostes quidem negabunt, haereseos acerrimum, iuratissimumque persecutorem produnt illius opera, sanctitas erat huius tanta, ut pene pro Apostole sit habitus. Cum enim esset Ierosolymis (ut scribit Hieronymus) populi non secus confluabant agros, puerulosque deportantes, ut partim curaret, partim benediceret; quam olim diuio Petro siebat. Accedit Hieronymus ponus authoritatis: qui proculdubio laudauit, quam sua versione dignam eenuit, ut omittam, quod ille in eo libro de optimo genere interpretandi scribat ita certatim à Romanis coemptam, atque direptam: ut in multa satis exemplaria transfundи non posset, cum propter authoris meritum, tum propter scriptorius elegiam. Quid ergo respondendum erit? Evidem Damasceni, conciliique solutionem non adferemus, hanc nimis esse supposititiam nisi de altera quis voluerit intelligere. Nec dicemus, quod tamen dicit uterque, Epiphani, si hanc scripsit, errasse; nec facere legem Ecclesie unius, aut alterius scriptoris authoritatem, ubi reliqui Patres, traditioneque repugnat. Illud tamen non est omittendum, quod dicit concilium, Epiphani, si nomen dedisset Iconoclastis, relatum fuisse in haeresiorum catalogo hanc imaginum venerationem: cum diligentissime non tantum suo seculo cognitas haereses: verum & opiniones, erroresque priuatum singulorum hominum in Pantero, & Ancyro perstrinxerit. Nec illud penitendum argumentum ab illo damnatas imagines nequam fuisse, quod illius clerici (qui ferè consuevit Episcopi sui vel fidem, vel errores imbibere) defuncto templum magnis sumptibus exadificavit, in quo pene omnium diuorum, Christianae seruatoris imagines cernere licuisset. Itaque veneror epistolam viri omnium laudatissimi: sed illam de velo fabulam ab indocto quodam Iconoclasta assutam iudico. At Carolus ille fictitus libro quarto cap. 2. 5. nugatur in Epiphani, aut potius Epiphani compendio, Augustino de haeresibus, tale quid inuenit. Nam Simonem Magum in illius haeresi perstringit, quod suam, & scorti sui Helenes discipulis dederit imagines venerandas. Fatoe, sed non ostendis, obiecto, proposuisse illum Christianas imagines Christi nostrae, rituque catholico salutandas. Nihil enim erant illae, quam idola gentium, quae nos tecum damnamus. Reuocat nos ad Carcopratem, qui dicitur in suo museo collocaisse imagines Christi, Petri, Pauli, Pythagorae, Homeri, Iouis, & aliorum, quibus ipse mandabat offerri teletas, & sacrificium: quod proculdubio damnandum est: cum soli Deo victimae, sacrificiaque debeantur, nec sit Christus cum Belial coniungendus, adhuc

dus. Ad hęc scribit is author Epiphani in Collyridianis dicere diabolum per simulacra conari abducere homines à cultu Dei: sed (ut verbo dicam) quod ibi Cornarius per simulacra reddidit, vertendum erat idola, de quibus eo loco disputatur. Nec inficiamur semper egisse, atque etiamnum agere diabolum: ut disturbatis imaginibus nostris, quantum usum legitimum scriptor ille nusquam reprehendit, idola supponat. Qui igitur nusquam huius erroris vel minimum vestigium reliquit, non est credendus hanc appendicem latentis in pectore veneni solam testem esse voluisse. Tamen, quod est audacissimum, cōcedo, si libet, hanc epistolam auctam, deformatamque fuisse ante octingentos annos: nec personatum illum Carolū (penè dixerā Molinā, vel Illyricū) lib. 4. ca. 25. de suo addidisse: contendo tamen ab insulso quopiam haeretico profectū istud aſſumentum. Neque mihi fidem haberī volo: nisi quilibet fraudē ex ipsis verbis, orationisq; deliciis Epiphani eloquentiae græcanicæ, lepōri, florētissimoq; sermoni, (si Christo placet) persimilibus cōiiciat. Preterea (inquit) quod audiū quosdā numerare (sic loquitur) quod quando simul pergebam ad sanctum locū, qui vocatur Bethel. Omittamus Epiphaniū, qui Græcē scriptis, quis interpreti Hieronymo huiusmodi delicias ausit tribuere? Nam accusatus à Ruffino Hieronymus, quasi non recte vertisset eam epistolam, fateor (inquit) me in interpretatione Græcorū, absque scripturis sacris, rbi & verborum ordinomysterium est, non verbū ē verbo: sed ſen- Lib. de opt. gene. inter- pretum exprimere. Quod si ita sit, inoluit ad verbum vertere, ne patum con- cinnia esset interpretatio: si græcas sententias latinis elegantissimis redidit: hęc appendix erit excindenda, qua nihil usquam reperiri possi in- ſulsius. Sed pergamus. Decet honestam tuam. Intelligis credo gallicum idiotissimum. Non libet cetera perseQUI. Adhac Hieronymus lib. de opt. gen. interp. dicit huius epistolæ geminū esse argumentum: alterum, quod Ioannem reprehēdat, eiusque nonnullos perstringat errores, deinde pie cohortatur ad meliora: &c, ne reprehensionis libertate quicquam offēdat: postulat: unde nugamentū illud descisso velo Hieronymū nō legisse fit luce manifestius. Sed omnium appetitissime hoc liquere potest ex ipsa perotatione Epiphani penè iisdē verbis, quibus Apostolus eam, quae est ad Ro. claudentis epistolā: Cum haec ita se habeant, dilectissime, cu- fodi animam tuam, &c. quæ proculdubio, si sectionē illā Hieronymi re- spiciamus, videbitur epistolam absoluere. Adde Hieronymū testari nihil ēatēnus actum vel à se, vel ab Epiphani cōtra Palladium Galatam: sed eum à Ruffino concitatū huic iniūtiū dedisse tragediæ, agente nimis illo, ut se de Epiphaniō vīcisceretur, qui eū insimularat haereseos. Quod si verum est, si ante librum de optimo genere interpret. editum ab Hieronymo nusquam perstrictus fuerat Palladius (ut etiam riotauit Erasmus in argumēto huius epistolæ colligitur hanc appendicē Epiphaniū non est, in qua nō obscurē Palladij nomen vapulat. Nā alioqui frustra Hieronymus dicens corruptū a Ruffino Palladij: cum is ultra Iāsus, hac epistola ad vindicandū iniūtiū proutolasset, nō alibi defensum sit: sed

Detectantur  
afusa episto-  
la Epiphani.

Lib. de opt.  
gene. inter-  
pret.

Lib. de opt.  
gene. inter-  
pret.

propriam causam acturus. Insuper Epiphanius liberrimè Ioannem incusat heresos Origénistarum: in hac autem appendice suaderet, vt sibi caueat à Palladio, quod eadem esset infectus heresi. Quis non videt hoc stulte facturum Epiphanium, qui nouerat eodem morbo Ioannem laborare: quasi si quis Caluinum moneat, vt Bezā fugiat, quod sit Caluinianus: aut Brentum, vt caueat à Suidelino, quod sit Brentianus? Quibus ita constitutis, in cunctanter assero: quempiam Iconochastarum, vt tantum nomen suis partibus vendicaret, cum cerneret Damascenum, & concilium quandam eius titulo circumlatam epistolam damnare, nec aliam præterea nancisci posset: hoc, quicquid est nugarum, ad suendum putasse: vt haberent deinceps diuorum osores, quam éatenus, desiderabant epistolam.

*Tuetur concilium Eliberinum ab hereticorum calumnia, docetque nil contra orthodoxiam in eo de imaginibus fuisse statutum: tum gravitatem ostendit criminis Iconochastos ex maiorum exemplis.*

### Catechesis 56.

 Enemur etiam nunc à vobis, auditores: necdum adimpleta pollicitationis rei. Nam et si postremis conuentibus expedierimus ea, quae ad Nicæni Concilij defensionem & pro epistola Epiphanij dicenda videbantur: supereft tamen argumentum Eliberini concilij, quod in postrema consulto rejecimus: quoniam (quid ni fatear ingenuè) molestam disputationem libenter pretermissemus: non quia deest, quod respondeatur: sed quia nunquam mihi probari potuerunt, qui nodos & scrupulos omnes antiquitatum extemporali, inque labris innata, respōsione se dissoluere posse credunt. Semper enim placuit præcisum illud, & quod tunc responderi possit: Patres hoc voluisse. Id vero quia non datur hoc loco: ita me solutum recipio, vt iudicandi penes alios velim potestatem, iusque manere: nec in uitum quemquam meæ subscribere sententiæ. Etiam si igitur rei difficultas esset prorsus ignota: quod ad concilium attinet, nec de nomine conuenit: nec tempus exacte cognoscitur: nec de Patribus, qui adfuerint, satis constat. Quidam enim vocant Eliberinum. Iuo Carnotensis Eliberitanum, Caluinus Elibertinus: alij Elleberinum: Lib. 3. cap. 1. vt Gallicum sit, necne, an Hispanicum constituere difficile sit. Nam nat. hist. Lib. 2. cap. 2. Plinius in descriptione Gallie Narbonensis meruit: Ptolomæus autem cognominem tribuit Hispaniæ, & magis arredit vt sit Hispanicum, & Eliberinum, propter Hosium illum magnum, qui interfuit. Celebratum volunt alij sub Cōstatino, ac Sylvestro: alij sub Melchiade: vt vt sit, apparet habitu, quo tempore vel Constantinus necdū erat conuersus ad fidem, vel Roma necdum tota ab idolomanlis persanata, vt appareat ex primis quatuor canonibus: vt omittam canonē 59. facere Capitolijs mentionem:

tionem: unde liquet esse antiquissimum. Quid igitur respondemus? E quidem configere possemus ad illud vulgare perfugium, nimirum esse prouinciale concilium: ac proinde fidem non obstringere, vt nec reliqua prouincialia, nisi vel à generalibus robur accipient, vel eadem dicant. Istud autem primū Antiocheno, deinde Constantinopolitano, Nicæno, ac Tridentino generalibus videtur in speciem repugnare. Sed absit vt heretico fastu tot Patres, qui ad illud conuenerunt, temere condemnemus. Itaque libenter istud amplectimur conciliū: & utinā nobiscum reciperent Caluiniani: quod tātū abest, vt sacras imagines abrogatas velit, vt etiā in priuatis ædibus permittat idola. Præcipit enim can. 41. vt heri, ac domini in suis domibus idola confingat: quod si verò servorum tanta sit ferocia, vt pati nolint: caueant saltē patres familias, ne idolis se polluant. Quis ergo putet non permisurum Christianas imagines? Adde can. 60. fuisse deliberatum haberenturne pro martyribus, qui inter deiiciendum idola gentium fuerant occisi: tandemque constitutum nequaquam: quia præter scripturas, ac traditionem id atten tarant: cùm nusquam legamus Apostolos per tumultum idola vel confregisse, vel deiecisse. Cùm igitur Caluinista tātoperè nos premunt can. 36. cur non & huius autoritatem suscipiunt: qui doceat nusquam in scripturis imaginum mandatam esse confraktionem? Quod si cupiant hominis liberi, nulloque rerum istarum præjudicio corrupti solutionē: cō filiant Iuonis Carnotensis commentarium ad hunc canonem lib. 2. vel (vt habet editio Louaniensis) partis 3. can. 40. Sic enim loquitur canon. *Placuit in ecclesijs picturas non fieri. Quamobrem? ne id, quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur: hoc est, secundum Iuonis interpretationem, picturæ non sunt adorandæ: sed per eas in memoriam reuocandum id, quod colitur. Quid, cedo, diuersum tradimus? Si canonicum interpretem, vt in arte sua peritissimum recte canonem intellexisse nemo negauerit, qui nolit impudēs haberi: nostram quoque sententiā agnoscat oportet, qui nec artificium, nec materiam volumus illa digna veneratione: sed per res duntas at propositas mentem erigendam ad ipsa prototypa. Sed Iuonem non recipient aduersarij: itaque aliud tentandum est iter. Ex capitibus duobus penultimis non obscuram nascitur suspicio, fuisse in illa ciuitate peculiarem errorem, quem Patres voluerint explodere. Et mirum non est, si quibusdam morbis acriora adhibeatur remedia. Caput enim antepenultimum vetat, ne mulieres noctu perui gilent in coemeterio: canon autē 34. dicit non esse permittendū, vt mulieres interdiu cætos accendant in coemeteriis. Cur obsecro? Quia spiritus defunctorū non sunt inquietādi. Cui non facile veniat in mentem viguisse ibi nescio quid magicū, ac superstitionem? Neque valde mirum est, si homines iamjam, ab idololatria redeutes, honorem putarint imaginibus exhibendum, quē prius idolis præbuerant: cùm sit difficile in ueteratū errorē semel expuere. Hæc tamē sic à me dicuntur, vt potius catechumenorū nostrorum diligentiam exacuā ad illud cōcilium ex minar*

minandum, quām vt cuiusquam censuræ præjudicem. Certè vt Damo-  
scenus, dum tuerit Epiphanius, arbitratur peculiarem quandam erro-  
rem condemnasse in ea epistola, de qua verbosè superius egimus: ita  
hoc concilio videntur singularem, quandam superstitionem Patres op-  
primere voluisse. Verūm vt tandem, quod solidissimum est, proferamus:  
aiunt illi patres non placere, vt siāt picturæ in parietibus: ne id, quod co-  
litur, depingatur. Quibus verbis nihil aliud innuitur, quām ipsum nu-  
men, ac diuinitatem non esse coloribus exprimendam: vt sit quædā Dei  
Lib. 4. c. 17. periphrasis, id quod colitur. Nā sic perpetuō sensit, ac docuit Ecclesia:  
vt ex Damasco, Nicænaq; synodo cognosci manifestè potest: esse ni-  
mirum extremæ dementiae, & impietatis illud, r̄dētōp, id est, numē, vel  
diuinitatem, velle pictorum artificio subiicere. Cūm enim sit immēsus,  
vniuersaq; transcendēs Deus: quid lineamentis expressuri, aut colori-  
bus depicturi sumus? Vbi verò non naturam diuinam: sed quod olim  
nostræ causa salutis mysticis apparitionibus ostensum est, pia conamur  
æmulatione repræsentare: non erit illaudata pietas. Hinc videre est pa-  
trem forma senili depictum: quia sic prophetis visus est: filio inuentam  
tribuimus, in qua conspicī voluit: Spiritum forma colubæ depingimus,  
cuius olim symbola prodidit in scripturis: ametsi sexto cōcilio sit istud  
de columba prohibitum: quod Latini non videntur recepisse. Sunt ta-  
men idiotæ summa diligentia instruendi, quid hic cauere, quid venera-  
ri, quid sibi proponere debeant: ne vel effictam coloribus diuinitatē ar-  
bitrentur: vel Christi mysteria nefas esse iudicent sculpturis, picturisque  
repræsentari. Et hæc quidem propter illud conciliū à nobis dicta sunt.  
*summi est eri  
minimū imaginū  
violatio.*  
Ne verò res ludicra credatur imaginum Christianarū violatio: quod dñs,  
argentum, aurum, lignumve duntaxat affici contumelia videatur: huius  
sceleris magnitudinem maiorum nostrorū collata pietas abūdē manife-  
stabit. Contingebat olim! Samaritas Porphyrienses debachari in Chri-  
sti, Deiparaeque virginis imagines: hoc vt resciuit Simeon Styrites, qui  
in monte admirando agebat anachoretam; scripsit epistolam quintam  
ad Iustinum Imperatorem, inter cætera flebilibus verbis tātum facimus  
deplorantem: *Quis dabit capiti meo aquam, ut hæc dignè crimina deplorē?*  
*Simeonis sty-  
lite predica-  
tū in imagi-  
nes studium.*  
Desenierunt in Seruatoris, eiisque genitricis imaginem, & sanctorum ange-  
lorum, quos pro factis quondam apparitionibus depingimus. Sed, ô bone,  
quid hoc tot lachrymis dignum iudicas, quod in vilem designatum est  
æris, aut rive materiam? *Imo (inquit) anima mea vilitas mallet his, tet, quia-*  
*terue mori: quām amplius sustinere, ut vel eadem denuo mibi narrētur. At*  
*qui cūm vestre leges (alloquitur Imperatorem) equissimè iubeant extre-  
mo affici supplicio, qui imperatoria effigies violant: quanto deteriora meren-  
tur, qui Christo hanc irrogant iniuriam? Obscuro igitur, ut nunquam ullam*  
*apologiam, & excusationem suscipias: quia, qui tam graue scelus perpetra-  
uit, nihil unquam sanctum est habiturus. Huius itaque epistole occasione*  
*Censiére Nicæni Patres hoc genus hæresecos esse grauissimum, & perni-  
cioſissimum: multaque vibrarunt anathemata in sanctorum imaginum*  
contem-

contemptores, violatores, deformatores, confractores: quæ ex actis eius-  
dem concilij petenda relinquimus. Quomodò (inquiet aliquis) cūm  
tantum in ligna, lapidesque sauiatur? Maiores nostri nobis ea monimē-  
ta tradiderunt, quæ nos commōne fecerent beneficiorum Christi Nati-  
uitatis, Passionis, Resurrectionis, &c. nōque inflammarent ad vicem  
pro viribus rependendam: & aliquis tam est impius, qui horum memo-  
riam velit esse sublatam? Quæso te, dum sauis in Christum tam dira pro-  
te perpeſsum, nihil ad illum redire credis ex iniuria? dum angelorū pro  
mortali bus excubantum: dum sanctorum suis orationibus itidicem, vt  
nostram salutem tueatur, exorantium frangimus, laceramus, exurimus  
imagines: non in illos ipſos redūdate putas? Quin igitur tanto sacrilegio  
te liberas: & , qui prius nullam non eras paratus inferre contumeliam  
diuis, nunc pro illorum conseruandis imaginibus, omne discrimen tibi  
decernis adeundum? Et si ista frustra clamamus hæreticis: saltem ortho-  
doxi, qui diuorum se cultores haberi volunt, arceat impiorum furorem,  
&, si nequeant aliter, suo sanguine sceleratas flammis extinguant. Non  
desunt nobis huius fortissimæ pietatis exēpla: si libeat imitari. Nā Zo-  
naras refert Occumenicum illum magistrum cum duodecim suis colle-  
gis, totaque bibliotheca Constantinopolis æquissimis animis cremari se  
maluisse potius: quām Leonis Isaurij pernissimis decretis subscribe-  
re. Nec de fuit idem animus Damasco: tametsit hō tantum in illū ho-  
ritum sauitiae licuerit. Germanus autem, & Gregorius pro isto dogmate  
fidei subiēre martyrium, quos, Copronymiana persequitione in imagi-  
num cultores excitata, plurimi fortissimè sunt æmulati.

*De peccato, & eius speciebus mortali, & veniali.*

### Catechesis 57.



Actenū de primi precepti verbis, germanique sensu: nunc  
ad peccata pergamus, quæ huic ipsi precepto repugnant.  
Nam verba sensusque mandatorum vtcunque temere:  
peccatorum autem formas non habere exploratas, est di-  
midiatam habere decalogi scientiam: quibus omisis nec  
propriæ, nec alienæ conscientiæ satis mederi licet. Prius tamen di-  
cendum est de peccati partibus. Nam, vt noris peccatorum summa  
capita: si tamē nequias de singulis generibus pronuntiare, ytrum ve-  
niale sit, an mortale: graue, aut leue: nihil efficis. Huius rei porrò tanta  
mihi semper visa est utilitas: vt reliquam Christianorum inscitiam faci-  
lē sim latus, à qua non putem tantoperē metuendum, quantum ab  
huius vnius ignoratione. Nam dum quis vitam emundauit ex homo-  
logi, pérque sacram Eucharistiam Deo est iterum insitus: fit sāpenu-  
merò vt eodem die leuiuscule peccet, vel ob cultiorē vestē, vel incau-  
to sermone, vel alio pacto. Hic nō deest diabolus, qui peccatū exag-  
ratio: biicit ingratitudinem: difficultatem cauēdiā peccatis auget, donec

*Periculū igno-  
rati discrimi-  
ni peccatorū.*

homo desperet se posse Deo seruire, acceptamque sacramento gratiam conseruare. Quis enim (inquit miser) potest fugere peccata? quis ita circumspete agere, ut non labatur? Quorsum attinebat penitentiam inst: tuere, pectus expiare, meliora proponere tam citò ad pristinumredituro? Ergo qui sordidus est, sordecat adhuc: edamus, & bibamus, cras moriemur. Hanc igitur ignorantiam istius discriminis peccatorum scio multis occasione fuisse desperandi, & in omne genus flagitorum, denique in haeresim ruendi. Eodē facit haeresis, quae indiscriminatim quamlibet culpam aeterna morte piandam affuerat: si qui autem saniores distinguant inter mortiferum, ac veniale: ipsaque grauiora certis gradibus constituant: tamen, dum cuilibet peccato damnationem, gehennamque decernunt, eò tēdunt: vt de scelerum expiatione, & satisfactione nullus cogitet: itaque sacrificia, pars maxima sacramentorum, ieunia, orationes, peruvigiliae, cuncta opera bona penitus obsolescant: hominesque defesperantes suspendant omnia, scilicet de cornibus patibuli Christi. Ut igitur huic medeamur malo, simusque deinceps confidentiores, & pacatiore conscientia, differemus primū de peccato, eiisque partibus, siue speciebus: vbi etiam erit de nominibus laborandum, de substantia, & veritate distinctionis, causisque peccatorum: quibus breuiter pro nostro instituto explicatis, confido fore, vt nostri catechumeni de suis, aliorumque peccatis constituere, salutique consulere cōmodius possint. Peccatum igitur esse legis transgressionem conuenit inter omnes. Legem autem dicimus non tantum, quae in scripturis sacris habetur, verum etiam quae lata est ab hominibus legitima potestate praeditis, Pontificibus, Episcopis, pastoribus, regibus, &c. Quando enim legum iustæ sunt causæ, non sunt illi latores censendi: sed Deus. Iam peccatum in mortale diuidimus, & veniale. Illud definitur ab omnibus, etia haereticis (post Augustinum) *dictum factum, cogitatum, omissum contra legem Dei aeternam, addendum est, voluntarium: vbi nimis sit, qui & valeat, & debeat.* De peccato autem originis hoc loco nihil dicetur. *Contra legem Dei aeternam.* Istud vt intelligatur, obseruandum est peccatum duplicitate aduersari legi Dei, veritate ipsa, id est, natura facti: & animo, seu opinione facientis. Potest enim reuera quid non esse repugnans: sed cum ego deceptus arbitror esse contrarium: nec tamen abstineo: peccati rationem, ac naturam induit. Hæc autem præpositio (contra) non id significat, quod deficit, ac deflectit aliquo modo: sed quod collato pugnat, vt exempli causa. Notissima est metaphora viæ, pro mandatis, cuius finis, ac meta charitas, vt Paulus frequenter testatur: quicquid igitur non tollit charitatem, nec auertit ab illa: non est contra legem. Nec enim is errare dicetur, qui subinde à via deflectens, nihilominus ad metam semper properat. Veniale nos catholici sic definimus. *Dictum quid.* *Eustum, factum, cogitatum, omissum preter Dei legem aeternam, voluntarium.* Nec enim euertitur charitatem huiusmodi: sed nonnunquam promouent, vt dū ego per officiosum mēdaciū seruo proximi vitam, manisque fraternalis

*Peccatorū diuisio.  
Quid peccatum mortale.*

*Peccatum dupli citer legi Dei aeternam.* Istud vt intelligatur, obseruandum est peccatum duplicitate aduersari legi Dei, veritate ipsa, id est, natura facti: & animo, seu opinione facientis. Potest enim reuera quid non esse repugnans: sed cum ego deceptus arbitror esse contrarium: nec tamen abstineo: peccati rationem, ac naturam induit. Hæc autem præpositio (contra) non id significat, quod deficit, ac deflectit aliquo modo: sed quod collato pugnat, vt exempli causa. Notissima est metaphora viæ, pro mandatis, cuius finis, ac meta charitas, vt Paulus frequenter testatur: quicquid igitur non tollit charitatem, nec auertit ab illa: non est contra legem. Nec enim is errare dicetur, qui subinde à via deflectens, nihilominus ad metam semper properat. Veniale nos catholici sic definimus. *Dictum quid.* *Eustum, factum, cogitatum, omissum preter Dei legem aeternam, voluntarium.* Nec enim euertitur charitatem huiusmodi: sed nonnunquam promouent, vt dū ego per officiosum mēdaciū seruo proximi vitam, manisque fraternalis

ternas ab homicidio cohibeo. Sed quia volunt aduersarij omne peccatum esse lethiferum, breuiter de his nominibus est agendum. Nam quod nouo exēplo vocare nos dicunt venialia: faciunt, vt solent, imperitè, nimisque petulanter: cùm sequamur diuum Augustinum, quæ non immiterò maximū faciunt: Is enim libro de bono coniugali, ca. 6.10. & 11. vtitur eo vocabulo, quod primus fixisse videtur, cùm legisset apud Paulum indulgentiam, & veniam. Illum sequuti sunt Lombardus lib. 2. dist. 42. Hugo, & Richardus: hos omnes scholastici, à quibus nomen istud accepimus. Reliqui veteres (fateor) non ita vocitarunt: sed rem eandem diuersis nominibus prodiderunt, quotidiana, crimina, levia, grauiaque dicentes. Denique venialia nœuos, & aspersiones appellat: quibus procudibi latissimum discrimen ostenditur. Si quis igitur ita sit factius, vt nolit nostra vocabula recipere: vtatur quibuslibet, modò rem seruet eandem. Cæterū pessimè agūt aduersarij, & quidam (quod dolendum est) catholici, contendentes peccata venialia esse suapte quidem natura mortifera, vtpote contra Dei legē: sed illū pro sua pietate, habere pro leuissimis: qua re quid pestilentius dici possit, equidem non video. Itaque danda est opera: vt nostris catechumenis demonstramus esse reuera ex sui natura tale, quale dicitur, veniale peccatum. Cùm igitur Ioannes dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est:* Tridentini, Arausican, Mileuitaniique Patres Ioannē inter cæteros haud immunes à peccato recentent: huic sententiæ Paulinam conferamus: *Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo, qui non secundum carnem ambulant.* Si igitur Ioannes, cùm virque secundum carnem non ambularet, ac proinde nullam haberet condemnationem, fatebatur nihilominus expertem se peccati non esse: necessarium est quædam agnosciri peccata, quæ damnationi non faciunt obnoxium. Verum eludent hanc rationem aduersarij: dicentque id fieri, non quin reuera damnationis reos faciat: sed quia Deus ea nō imputet. Alia igitur aggrediamur via. Paulus aliquot locis recentet horrendū mortiferorū agmen, quod tali epiphonemate claudit: *Quapropter vobis, sicut predixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Hæc nemo non videt esse grauiissima: idcirco nominatim recenset, & magna cum emphasi: *Qui talia agunt (inquit) quasi nollet omnia peccata cogere in eundem numerum.* Alibi autem, posteaquam dixisset se posuisse fundamentum, super quod quisque pro arbitrio superstrueret, scenum, stipulam, lignaq; post nobilissimas structuras commemorans, & ab his illa distinguens: *Si cuius (ait) opus manserit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen, quasi per ignem.* Cùm igitur illa priora dicat excludere à regno: hæc tantum adurenda saluis structoribus: facile est animaduertere longum inter utriusque generis peccata discrimen. Traditionem si quis requirat: Augustinus infinitis penè locis ostendit esse levia peccata, quæ nō adiungunt ad desperationem, vt videtur est lib. 21. ciuit.

*Hæretici voca  
bulū (venia-  
lo) nouum esse  
calumniatut.*  
*Ipso. Et. Venia  
re uerū ad voice*

1. Corint. 7.

*Demonstratur  
aliquid pec-  
catum esse na-  
tura sua re-  
niale.*

1. Ioan. 1.

Rom. 8.

1. Corint. 6.  
Galat. 5.

1. Coriat. 3..

uit. Dei cap. 29. in Enchiridio cap. 78. 79. 80. tractatu 41. in Ioannem. Cyprianus in expositione dominicæ orationis tantundem docet. Sed plus mometi positum in ratione quis arbitrabitur. Age. Putas idem statuendum de homicidio, & de officioso mendacio? Idemne censibus mendacium, quod oberit nemini, proderit fortasse nonnullis, & periu-  
 rium? An sic falsum testimoniu, quo ego fratrem innocentem perdo, ca-  
 stigandum decernes: & piani fictionem, qua fratrem infirmum, aut pe-  
 ticilantem eximo periculo? An minus hæc ab inuicem distare credis,  
 quam mortem, ac vitam? Ego leui mendacio libero fratrem **ex** sicarij  
 manibus tu periuio tradis insontem carnifici: quæ est hic æqualitas?  
 Imò cur non sit tanta iudiciorum inæqualitas: quanta & actionum? Si  
 ego viuifco fratrem, alioqui periturum: cur ego occidar à Deo? Nam,  
 si tu periurus occideris: fit merito tuo, qui innocentem perdidisti. Sed  
 (inquiet) tu, dum fratrem saluas, te interimis Dei maximi leges vio-  
 lando. Audio. Sed vicissim video exempla patriarcharum in scripturis.  
 Quotus enim est illorum, qui officioso mendacio sibi quandoque  
 2. Parali. 3. o. non consulerit? Vide Abraham, Saram, Isaac, Iacob, David, Judith.  
 Hanc enim (vt cæteros omittam) splendidè mentitam quis neget?  
 Attamen fatetur se iuuisse, ac rediisse absque peccati inquisitione. Quid  
 illo Ezeciae facto manifestius? Cum leuitarum plurimi non essent  
 comparati ad comedendū pascha, pollicetur Ezechias Deum fore  
 propitium, nec peccati reos habiturum propter omissionem sanctificatio-  
 nem; si toto corde ad Deum conuerterentur. Vides pientissimi regis  
 precatione totum expiati, leuitasque Deum ex toto corde querere,  
 quod est totius legis fastigium: cum tamen ea in re peccassent, quod im-  
 pareti vescerentur pascha! Vnde colligimus grauissimè falli eos, qui  
 propterea nostra vniuersa opera scatere aiunt vitiis, quia non adim-  
 pleatus illud præcipuum legis mandatum, cuius adimpletio tribuitur  
 istis, qui debita carebant sanctificatione: & orationes vim expiædorum  
 habere negant peccatorum. cum per orationes Ezeciae fuerit istud re-  
 missum leuitis. Sed inquiunt diuinæ maiestatis intempestiui præcones  
 haeretici, scelus esse, summumque nefas Dei tam immensi, & omnipot-  
 entis sanctissimas leges vel tantillum deserere. Absit: vt quicquam di-  
 ginitati, virtuti, potentiaeque Dei nostri detractum velimus, cuius præ-  
 ceptorum violatione maximoperè fugiendam confitemur. Verum non  
 ea tantum ratione Deum consideramus, qua summus, immensus, iustus,  
 & omnipotens est; sed ad eius bonitatem, clementiam, misericordiam, be-  
 nignitatem, patientiamque reflectimus oculos. Est enim facum facere  
 hominibus, ita domini virtutem prædicare: vt patris insignem pietatem  
 dissimules. Num verò si filius leuiculum aliquid committat, secus quam  
 velit pater: statim excarnificabitur seruilem, in modum, vel exhaereda-  
 bitur? Et quæ vestra est, ô boni, in Dei pietate impietas: cum illius mi-  
 sericordia cæteris antestare prædicetur? Num Deum truculentiorem,  
 non dicā terreno patre quolibet, sed brutis animalibus facietis: qui ad

erra

erratula infirmorum filiorum, arrepta securi, filij sui longè charissimi  
 Christi capitis nostri membra truncabit, inque flamas æternas pro-  
 cicit? Absit. Nunquam id sibi Christianæ mentes pesuaderi finant, non  
 ignorare Dei miserationes esse super omnia opera eius.

*Peccatorum inter se distinctionem, ac discriminem ostendit grauitatis.*

Catechesis 5.

**P**ro ostremo tractatu, quod satis fuit, definitione peccati tra-  
 dita, constitutisque formis illius, & appellationibus: non  
 videtur quicquam esse reliquum, nisi vt, quam possumus  
 simplissimam, ostendamus peccatorum distinctionem, vt  
 non tātum post Tridētina decreta credamus esse quædam  
 leuia, & quædā grauia peccata: sed etiā vt in quotidianis operibus que-  
 amus discernere, cuius quid sit generis. Et scio plerisque subtilius rem  
 excutere: nos, vt catechumenorum nostrorum captui inseruāmus, ex  
 scripturis, & grauissimis scriptoribus mutuatis rationibus ita balbutie-  
 mus: vt nemo sit lucem desideraturus. Principiū igitur omnes id retine-  
 re velim, in peccato, sicut in virtute, esse duo: quiddam nimis, quod  
 nunc placet vocare materiam: & alterum formæ instar, quā dicemus in-  
 tentionem. Exemplo rem illustrabimus. Cō uitium profere malum est:  
 eius materiam dicas licet prolationem, quæ, vt in se consideratur, nec  
 laude, nec vituperiū meretur. Quod autem ad formā attinet: vide mihi  
 quod in actione voluntarij, finis, & concilij rationē habet. Cedere vir-  
 gis est indifferēs: adhibe formā, hoc est, instituendi propositum, amore,  
 zelūmq; puniendi crimen: fiet optimum: sin factura fuerit, vt impleatur  
 stomachus, & indulgeatur odio, vel crudelitati: vitiosum erit. Sic ubique  
 statuendum. Sed iterum ad materiam redeamus: in qua diligenter est  
 examinandū, num opus per se, naturaque sua malum sit, vt est adulteriū,  
 blasphemia: an solum propter personas tale iudicetur. Ac, si posterius  
 istud deprehendatur: tum erit peruidendum cuinam aduersetur charita-  
 ti: Deine, an nostrum, vel proximum. Nam (vt scitissimè libro de pec-  
 cato mortali, & veniali scribit Hugo de Sancto victore) nullum est pec-  
 catum mortale, quod non est cum graui corruptione nostri: vel cū gran-  
 di læsione proximæ: vel cum magno contemptu Dei ebriosus; exempli  
 causa, se occidit intemperantia: homicida lædit alterum violētia: omnis  
 peccator mortiferis criminibus honorē Dei violat. Ad hæc, expendēdū  
 erit accuratissimè, quatenus iniuria fiat charitati. Nam, si sit minutum,  
 pro nihilo ducitur. In ipsa autē intentione totidem sunt obseruāda, sit-  
 ne videlicet diaboli quædā in mentē incursatio, & προσβολὴ: vel enata  
 sit res illa ex præraua cōsuetudine, & habitu: an ex sensib⁹, & occasio-  
 nib⁹: qualia vocamus vulgo motus prim⁹: quæ nimis anteu-  
 tant ipsam rationem, vt se nequeat in tempore colligere, & animad-  
 uertere

*In omni pec-  
 cato duo sunt  
 consideranda.*

*Quæcōcurrat  
 ad hanc pec-  
 cato mortali  
 tam ex actis  
 natura, quam  
 intentionis af-  
 fectione.*

*Circumstantia  
multū faciūt  
ad peccati  
discrimen.*

uertere quid agatur: vt si præparem me ad orandum, gnarus me adstare coram Deo, dæmonum, angelorumq; medium: & statim progreso, ecce aliquam aliò pertinentem cogitationē, quā ratio nō sentiat. Hic tutus exit, quisquis est, à peccato; si modò prava consuetudine, garulitate, &c. non dederit huic rei occasionem. Alter gradus vocatur motus secundò primus: cùm illa incurratio cadit sub sensum, & à ratione deprehenditur: quæ tamen, quia nimiū torpet, diu luctatur: nec statim potest excutere: non caret hæc res veniali: quia animaduerit malum ratio, nec fecit quod debuit, aut saltem religiosè metuit ne non fecerit. Nec hic habetur temporis, & moræ vlla ratio: quia potest homo per integrum diem in museo sedens ita vexari: vt mens tamen non intelligat quo versetur in periculo: & tunc nullum erit peccatum: si deprehendat, fit veniale: tantum danda est opera ne consensus accedat. Quod si consentias rei, quam nouis, credasque veniam: talis erit consensus: si autem sit quid mortiferum, vel si hoc tibi persuadeas: consensus similis culpa sequetur. Attamen circumstantiæ magnū his in rebus habent momentum. Demus, si placet, huius rei aliquod exemplum. Est aliquis pius, qui dum redit à confessione, rogatus si talem, aut talem viderit confidentem, respondet non: neque verò is est, qui talia magni faciat. En leſisti famā proximi. Quid agā: lèdere proximi famam grauissimum est: sed spectandū est, quod in omni peccato requiritur, voluntariū. Quo id animo fecisti: an vt illi noceres, & infamem redderes? Non. Non est igitur plenus consensus: esto bono animo. Sed nocuisti tamen non fecis, quā sic cōsentisses. En, habetur ille tua opera improbus, & qualem imprudens depinxeras: fit mortiferum: aiunt enim Theologi grauitatem materiæ redire frequenter in naturam suæ formæ: vt si hominem repentina furore intericias, Deique honorem exorta repente vesania violes grauissimè: quamvis nulla fuerit delibera-tio: motus vnicus mentis in ea re sufficit pro forma, & intentione. Ad hunc igitur modum sit aliquis (libet enim rem clarissimam facere) qui norit hominem hereticum egregie fingentem se esse Christianum: adeò vt nemo sit præterea conscienti: si occurrat, & ille alteri dicat in aurem. Hic est hereticus: idque eo animo, vt execratus habeatur: est proculdubio mortale: si autem bono viro, vt vel sanet, vel fugiatum nullum est crimen. Idem de furto statuendum. Intrat aliquis hortum alterius: delicit malum, aut pyrum, ac tollit, etiam inuito domino: censetur leuissimum propter leuitatē materiæ. Atqui inuito domino? Quid-ni ego enim scio illum mihi debere cōsentire: & hoc mihi licere: si verò male sim institutus, iudicemque id esse capitale, & nihilominus aufero: tum est lethiferum: quia contra conscientiam. Nec enim multum differt ad peccatum mortale, an tale sit reuera: an tale iudicetur ab eo, qui designat: quia lex Dei æterna non tantum in sacris bibliis, decretisque principiis: verumetiam in nostris mentibus est descripta: nisi quod peccet ille grauius, qui scriptis legibus prudens reputat.

*Enchirid. ca.  
78.80. & ad  
Galat. 4.*

gnat. In his autem omnibus, iuxta doctrinam Augustini, Christianus proprium iudicium vereatur semper, habeatque suspectum: quia ferè iudicamus prout sumus affecti: proinde tutum fuerit aliorum consilijs rem gerere: & scripturarum, de peccatis, expendere iudicia. Videmus enim plurima leuissimorum instar haberi: cùm sint grauissima: contrà verò rariora quedam censerit maxima, quæ sua natura nullius ferè sunt ponderis; tantum valet usus frequentior. Quis enim putaret in populi censu tantum esse piaculi? Quis rerum, diuinarumque suarum hospitalem ostentationem tantum habere criminis arbitraretur? Quis denique ficus degustationem sceleratissimam esse iudicaret: si non Adami, nostraque omnium calamitas, & Ezecliae regis infortunium, Davidisque tam acerba castigatio, harum rerum nobis fidem facerent? Qui tanta poena dignum iudicasset fraternum illud (vt putant) leue conuitum, fatue: nisi Christus gehennæ supplicium intentasset? Hodie nullus horret ingens nefas, & æterna morte piandum: cùm terræ pondus inutile, turpisque venter pensionarius monasteriorum, ac beneficiorum redditus abligurit: quia huiusmodi foodissimorum hominum multitudo persuasit rem tantum non esse laudabilem. Igitur hanc rem Augustini dicto concludamus. *Vt peccatis hominum, quæ sola inusitata exhorrescit: usitata vero, pro quibus ablwendis filij Dei sanguis effusus est: quamvis tam mala: ut claudant nobis regnum celorum: sapè videndo omnia tolerare, sapè tolerando nonnulla facere, cogimur: atque o vitam. Domine, non omnia, quæ non poterimus prohibere, faciamus.* Et ista quidem in universum dicta sunt.

*Ad c. 4. Gal.  
& Enchir. ca.  
80. vbi subin-  
dicat se nimio  
dolore cōpul-  
sū ea dixisse.*

### Peccata primo precepto repugnantia.

#### Catechesis 59.

**A**M de peccatis sigillatim aduersantibus primo præcepto. Et occurrit in prima acie monstrū horrendum, ingens, & lumine cassum, quod à Græcis tractatoribus *deorū ad aquoyla*, Latinis supersticio vocatur: utrinq; ex diametro, seu spiritum, *superstitionem*. seu veritatem spectes, quibus nititur vera religio, repugnans: geminumque religionis fundamentū euertens. Vt autem, quæ dicturus sum, haerent magis catechumenorum animis: imitabor conseruatore Christum, qui parabolaram inuolucris, ac similitudinibus vulgus retinere solebat. Cui igitur hanc pestem similem esse dicam? Scripturæ sacræ veritatem, orthodoxiam, veramque religionem Christi, vnicæ sponsæ, reginæque comparant: hereses autem pellicibus, concubinis: aliisque lascivis puellis: nusquam occurrit similitudo, quæ hoc vitium nobis representet. Ergo scripturis destitutus, hanc beluanam similem esse prouuntio meretrici propugno: Nam quicquid in ipsis publicis lupis est forsum, ac scelerū, licebit in hac superstitione notare. Primum hoc habet scelesta scorta, vt nihil sit illis improbus, & impudentius: supersti-

*A. tio stul*

*superstitionis  
sex genera.*

*Divinatio.*

*De occulto,  
ac implicito  
fodere cū de-  
mone, qui sit  
in superstitio-  
nibus.*

tio stultissimos cultores suos tanta impudentia, & improbitate cumulat: vt ausint omnia tentare, penetriare, lustrare, deque omnibus ferre sententiam, ac si constituti forent omnium religionum pontifices maximi. Præterea beluis illis nihil inconstantius, aut leuius: superstitioni sunt foliis ipsis magis instabiles: nunc hanc, nunc aliam rem agreduntur: atque ita semper discentes, nunquam ad christianam veritatem perueniunt. Ad hæc, cloacis illis nihil contumeliosius, pugnacius, superciliosius, ac maledicentius. Quid superstitioni? Nonne, si quæ videant aduersari suæ superstitioni, reclamant, vociferantur, pugnant atrocissimè? Si nugas illorum leuissimo vngue perstrinxeris: mox haereticum, schismaticumque clamabunt. Insuper quid scortorum ornatu, cultuque dissimilius, impudicius, quid magis fucatum, cerussatum, pigmentis, variisque venenis dissimulatum? sacrarum autem meritricum (superstitutionum inquam) quis figura, dolos, errorisque recenseat, quibus adumbrant vniuersa? Haereticis sanari potest: superstitione nullam curationem admittit, tantò nocentior, quantò fallacior: cùm vbique veritatem mentiat. Nec satis est superstitione suam duntaxat animam perdere: sed aliis quibuscumque potest, morbum afficit suum, súaque nugas obstrudit diligentissimè: iubetque rudiores, quibus potissimum insidiatur, sic vel agere, vel legere per annum, per menses; per dies aliquot, sicutque futurum peierat sanctissimè, vt recta euolent in cœlum. Habet autem damnatum istud caput cornua sex diuinationem, incantationem, sortilegium, idolatriam, indebitum Dei cultum, qui in multos distendit ramos: & quoddam postremum, quod vna voce non satis comodi designari potest, latissimoque sinu multa via cōpleteatur. Nunc carptim de singulis. *Divinatio est lues, qua homines auent scire vel praesentia, vel futura, idq; vel aperte invocato nomine diaboli, vel implicito quodam fodere, quo sic affectus honore spiritus nequam suggerat ea, quæ inquiruntur:* quod grauissimum esse peccatum, vniusque Dei, cuius est omnium scientia, proprietati repugnans manifestum est. Quidam tamen, quod ad occultum illud pactum attinet, excusant adolescentes curiosos, qui bona fide talia tentant, nihil minus, quam diabolo se operam dare credentes: mihi constitutum non est contendere. Illi tamen ipsi non liberant idiotas à mortali, si moniti non desinant: ac ne illos quidem censem immunes adolescentes, qui non videntur cestaturi: etiam si admonerentur. Sed quia obscurum est, quod dicitur de implicito fodere, libet aliquot indiciis iuuare catechumenorum industriam. Primùm igitur solent adsignare friolos, & excoxitatas conditiones, vt sunt, scribatur in virginea membrana, à virgine, sinistra manu, tali hora. Ut enim cætera sint bona, & laudabilia, his conditionibus corrumpunt. Interdum verba sunt nota diaboli nomina, vel peregrina, ignota, non intellecta, quibus sèpè subesse contingit dæmonium appellations, vel blasphemias. Nam vt nobis nihil significent, sortiuntur tamen inter suos cacodæmones quasdam nomencla-

menclationes. Nonnunquam sunt characteres etiam crucis: & rebus sacrosanctis abutitur diabolus: vt & fallat homines, & grauiori sacrilegio contaminet. Aliquandò sunt aperta, vt verba, quibus aiunt Christum febrem increpasse, & à se, vel à diuo Petro abegisse, cuiusmodi multa de Deipara virgine, aliisque diuis habent in sceleratis mysteriis suis. Adde hos diuinatores frequenter præstítuerent friuolos effectus, ac fines ridiculos: vt exempli causa, recitato aliquo versu, suspensoque annulo in chorda, videbis annulum moueri. Scilicet, impiissime mortalium, Deus, pro tua libidine, patrabit noua miracula. Postremò, in illis omnibus anguem latere puta, quæ ab ipsis fiunt, ac si essent naturalia: cùm naturæ vires, atque ordinem nullum habeant; vt si oblita bombarda, vel gladio, quo fuerit quis vulneratus, quispiam sanet hominem. Sequitur cornu secundum, incantatio: quæ nihil intactum præterit (quin noceat quantum in se est) homines, animalia, morbos, & quid non: invocatis aperte nominibus dæmonum. Sed id est desertorum, & apostatarum. Tentantur plurima ab imperitis adolescentibus, iis nominibus malorum spirituum suppressis: fraudem licet in isdem indiciis, quæ nunc ostendimus, deprehendere. Hic etiam est repetendum nonnullos excusare curiosos, & qui prudentes rem nefariam non attentarent. Sortilegium est duplex. Vel enim facimus quod diuinatores, nec differt à diuinatione: vel quadam furta, & hominum arcana, resque obscuras malis artibus inquirimus, quæ à solo Deo, vel angelica natura sciri possunt: cuiusmodi curiosa impietas pugnat cum analogia nostræ fidei: præsertim, cùm ne diabolus quidem ea cognoscat, nisi quatenus coniecturis, variisque rerum causis præ sagt euentus: & vt norit, non gaudet vero, semperque suspicionum, & odiorum semina miscit. Quod de grauitate, & excusatione dictum est in primo cornu, hic locum habet: nisi quod non videam quomodo possit Christianus aliquis excusari, cuius vitam, & animam quodammodo scientiam esse oportuerat. Huc reducuntur breuiaria, rotulæ, & similes nuge: de quibus hoc semel habeant catechumeni. Si tu scripturas, Euangeliūque defers honoris gratia, tanquam Christi, Spiritusque sancti sermones sanctissimos bene est: sed si propter id, quod sacram est, admisceas nugas, & mendacia: vide ne sit implicitum fodere: vt si partem Euangeliij gestes descriptam in membrana virginea, certo charætere, si adscribas: Quicunque hanc orationem de collo portabit, non defungetur subita morte: vel, si vitam D. Barbaræ, quod ibi sit adscriptum martyrem impetrasse, quicunque gestarit non moritum fine sacramentis: si quippiam simile commisceas rebus per se laudissimis: habe suspiciones diaboli fraudes, ne incautum obliget fodere: nec te ritè absoluendum credas, priusquam quicquid penes te est talium nuga ut abieceris. Honorentur equidem sancti (pium id enim est) suos honos Christi sacris habeatur sermonibus: sed siat hoc ipsum secundum Ecclesiæ prescripta. Absit vt diuos quispiam credat nō orare pro nobis, & si sit necessarium,

*Incantatio.*

*Sortilegium.*

*Idolatria,  
cultus inde-  
bium.*

etiam, quæ rogantur, impetrare. Sit anathema quisquis euangelicis litteris venerationem inuidet. At dum homines his artibus, rebūsque nihil securos esse se credunt, omittuntque reliqua: qui non videt fucum inesse diaboli? Sequitur idolatria, de qua satis superque dictum arbitror: nec libet repetitione molesta vobis adferte tedium. Veniat ergo in censem cultus indebitus, qui in perniciosum, ac superfluum discinditur; imò quadruplici sectione lernæum aliquod malum infœlici foecunditate minatur. Nam perniciosus, qui religionis aduersatur veritati, triplici ramo syluescit. Plerumque enim homines volunt colere Deum ritibus nequaquam ab illo receptis, vtputa si quis nunc Iudaicas cæremonias reuehat in Ecclesiam: à quo tamen cornu minus est nunc periculi, quod inualuerunt multò deteriora. Nam pro Iudaicis *Ægyptiacos* dies (vt vocat Augustinus) atque ethnicorum obseruationes recipimus; vt plerique diebus Lunæ nihil audeant operis aggredi, aliis alia sibi deligant opera; legationibus, emptionibus, substructionibus certos sibi dies alij præfigant: cum in huiusmodi Christianus eandem iudicet cunctorum dierum rationem: & quamuis diebus Veneris cum Apostolis ieunet: diémque Lunæ habeat inter legitimas poenitentiae ferias: rebus tamen gerendis non vnum altero magis aptum æstimat. Quod superest perniciosi cultus, partim in falsis reliquis; partim in fictis collacatur miraculis. Et prius illud examinarunt diligentissime Tridentini Patres; si modò seruaretur, quod illi religiosissime sanxerunt; nimis quod incertæ, pernicioseque reliquæ summonuerentur: omnis quæstus, & mendicitas tolleretur: nihilque deinceps proderetur, nisi discussum, & permisum ab Episcopis. Quantum enim hac in parte frequenter sit peccatum, ex vnius Seueri Sulpitij in D. Martino narratione liquet, referentis ignotum illum pseudomartyrem magnis hominum conuentibus quondam honoratum; donec diuus Martinus dubius animi, propter ignotum nomen, genus, tempusque martyris, post triduanum ieunium vidit squalentem, & horridam umbram aientem se pro suis olim latrociniis eo loco, vbi colebatur, supplicio pependisse poenas: nunc autem inferni cruciatibus æternum addictam. Ad hunc modum, si quid sit incertum, vel suspectum, D. Martini prudentiam imitemur: aut sinamus alios agere quod velint: nos interim non astringamus nostram religionem, nisi certissimis. De iis autem, qui sacris vestibus vtuntur ad spectacula, & alias ineptias, quia res hoc non pertinet: hoc tantum dico; Sextum, ac Stephanum Rom. PP. voluisse esse nefas, vt laicus illas vel attringeret. Quid erant dicturi ad nostrorum morionum (quo enim alio nomine dicendi sunt) impietatem, qui vestes, quibus paulò ante vsi sunt in tremendis mysteriis, mox produnt hominibus impurissimi: vt hac saltem in parte nostra sacramenta rideat diabolus, & veluti in triumphi sui pompa deferat.

*Quod supe-*

Quod supererat perniciosi cultus explicat, ac inde sextum, idque malitplex superstitionis cornu detegit.

### Catechesis 60.

**N**uper supererat perniciosi cultus ramus tertius, auditores, qui eius est ingenij, vt falsa pro veris miracula venditet: quo morbo mirum in modum antegressa secula laborant; cum simplices homines arbitrarentur se Deo magnum præstare obsequium, si strenuè confingerent, quæ nunquam acciderant, miracula, luculenta sanè cum iniuria Dei, qui, cum sit veritas, omne mendacium auersatur. Ideoque Tridentini Patres grauiter cauerunt, ne vllum recipiatur miraculum, quod Episcopo propositum, & approbatum ab illo non fuerit. De cultu superfluo ferè nihil est, quod agamus; qui fit præter indices rubricarum ecclesiasticarum: quæ res tamen non est maximi momenti; nec putatur mortifera, si defuerit contemptus, & scandalum perniciosum. Et haec tenus his quinque cornibus superstitione relucentur menti religionis, quæ (vt dicitur Ioannis quarto) est veritas. Postremum autem faci huius scorti, quod amplissimum, & varium esse, nec uno nomine designari posse nuper dicebamus, in quatuor, seu (quod malum) in quinque cornua distinguitur; eiusdemque religionis aduersatur spiritui: vt sic vero tandem omni cultu sublato (vult enim pater coelestis in spiritu adorari & veritate) non superfit nobis, quo in tanti patris gratiam, & familiaritatē nos insinuaremus. Cornu primum est ars notoria: quod ferè studiosos impedit homines, quibus ita fascinat oculos, vt inemptam laboribus, & cœlitus infusam scientiam per ieunia, & certas orationes adipisci posse sperent. Non sunt (fateor) studiosis orationes, ieuniaque inutilia, vt Deus piis adspiret conatus: verum vbi fiunt ex condicō superstitionis magistri dicentis, ieunabis die Dominico, cibo eius generis, ita apparato vesperis, vniuersa corrumpuntur. Quis enim ibi non videt aperta fecunda dæmonum? Clamat scripture: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo: vt ab hoc omnium artium, ac disciplinarum fonte sit petendum, & hauriendum. Si quis autem ita curiosus est, vt testa ad Deum pergere nolit: imploret cum D. Bernardo fidem Deiparae virginis, ac Ioannis Evangeliste, vel cum Chrysostomo D. Paulum, vt hoc illi dent effectum: vel imitetur Theodorum Sionensem archimandritam, qui per Christophorini martyrem hoc impetravit, vt approbavit se. 6. concil. septimum. Alterum est obseruationerum occurrentium, quibus de futuris præmonitioni se putant: vt si prodeuntis domo vestis clausa hæreat, manere domi præcipient, ne incidat in graue periculum: emitte quis crux, dicent extinctum amicum: cornu cecinit in culmine tecti, ergo iacet ibi vel mortuus, vel propediem moriturus. His omnibus est nescio quid patet mixtum diabolici; absit tamen vt mortem inferre omnia dicam:

*Prostrema  
superstitionis  
species multi-  
plex.*

*Ioan. 4.*

*Iacob. 1.*

præsertim si fiat per ignorantiam. Nam istius generis multa legimus apud veteres Iosephum, Eusebium, Zonatam, Nicephorum: tametsi vterrentur illi non quasi villam rerum necessitatem agnoscerent: sed quia Deum frequenter talibus indiciis demonstrare crederent, quid esset euenturum. Itaque si fiant homines in suis negotiis prudentiores horum admonitu, laudandum erit: caueant tamen ne tanquam certissimis villam adhibeant religionem. Huc pertinent omnia auspicia, aruspicia, somnia, hydromatia, pyromatia, necromantia, &c. in quibus si vel fidem villam, vel necessitatem constituas: fies paganus, Tertium cornu lapidis, herbis, fruticibus, & aliis innumeris abutitur, per se quidem licitis, nisi quod accedentibus verbis, signis, observationibus, aliusque nugis, dum supra naturales vires quicquam creduntur efficere: non carent fisco, dolisque satanæ. Istud proxime sequitur quartum, quod situm est in reliquiarum, sacrarum vestium, & totius mysticæ supellestis abuso, additis notis, characteribus, verbis, quæ satis supra declarata sunt. Superest postremum cornu, quod potius istorum omnium dixerim appendicem: de quo ne verbum quidem eram dicturus: quia homines, qui sanctitatis quandam hauserunt opinionem, nolunt hæc attingi: nisi hac ratione viderem noscere haereticos plebis cumulos, ac multitudinem ad se pertrahere, putantis sibi factum haec tenus fucum à presbyteris, & pastoribus, qui fortassis ista non produnt. Atque de habitibus, vestimentis, que differerentur quæ sunt cuique instituto propria: quæ nobis semper debet meliorem ingerere memoriam: sed nimis foret prolixum. Dicam primum de supplicationibus, quæ, ut à nobis fiunt, quid sunt preter deambulationes, & cōfabulationes: & quæ tanta est, quæso, dementia, ibi augere peccatum, quod ad placandum numen conuentum esse oportuit? An non recte nobis obiiceretur, quod ieunantibus quandam Israëlitis: *Nunquid tale est ieunium quod elegi?* Nunquid deambulare per lutosas plateas, ibi de fandis, nefandisque garrire mihi placere potest? Quid igitur num vetas supplications fieri? Minime; sed agere velim omnes, quod agendum instituitur. Venerationem imaginum decet Ecclesia: nūc non immerito de nonnullis earum propter aurum, & luxum queri videntur haeretici defigi se in auro, & argento: cùm Dei cultus spiritu constare debat: ut certe legitimus imaginum cultus non discedit à spiritu, & veritate. Cum enim quis videt Christum crucifixum, mox erigitur in memoriam beneficiorum in nos collatorum. Sed, obsecro, quotus est, qui, dum intrat templum, ac cernit effigiem Petri, cogitat claves ingerere sacramentalium claviū recordationem? Est tamen is vel præcipuus usus imaginum. Ergo tandem incipiamus induere spiritum: & ista considerantes ascendamus ad prototypam habeamus imagines tantum pro delectamento. Dies festi ab Apostolis instituti sunt. Quid autem vocas diem festum agere? Nū semel ad missam pergere, ibi garrire, reliquū diē obambulare, iurgari, potare? Hoccine est festū agere: inquit per Isaïā Dominus. Ergo tollenda festa? Nequaquam, ô bone; sed deinceps illa diligentius, sanctiusque

Isaiae. 58.

sanc̄tiusq; seruemus: atque hymnis, psalmis, canticisq; spiritualibus impēdamus. Sic dicendū de sacramētis. Putas enim intelligat, qui agat, patrinus: dū puerū de fonte suscipit? Scilicet tingitur puer: initur oleo, & saliu: imponitur nomen: & hoc tetum putat esse mysteriū. Nec enim aduertūt homines, quæ pro rerū extēnarum imaginib; spiritualiter Deus operatur in animis: nec patrinus ipse satis persuasum habet oppignerare se caput propriū Deo, si per suam negligentiā is, qui baptizatur, nō stetrit pactis. Sic de reliquis ignauē sentiūt. Quis enim, dū suscipit cōfirmationē, cogitat de martyrio, & ad necē usque profiteā religione? Cū porrō ad Eucharistiā accedūt: quantā videmus imperitiā: Putat se recte funētos officio, si prius demurmurant, quæ obiter in meātē aliud cogitātibus occurāt peccata: de mutanda vita, de ceteris Christianorū officiis, de cōiunctione cum Deo, quæ & significatur, & fit per istud sacramētum: ne per somniū quidem. De matrimonio quid dicam? Si vulgus hominum intuearis, videbitur nihil aliud, quā amare puellā: opes cōmisce- re prodire in Ecclesiā (& id recte nā clādestina dānauit Ecclesia) præbe- re epulū. At de animorū conglutinatione: de symbolo spiritualiū nuptiārum Christi, & Ecclesiæ: de infusione gratiæ, nihil. Ad hunc modum li- ceret in ceteris philosophari, & quandā inter Christianos latē regnante hypocrisim in apricū proferre: quia adē suas contemnunt diui- tias, vt rerum umbris inhārentes corpora, vel ignorare, vel negligere, vel, q; sceleratus est, irridere videantur. Sic igitur aperimus ora dāmo- nū: sic administros diabolis aduersus sācta nostra maledictis instruimus: dum, quis sit verus, genuinusq; Dei cultus, ne doceri quidē sustinemus.

*Dubitatio in Fide.*

## Catechesis 61.

 Vperstitutionem sequitur dubitatio in fide: cuius tractatio tametsi pertinere videatur ad materiā hæreseos, fidei q; defini- tionē (vbi enim agitur de assēsu, ibi locus est isti disputa- tionē) quia tamē hoc malum valde in cruduitate videtur penē impium, data occasione, nil amplius dicere. Ideoq; nos hoc loco sumus quædam addituri, quod & prosimus magis, & omnes intelligant in fidei negotio, Deique cultu non esse ludendum. Nam execranda quidem est hæresis: schismā, apostasia, infidelitas, infanda scelera merito semper iudicata sunt: si tamen cum huius dubitationis grauitate conferantur: non nihil videbitur illis detrahi turpitudinis. Illa enim electionē habent, vel plenam persuasionem, aut pertinaciam: ita ut si- dem ingenuē deserant, fugiant, damnent: non tamen euertant: hæc au- tem fidem ipsam à fundamentis eruit, tollitq; penitus fidei miraculum: meritum, nomenq; redigit in nihilum. Nec est quod nostrorū hæresiar- charum quisquam huius inuentionem sibi arroget: cùm longè sit anti- quissima. Manichæi enim (vt Augustinus docet in libro ad Honoratum) viden-

*Afsts Mani-  
cheorum per-  
similis huius  
atatis hereti-  
corum.*

videntes religionis christianæ principium esse, vt sibi persuadeant homines assentiendum esse simplici fide rebus necdum probatis, aut intellectis: quod sternatur via lumini à deo infundendo, clamabant fucum fieri, dolumque subesse: & se professores vnicos esse veritatis; nolle vt sibi quisquam crederet, nisi rem ipsam demoltrarent; qua ratione capti se fatetur Augustinus. At vbi se quis coniecerat in illorū scholam: tantum aberat, vt illam splendidam professionem præfarent: vt inuiti sèpè dicere cogerentur mysteria fidei simplicitate concoquenda: magisque laborarent refellendis alienis, quām suis probandis assertionibus. Ad hunc modum hodiè nolunt haeretici nos credere concilijs, Patribus, traditioni: sed puræ putæ scripturaræ: deinde, vbi progrediendum est, coguntur velint nolint ad nostra præsidia configere. Vt vt enim dicant se nil vel agere, vel suscipere, quod nō sit expressum in scripturis: attamen sacramentum baptismi non deducunt ad viua flumina, vt Philippus in actis: sed nostro more, nostra licet aqua contempta, oblatam aquam arripiunt, ac tingunt. Sed vnde, quæso, probabunt sufficere infusionem? vnde trinam mersionem necessariam, & ad vnam quamq; personæ vnius diuinæ pronuntiationem? hæc enim in scripturis non inueniuntur. Sic in sua cœna non sat esse putant obvium panem corripere, ac deuorare: sed interea volunt recitari caput vndecimum prioris ad Corinthios. Quis Paulus hoc legi præcepit? Cur id potius, quām Christi perpetuationis, ac mortis historiam: præsertim cùm voluerit Christus in suæ mortis commemorationem fieri? Quomodo cunque hæc habeat, sic libuit illis ageare: ne nusquam à nobis discreparent: vt in illis Manenta reuixisse videamus. Quemadmodum igitur Augustinus dedit operam, vt Honoratus intelligerer esse certum exitium fidei: nisi quis velit assensum præbere dicamus & nos aliquid quo sanemus istos Scepticos Metrodorus, ac Dubitantios. Ac prius libet in typo, & exemplo vitium istud exhibere contemplandum. Scribit sacer historicus de Elia, quod cùm Israélitas vellet ad verum Dei cultum reducere: *Quousque (aiebat) claudicatis in duas partes?* Si dominus est Deus sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Postmodum direpta est controuersia qui ignem: vt ille crederetur Deus, qui per ignem exaudierat. Fortassis hic typus non satis videbitur congruere: quod ibi agatur de Dei cultu, & idolatria: verum præterquam quod nostri aduersarij nos dictitant idolatras, quoniam in Sacramento Deum adoremus: cùm nostri etiam plurimi prodant animorum idola auaritiam, libidinem, rebellionem: cùm nos dicamus illos certò perituros, si tales permaneant, illi contrà nobis hoc ipsum minitentur: parum refert de discriminé. Dicamus ergo: si catholica veritas, o Dubitantij, refederit apud Papistas ( qniam sic nos vocatis) sequimini illos: si verò lateat in Caluiniana, Lutherana, Anabaptistarumue familia: sequimini. Sed est operæ pretium verbum claudicationis expendere. Claudi enim in scriptura sèpè coniunguntur cæcis, & debilibus: vt delibiles quidem sint, qui videant, neque tamem:

*Exempla du-  
bitationis in  
fidei.*

3. Reg. 18.

*De claudis,  
cæcis, & debi-  
libus.*

tamen se queant mouere, qui typus est Christianorum prauis moribus *libus, ex usu* præclararum fidem obscurantium: ceci sint prorsus infideles: claudi ve- *scriptura.* rò nobis repræsentent aliquid medium inter cæcitatem, & debilium infirmitatem: quales sunt nostri Dubitantij. Retinent enim aliquid fidei per electionem, ne sint lucis penitus expertes: nec abhorrent à christianis officiis, inter amphibia numerandi. Et possent ferri: si non affectarent ignorantiam. Si enim lumen non haberent; carerent vtique peccato: sed idē sunt inexcusabiles: quia in sole positi claudunt ocu- los. Vis autem, quām hoc sit foedum, intelligere? Cogita quām tur- *Pluribus offe-* pe foret honesto, grauique viro, qui, cùm posset rectus incedere, non *di dubitatio-* tantum domi: sed in foro, mediisque plateis claudicando laudem ca- *nis inf de gra-* ptaret. Quid enim aliud agunt, qui animo claudicant: cùm possint per infusum fidei domum rectè ambulare? Omnibus est præceptum diligere Deum ex toto corde: at isti, dum hærent medij, dum nequa- quam sollicitè per preces, eleemosynas, doctas conciones nituntur ad ipsam veritatem: num censendi sunt Deum quærere ex omnibus viri- bus? Si enim vellent conferre cum doctis, audire meliora docentes, facile fanari possent: nunc nihil horum faciunt: domi desident, vbi sunt sibiipsis pastores, doctores, pontifices: legunt scripturas: versant concilia: Pàtres examinant: censem omnes: coguntque manum subdere ferulæ. Itaque, dum socordi torpent ignorantia, Deum certè diligere non possunt: cùm ignoti nulla cupido: nec, si quid norint, propterea diligunt: cùm Deus per partes nec agnoscit, nec amari valeat, qui est simplicissimus. Itaque nemo potest eos excusare, qui partim deliciis, partim incredibili superbia retrahuntur ab indagatione veri- tatis. Nam cùm sciant ( vt exempli gratia dicam) per exhomologesim diluenda peccata: & ad mentionem confessionis exhorrescant: fit vt in suis dubitationibus hærent, neque morentur veniam, quam vel catholici verè: vel aduersarij falsò promittunt. Sed pergamus istorum turpidinem exponere. Fides Dei donum est gratis hominum infusum mentibus: vt per illud assentiantur rebus, alioqui in speciem stultissimis, quarum à solo Deo fidem fieri posse credimus. Iste verò Dubitanus hunc Dei honorem euertunt, voluntq; suo arbitratu credere noui Pelagiani: ac fidem redigunt ad philosophicam opinionem. Iam fides hoc habet miraculi, quod homines crassos, & idololatras eò pertrahat: vt seipso sibi denegent, totosque tradant in Dei seruitutem, nullas naturæ leges audientes: hoc fidei decus abolent isti. Nam si legendu, trutinan- do, eligendo possim ad fidem peruenire: iam nil tribuendum hic erit gratiæ. Postremò, fides propterea meretur, & iustificat: quia cōtra spem, in spem, neglectis sensuum experimentis, credimus per instinctum Spir- ritus, qui nos eleuat supra creaturam: quod si hoc ipsum liceat ambi- gendo, & tergiuersando acquirere: quorsum istud donum? Vident ( nisi fallor) nostri catechumeni, quanta sit ista perniciose. Addit tamen istud malum non sibi duntaxat esse noxiū: sed coniectoribus, & vniuersæ tamem:

reipublicæ. Quemadmodum enim, qui in lembo mouetur, currit, iactatur intemperantiū, pessum dat nauigium: sibiique, & aliis adfert interitum: sic isti, dum superbè disceptant; dum nunc in catholicorum castris, nunc, si reflauerit aura, in hæreticorum exercitu vagantur, semperq; in eas partes inclinat, quas potiores obtinere cernunt; immo-  
dica cōcussione, quantū in se est, euertut Ecclesiæ nauigium. Qui igitur huiusmodi sunt, extimescat Cuthœrū, Samaritarūque metuendū exemplū, qui Deum cū idolis dū se colere putat, diris ferarū morsibus laniati periēre, iusta istorū scepticorū dānationē portēdētes: qui dū neq; Christianam fidē aperte profitentur, neque hæresim prodūt ingenuū, à Christo certissimè repelluntur, quia: *Qui nō est meū (inquit ille) corramē est*, & omni tandem fide spoliantur. Et certè mirum esset, si integrā diutiū retinerent, subinde varias in partes descendendo distractam, discriptāque miseric modis labefactant, qui neque calidi sunt, neque frigidū, aliisque suo exemplo prolixiunt ad mortem, quod significatum arbitror prouerbiali sermone, quo dicitur eos effici claudos, qui claudis cohabitent.

### *De blasphemia, & temptatione Dei.*

#### Catechesis 62.

De blasphemie.  
exemplū bla-  
phemie.  
Leuit. 24.

**P**ost illud Paulinū anathema (sic enim vocat fidei dubitationem ad Galatas Paulus) sequitur blasphemia, quæ vulgo maledictū, & famæ laſionē significat: sed ita scripturæ vocē hāc usurparunt, vt noua significatione veluti donarent. Nā Græci quidā etymologi deducunt ἀπὸ τῆς βλασφεμίας φύμας, id est, à nocēdo famæ. Alij, ἀπὸ τῆς βλάβης φύμας, quia proicit famā suā, qui aliis detrahit. Inueniuntur tamen huius vocis plura significata in scripturis. Cæterū, priusquā dicamus de formis blasphemie, nō absurdū fuerit quodā exēplo sceleris istius grauitatē demonstrare. Primū igitur exēplū blasphemie proditur Leuit. 24. vbi Moses refert cuiusdā Salumith filiæ Dabri, mulieris Israélitidos filiū inter rixandum blasphemasse, Deique nomini maledixisse: vbi quodammodo exprimit Moses, quod indicatū volunt etymologi. Moses hoc audiens, rei nouitate motus cōiicit hominē in vincula sciscitaturus oraculū, quid in illum statui oporteret: Deus respōdit educendum extra castra (ne illa nimirūm impuro sanguine contaminarentur) deinde testes manus dextras imporre inbet capiti, non tantū, vt hoc ritu testatum facerent nō opprimi insontem mendacio, sed vt in caput, ac fontem ipsum deriuarentur diuinā yltio, quæ poterat alioquin, si mansisset inultum facinus, ad totum populum dimanare, vt sēpè Deus paniens sclera perdit iustum: cū iniusto. Deinde non præcipit tortorem, vel militem emissariū inferre supplicium: sed turbam innumerabilem voluit lapidibus hominem obrue-re, vt omnes hoc typo intelligent (inquit Helychius) homines blasphemos non tantū sibi ipsis creare periculum, sed vniuersam rem publicā in com-

in cōmune salutis discrimen adducere. Præterea legē cauetur eo loco ne pij sinant blasphemos viuere, à quo præcepto tātū absumus: vt nullos Blasphemiarū maiortibus dignemur honoribus. Sit hoc exēpli causa dictum, nūc ipsas varia generat. formas explicemus. Prima est, dum Deo adscribimus, quod ipsi non cōuenit, vt si ego cum nostri téporis hæreticis dicā Deum esse cyclopē, ac durum, vt nullo peccatorum discrimine, siue sit immisso diabollica, siue alium denata cogitatio, seu plenus cōsensus, voluntariumque nefas, æquè hominē gehennę cruciatibus adiudicet. Huc reducuntur, quicunque affingunt Deo, quæ sacræ scripturæ, aut ex illis deprompta ratio nō agnoscit. Deinde quando negamus Deo, quod illi est propriū, vtpote quod sit iustus, quod velit homines instituere poenitentiā, & lugere pristinas impunitates, quod minimè gratis peccatores in gratiā sit receptarius, hoc est, nisi prius de seip̄sis exigant pœnas. Si nunc igitur, cum huius tépestatis Iouianis, Deum iniustum esse dicas, omnia peccata sūsque déque ferre, tam esse horum vt sit ignoscere paratus, cū primū filij Dei mortē otiosa quadā animi figuratione somniarint, siue interim illā imitentur viuendo, siue nō, si denique veterosum, & Epicureū Deū facias: peccas in hāc partē. Tertiū, quod quis id, quod est Deo peculia-  
re, tribuit creaturæ, vel sibi, vel aliis, vel cuipiā denique rerum creatarū: vt si crederemus non Deum reuerā, & propriū hominem iustificare, sed vel aquā, vel verba, vel hominē ipsum id per se præstare, quales erāt olim Iudaizantes, ac Pelagiani quorū illi legem, & opera humana, isti liberum arbitriū sine Dei gratia iustificationem adferre docebant, cūm ea omnia nil sint aliud, quam omnipotentiae diuinæ instrumenta. Postremò, quando palam maledicimus Deo, vel sanctis, vel rebus factisnam quicquid in ista committitur, redundat in Deum. Cæterū putant nonnulli non fore blasphemum, qui membra Christi nominaret, quem ego non puto liberatum iri à grandi sacrilegio, si vel deierando, vel cōtumeliae causa tale quid usurpet. Vt omittā illorum immanem impietatem, qui Christi membra (horrendum scelus) quæ in nobis naturæ leges contegi volunt, arripiunt ad sua flagitia. Ne quis autem ista nimis stoicē dici causetur, libenter gradus hīc quodā agnoscamus. Nam blasphemiarū alia est in mente tantū, alia in impulsu, ac motu, quodā in sermonem usque prorumpit, idque vel ex prava consuetudine, vel repentinō furore, nulla, aut minima intentione, nōque lapsum incautæ lingue sequitur dolor animi retractantis. Si quid horum fiat, purant veniale: nisi tanta sit blasphemia, vt materiæ grauitas formæ naturam induat. Sequitur, veluti præcedentis peccati germana soror, tentatio Dei: quod nunc etiam vitium magnoperè regnat, vt omnia peccata post hæreſē colluuiem solent exundare. Ea autē est, dū quis vult capere, significans experimentū potestatis, scientię, aut voluntatis Dei. Huius grauitas colligi potest ex interdicto: *Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis:* & ex Christi exemplo, qui nobis peccati fungam ostendit. Si enim is, qui optimè norat, Dei filius: quanra esset

*In peccato  
blasphemie  
sunt gradus.*

Dicteron 6.

*varia huius  
peccati genera-  
rae.*

Dei scientia, potentia, & quæ illius voluntas, noluit experimentum capere: multò sanè diligentius id fugere debemus. Primus autē huius peccati modus est, si quis dicat: si Deus est omnipotens, agitque hominum curam, seruet me: ac tū se præcipitem è monte deiiciat. Quasi verò Deus nostræ libidini potentia suæ fidem alligarit. Idem statuendū de aleatoribus, & eo hominum genere, qui per avaritiam, & impietatem, vbi discrimen adeunt suarum diuinitiarum, experiri se dicunt, si est Deus: aut se negatuos Deum esse, si contingat damnum. Secundus est, quando tentat homo Dei scientiā, vultq; eius secretorū esse conscius, aut expetiri nunquid norit omnia Deus: quæ quanta si impudentia, quis nō videt? Scilicet creatura vilis dicet suo creatori: nisi te hoc scire isto modo prodas, nil omnino scis: vel, si in angustiis positus, nisi hinc eripiatur: nescit me Deus ad hunc modū laborare. Tertius Dei voluntatē explorat, illūmque suæ cupiditatis velut addicit seruituti: vt si quis se non crediturum profiteatur Deum esse in Sacramento: nisi Deus illius se prodat oculis, & hoc indicio manifestet haeticisne, an catholicis debeat fidē adhibere. Hic autem, ne quis infirmior percellatur, nemo censere debet esse nefarium in aliqua graui causa humiliter Dei volūtatem inquirere: vtputa si quis, post bonas artes sacrāsque litteras, meditetur de aliquo certo vite generē: humilique prece, ac ieuniis obsecrēt: Domine da significationem: perinde habens quid Deus de illo statuerit, paratus quo cunque vocauerit ire. Ibi nullum est periculum. Si verò quis per imprudentiam, aut incogitantiam aliquid huic vitio simile faciat: vt si se repente coniiciat in capitī periculum: si desit intentio, quā supra retulimus: vel si materia sit exigua: salua res est, tantū cēsetur veniale: licet valde sit pericolosum. Hæc sunt igitur peccata mandato primo, qua parte fidem à nobis exigit, repugnantia. Sequitur vt de iis quæ spei, & charitati aduersantur, paucis differamus: quæ tria nominantur, desperatio videlicet, cuius latutus claudit præsumptio, vtraq; aduersa spei: & charitatis hostis ignorātia: quorū tractationē à nobis proximo conuētu vos expectare iubemus.

*De desperatione, ubi præter cetera, hereticorum coruatis occurrit, &  
desperabundis utilia malo remedia indicat.*

### Catechesis 63.

*Heretici ad  
desperationē  
eradiunt.*

**D**ATAM nuper fidem, auditores, liberaturi, desperationem, cum infaustissimis collegis, hanc in homiliam de suis velut antris eductā traducemus: vobisque, remotis omnibus inuolucris, intuendam exhibebimus. Est igitur notissima pestis desperatione, quæ ferè in ruditate, rerūmque inscitia grassatur: qua nostri maiores non grauatum multa peccata fatentur esse grauota: nullum tamen periculosius: quod si vñquam alias: hac turbulentissima, & infidissima tempestate res est maximi plena periculi. Nam, vt catechumeni partim fiant cautores, partim attentiores, heretici duobus il-

duobus illectamentis, desperatione, ac præsumptione trahunt incautam adolescentiam in præcipitia. Quid enim est aliud, quām erudire ad desperationem: cùm dicitur hominem Christianum, etiam inter optimā quœvis opera, sceleribus esse contaminatissimum, vt pote qui motus primi primos, & secundi primos (vt nostri vocant) cauere non possit: cùm sint nihilominus (haeticis iudicibus) mortifera peccata: nisi quod dissimulatione, & iniqua æquabilitate Deus inter leuiora numeret: Hac enim dum audiunt miseri, & incauti, dedunt sese vitiis omnibus, quæ vitare se non posse falsò sunt persuasi: clamantque neminem posse salvari; nisi qui desperat. Et vtuntur (si Deo placet) Christi verbis: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: id est, (iuxta illorum depravationem) qui sub onere peccatorum dudum ita collapsi, pressisque iacetis: vt pridē vestre salutis rationes omnes abieceritis. Sed doceant nos (queso) præposteri magistri (qui fieri valeat, vt tot mortiferorū cumulis obruti veniamus ad inuitantem nos Christum. Adeste (inquiunt) nostram hæresim imbibite, ac desperationi sceleratiorem adiungite præsumptionē: cogitate vos esse baptizatos, & interdum cœnam instruite: tum liberamini, vel, maiore si libeat vti compendio, crucis Christi memoriam in animos reuocate: & omnia salua erūt. Quid impudentius? Scilicet obrutus, ac sepultus grauissimis homo criminibus, Dei hæredem sese, ac filium, Christique cohæredem audebit effingere: cùm temulenta peccatis conscientia longè diuersum vociferetur: illud verò maximè inopinatum: quod cùm hac ratione viam omnem pœnitentiæ, lacrymis, dolorique præstruxerint: iactent tamē omnibis per totam agendam esse pœnitentiā. Quomodo enim istud superioribus conuenit: cùm pœnitentia, illorum iudicio, nihil agat, siquaque tantūm inutilis, ne dicam nocentissima umbra: dum ego videlicet in vnius peccati pœnitentia incido in alia decē, vel agendo negligētūs, vel aliud cogitādo? In hisce tamē ver- rationis species.*

præfigendo. Si enim nolit misereri Deus: tolle de symbolo remissionem peccatorum: tolle totam œconomiam Christi. Quorsum enim mortuus; nisi vt spem faceret omnia nobis, etiam tum inimicis, esse donata cum ipso filio? Tertium genus est pernicioſiſſimum, tota disciplinā, legēſque christianas euertens: quando quis conſitetur Deum posſe, & velle miferi: fed. desperat de conuerſione, ac pœnitentia; tuantōque ari alieno perſoluendo, ne cum Dei quidem auxilio, parē ſe credit. Cui infançē per Matt. 19. iuſionī Christi sermonibus respondendum, *Apud homines hoc impoffibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Nam tametsi conſtitutus aliquis in mortifero nequeat ſuis viribus resurgere ad gratiā: tamen nullus eſt, qui, poſt factam peccatorum legitimā confeſſionem, non ſentiat ſpirituale quoddam leuamen, vnde in ſpē erigitur animus. Quin vixdum expleta libidine, patrato ſcelere, vbi nonauquā ſentis aliquē dolorem, ac pœnitudinem: vndenam putas illud proſciſci, quām à Deo, qui para- tū eſt fuſcipere pœnitentem? Nec deerit tibi præfens auxilium: niſi tibi defueris. Nam Tridentina synodus dicit hominē ſic à Deo trahit: vt poſſit repudiare, & vt velit acceptare. Si dicas nil ſimile poſt peccatum te ex- périri: fed quēdam conſtritionis horrore; præſertim cùm doceant theo- logi gehennam potius, quām peccatum eligendum: audi matris Eccleſiae ſanctissima conſilia. Eritere vt hoc abſ te impetrē, vt maiori duca- riſ poenitudine propter diuinā vniuſ maiestatis offendam, quām propter amißam dignitatē, opeſ, cōtemptum, probrum, & quicquid eſt, quod ægerimē fertur in mundo: hoc ſi præſtas, ſalua reſ eſt. Si ſenſus, affectuſ que renitantur, alioque trahant: ſcito illos perpetuō rationi bellum mo- uere, plurimōſque adiuiſe martyriū reclamante caruſula. Noli propterea deſinere: fed firmiter illud apud te fixum, & conſtitutum habeas, crimen illud quoconque modo tibi diſluendū eſte: & omnia erunt in tuto: quod ſupererit Deus abunde ſuppeditabit, viſuſque diuinorum ſacramētorum. Videnigitur ſpem catholicorū lōgē firmiorem fiduciariorū heretico- rum ſtultitia: deſperationem. verò ſeic cum inſcritia cōiunctam: maximē ſi conſulantur scripturæ, & exempla ſanctorum, quorum ſpes pertina- cissima pro grauiffimiſ innumerabilis populi criminibus nunquam de- ſperauit? Moſes enim tantum non obrutus lapidibus, Dei miſericordiam ſillare cogebat ſuper ingratissimum populum. Quid Stephanum putas, inter ſaxorum diram collisionem, ad orandū erexiſe, prater ſpem? Quid Paſculum, quid innumeros alios pro tantū non deſperatissimiſ conſta- ter orare ſiuſiſ? Sed huiusmodi dum per oſcitantiam non leguntur, non audiuntur: mirum non eſt, ſi naſcatur deſperatio. Ad hāc frequenter, vt non uno iumento ad nos malum tam' exitiale deſertur, auaritia, fuita, ſacrilegia, ſimonia ſic homines intricate obtinent: vt perire malint, quām telam retexere. Sed omniū ſepiſſime diuitia libido, & impuri- tas iſtud monſtrum alere conſtituit: in quarum profundum vbi vene- rit homo: tum certiſſima deſperatio. Additur huius mali quædam peculia- riſ cauſa ea malæ mentis affectio, quam melacholiam vocant: quæ mo- tus quodſdam

tus quodſdam, ac tentationes excitat, quas à peccato Thomas audet ex- culfare, ac ne prius quidem ait in venialem culpam erumpere, quām lō- giūs progrediantur. His hominibus debent animarū, corporūque me- dici ſpem addere; iacentibusque Dei paratiſſimam, manum ſi ſurgere li- beat, ostendere, & pro ſua quifque virili torpentes inflammare, vt di- gnam Dei miſeratione ſpem concipient, ac ſaluentur.

*De preſumptionis vitio, & ex occaſione obiter, ſed crudite de bo- norum operum meritis diſferit.*

### Catechesis 64.

 *E*fterna concione, auditores, vidiftis exanguem, languidā- que deſperationem auerſis à Dei bonitate oculis inſcediſ- ſimam, horrendāque peccatorum cloacam, & imma nē gehennæflammam intuentem: nunc diuersi prorsus inge- nij vitium ponemus ob oculos preſumptionem, nō illam, quę vulgo ſic dicitur, audaciam, temeritatem, aut impoſtricem iuſtitiā, qua quidam vix tyrones iactant ſe pro professoribus, ſcurrae circunfora- nei pro medicis, aut ſacramentorum adminiſtris, quaē ad ipsos non per- tinent; fed illud vitium, quod ſpem christianam euertit, quod equidem deſperatione crudele minūs, quia non nihil glorię videtur Deo tribuere, cùm illa cumulet eum inuidentia: eqū tamē fugiendum, vel eo nōmi- ne, quod hac tempeſtate multūm graſſetur. Deūmque tantum non ſto- lidum, ſi diſtu fas fit, inducat. Huius vitij ea forma ſe primū offert, qua homo ſibi, vel aliis pollicetur quoruſlibet ingētiū ſcelerum ve- niā citra pœnitentiā, dolorem, ac ſatisfactionem. Hoc olim ex vna par- te docuere Nouatiani, qui, inter cætera mysteria, tradebant pœnitentiā non eſſe neceſſariā ad criminū cōdonationē, reclamatiſbus vtiuſque te- ſtārāti paginiſ; quod dogma nō indiget vlla conſutatione. Quorū e- nīm tūc clamasset Ioānes: *Agite fructus dignas pœnitentiā;* quorū Chri- Matth. 3. ſtus, & Apoſtoli idipſum recinebant: Paulus dicit ſe lecturū eos, qui nō Marc. 6. egiffent pœnitentiā. Et Ioānes in Apocalypſi minatur fore, vt Deus cā- 2. Cor. 1. 2. delabru Ephesini angeli moueat de loco ſuo, niſi ſuccurret pœnitentiā. Apocal. 2. Si dicat aliquis, eſto, ſit opus pœnitudine; ea tamē indulgētiā nō extor- quet: illudipſum & nos dicimus, niſi hominē obnoxium mortifero peccato remiſſiō mereri nō poſſe; attamē illicere poſteſt eā, ac facere vt minūs damnetur; cùm Deus, etiā ſi nolit miſererī, futurus tamē nō ſit iniuſtus. Sed pœnitentiā (iniquiunt adiuerſarij) nil ad eā rem confeſt: hoc verò falſum eſſe docent ſcripturæ. Nam Sapientia ii. dicitur: *Tu Domi- ne diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiā;* & peccata redimi di- cuntur eleemosynis, vbi videtur quædam ratio iuſtitiā: vt ſit pœni- tentia, ſi non meritoria cauſa; at certè nonnulla remiſſionis. Quis enim videns famulum ſe torquentem, & lachrymantem, quod

*De meritis bonorum operis cetera hereticos differit.*  
Genes. 15.

Cenes. 19.  
30.3.1.

2. Paral. 3.

Ioan. 15.

herum offenderit, non iudicet venia digniorem illo, qui letatur offensione domini sui? Altera species est, qua sibi quis, vel aliis promittit vitam æternam, absque meritis bonum operum: nec agimus tamen de infantibus, qui nullum habent meritum proprium: sed de adultis. Quidam hæreticorum negant villam nostris operibus inesse meriti rationem: itaque explodunt illa: quidam agnoscunt opera: sed negant merita. Sed, si hoc sit verum, quid sibi volunt scripturæ, cum Abraham dicitur. *Noli timere Abraham: ego sum protector tuus; & merces tua magna nimis, id est, maxima?* Vtique mercedem non damus immerentibus, & otiosis: ergo laborarat Abrahamus: vt Deum sibi debitorem constitueret. Sed Martinus Bucerius hebraico typo turgydus, nescio quam vocis τροπή Sacar peregrinam significationem commentus, hunc locum nobis eripere conatur: quasi non de mercede, quæ reddatur operanti: sed de quibusdam commodis, quæ gratis tribuantur, esset intelligenda promissio: qua in re summ ille suam prodit insipientiam. Nam in eodem libro, ubi egitur de mercede Iacobi tot laborum, quos per annos plus viginti exantlarat, usurpatur dictio τροπή; ad eum modum Exodi 2. filia Pharaonis soluturam se mercedem pollicetur hac voce, pro nutricione pueri: rufus Ionæ. et naulum hoc nomine significatur: vt sit nimis quam Bucerianum mendacium negare huius vocabuli significationem esse propriae mercedis, quomodo reddidit ipse Hieronymus; Septuaginta vero vocant illud præmium, quo indicatur aliquis ad seruendum seruitutem. Verum virginem aduersarij: Quæ possunt esse seruorum, & peccatorum merita: vel quæ præportio, specieque commutatricis iustitia inter nos, & vitam æternam? Nos autem ingenuè fatemur nos esse mancipia, naturaque peccatores: at ista disputatione filiorum Dei merita defendimus: quorum eti respurgantur nauis, & maculis opera: non ideo putent: mortem inferunt: cum superius dictum sit Leuitas, minus aliqui pro legis præscripto purificatos, quæsiusse nihilominus Deum ex toto corde. Nec obest nostris meritis, quod serui nihil non debeant suis dominis. Dictum est enim a Christo. *Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos.* Sunt igitur nunc filij: & vt serui dicantur: sunt liberti: debentes quidem ob gratiam mentem seruitutis officium: ipso tamen iure filiorum minimè. Quid si ergo Deus, pro incredibili sua bonitate, velit opera mea coronare, & censere non indigna, quibus æterna vita redatur: num oculus vester nequam est, quia ille tam bonus? Ne dicam clementissimum parentem fidem suam veluti nobis obstrinxisse: vt obscurantibus mandata reddere debet vitam, si nolit violati foederis causam dicere. Verum, si placet, seponamus aliquantis per gratuitam Dei præmissionem: non sit ille usquead eo φλανγων & humanus: quæratur operum, ac mercedis æqualitas: Christo (ni fallor) nullus adimet humanitatem, corpus, voluntatem, animam: nec inficiatur quisquam illum esse Deum, & hominem: & humanitatem nos redemisse.

redemisse adiutam priuilegio diuinitatis, huius per omnia obsequente, & adsentientem voluntati: nec fuisse violatum adseret diuinum opus vel incarnationis beneficio, vel confessione humanae voluntatis. Hæc omnia nullus (arbitror) negauerit hæreticus. Quid ergo aiunt scripturæ de hominibus? Nimirum Dei gratiam in illis non esse otiosam: sed omnia operari. Vbi sunt, qui negant liberum arbitrium, hominemque seruum pecus constituant, nec villam συνεργίας, seu comparationem admittunt? Constat sibi ipsi. Si gratia Dei operatur in me: quis non censembit opus esse diuinum, & quantouis præmio æquale? Nam summa felicitas condicta pro præmio est videre Deum, sicuti est. Si ergo Deū cum Deo compares: nullam videbis inæqualitatem. Quod si Christi humanitatis adsensus non impediuat opus diuinitatis, quid est incommodi, si dixerimus liberum arbitrium sua cōsensione maiestatem operis neutiquam violare? Ut omittam Christum in nobis operari, cui præmerendi potestatem nemo detraxerit; ex quo, velut ex capite, salutaris humor bonorum operum diffunditur in omnia membra. Vides, quotuplici ratione dignitas operum fulciatur, seu veritatis diuinæ oppignorationem, seu mirabilem cooperationem, seu viuiscum Christi succum per compages in corpus descendenter attēdas: Facest igitur inuidia, nec cessantibus vitam æternam obtrudi nugetur fallax hæreticus: sed gratam orthodoxyæ filiorum mentem excitet ad gratiarum actionem, quod ad nos veniens Dominus operetur in nobis: & nihilominus, cum venitur ad iudicium, perinde coronat suum militem: atque si solus laborasset. Supereest charitatis hostis ignorantia: cuius nomen vel delibasse fuerit, cum propter ea, quæ in declaranda catecheseos necessitate superius copiosè dicta sunt, tum quod res in medio posita tantum non inuulet in omnium oculos. Sic enim mortalium plurimos passim addicetos peccatis, terrenisque rebus, curisque noxiis distractos videre est, vt nullum tempus reliquum sibi faciant ediscendis, memorieque mandandis Dei, & Ecclesiae præceptis: quibus tamen ignoratis, non video quí valeat cuiusquam saluti satis esse consultum. Quinimodo plerosque deprehendas data opera Dei cognitionem, rerumque salutarium peritiam fastidire, contemnere, respuere: ne meliora docti vel peccata deferrere cogantur inuiti: vel non tam suauiter, mordente nimis conscientia, consuetis deliciis indormiant.

*Enarrat primi præcepti appendicem, simulque explicat difficultatem, quæ hinc sumitur, de punitione filiorum propter parentum peccata.*

Catechesis 65.

*Xplicatis postremis conuentibus primi præcepti forma, & sententia: declaratisque adiacentibus virtutibus, ac peccatis repugnantibus.*

bus: visum est nunc illam appendicem subiicere, quam Deus huic præcepto subtexuit, cùm vt pīj omnes intelligent, quæ sibi reposita sint præmia, si mandatum obseruent: tum vt norint præuaricatores, quid expectare debeant supplicij: præsertim cùm videam in maiorum nostrorum interpretationibus varietatem, & in distinctione, magnam hæræticorum nostri temporis peruersitatem: quorum absit vt impiam pietatem dissimulem: nec lupinum ingenium, vbi cunque locus postulare videbitur, quoad fieri poterit, manifestem. Constat autem appendix in editione vulgata his verbis: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum infilios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt precepta mea.* Hæc igitur nobis erunt obiter delibanda. Pro eo, quod Hieronymus Exod. 20. habet (fortem) Deutero. ca. 5. reponit (Deum) vtrōbique tamen legunt Hebræi n̄ El, & 70. 9. O:, quos imitatus est Ionathas. Aquila autem vertit ἀληθεῖαν, quem hoc loco secutus est Hieronymus: nos autem dictionem 70. retinebimus, Deumque dicemus non quemlibet affixum ad parietem, qui se mouere nequeat, aut Aësopicam trabeā: sed Deum fortē. *Zelotes*, vertit idem Hieronymus Deutero. 5. æmulatorem. Petita est metaphorā à furentibus maritis, quoties aliquid offertur vitij coniugib⁹. Itaque Deus volens maximam perturbationem indicare hoc nomen usurpat. *Ego (inquit) perinde furore corripior, cùm vos, gratissimæ mihi coniuges, quippiam mihi debiti cultus per haereses, infidelitatem, apostasiam, schisma, præsumptionem, desperationem, superstitionem desertis idolo: atque mariti deprehensi vxoribus in criminē.* Et quid, cedo, molitur in foedifragas sponsas hæc zelotypias. *Visitans* (alias recordans, & vltionem significat) iniquitatem: omnia peccata, quæ recensuimus primo præcepto repugnantia. *Eorum quis oderunt me.* Editio Caluiniana, ne per omnia Chaldaeis, Græcis, Hebreisque continearet, legit eorum, qui non recipiunt nomen meum. *Et faciens misericordiam in millia.* Sunt inter veteres Hebreos, qui ad spatiā temporum hæc referunt: sed ex antithesi liquet rectius de hominibus intelligi: vt dicitur in se Deus vindictam filijs, nepotibus, abnepotibus, propter auorum peccata: quemadmodum bonorum posteris in infinitum benè consilit, propter parentum religionem, ac pietatem. Sed modò hic triebimur Dei iustitiam, & misericordiam, de innoxīis posteris vltionem sumentis ob maiorum nequitiam? Nam ipse Hieronymus ne nouo exemplo questionem hanc mouere iudicemur, ad cap. 18. Ezechielis dicit se, quoties inciderit in hunc locum, passum esse occultum scandalum: donec ab Ezechiele diceretur, quarenṭe in persona Domini. *Quid est, quod inter vos parabolam virtutis in proverbiū istud in terra Israel dicentes, Patres comedenter vnam acerbam:*

*Quomodo Deus plœctit malorum posterios.*

*& dentes filiorum obtupescunt.* Hinc enim colligit Hieronymus Exodi, ac Deuteronomij verba esse parabolica; nec aliud velle, quā malorum filiorum malos filios priorum scelerum dare supplicia, quem sensum Iudei non adsecuti iactabant illud proverbiū. Et videtur Hieronymus istum suisse commentarium ex Ionatha paraphraſte; quem si nos quoque recipiamus, nulla supererit quæſtio: nec in his verbis quicquam ſuſpicabimur singulare. At verò legimus Cham peccasse: & eius nepotem Chanaam execrationem sustinuisse. Peccant Abimelech, & Pharaō: famuli puniuntur. Dauidis scelus filij partiuli morte vindicatur: Salomon fit idololatra: cogitürque filius dare poenas paternæ iniquitatis. Sie Achab, sic Ezecias non ſenſere flagella: ſed in nepotes dilata est punitio. In his ferè videmus non de malis filiis reproborum patrum: ſed de innoxiis reposci supplicia. Coēgit iſta quosdam difficultas, vt de temporariis poenis illum Domini sermonem interpretantur. Sed quomodo id quoque diuinam decebit misericordiam? Nempe (inquiunt) quia propria poena non dicunt, niſi ea, quæ commarentibus irrogantur, supplicia: & quæ iſti patiuntur in fontes, ad idipſa ſunt; & indifferētia, laclūntque, vel iuuant prout ſe gesserit, qui ea perpetuit. Lazarus enim pauper, vlcerosus, moribundusque cruciat⁹, nec eſt poena: ſed virtutis exercitium. Sic Iobus, Tobias, & alij non poenas, ſed virtutis habuere curricula, ſiquidem iuſti, sanctique fuere: ſin autem malis ea contingant, nec tum quidem illico poena ſunt habendæ, quæ ad resipiscentiam prouocant. Non eſt igitur crudelis, aut iniustus Deus, ſi Iobum aliquem diabolo permittat, Tobiam exerceat, Lazarum morbis, egestateque conficiat, partim vt prius ignotæ virtuti theatrum aperiat, partim vt ad altiora prouehat, partim vt deſcendant à parentum improbitate, ſicque ſaluentur. Sed reclamat Caluinus, æternamque damnationem huius visitationis nomine vult intelligi: quia nimis Deus sceleratae radicis stirpes gratia ſpoliat, quæ deſtitutos ſit neceſſe ruere in varia peccata: propter quæ non tantum huius temporis: ſed æternos adeant cruciatus. Quare quid crudelius, quid rationi, scripturisque repugnantius, dici valeat, equidem non video: cùm, utraque historia teste, filij impiissimorum ſepnumerò in viros euadant optimos: & contraria, paternam, uitamque virtutem filij degeneres pefſundent, atque extinguant. Daide, & Samuele quid sanctius, & incorruptius? uterque tamen habuit deterrimos filios? Saul autem pefſimus innocentes Ionatham, & Miphibotheth genuit; totaque ſerie patriarcharum, Christique genealogia licet huiusmodi vicissitudinem animaduertere. Quid igitur iniquius: quam pientissimum Iosam diuina gratia priuari; vt præcepis in crimina feratur, & pereat? Deserit Deus deserentem ſe, amantemque diligit: quia omnis dilectio meretur incrementum iustitiae. Quod si non respondeat in amore Dœus, fugiatque ſequentem: ceneſebit in iuſtus, qui iustitiae prämium non rependaſ. Si quis autem ſcripturarum poſcat authoritatē,

nil adferri potest apertius Ezechiele, apud quē loquitur Deus. *Vnu ego, dicit, Dominus Deus: si erit vobis ultra parabola hæc in prouerbiū in Israel. Ecce omnes anima mea sunt: ut anima patris, ita & anima filij mea est. Animā, qua peccauerit, ipsa morietur.* Et apud Ieremiam: *Vnusquisque in iniuitate sua morietur, omnis homo, qui comedērit unam acerbam, obstupescēt dentes eius.* Quis enim dicat Davidem, aut Samuelem propter malos filios, aut Iohatham propter impium parentem periisse? Vel, si quepiam talis inueniatur necessitas in reprobis: ostendatur, obsecro, sōbolem à progenitorum virtutibus degenerare non posse. Neutrū credo, quantumvis impudens Caluinus affirmabit: ac proptereà fatetur nō semper ita contingere. Itaque mysterium reprobationis explodetur, si quis vñquam non propter reprobationē, quæ est prima causa: sed propter antegressa parentum crimina damnetur. Seruandum igitur, quod initio diximus, Deum ista, quæ vulgò malā dicuntur, immittere: hunc affligere, & paralyſi affigere lectorialium commoda iubere frui valētudine: reliquos impia, cladibus, diuītiis, prosperitate, variaque rerum alea iactari sinere: quorum nihil per se malum est, si quis recte vtatur. Et in his omnibus (vt ad nostræ appendicis verba reuertamur) non potuit Deus bonos filios, quibus nihil inde oritur detrimenti: sed malos ipsos parentes, qui, dum lex Mosis ferretur, prolixius viuebant ad tertiam, & quartam vñque generationem, q̄r̄isque cernebant oculis nepotum misericordias. Non enim hæc verba pertinent ad nouum testamentum: quamuis id velit Caluinus. Id si cuiquam videatur paradoxum: scripturæ non deerunt argumenta. Ac primū Ezechielis. 18. cūm futuri temporis forma dicit: *Si erit ultra vobis in prouerbiū*: futurum aliud proculdubio testamentū portendebat. Vis huius rei probationem: Inspice medium caput. 31. Ieremiæ. *In diebus illis non dicent ultra, patres comedērunt unam acerbam: & paulò mox: Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domini Israēl, & domini Iuda pactum novum &c.* quæ sunt apertissima christianæ gratiæ vaticinia. Nam præcesserat mulierem circundaturam virū, quod ad conceptum deiparæ pertinet, Paulusque de gratiæ promissione interpretatur. Itaque Ieremias, & Ezechiel ostendunt illa cessatura cum veteri testamento, & vnumquemque deinceps proprias daturum pœnas, ac pro suis ornandum esse virtutibus. Olim vero Deus prænuntiabat Israélitas, si non fungerentur frugi mancipiorum officios, puniēdos in tertiam, & quartam generationem: & aliunde præmio inuitabat felicissimæ posteritatis, cui nil deforet eorum, quæ ab hominibus numerantur inter huius vitæ præcipua cōmōda. Quid igitur (inquiet aliquis) si prius illud sit abrogatum: desit missa bonis felicitas? Minime. Nec enim vñquam hoc dicitur: imò contrā pietas magnus est Christianis quæstus, habens præsentis, futuræque vitæ promissionem. Nam saepè datur in hac vita centuplum: ac postmodum in cœlis summi boni perfecta tribuetur fruitio.

Ierem. 31.

Heb. 8. &  
10.

Secun

## Secundum Præceptum.

## Catechesis 66.

**A**m ad secundum præceptum properemus, quod nō absque maxima ratione diuina sapientia secūda statione collocauit. Nam primo fides, seu fidelitas, quā debemus Deo, ne cultum illius alteri tribuamus, imperata est: istud aget de reuerentia Deo præstanta, rebusque diuinis. In illo egimus de præcepto opere: hīc de cultu, qui ore tenus exhibetur. Ibi de ipsius diuinitatis vnitate (vt sic loquar) hīc de eiusdem veritate disputabitur. Et quemadmodum vnamquaque rem sequitur nomen, vt vmbra corporis: cīcīcō subiunctum est istud præcedēti, vt docet Philo Alabarches in expositione decalogi. Nec minor est huius vtilitas etiā nobis in fide institutis: cūm illud ipsam credulitatem: istud autem vitā, ac mores instituat. Itaque mirum non est: si diabolus partim par Anabaptistas secundum hoc præceptum eludere, deprauare, torquere, per malos Christianos illius veritatem sepelire conetur. Et iccīcō, si vñquam aliās, dociles hīc esse debemus: maximè ob rei difficultatem. Nam, quos hic reiiciam, multos video: quos autem sequar, non inuenio. Quod vt nostris persuadeatur catechumenis: videant mecum (obsecro) varietatē interpretum. Primus ergo prodeat Chaldæus paraphrastes Ionatha, qui præceptū istud incūtāter de iureuando interpretatur, quasi dictū esset: *Non iurabis frustrā per nomen Dei tui.* Hunc Philo certioris antiquitatis, cum in expositione decalogi: tum priore libro de speciatim latis legibus intrepide sequitur, aitque vetari per iurum. Iosephus antiquit. lib. 3. c. 4. cūm dixisset fas non esse ipsum prodere decalogum, proponit sententiam: dicítque vetari, ne ob rem malam, aut inhonestam iuret aliquis: & in has sententias recentiores omnes Hebræi concedunt. Græci veteres partim id ipsum, partim alia dicunt. Clemens Alexand. 6. strōm. dicit sibi videri præceptum ne diuinitatis titulos falsis diis tribuamus. Procopius ad Exod. est ambiguus: & vel (inquit) prohibetur per iurum: vel Dei nomē tribui creatis rebus. Theodoretus in Eclogis quæst. 41. ad Exod. putat interdicī ne usurpemus Dei nomen alibi, quām in precibus, in fidei institutione, & in causis grauissimis. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum c. 12. sequitur Hebræorum expositionem. Scholastici vero non dubitant constanter affirmare prohiberi falsum iuramentum: & hos vulgus catechistarum sequitur. Sed ipsum præceptum aggrediamur. *Norū adsumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Nec enim habebit insontem secundū præceptum. *Dominus eum, qui adsumperit nomen Domini sui frustrā.* Hoc loco Hieronymus hebraismum reddidit *נַעֲמָן* lo thissa, id est, *Non a sumes,* sinea, non usurabis: quem latinæ consuetudini restituere licet: ne adsumas: nec enim quicquam futurum indicatur. Verūmne tum quidem satis intelligere se dicet catechumenus. Age, legitur psalm. 15. *Non congregabo consueticula eorum de sanguinibus: nec memor ero, vel recordabor*

C 3 bor

bor (*υνοθεῖ* habent Septuaginta) *nominum eorum per labia mea*. Si autem adeas Hebraeos: videbis idem verbum, nempe *וְנִשְׁתַּחֲווּ בְּבָשָׂר-בָּשָׂר* bal-  
eſſa schemotham. Porro Septuag: Exod. 20. & Deutero. 5. idem hoc ver-  
*quid assume-*  
*re.*

*Nomen Dei  
hec loco quid  
sit.*

Matt. 14. de eo, quod tetragrammaton vocant: verūmetiam de generali vocabulo Dei, quod rebus creatis deferri non debet: dimitaxat si significetur, quod dicitur Deus. Ego tamen optarim religionis verè studiosos accuratiū attendere, num sit hoc nomen tam angustè accipiendum. Certè, vt dem sapientibus occasionem, ipsa lex vocatur in scripturis Dei nomen. Nam vbi dicit Isaías 42. *בְּתֵהֶרֶת*, bethoratho, id est, in lege eius: Septuaginta, & post eos Matthæus, dixerunt. Et in nomine eius, sic nimirū vniuersam Dei legem appellantes. Quid igitur, si dicamus nomen Dei significare legēm, ac testamentum eius, quod periniquè ferebat à peccatoribus usurpari? Quod quidem ad me attinet, summoperè placeret commentarius, qui totam verbi Dei religionem, seu scriptam, seu per manus à Patribus traditam, interpretaretur: vt nulla parte descripturis, aut re quauis ad Deum pertinente laudamus. *In vanum* *κιν* scau, mendacium significat, temerè, frustrè, sine causa, & consilio. Ea propter Hieronymus imitatus (ni fallor) Iona-  
*quid in vanū  
iurare.*

Exod. 20. posset imponere: reddidit semel *frustrā*: & mox *super re vana*. Septua-  
Deute. 5. ginta verò interpretes constantissimè verterunt *בְּתֵהֶרֶת*, id est, su-  
per vanum, aut vanitatem. Itaque fretus istorum, ac Philonis autho-  
ritate interpretor, *In vanum*, sine necessitate, & graui causa, seu falsō, seu verè id fiat. Nam de falsitate mox audituri sumus singulare præceptum: nec in tam angustis tabellis esse repetitioni locum arbitror. Hæc  
*summa præ-  
cipi secundi.*

igitur est meo iudicio summa: Exhibebis Deo reverentiam: habebis-  
que illum, omnem eius religionem, cunctaque diuina in honore maxi-  
mo. Neque enim hic tantum est interdictum: sed præceptum aiens,  
in negante clauditur. Ergo non tantum non est leui de causa prodeun-  
dum ad iuramentum, & diuini nominis usurpationem: sed contrà, id  
agendum est, vbi necessitas cogat, cum summa veneratione: vt in-  
ito præcepto spectetur iuramentum quatenus ad numinis honorem  
pertinet

pertinet (spectat enim id ad latrām) qua autem parte fratum læ-  
tionem respicit, alio mox præcepto verbabitur. Iam porro dictum est  
Dei nomen id vniuersum complecti, quod de Deo habemus: ne quic-  
quam rerum omnium ad religionem pertinentium irreligiosè tracte-  
mus. Quid ita? *Nec enim habebit in sōntem Dominus eum, qui assumpserit  
nomen Domini Dei sui fruſtrā*. Obſeruandum est quemadmodū præ-  
ter primum, tertiumq̄ de parentum honore præceptum, nullum ha-  
bet præmij conditionem annexam: ita nulli propriam veluti mulctam  
esse appositam, præter istud, quod est in manibus: vt si minùs amor  
persuadeat: metus extorqueat officium: cū usqueadē grauiter ul-  
tum iiri cernamus diuino nomini factam iniuriam. Nec Septuaginta  
ſuspicioſ ſine cauſa uiripaffe verbum *μὴ καθαγίσται*, quaſi dicas, non  
expiabit, non expurgabit illud facinus: ſed vel in hoc, vel in futuro  
poenias infliget.

*De peccatis, quæ contra secundum præceptum committuntur,  
acriter differit, errorem Anabaptistarum hac in parte  
refutat, & quibus consideratis ſive per Deum,  
ſive per creatureſ iurare liceat, offendit.*

### Catechesis 67.



X iis paucis, quæ de secundi præcepti sententia ſupe-  
riori concione diſeruimus, licet colligere quot mo-  
dis, & quām grauiter à plenisque omnibus peccetur in  
iſtud præceptum, qui nullum videntur hīc tenere mo-  
dum: ſed vel in dextram, vel in ſinistram prolabantur.  
Putant enim quidam nunquam iurandum: alij, vbiue, & in rebus  
leuifimis, & falſifimis, iuramentum adhibent: alij pro ostenta-  
tione, & ſymbolo generofitatis uſurpant. Quapropter non tantum  
iſtud uicus premendum eſt; ſed exurendum diuini verbi cauterio.  
Licet autem Patres hīc iuramenti ſacratiōis mentionem potifimū  
faciant, itaque ab illo videatur exordiendum: tamen quia illud eſt  
veluti fastigium: congruentius me facturum existimo, ſi ab iis, quæ  
in ſpeciem minima iudicantur: cū reuerā exiſtant grauiffima, pro-  
cedamus. Diximus enim non tantum temerariam diuini nominis  
uſurpationem hīc prohiberi: verū etiam abuſum rerum ſacrarum, &  
maximiſ ſanctorum oraculorū, quæ primū ſumentur in manus. Ero  
tamen parcior hac in parte: quia nuper Tridentini Patres huic morbo  
præscripſere ſaluberrima remedia, quorum ſi quicquam ſit adiuen-  
dum decretis: velim diligenter catechumenos expendere, quid ſit ver-  
bum Dei ſive ſcriptum, ſive in creditum cordibus à Spiritu impref-  
ſum. Nec enim propriè verbum Dei eſt mortua littera: ſed quod ab ipſo

Sess. 4.  
extra.  
*Verbum Dei  
ſive ſcriptum,  
ſive traditum  
quid ſit, quan-  
tique revere-  
tione haben-  
dam.*

omnium authore patre profectum, & ex bona parte animatum à filio, & à spiritu sancto consecratum, nobisque datum pro singulari beneficio. Nam si iactabat Moses suas umbras: si reliquis nationibus hec nomine prastabant Israëlitæ, quod diuina illis iudicia manifestata erant: quid ni Christiani tantum priuilegium prædicent? Si rudibus, & idiotis sacras imagines ab Ecclesia librorum loco propositas licet, inè neceſſe est venerari: quid ni, cum Nicæni posterioris concilij Patribus, ipsas met scripturas magna religione suspicimus, colimus, adoramus? Hieronymus noster ad Vigilatium dicit per totum orbem obtinuisse: vt, cùm Euangelia legerentur, accederentur tæda, suffitus fieret, assurget omnes, starentque venerabidi: quod etiam in nostris ecclesiis maximo iure seruari gaudemus: quia saltem, quantum honoris, ac reuerentiæ sacræ literis debeat, ex illius priscae religionis vestigiis ostenditur. Si Iudaica superstitione etiam nunc tantoper sua biblia veneratur, vt, quoties in terram casu decidunt, suam protrahi longius captiuitatem existimet, eaque de causa tandem mundum euertendum: quam sumus impii, qui non modò libros dishonestis locis habemus: sed ipsos sermones ore fœdissimo conspurcamus, & eructamus, ac si essemus ecclestes quidam hypophetae? Non libet nunc de mei similibus sacratis hominibus agere, qui quotidie male demurmuramus ipsas preces, vel perperam in ecclesiis lectitamus, corrumptimusque scripturas: sed de iis, qui ad sua scelerata in symposiis, popinis, ganeis, inter aleam, vel tesseras ad sales, risusque (si Christo placet) usurpant ter sceleratissimi. His accensere possemus illos omnes, qui in aulis, curribus, nauigiiis impurant verbū Dei. Et siquidem illud fieret decoro philosophico, mereretur aliquam excusationem: at nunc quis ferat indoctissimos, vix fandi, legendique peritus, sine villa humilitate, sine præceptoribus, aut ad Deum precibus, magnō typho hic prorumpere? Scilicet, quia pescatoriam, aut futoriam exercet: idē sibi promittūt Spiritum sanctum. Aliiquid esset, si ista fierent studio discenda, vel defendenda veritatis: nunc autem vel odio religionis, vel cæteroru cōtemptu: vel vt antiquatae opiniones defendātur, ad lucrum, ambitionemque geruntur licentia facie cum iniuria diuini nominis, imò ipsius Dei, in quem proculdubi redundat sermonis eius cōtumelia. Quod autē de verbo Dei haçtenus dicimus: de ipsa quoq; velim acceptū esse traditione. Olim quid Balthasar factū sit sacræ suppelletilis prophanatori, norūt omnes. Et in tyrannoru grassatione tradidores vocabantur, & à communione repellebantur, qui suppliciorū metu sacra vasa, libros, vestes, ac similia prodidissent infidelibus. Quod sā Cæcilianus, & alij eāobrem causam dicere coacti sunt apud catholicos: quid fieri vel istis grassatoribus, à quibus nihil sacrū, intactumve permāsit: vel collusoribus, qui sacros libros, pallia, calices, sanctissimāsq; diuorū reliquias in manus istorū perduelliū tradidere? Quid reliqui: qui talia, cùm impedire possent: permiserunt? anno Cæcilianis tantò deteriores, quātò minùs, quam illi, periclitabātur. Sed ista sunt alteri loci. Nūc de usurpatione

Quām fre-  
quēt, & quā-  
ta verbi Dei  
prophanatio  
nostra etat.

Pena sacro-  
rū violatori.

tione diuini nominis, seu proprij, quod est grauissimum, se communis: Ac primū delibandum illud, quod à Philone proditur: homines liberaliter institutos olim non sustinuisse cuiusquam boni, spectatique viri nomen in loco parum honesto proferri: quod si ita sit: quam sunt Iudeis peiores Christiani, qui nusquam non Dei sanctissimum nomen ingeminent. In ipso autem iure iurando tantam video quorundā ignorantiam, vt, ad tertium quodq; verbum iurent. Qua de re quid magis improbum cogitari queat, non video, cùm in honoris hominum quandam virtuti detulerint: & Ägyptij capitale duxerint refas, regis sui nomen absque honoris significatione proferre. Si enim ethnici suis id regibus, & hominibus miséris putariunt esse tribuendum: quid nos Christianos æquum est facere in hac parte religionis, non ignaros Dei nomen ipsum Dcū? Quid autē de pseudochristianis dicam, qui, dum vitant stulti vitii, istud in contraria currunt, & assidue Ioues, Saturnos, Mineruas, Apollines, ac reliquam dæmonum crepant familiam: cùm Dominus externos Deos vetuerit nostris adhiberi iuramentis, regiūisque propheta nullam eorum in quotidiano colloquio mentionem facturum se, imò nec recordatūrum vñquam dixerit? Itaque gemino scelere se contaminant isti, cùm propter honorem Dei delatum idolis: tum quia temerè, frustraque iurant. Hac autem pernicioſissimam temerè iurantium consuetudinē qui secum expenderit, non mirabitur Christū vsqueadē seuerè prohibuisse iuramentum: & postea Chrifostomum, alijsque plurimos idipsum tam acriter insectatos, vt, quæ cuiusque temporibus inuulnerat, iurandi assiduitatem cōpiscerent. Id enim indocti quidā non animaduertentes putarunt & Christum ipsum, & sanctissimos patres erroris Anabaptistici esse patronos, & omne iuramentum orbe Christiano prorsus explosum voluisse: qua de re non intēpestiu fuerit nostros catechumenos non-nihil instruere. Licet igitur Christus ita loquatur, & patrū vetustissimorum plurimi, ne è profiliamus temerè, sine villa proximorum utilitate, veritatisque suffragio: quemadmodū ipse Philo Iudeus, non Iudeice: sed reuera Christiane pronuntiat (hunc enim Zonaras inter Christianos collocat) nemo tamen inducere debet in animum prorsus nefarium esse iuramentum, si dūntaxat suis coloribus exornetur. Nam, vt versiculum psalmi 14. non attigam, quem forsitan haud male quis huc protulerit: Apostolus domini sui voluntatis probè conscius iurauit frequentissime. *Tejus est mihi Deus*, inquit multis in locis, quod aliud nil est, Augustino teste, quam iurare per Deum. Alibi *test. m (ait) in uoco Deum in animum meum*, vbi non est quodlibet iuramentum: sed quod vocamus execratorum, quasi dicat: *Si res secūs se habet, quam affirmo: perdat me Deus*. Quæ sane conditio est homine Christiano dignissima, quoties vel fides periclitatur, vel alioqui grauissimæ cause id exigunt. Est etiam in prioribus ad Corinth. litteris disertior: tamētū latinus interpres iurisfundi formam obscurarit. *Quod vidu (inquit) in rior prepter vestram gloriam fratres, vñ tūp vñq; lega pñxñtñp: quam formulam sūt rēgaps.*

*De usurpatio  
ne nominis  
Dei.*

Dupliciter  
peccant, qui  
per falsos  
Deos iurant.

Matth 5.  
Er. or Anaba  
ptistarum de  
iuramento.

Rom. 1:  
Philip. 1.  
2. Corint. 1.

Cap. 15.

Alia exmpla.  
ria legunt.

Augustinus, qui alia fortè usus est editione, rectissimè intellexit. Ea tamen apud Syros, paulò aliter ordinata lectione, magis appareret. *Iuro ego per(sue in) gloriam vestram fratres, quæ est mihi in Domino nostro Iesu Christo: quotidie morior.* *לְמִתְהָרֵב אֶת־אַיָּשׁוֹת לְמִתְהָרֵב אֶת־אַיָּשׁוֹת* Iome anno beschoubhor-coun. Et si, post tam apertam apostolici iuramenti paraphrasim, Patres quoque libet audire: vñus pro mille D. Basilius ad psalmum 14. dicit apertissimā sententiam. Enarrans enim illud: *Qui iurat proximo suo, & non decipit: hic (inquit) iuramentum homini perfecto quandoque concedere videtur: quod in Euangelio omnino prohibetur. Quid igitur dicimus? Quod ubique Dominus tam in veteri, quam in noua lege eandem habet preceptionis considerationem. Cupiens enim peccatorum affectibus occurrere, ac diligencia præuenire, & à primis initijs iniquitatem extinguere, &c. & post pauca: Sic hoc loco propheta quidem videtur adsentiri iuramento: Dominus autem, omnem periurij occasionem auferre, ac iurantium periculis occurtere velens, iuramentum omnino tollit.* Ergo facessat Anabaptistarum supersticio: quamvis illa miraculo esse consueverit, quod hominibus tam impiis ducatur nefas vel seruatoris nomen enuntiare: qua in parte fortassis liceret illos non illaudabiter imitari, si Christiani salis non nihil admiseretur. Non enim debet Christianus uestigio ad iurandum prouolare: sed tergiuersari, dispicere omnia, rimam, qua elabatur, inuestigare: & si aliud nihil occurat suffugij, si coegerit eò tandem necessitas: faltem honorem vultu præferre, doctos adire, consilium capere, rei naturam, sinus, ac recessus omnes perscrutari, vt de illius veritate certissimè constet. Adhac adsit oportet iustitia, ne proferatur iuramentum inutile, malum, in honestum: sed quod publicè, vel priuatim commodet. Denique locus, tempisque diligenter in consilium adhibenda: ne vel bonum (vt Augustini verbis utrū) absque consideratione, ac temerè fiat. Cùm igitur hæc ita se habeant: simus cordatè religiosi: nec ita præposteri, indoctique diuini nominis cultores euadamus, vt alteram honoris partem illi detrahamus. Sed nec illos imitemur, qui sic repugnant hæreticis, vt ipsimet non procul absint ab hæresi: ducentes piaculum, si creatura deducatur in iusurandum: cùm usu Christiano vel Euangelia, vel inter iurandum usurpemus. Proinde sic interpretantur illud Christi: *Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per celum, neque per terram, &c. quasi hoc ibi agat, ne creaturis abutamur pro Dijs, & veluti creatoris (quod nefas est) constituamus. Cæterum, tametsi non ignorrem damnari Iudeos, quod iurarent in Baalim, falsosque Deos, quæ est insignis blasphemia: iis tamen haud adserior, qui Christum aiunt Iudeorum stultitiam arguere, quasi per creaturas factum iuramentum nulla religione crediderint hominem adstringere: vt ex Seruato toris disputatione liquet: Stulti, & caci: quid enim maius est, aurum, et iurare per an templum, &c. Ex quibus colligitur Christum æquè prohibere creaturem. iurare per creaturas: atque per Dei nomen, si vel temerè sis iuratus, vel peie*

*que iuratio  
fini confide  
randa.*

*Matth. 5.*

*Matth. 23.  
Quatenus li  
cer iurare per  
creatura*

vel peieraturus: quamvis nolim quenquam inducere in animum iurandum esse per meras, seorsimque consideratas creaturas, in quibus est semper spectandus earum creator: vt sit hæc interdicti Christiani sententia: *Nolo vos frustra, ac temerè iurare per ullam creaturam.* Sed unde ista probamus? De ecclesiastica iurandi per sacra Euangelia consuetudine nihil dicam. Est locus insignis apud Philonem enarrantem istud *præceptum.* Posteaquam enim prolixè dehortatus est ab usurpatione nominis diuini: *Satus est (inquit) rerum creatarum nomina, si res patitur, producere: non tamen, absque numinis reverentia:* & inducit Iacobum patriarcham percutientem foedus cum Labano, ac deierantem per timorem patris sui. Nec ignoro Latinorum summos cum Io-natha timorem Deum ipsum interpretari: attamen non possum non habere fidem doctissimo, diligissimōque Philoni, qui diserte tradit ita locutum Iacobum: vt disceret posteritas parentum, amicorumque nominibus vti, diuinatissime nomenclationi parcere. Quod si cui videatur istud nimis Iudaicum: esto, discedam, modò constet nostris catechumenis ex iis, quæ superius dicta sunt, Paulum iurare per gloriam Corinthiorum.

*De periurio, iuramenti speciebus, & fidei, seu iuramenti liberatione.*

### Catechesis 68.

 Iuramento, quod nuper tractabamus, ad periurium descendemus: & quanta sit illius foeditas, Deo iuante, sumus hac homilia demonstraturi. Quod quidem poterat fieri prolixius: verum, vt tantum rationum, argumentorumque vobis commonstrem semina, & antiquitatis ad-  
*nde periurij  
foeditatem col  
ligereliceat.*  
hibeam commendationem, Philonem tantisper imitabor. Is igitur iubet hominem, qui vitium istud velit execrari, inspicere iurantis animum, non solum designato iam scelere: sed etiam tum, quandò accedit ad peierandum. Videbit enim tantam ibi pugnam, tumultum, timorem, damnationem, horrorem: vt maius nequeat excogitari supplicium. Quod si contingat perfici tantum sacrilegium: tum adest illicò accusatrix conscientia, & infesta Nemesis, quæ miserrimis infelicem animum excarnificat modis. Quod si statim de pœnitentia cogitet: recipitur quidem à Deo, qui neminem excludit à venia: sin secus, incrudescit singulis momentis flagellum: nec patitur quietem agere, donec adigat ad desperationem. Vult præterea Philo spectari à nobis quisnam sit, cuius nomen ad tantum facinus usurpati simus: & per quem peieraturi, nimirum iudex omnipotens, Deus excedens omnem captum mentis, & intellectus. Huic igitur aedes dicere, sacrilege, quod patri, vel fratri, vel amico, vel cuiquam viro bono non auderes. Si enim horum quolibet in causa tua horteris ad periurium: nónne illud.

D 2. velut

velut ictus à serpente refugiet? At non exhorrescis, cùm à Deo omnium severissimo iudice postulas, vt adsit, tuumque sua authoritate mendacium confirmet? Quid summam veritatem, falsitatis vltorem acceritum Deum dicturum, facturumve putas in tanta contumelia? Atqui homo, quisquis est, malus est; peccare saltem potest: Deus autem est iustitia, virtus, sanctimonia, laus, & honestas ipsa: & tu impia perueritate fretus, dicas illi, veni; non habeo alium idoneum testem, quo meas imposturas, fraudesque colorare valeam; descendere de cœlo, adesto mihi, vt innocentiam opprimas, extinguis iustitiam. Adde omnem hominem, qui iuret, ac peieret, oppignerare suum caput iudici Deo: vt pereat, si fallat. Qui igitur periuirus est, petit, iureurandoque obtestatur Deum, vt se perdat: ne dicam quid interdum dolo malo agere videatur. Forte enim non credit Deum esse, vel, quod geritur, non intelligere putat. Vtrumcunque sit; impius est, agitque dolosè cum proximo, quisquis huiuscmodi religionem fingit; iuratumque per numen, quod necne sit, aut iurantem exaudiat, nil moratur, modo proximum circumueniat. Si autem credit Deum, quem testem adhibet suo periuorio, vindicaturum olim flagitium: tanto est iniquior, qui prudens peccet, nec abstineat à prophanatione tanti nominis. Iam, quoniam hac in re sunt formulæ.

*De iuramenti species.* multi laquei, & abusus: non nihil est de iuramenti formulæ dicendum,

*Prima iura-* vt tutius iurent pij, & periculum effugiant. Primum igitur vulgo periuiriū, aut iuramentum dicitur, cùm sit mera blasphemia, qua rebus nusquam existentibus diuinum honorem tribuimus iurantes per Iouem, Martem, aut Apollinem. Huc pertinent variæ formulæ, quæ in certis regionibus usurpantur: vt, apud nostrates, hoc est tam verum, quam Deus est. Quid enim? Nos miseri mutamur in horas: sumus incogitantes, imprudentes, cæci: sèpè fallimur, etiam in iis, quæ sunt in manibus: & audemus Dei veritatem in comparationem deducere? Olim Chrysostomus Seuerianum Gabalensem Episcopum excommunicauit: quia simile quid fuerat elocutus, nempe: si Serpion Christianus diem suum obvierit: Christus non est factus homo. Quid tu sis? (inquietab Chrysostomus) hoc fidei caput est verissimum, ac certissimum: id vero, quod dicis, potest esse falso: atque ita tantam veritatem ipse tibi tribuis, cùm sis mendax; quanta est in Deo ipsa veritate. Est adsertorium præterea iuramentum, quo vel præfens, vel futurum aliquid adstruitur: vt, iuro per Deum, rem illam sic faciam: vbi si adsit animus, intentioque iurandi: si mendacium, & petiurum erit. Et huiusmodi vix à quoquam extorquet potest, seu veium, seu falso: absque peccato veniali, maximè in rebus priuatis: nam in publica causa nonnunquam est diuersa ratio. Cæterum si falso iures: non illid mortiferum censebitur, si lapsu linguae contigerit; si defuerit mentis attentio: si mox animaduertentem poeniteat. Tantum est ibi peccati, quantum temeritatis, ac irreuerentie; siquidem animaduerti potuerit: quod si non fuerit mente obseruatum; vel nullum, vel minum erit

tum erit peccatum. Et haec tenus de adsertorio iuramento. Nunc agendum de eo iuramenti genere, quo adhibito sacramento aliiquid promittimus: cuius disputatio non solum moribus, & vitæ communi: sed etiam plurimis scripturarum locis utilis erit ad genuinam interpretationem. Et in primis, quæ alibi de forma, & materia diximus, hic tenenda sunt: sintne verba idonea iuramento, & simul conspiret animus. Ut enim interdum verba non desint: & homo aliiquid effutiat, mox dictorum ignarus: erit tantum imprudentia, tanto culpabilior, quanto maior est oscitantia. Deinde, vt neutrum defuerit: considerandum est, an intendat homo ludificare proximum: an verò se illi obligare. Nam vbi verba quidem proferuntur: nec tamen sit animus dicere verum: censetur graue piaculum, propter iniuriam numini factam, quod ad aliud nihil fuerat deuocandum: nisi quod certò velis addicere, & præstare: non est tamen iuramentum. Sed fac istud quoque non defuisse. Videntur est præterea, quænam res versatur in iuramento. Nam vbi facienda, nefaria, pernicioſa fuerit: etiam si nonnunquam iuramenti, periuiriique ea promissio nomen accipiat: reuerà tamen nihil est simile. Nec enim illud à Deo suscipitur. Bis tamen hac in re peccatur, tum propter diuinam iniuriam, qua deuocatur Deus ad id suo calculo stabilendum, à quo penitus abhorret illius natura: deinde quia licet non sis patraturus: tamen consensum tuum declaras in rem nefariam, & animo eo te esse ostendis. Alij sunt, qui à mortalibus abstinent: leuiora non perinde curant effugere: vt si quis vocatus ad conuiuum apud amicum, iuret se manducaturum, ac poturum, quantum potuerit. Hoc iuramentum, de re veniali, putant quidam esse veniale: mihi videtur inter mortifera ponendum: quia diuina maiestas afficit illa ignominia. Nec aliter iudicandum arbitror, vbi quis rem indifferentem promittat, & iuret: vt putat se non descensurum; nisi saltu, vel præcipitio. Quæ enim esset causa iurandi, cuive id prodesset? Iccircò talia non obligant: licet eadem insit æquè grauiter damnanda temeritas. Attamen hic est obseruandum, an sint res simpliciter indifferentes: an aliquo euentu, ac ratione illam exuerint (vt sic dicam) indifferentiam: vtputa, si in aliqua platea habitet hostis meus: & ego (cùm transire plateam per se sit indifferentis) iurem illac me nonnunquam transiturum. Hæc igitur in promissorio sunt consideranda, quod, vbi exigitur, sic est instituendum, vt non quomodolibet: sed secundum exigentis intentionem promittamus. Nam si aliud petat ille: tu aliud mente verses in iurando: fallis, ac dolo malo agis. Nec illud prætereundum est discrimen huius, & adsertorij iuramenti. Illud enim, vt diximus, qui extorquet: semper peccat, saltem leuiter (præterquam in iudiciis, ac foro) hoc autem licet exigere, quia agitur de rebus futuris: quemadmodum Abrahamus ab Eliezer. Et hæc quidem in præstando iuramento. Nunc de promissionis fide liberanda. De qua in yniuersum statuendum est, omne promissorium iuramentum rei præstationem exigere: alioqui fo-

Genes. 24.  
De promissio  
nis fide libe-  
randa.

*Digno, & quibus de cau-  
si non si pre-  
fandum iu-  
ramentum.  
4. Reg. 6.*

re perjurium, siquidem adfuerint forma, & materia. Alias ubi peccatum habet promissio, seu graue, seu minutum; nihil est; pietas est rescindere. Certum est enim Deum nolle se testē adhiberi rebus vel malis, vel nullius momenti. Nec enim rex Israēl, occisurum se Elisaeum cūm interpolato iureiurando denuntiasse, debuit voto facere satis. Adhac euentus vel inopinatus, vel etiam antē praeuisus tollit obligationem; idque dupli modo. Herodes videt Salomonem (sic enim vocat Iosephus) saltantem: placet illi eius obscenitas; pollicetur quicquid libertatis postulat illa caput Baptista. Quid agendum? Impius propter iuriaturandum, & coniuicuas liberat fidem, sēque dupli scelere ligat, Deumque sibi reddit prorsus inexorabilem. Fuerat igitur rescindendum. Ad hunc modum, si sit apertum discriminē: non erit praestandum. Quis enim adēt infanit: vt insano gladium reposcenti, quem sanus apud me deposuerat, & ego me redditurum iuraueram, dicat reddi oportere? Idem agendum, quoties res promissa maius bonum impedit: vt si quis virginem sponsam ducturum iurari: ac posteā cupiat virginitatis decus Deo consecrare: potest intrepidē, quod melius, prosequi. Sed & modus nonnunquam excusat peccatum. Quidam inciūlter ciuiles interdum iurant se non clausuros dextrum latus, vel priores non ingressuros: nihilominus tamen vieti posteā faciunt utrumque: quis in talibus ineptis dicat esse perjurium? Licet enim interpretari, quantum in illis est, & ad eorum ambitionem pertinet. Satius tamen est non iurare. Nam, etiamsi non male omittetur, quod ineptē iuramento confirmatum videbatur: nō deest vitium temeritatis. Adde, si quis ad promittendum puellæ matrimonium coactus quondam fuisset (nec enim res ea nunc est in consuetudine, sublati clandestinis matrimonii) cūm in matrimonio requiratur libertas: nullum est vinculum. Et ubique metus adfuit, qui caderet in virum constantem: nullum est periculū periurij. Postremō soluitur necessitas iurisurandi, quando is, cui data est fides, remittit. Priusquam hunc sermonem claudamus: transeamus ad id, quod comminatorium dicūt, quandō interposita religione iurisurādi minamus alicui nos aliquid mali facturos. Hic autem in primis caueat, qui vult peccatum effugere, ne quicquam tētet animo mendaci, ne se fingat iurare, & animum iniuratum seruet. Si tamen ex mala causa oriatur: rescissum erit; licet res videatur plena periculi. Sed si pater, dominus, praeceptor iuret se famulo, discipulo, filiove quid facturum: tum diligenter explorāndum, num id, quod verfatur in iuramento, sit necessarium, nēcne, sitne melius rebus mutatis mutare sententiam. Quod si omnino praestandum sit; præstetur: si satius erit parcere: & illud fiat. Si enim secutura sit publica, vel priuata utilitas: praestandum est intrepide, quod exigit iustitia: si minus, utilius est misereri: nec iuramenti religionem verearis. Huius rei pulcherrimum edidit exemplum ipse David, qui, iratus cūm iurasset se occisurum Nabal, placatus Abigail oratione blandissima pepercit. Adhac spectare debet, qui sit rerum status, qualisque fuerit, cūm iuraret. Si quis enim filium dicto non obedientem

obedientem iuret arcendum hæreditate: & posteā frugi factum, correctumque recipiat in gratiam: non est quod metuat sacramenti religionem. Postremō, vt rem laciniosam in nodum contraham, obseruandum est poenas omnes habere rationem medelæ violentæ: nemo autem tam esse debet insanus, osorque sui: vt iis vtatur præter necessitatem. Si quis enim, etiam iuratus, videat nulli profuturam suam securitatem: non est cur eō descendat: nec metuere debet illud iuramentum, ex cuius præstatione nulla secutura sit utilitas.

*De Voto.*

## Catechesis 69.

 Rdo rerum, & affinitas, ad voti tractationem nos inuitat, quod est latræ pars non postrema, quemadmodū ad Dei cultum refertur quodlibet legitimè factum iuramentum: adēt vt, propter hanc voti, iurisque iurandi cognitionem, frequenter in scripturis vicissim nomina communent. Ne quis verò disputationem istam inutilē fore iudicet: cūm in tota theologia, si meam quis moretur sententiam, non temere sit reperturus, quod cum voti tractatione, utilitate certet: circumagant oculos nostri catechumeni, & caliginem, quæ christianum vulgus inuoluit, aspirant. Vide eēt enim passim, qui in omni periculo, & metu voulendū sibi putant: alij, sicubi mœror aut ægritudo contingat, votis innescunt *voto utilissimis* seipso: quibus dari venia facilius posset: si inter voulendū non frequentissimè vel ignotas, & sibi nequaquam exploratas res, & Deo prorsus aduersas usurparent. Alij tolerabiliores nil aliud, quam ludunt *pter rarios abusus*. voulendo: ac se nigrā, vel candidam vestem gestatuos: vel barbam, vngues, comāmę nutrituros pollicentur Deo, quasi multum, aut quicquam hoc ad illius honorem faciat. Non desunt, qui fucum Deo facere velle videntur, dum prorsus voulent impossibilia: vsqueadēt hac in parte non satis nota catechesis tantis miseriis vniuersa repleuit. Nec tamen propterea votum deteriori loco est habendum, immo tantō maiori esse debet in pretio, quantō grauius nostram de se vlciscitur ignorantiam. Nam scriptura hortatur: *Vouete ( inquit ) & reddite.* Et apud Esaiam *Esa. 19.* reponitur votum inter Christianorum officia, quos *Ægyptiorum nomine* *Cœles 5.* vult intelligi. Salomon quoque dicit perniciōsam esse violationem *Num. 30.* votis, sēque Moses exigenda ab ipso Deo vota testatur. Et ne quis cauetur ista esse Iudaica: Paulus non semel voulit in Actis apostolicis. *Aco. 18. &* rūm non est necesse, vt rem pluribus adferamus: cūm etiam saniores *21.* hæretici fateantur vota quosdam esse stimulos, quibus nostra incōstantia cogatur, & confirmetur in bono. Quia verò multa dicenda sunt: ne rerum confusa multitudo catechumenorum obruat ingenia, primum ipsam voti naturam: deinde, quæ sub illud venire queant, explanabimus: tertiō de iis, qui voulent: ac postremō, quæ sit his de rebus hæreticorū sententia,

tentia, pro instituto compendio, percurremus. Quid igitur est votum? Si quis rudem, & opportunam definitionē cupiat ipsius actionis, qua Deo *quid votum.* nonnihil addicimus: *Est promissio legitima rei bona, facta Deo.* Sed expen-damus singula, & ipsius naturae fibras perscrutemur. Promissio significat obligationem, voluntatem, cupiditatem, qua quis se vult Deo obligare ob rem aliquam. Ergo votum dicendum non erit, si quis, antequam se colligat, somniet, efficiat, vel loquatur quippiam. Ut enim infidelitas non est, quādo mens in fidei capitibus nonnihil titubat, priusquam ratio consipiret: sic quiduis potius, quam votum, erit, si mens aliis in rebus occcupata nil conferat. Imò vt cogitet: non statim sequetur obligatio. Quis enim virginem voti reā esse dixerit, quæ sciens, prudens, de voto perpetua virginitatis emitteō cogitet, vel quod maius est, secum ipsa deliberet: Nam quæ apud se cælibatū seruare constituit, non eadē statim opera liberandæ fidei necessitate cōstringitur quia necdū illud addixit Deo. Itaq; si recedat, mutetq; propositū: non peccat. Præsertim cū non solum propositū: verū etiam deliberatio requiratur: quāuis non tā exæcta, quam in iudicijs aliisve arduis negotijs, videlicet, vt homo disputet vtrāque in partē, eligat, exequatur. Nam, vt in homicidio peccatum est, dum quis il-liberatio re- lius grauitatem non ignorans repente misso lapide fratrem occidit: ad hunc modum homo ætatis, maturæ, doliq; capax, si sciens, prudensque promittat, cōspirante ratione in vinculi religionem: est ea, quam hic requimus deliberatio: quæ autem sunt velut ex subita perturbatione, facile commerentur cōmutationem. Hinc notū est hominem mente captum, vel puerum, qui per ætatem necdum intelligat, non esse voto idoneos. Sed quam inquiet aliquis legitimam arbitraris præmissionem? Diccam, & quidem verbo: quæ ab illis editur, qui promittere possunt. Nec enim liberi, vxores, & qui sui iuri non sunt, quicquam efficiunt: nisi peresse de re bona & Dei votū oportet, hoc est, Dei consilia, & Dei luntū accep-ta: non im-possibili, aut indifferenti. Eccle-si. 33. 5. et quidem verbo: quæ ab illis editur, qui promittere possunt. Nec enim liberi, vxores, & qui sui iuri non sunt, quicquam efficiunt: nisi peresse de re bona & Dei votū oportet, hoc est, Dei consilia, & Dei luntū accep-ta: non im-possibili, aut indifferenti. Eccle-si. 33. 5.

*Inuentio voti.* Inuentis debet esse recta Exemplis va-rijs declarat autem ad intentionem pertinet, nonnulli verbi voulent, animo men-tiuntur tentia, pro instituto compendio, percurremus. Quid igitur est votum? Si quis rudem, & opportunam definitionē cupiat ipsius actionis, qua Deo nonnihil addicimus: *Est promissio legitima rei bona, facta Deo.* Sed expen-damus singula, & ipsius naturae fibras perscrutemur. Promissio significat obligationem, voluntatem, cupiditatem, qua quis se vult Deo obligare ob rem aliquam. Ergo votum dicendum non erit, si quis, antequam se colligat, somniet, efficiat, vel loquatur quippiam. Ut enim infidelitas non est, quādo mens in fidei capitibus nonnihil titubat, priusquam ratio consipiret: sic quiduis potius, quam votum, erit, si mens aliis in rebus occcupata nil conferat. Imò vt cogitet: non statim sequetur obligatio. Quis enim virginem voti reā esse dixerit, quæ sciens, prudens, de voto perpetua virginitatis emitteō cogitet, vel quod maius est, secum ipsa deliberet: Nam quæ apud se cælibatū seruare constituit, non eadē statim opera liberandæ fidei necessitate cōstringitur quia necdū illud addixit Deo. Itaq; si recedat, mutetq; propositū: non peccat. Præsertim cū non solum propositū: verū etiam deliberatio requiratur: quāuis non tā exæcta, quam in iudicijs aliisve arduis negotijs, videlicet, vt homo disputet vtrāque in partē, eligat, exequatur. Nam, vt in homicidio peccatum est, dum quis il-liberatio re- lius grauitatem non ignorans repente misso lapide fratrem occidit: ad hunc modum homo ætatis, maturæ, doliq; capax, si sciens, prudensque promittat, cōspirante ratione in vinculi religionem: est ea, quam hic requimus deliberatio: quæ autem sunt velut ex subita perturbatione, facile commerentur cōmutationem. Hinc notū est hominem mente captum, vel puerum, qui per ætatem necdum intelligat, non esse voto idoneos. Sed quam inquiet aliquis legitimam arbitraris præmissionem? Diccam, & quidem verbo: quæ ab illis editur, qui promittere possunt. Nec enim liberi, vxores, & qui sui iuri non sunt, quicquam efficiunt: nisi peresse de re bona & Dei votū oportet, hoc est, Dei consilia, & Dei luntū accep-ta: non im-possibili, aut indifferenti. Eccle-si. 33. 5.

tiuntur, quales in monasteriis utinam ratiū inueniantur. Fingunt enim *quorundam* alioqui, præsertim si cogantur, voulere: mens autem parentum sibi *votorum im-pietatem.* mortem ob oculos ponit, quæ si contingat: mox liberari se, & eximi poscent, ac se voulisse, vt reuerā votum non fuit, pernegant. Attamen, si coram arbitris, multisque testibus res gesta sit: Ecclesia, quæ de externis iudicat, compellere potest ad reddendum, quod idoneis testibus Deo quondam promisso visi sunt. Omitto scelus esse grauissimum, cum in Deum, cui tales illudere se putant, ac si mentis penetralia non peruidet: tum in religionis sacramētum, & in vniuersam rem publicam. Aliud est genus hominum non minus frequens, & noxiū, qui ex animo vere, libenterque promittunt: sed nunquam voto satisfacere decreuerunt: quæ est in Deum summa iniquitas, quam, teste, & iudice conscientia, miseri semper coguntur agnoscere. Si de reliquis carptim sit nonnihil dicendum: sunt qui voulent, quod nec illicitum, nec malum est, si rem ipsam consyderes: sed vitium est in fine: vt, si me daturum voulam eleemosynam ad ostētationem. Sunt alij, qui cum Deo de rebus fœdissimis paciscuntur: vt, si in oppugnatione ciuitatis, quam vel auaritiae solius, vel tyrannidis gratia princeps euertere cupiat, statuā equestrem se Deo dicaturos in se recipiant. Quis enim votum illud, ac non potius immānum dixerit esse blasphemiam: Scilicet iniustus futurus est Deus, atque, vt abs te argenteam habeat imaginem: liberos homines, insontemque ciuitatem tuæ libidini condonabit? In eandem classem sunt reponendi, qui posteaquam liberas vel prouincias, vel vibes iniuste, summoque scelere oppreserunt, fingunt summi numinis hoc se adeptos beneficio: itaque Deum in tyrannidis, & iniustitiæ partem deuocatur, dicant trophæum aliquod, & anathema in gratiarum (si Christo placet) actionem. Non libet cætera persequi: hoc addam postremum, non deesse, qui in speciem præclara vota faciunt, vt hoc modo peccandi consuetudine seipso liberen: vt, exempli causa, ebriosus, & pugnax voul se futurum monachum, si iterum rixetur ebrius. Cui non videatur istud honestum? At quia hoc sit non propter honestam voti præstationem: aut quod ve-lit implere, quod per se laudatissimum foret: iucundum malum est: quoniā, vt votum perficiatur, peccandum erit. Iam, ne quis hic ludere se credit impunē: verbo est horum peccatorum declaranda vel grauitas, vel leuitas. Ergo quandō quis voul peccatum mortale: simile crimen est: quandō stultum quid, vel indifferens, aut veniale: tamen ceneretur lethiferum, maximè si doctus, ac prudens id faciat, propter irrogatam iniuriam Deo. Si autem stultiti afaciat iniurib[us] quia plutes idem tentare videat: & stultus stultos imitetur, credens bona fide gratum id, & acceptum fore Deo: veniale tantum iudicatur. De votorum omnibus, & commutationibus, quid attinet dicere? Si præstare potes: omissione ferè crimen erit: quod si votum reddatur impossibile, nihil est peccati: eodem modo, si fiat inutile, vel indifferens, omittetur. Cæterum illud est tenendum, si quem voulere contingat daturum hac hebdoma-

*Votum debet  
Deo fieri.*

*Diuis etiam,  
quatenus Dei  
sunt amici, ro-  
ta ficerelicit:  
scit & tem-  
pla, & alia-  
ria dicare.*

da tres eleemosynas: si de certo tempore non cogitarit: est indifferens; sequente perficiet: si autem diem certam condixerit, eamq; neglexerit: postea non obligatur voto: attamen pœnitere debet propter contemptum. Ex his licet animaduertere, quæ sit idonea votorum materia. Nuc tantum superest definitionis hæc pars: *falsa Deo*. Nam de votorum commutationibus dicturi postea sumus. Quando igitur dicimus promissio nem Deo fieri: intelligitur de voto propriè nūcupato. Nam votum, cùm ad secundum decalogi præceptum pertineat: vtique ad Dei cultum, non minisque diuini religionem spectare palam est: vnde nulli creaturæ votum fieri necesse est: quia is, qui vouet, agnoscit creatorem, authorem, conseruatorem, & summi boni largitorem eum esse, cui votum nuncupat. Et hinc dicim⁹ in voto summū esse Dei cultū. Sed fortassis turbabitur catechumenus, videns orthodoxorum plurimos vouere sanctis, idque probante antiquitate. Nec id male fit: siquidem homines, quid agatur, intelligat: vnde cordatores vouere se Deo, & sancto, vel sanctis eius asserunt: vt, quæ alias de latrā diximus, & dulia, hīc locum habent. Qui enim (vt diximus) Deo vouet, agnoscit eum pro summo bono: qui diu cuipiam, eum Dei fatetur amicū, & optat sibi patronum, satagitque illum demereri, quod est dulia: sicque Deum afficit latrā, diuū autem eo honore, qui suffragatorem, patronumque deceat. Atque id habet locum in vniuersis ferè religionis nostræ capitibus. Videmus enim temp̄la, & altaria diuīs esse sacra: non quod vlli creature simpliciter ea conueniant: sed èapropter sanctorum fidei commendantur: vt iis adfīnt suo apud Deum patrocinio, qui eo sunt conuenturi.

### De voti retractatione, & hereticarum quarundam calumniarum confutacione.

#### Catechesis 70.

*superiores.  
possunt subdi-  
torum abro-  
gare vota.*

**N**unc, posteaquam de voti nuncupatione, præstationeque, quod satis esse credimus, disputatum est: ostendendum, quibus modis liceat vota retractare, cùm, vt norimus parentis Ecclesiae summam benignitatem: tum, vt obturemus ora haeticis, aliisque pseudochristianis, qui in his rebus impunè iocari se, & ludere persuasum habent. Quamuis ergo votum sit pars latræ, & promissio facta Deo, cui semel data fides non est violanda: tamen multa sunt, quæ illud vel mutant, vel tollunt penitus. Et pri mò, qui præsunt, mariti, Episcopi, Abbates possunt subditorū, vxorum, clericorum, ac monachorum abrogare vota: &c, quod maius est, non ad primam solum nuncupationem (quod permittunt scripturæ) sed etiam postmodum, vbi consenserint, permiserint, dissimularint, si postea displiceat, irritare possunt: quamvis non sint prorsus in tuto futuri, si mera duntaxat libidine, non iusta rescindant occasionem: tamen is, qui vourat, erit prorsus liber: At verò in commutatione, requiritur potestas eclesiastica,

eclesiastica, maximè quād res est obscura, & nostro metuimus iudicio: vbi autem res erit aperta, cuiuslibet fuerit in potestate, votum mutare. Vt si pro Ierosolymitana peregrinatione, quis postmodum periculi plenam rem esse considerans, malit se in monasterium tradere. Licet enim semper tutiora, & meliora captare: tametsi suaserim hac in re doctio rum sententiam exquirere, ne nobis imponat proprium iudicium. Sit *Prima lex ro-  
timutandi.*

igitur prima legitimæ commutationis lex, quando mutatur in melius: quæ vbi existit, imò vbi tantum æqualitas inuenitur: sperandum est id, quod homo facturus sit libētius (vt ferè magis adlubescit illud, in quod demutatum est, quod displicebat, votū) Deo quoque futurū gratias. Vbi autem est materiæ duntaxat paritas: erit dispiciendum (instripi mus enim eos, qui in alienis sunt negotiis versatur) sitne homo ad alterum præstandum minus aptus: sitne difficile, Inutile, aut factum impossibile votum. Nec in materia consideratione solus est æqualis labor spectandus: sed sumptuum, periculorumque habenda comparatio. Iam in horrenda prorsus, millique laqueis inuoluta dispensatione primū est obseruandum, tollere eam omne vinculum, obligationem, ac materiam: cùm voti demutatio, sublata materia, relinquat obligationem. Hic igitur oculatos esse oportet, diligenterque peruestigare, quæ sunt necessaria, & quæ ad causas pertinent. In primis autem requiriatur ecclesiastica potestas pontificalis, vel episcopalis, vel denique pastoralis: nec licet hic quicquam priuatis. Deinde absque causa dispensatio, est dissipatio, vt post Areopagitam dixit Bernardus. Idonea causa est, diuini honoris incrementum, vel utilitas Ecclesiae, vt si intelligamus votum impossibile, inutile, perniciosum, indifferens: &c, si ob sit potius, quam prosit impletum. Et hic habenda est ratio discriminis. In simplice enim voto tutior erit dispensatio: in solanni vel nulla, vel difficillima. Sed confundunt hanc differentiam aduersarij, nec simplex vllum votum agnoscunt: ac proinde neque dispensationem vllam. Est igitur nonnihil hic dicendum. Votum simplex nil est aliud, quæ promissio, quæ quidem Deo renum, & cordium inspectori sufficit. Promissionis autē ea est natura: vt non simul rem tradas in alienam potestatem. Nam si cui promittam librum: potest quidem ille mecum expostulare: manet tamen apud me liber, si velim: quem si alteri in manus tradidero: iam priori promissioni satisfacere non erit in mea situ potestate. Sic in nuptiis rem considera. Sponsalia habent pollicitationem tradēdi corporis: si vero quispiam, verbis præsens tempus significantibus, faciat alteri corporis potestatem: deinceps nil potest de corpore statuere: neque is, cui erat promissum, repetere: quia illud prius votum factum est impossibile. Itaque licet in voto simplici non agatur cū hominibus: sed cum Deo: tamen cū ille nobiscum agat humano more, nil est, quod metuas. Votum igitur simplex, cuiuscunque rei sit, non valet abique solete violari: quia Paulus dicit eas habere damnationem, quæ primam fidem irritat: fecerunt: sed tamen, licet

*Dispensatio  
debet habere  
causam legi-  
timam.*

*Eccles. hierar.  
cap. 7.*

*Timor. 5.*

*similitudine  
rem illufrat.*

*An posuit in  
voto solenni  
dispensari.*

*Eccle. hierar.  
cap. 6.*

*Hereticorum  
in vota obe-  
dientie, pau-  
pertatis & ce-  
stis ali-  
quot obiectio-  
nes. & conu-  
nitates de-  
sergit.*

nefariè, rescinditur, Vbi autem solennitas accesserit: nec tantum cùm publicè, coramque testibus (nec enim ad solennitatem illa sufficiunt) sed vbi ritu ecclesiastico præscripto à Christo, vel Ecclesia, tale quid factum est: iniiciuntur plusquam adamatina vincula, homoque transmutatur in Dei peculum. Quemadmodum enim calix aureus, vel gemmeus priùs quidem est res præstans: vbi tamen accesserit consecratio, nequit in usus prophanos usurpari, donec fractum, ac deformatum fuerit: ad hunc modum posteaquam homo seipsum, vel suum aliquid, aspice Deo, Ecclesia probante, & acceptate, vobet: sola morte dissoluetut. Sed hic rursus, veluti funem reducunt aduersarij: & monachos, sacerdotesque volunt, si sentiant ignes, solenni voto castitatis abrupto, matrimonium contrahere. Quod vt intelligatur: dicendum est, quid hac de re Theologi statuant. Teneatur interim, absque causa idonea, nullam esse dispensationem: & pro rei grauitate, requiri grauem causam. Non de sunt(fateor) canonista potius, quam Theologi, qui negant ullum tam sanctum esse usquam votum, quod aliquando grauissima necessitate rescindi nequeat: & adferunt filij regis exemplū, adstricti voto castitatis, si defuerint hæredes, & regnum ab hæreticis occupetur. Tamen D. Thomas in sacerdotio quidem ferri hoc posse dicit: in monachica professione, nequaquam: quod votum ipsum castitatis in monacho ad eius sacramenti naturam imprimis pertinet. Putat enim Thomas hanc solennitatem, & consecrationem sitam esse in emissione votorum: vthomo Deo dedicetur, & adstringatur, cum vota nuncupat. Dionysius autem tradit istum mystagogum percunctari, num candidatus velit ea præstare, quæ illius sunt, quod aggreditur, instituti: ac tum, vbi is se facturum omnia recepit: accedere, tondere capillum, inuocare: & sanctissimam Trinitatem: ac sic perfici, & monachum illum constitui. Ex quibus manifestè constat talem in monachicis initiamentis τὴν ἐπίκλησιν καὶ ἐπιβήσιν esse, id est, inuocationem, & inclamationem, qualem in sacris ordinatioibus describit cap. 5. eiusdem libri. Ut autem clericus tunc demum iniciatur, cùm forma sacramenti profertur, & manus admouentur, ac reliqua ceremonia: sic equidem sentio in monachis non aliter illam fieri mutationem. Siue autem id fiat verbis communibus, siue propriis, perinde est, modò fieri intelligamus. Videimus itaq; de sacerdotibus hoc ipsum, & de monachis Thomas statuit, decerni oportere: ac proinde neminem in neutrī posse quicquam tentare: quicquid tandem aliis videatur. Nam, vt calix non priùs definit esse consecratus, quam fractus sit, ita monachus, & sacerdos voto suo nequeunt liberari. Quia verò multiplices hic inueniuntur aduersarij obiectiones: videtur vnu, aut alterum caput perstringendū, quibus discussis, cuius erit facile ad omnia respondere. Primum igitur obiectum obedientiae, paupertatis, castitatisq; & huius præcipue vota, re esse nefaria. Nam cùm videant Christum inuitantem ad paupertatem, velut ad Christianæ perfectionis colophonem: dum cernunt Ananiam cum sua cōiuge: propter

propter huius voti violationem, dedisse pœnas: non perinde sunt nobis in illius oppugnatione molesti: at verò postremum istud castitatis, mirum est quantis proscindat conuictis: adeò vt ipse Caluinus ad 14. Matthæi comparet Herodis periurio. Dū enim sibi nouos, & inauditos Dei cultus fingunt homines, præter scripturas: quis non iudicet (inquiunt) esse superstitionem: Deum verò iis se Deum demereti, tāquam re longè gratissima, iactant: Caluino iudice, committitur blasphemia. Nos autē contrā, eò præstantiorem esse contendimus: quod imperata non est continentia. At primò pro nobis facit Paulus, dicens, eas habere damnationem, quæ primam fidem violarunt: nec est quod eludere tentent illud aduersarij, & ad fidem in baptismo datam retorquere: cum Patres uniuersi reclament. Quod autem admisit Apostolus, putabimus esse blasphemum? Nec ipsius Christi verba: *Qui potest capere, capiat,* sunt determinis: sed hortantis potius: vt etiam fatentur, qui minus insaniunt, hæretici. Si verò me in aliam dicant necessitatē pertrahi: quia sequatur: *Non omnes capiunt: sed quibus datum est, id est, hæretico commento, quibus certò condicūm id est à Deo: proferam scripturas alias. Vobis datum est (aiebat Christus) nosse mysterium regni Dei.* Quid, cedo, est aliud, quam datum est velle, cupere, querere interpretationem parabolārum? Nam, cum illis etiam in parabolis loqueretur, rogarunt vt, quid illæ sibi vellent, explicaret, quod & fecit: idem facturus, si reliquā Iudæi hoc ipsum petissent. An non igitur erat datū etiā Iudæis: an non & illi rogare poterant, quibus propterea loquebatur in parabolis, vt ad sciscitandum eos inuitaret? Et quare id non est factum? Oculos clauerunt, aures obturarunt (inquit Isaías) ne vel audirent, vel cernerent. Videñę ex usu scripturæ datum esse perinde significare, ac si dicas omnibus esse oblatum: sed non æquè traditum omnibus; quia nō omnes acceptant, quod offertur? Quocircā maiorum nostrorum certissimus est commentarius, qui dicunt datum esse, quandò non deest, qui propositum suscipit. Quare tu aedes fieri Christianus, quod Nazianzeno, & Augustino periculose videbatur: cum sine gratia Dei, quæ ad christianismum pertinent, præstare nequeamus? Cur autē ducis vxori? Quid si illa vel infirma, vel leprosa fiat: num tibi cōdictū est, te posse tunc thori fidem, iurāque seruare: an, cum impuro Lutherο, iubebis ancillam venire? Si dicas gratiam Dei cunctis adesse; mecum facis: nam & ego clarissimè dico ea, quæ volemus, nō nisi per Dei gratiam à nobis impleri. Qui plura desideret, adeat nostrarum originum ca. 9. & 19. commentarium item de sacerdotio catholico c. 10. vel denique Petrum à Soto in libro, quem edit de cura pastorali. Nam tametsi videretur in hac fecunditate votifragorum, nō obiter: sed accuratiū de votis, & maximè castitatis agendū: vereor tamen, ne præter institutum catechistæ agere videar, si ad singulas minutias hæsero. Iccircō de votis nil amplius.

## Preceptum tertium.

## Catechesis 71.

**S**icut Am ad præceptū tertiu veniamus, quod est de sanctificatio-  
ne sabbathi: quæ rectissimo ordine, post nostram ad Deū fi-  
delitatem illiusq; adsertam veritatem ac simplicitatē, sequi-  
tur. Frustra enim vel Deus ipse nobis reuelaretur: vel ipsi reli-  
gionem eius amplectetur: si non externo hoc ipsum cultu, & obse-  
quio testaremur. Itaque diuinus hic imperatur cultus, vel ( vt loquitur  
Augustinus) docemur Dei bonitatem reuereri: vt ea sanctificemur, & in  
ea cognita quiescamus. Est autem his verbis latum præceptum. *Memen-  
to ut diem sabbathi sanctifices, &c.* Non est malè translatum (*Memento*)  
quamuis (recordare) magis quibusdam placeat, vt sit sensus: non cōmit-  
tas, vt per obliuionem non prästes, quod hīc präcipitur. *Vt diem sabbathi sanctifices.* Quia ideo Scheba Hebræis septimum significat: putarunt  
veteres, decepti vocum similitudine, perinde esse, ac si dictū esset, diem  
septimum. Sed alia est mens præcepti: ideo Schabbath enim quietē so-  
nat: vt sabbati dies, sit requietis. Nec propria est huius vocis significatio  
Solis diei (quem ethnica cōsuetudine Christiani vocant) sed quod libet  
festū, ac solennitas, imo quāvis feria hoc nomine designabatur: tam eti  
sæpius pro die septimo usurpetur. Nec temere noster nomothetes istud  
*Quæ sit sabbathi sanctifica-  
tio, variis cō-  
mentatores.*  
magis, quā septimi vocabulum posuit: ne Christiani sibi præscriptū ar-  
bitrarentur, cu Hebræis septimū diem potius, quam Dominicū celebrā-  
dum. Quæ autem ista sanctificatio? Est enim vīsus vocis Hebrææ multi-  
plex. Nā & ieuniū, & bella, & alia plurima dicuntur sanctificari. Putant  
nōnulli esse nil aliud, quā ritę, sancte laudabiliterq; facere sed hoc loco  
nō videtur illud sufficere: quia subiungitur Dominum benedixisse diei  
sabbathi, & illū sanctificasse: vt videatur dies quādā a Deo sanctitatē ac-  
cepisse. Aliis placet diē sanctificari, quādo obtemperatur, vt res sanctæ, & à  
Deo præcepti, honoratiq; dies. Sed quæ est illa sanctitas? Chrysost. & alij  
Græci ad secūdū caput Geneseos, aliud nil est, dicūt, quam deputationē  
huius diei ad cultum Dei: & ab aliis separationem. Vetustissimi autem  
Iustinus in Tryphone, Tertullianus lib. 4. contra Marcionem ad 6. Lu-  
cæ, dicunt per opera bona sanctificari sabbathum. In cæthesis enim die-  
bus nostra: in sabbathio Dei sunt facienda opera: Et hoc nos trahit quod  
sequitur: *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.* Ex Hebrei  
verbis: thaabod proprietate seruilia designantur, & quæ magno la-  
bore peraguntur opera: vt est agrum colere, ingentia onera ferre, ar-  
tes, opificiāque exercere, denique quaslibet letiam honestas occupa-  
tiones, & exercitationes. Nec enim ille ( iudice Tertulliano, vetusti-  
ssimisque Theologis) huic satisfacit præcepto, qui consumptis in phi-  
losophorum, poëtarum, grammaticorum lectione reliquis diebus, non  
putarit,

putarit, depositis omnibus musis, honestissimisque disciplinis, diem sab-  
bathi Dei cultui, recordationi diuinorum beneficiorū, totius vitæ, vi-  
uersarūque per totam hebdomadam suarum actionum examini tri-  
buendum. Nam sequitur: *Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui es.* Quæ est enim ingratæ mentis impudentia, quæ, post sex dies pro-  
priis commodis, ac rebus terrenis insumptos, nolit hunc suo deferre, &  
consecrare seruatori, gubernatori, creatori Deo: vt tunc liberatus curis  
animus liberè, quid olim in sabbatho illo magno sit fururum, expende-  
re: Deīque potentiam, sapientiam, bonitatem admirari, laudare, & pro  
viribus æmulari valeat? Hanc enim causam adiunxit: *Sex enim diebus fecit Dominus cœlum, & terram, & omnia, qua in eis sunt: & requieuit die septimo.* Quis igitur tam est impius: vt diuinitatis exemplo non mo-  
ueatur, nolitque ipse cum liberis, ac seruis otiali eo die, quem my-  
sticæ quieti Deus ipse, post terum omnium procreationem, consecra-  
uit? Quomodo autem sex diebus dicatur Deus operatus vniuersa, cùm  
Ecclesiasticus dicat simul omnia condita, veteres diligentissimè multa  
disputarunt, & nunc multi laborant. Nos autem, vt reliquos in suo  
sensu non infeliciter abundare sinamus: sequemur ipsius Mosis narra-  
tionem, qui dicit certis dierum, ac temporum interuallis omnia distin-  
cta, & exculta fuisse. Præclarè enim notat Ambrosius simpliciter acci-  
piendam scripturam Geneseos: vt principiō quidem ante omnia cœ-  
lum, ac terram condiderit Deus: deinceps autem ex iis, velut ex se-  
minibus, eduxerit ornamenta. Illam quoque Dei ab omni opere cessa-  
tionē commodè oportet interpretari. Nec enim Deus esset, qui cessaret  
pœnitū: sed à formatum duntaxat noua productione quieuit: nec in ip-  
so die septimo creandi finem fecit: sed in iis, qui præcesserant diebus: à  
quibus dies septimus excludendus est, ante quem nil defuit terū pro-  
ductioni. Sed quis præcepti finis? Paulus quendam prestituere Iudeis a-  
qué, ac nobis, videtur ad Hebreos, vt ad perpetuam illam quietem es-  
set ifagogē: nihilominus, quod ad Iudeos carnales attinebat, Moses al-  
lium ostendit Deuter. 5. Nam cùm auari, credulēque, pro impotentissi-  
ma avaritia, viderentur ullam quietem concessuri: Deus hac ratione vo-  
luit mācipiorū incolumentati prouidere, ne assiduo labore enecarentur.  
Præterea voluit illis otium suppere, quo Dei cognitioni, & eius bene-  
ficiorū contemplationi vacarent: & ex iis, quæ sex diebus creata cerne-  
tent, ad inuisibilium speculationem assurerent. Quapropter ingeniosè  
Damascenus: tametsi Dei sabbathū in ipso orbis exortu præcessisset: non  
prius tamen est hominibus indictum, quam lex, & scripture nascerentur:  
vt vel sic ad legis meditationem cōsacratum esse sabbathum appareat:  
quod etiā tunc porr̄d significatur, cùm ille κοσμοπλάστη seu mundi fa-  
bricator non prius hominem conderet, quam vndique mundus præcla-  
ris ornamenti instructus, nobilē creaturam ad sui creatoris, quadā cate-  
chesi, confyderationem eueheret. Mox enim cōdito hominē sexto die,  
sabbathū Deus accepit suum, eodem videlicet hominē inuitans. Et hic  
*Quomodo Dei  
cessatio sit in-  
telligenda.*  
*Quis finis 3.  
præcepti.*  
*Hebr. 3.*  
*Lib. 4 c. 14.  
orbis fidei.*  
*meditatio le-*

gis divina est finis Christianis vilissimus, quibus expedit esse persuasissimum, hoc die in lege Dei sui diligenter versandum: quod nescio quo pacto cum nostra crassissima, & voluntaria ignoratia, barbarieq; cōsistere queat: Cūm doceant veteres Damascenus, & Epiphanius heresi 20. totam Christiani hominis vitam esse Dei cognitioni tribuendam: & saltē singulis diebus aliquam huius temporis partē illi studio largiendam. Sed neque hoc sufficit. Nec enim vult Deus solum gnosticos: sed sciētiae cōiungēdus est cultus, & amor. Igitur in prima legislatione Deus unum sibi decreuit diem; deinde plurimas addi voluit solēnitates. At Christiani viciniores illi magno sabbatho, qui est Christus: imò qui versantur in illo sabbatho typis Iudaicis figurato, debent, quantum fieri potest, perpetuum agere sabbathum: & ab hoc tendere longius, ac enī ad illud cōceleste, vbi pax erit, & tranquillitas suprema, sabbathum. Primum igitur scendum est prohiberi opus seruile, quod ex hebræa vocis proprietate superius exposuimus. Deinde liberalia quoque, & honesta alioquin studia, quæ potioribus rebus æquum est concedere. Tertiō præcipitur, vt saltē Iudæorum exemplo (quid enim iis minùs præstare possumus) fidem addiscamus: & quæ ad pietatem, religionēque pertinent: quæ præcepta sint, quæ vetita nobis: quid in peccatis, quid in virtutibus numerādum: quarum rerum solent in catholicis concionibus, & catechesibus præcepta dari. Nam qui vel pro foribus suis desident otiosi, vel deambulatiōnibus, ludis, aliisque ineptiis oblectant se, multū absunt à sabbathi sanctificatione: cūm, vt hoc postremō dicā, diebus dominicis atq; festiū maximoperē sit nobis contendendum, vt piis orationibus, ac meditationibus mentem nostram terrenis fæcibus ereptam inter angelos constituamus.

*Sabbathum Iudaicum valde imperfectum: ac proinde commutandum fuisse ostendit: Dominicum verò diem Christianis adserit.*

### Catechesis 72.

**B** Reuter iis à catechumeno perstrictis, auditores, quæ supra docuerat catechesis: erit porrò veniēdum ad singula, quæ in hac orthodoxia parte reprehendunt hæretici. At primō quidem de ipsis festis erit agendum. Nam præterquam quid ista quæstio magnam habet natura sua difficultatem: hæretica contentio magnam addit obscuritatem. Mirum enim videri potest, cūm Deus sabbathum elegerit, benedixerit, sanctificari: qua conscientia, authoritate, imperio posteā sit in dominicum diem translatum. Et quidē scio catholicos istud non motari, nisi quidē noui Ebionitæ, vt Stetembergij, dicentē nō diem Dominicū, nō vlla alia festa: sed sabbathum duntaxat esse celebrādū, cum reliquis Iudaicis solennitatibus, quarum est in scriptura frequēs mentio.

Ergo

Ergo partim ex scripturis, partim ex traditione nobis estducenda ratio: & omissis, quæ supra indicauimus, argumentis, cūm ex hominis sexto die creatione, tum ex appellatione sabbathi potius, quā septimæ diei, quibus hanc nobis religio nem voluit Deus commendare: ostendemus primum ipsammet sabbathi naturam sese refellere, & antiquare: deinde multam fore tunc latarum à Deo legum inter se collisionem: quibus ipsam antiquitatem, & ipsius Christi, aliorūque subiiciemus exempla. Cogitandum est igitur Iudaicum sabbathum non solum typicum, & umbratile fuisse; sed reuerā multam habuisse imperfectionem: Iudaicum sabbathum typum, umbratim, & rāde imperfectum. vt pote quod à seruitibus operibus, & barbarie patresfamilias, ac dominos ad quandam duceret humanitatem, & pertenuē Dei, Christique cognitionem, ex memoria liberationis. Ægyptiacæ. Postea quā autem ventum est ad ipsum Christum, quem Iudaici typi preferebant: æquum fuit sanè etiam tum aliud quiddam designari, in quod porrò Christiani sua sabbatha dirigerent. Id autem est octauum illud seculum, seu dies octauus, nostri sabbathi perfectio in illa æterna felicitate, quæ nobis, in rerum imagine versantibus, est proposta. Itaque æquissimum fuit, à septimo in octauum diem Christianum sabbathum demutari: vt responderet archetypo. Sed dicent hoc non ex ipsa rei natura: sed ex temporis circumstantia duci: quia manente, vt erat, sabbatho chronicō, poterat futuræ quietis haberi aliunde cognitio. Respondemus fuisse prorsus necessarium: ne cum ipso die, Iudæorum quoque ferè omnes cæremonias retineremus. Mutata circuncisione, res eadem migrauit in baptismum. Celebrabant pascha Iudæi: nec illud omisere Christiani: quibus tamen Gap. 7. siue apostolico decreto, eadem die cūm Iudæis, celebrare non licet: ne solennis utrobique dies inuheret ritus, cæremoniāsque Mosaicas. Sunt infinitæ leges, quæ refellunt, & prorsus abrogant ipsum sabbathum: vt vi-deamus iam olim stratam esse viam, qua exportaretur. Moses in Leuitico præcipit Israëlitas in celeberrimo sabbatho affligere ieunio animas suas: atqui lege vetitum scimus sabbaticum ieunium: vt Judith, & 1. Ezre. 8. apud Ezram. Leuitæ se probè intellixisse declarant. Ad hæc, vt octauæ diei circuncisio seruaretur, quis nō videt sæpeſſimè violatam sabbathi quietem? Et cūm singulis diebus victimas, & sacrificia lege cogerentur offerre sacerdotes: nullus impietatem obiectabat sacris operantibus in sabbatho: vt ipse met Christus in disputatione, aduersus præpostoram Phariseorum hypocrisim, luculentè docuit. Attamen erat ingens labor, dum iugulabantur tauri, iuueni, hirci, agni: dum pelles detrahebantur, cadavera membratim secabantur, lauabantur imponebantur altari, cremabantur: & augustissimum templum cædibus, cruore, nido réqure replebatur. Quis in tanto strepitu quietem agi crederet, ac non potius legem ipsam pugnantissima præcipere; itaque nec eisē perpetua: Iam si poscas exempla, cuncta recenferi: nullus erit exitus. Ieiunat enī & ipse Moses diebus sabbathi, geminato quadraginta dierū ieunio, Iosue nullum duxit esse piaculū in arca per septē dies interata: circungestatione.

F Elias

Elias non solum ieiunat: sed itinere longo fugam capesit, etiam sabbatho. Daniel ex Dei precripto tribus hebdomadibus ieiunat, ac totidem sabbathis. Elisa, nil moratus sabbathi religionem, pergit cum Suharmitide, puerumq; suscitat. De Macabaeis, quid attinet dicere? Quot habemus in euangeliis violatae huius religionis exempla? Imo videtur id affectasse Seruator, & potissimum sabbathis edendis miraculis indulisse: ut suos instrueret audacter Iudaicam hanc cætermoniam contemnere veluti flaccescentem, & tantum non extinctam. Omnia enim legalia in Christi lia in ipso Christi baptismo sepeliebatur: ut suos cultores deinceps non baptismo sepe adstringerent: & eamobrem Ignatius ad Magnesianos, Iustinus in Tryphone, Tertullianus li. 4. aduersus Marc. Epiphanius hæresi 30. tradunt eas antilogias, & exempla nil aliud, quam senium, & interitum Mosaici cultus portendisse. Sed iam proprius dominicæ diei necessariam substitutionem demonstramus. Ac primum est obseruandum diem, quo Christus resurrexit, vocari primam sabbathi: qui proculdubio noster est dominicus. Et Paulus i. Cor. 16. iubens fieri collectas, prescribit illi rei vnam sabbathi, hoc est, dominicā diem. Si quis dubitat: Iustini adest in altera pro Christianis apologia, vbi dicit Christianos ex Apostolico mandato conuentus agere diebus solis, in quibus post orationes, lectiones, & sacrae mysteria congregebatur eleemosyna, quas diaconi pauperibus, captiuis, aliisq; distribuebant. Et mox cur eo die coetus fieren geminam causam adfert, rerū hoc die creationem, siue originem, & Christi resurrectionem: à quibus non procul abludit Ignatius ad Magnesianos. Ut autem magis perspicuum fieret primam sabbathi nostrum esse dominicum: Ioannes cap. 1. Iuæ reuelationis ita nuncupat. Si neges hunc esse nostrum: equidem interpretes non vrgebo: sed Apostolos ipsos & apostolicos viros. Nam canon apostolicus 63. vel vt Latini numerant, 66. interdicit dominici diei ieiunium: & hanc legem apostolicam non tantum Epiphanius agnoscit in Aeriânis, & charactere: sed & Ignatius multis epistolis præcipit, ne post hac sabbathizemus Iudaicè: sed vt sabbatum quidem obseruemus legis potius meditatione, quam corporis remissione, ac, post sabbatum, dominicum diem. In ea autem, quæ est ad Philippenses, iisdem penè usus vocibus, quibus ille canon, asserit Christi Seruatoris interfectorum esse nefarium qui dominico die, aut sabbatho ieiunauerit. Ipse vero Iustinus in Tryphone defendens christianam religionem aduersus doctissimum Iudaum, dicit à circuncisione mysterium, quæ octauo die siebat in figurâ spiritalis circuncisionis futuræ per illum, qui resurrexit à mortuis una sabbathorum. Preceptum autem, & lex de circuncisione ( inquit ) que iubebat circuncidi octauo die ex omnibus ea, quæ mansuerentur: erat simulachrum vera circuncisionis, qua omnem errorem, & scelus deponimus Iesu Christi Domini nostri. & quod uno sabbathorum die à mortuis excitatus est, benignitate. Unus enim sabbathorum dies, cum primus maneat dierum omnium: unum rursum dierum, qui in orbem revoluuntur, enumeratione octauus vocatur, idemque

que primus manet. Huc adferrem Clementis Alexandr: præclarum testimoniū ex septimo stromate: nisi rei clarissimæ lucem addere maiorem videretur superlatum. Certè qui B. Ignatium legerit in epistola ad Philippenses, videbit, quæ olim vir apostolicus in Iudeis reprehendebat, in Christianorum nunc abiisse consuetudinem; ut non alio tempore magis delitiis, tripudiis, ebrietatibus, rixis, ac spectaculis inferuantur, habentes ludibrio Christi sanctissima mysteria, nostramque religionem hostibus deridendam porrigentes: cùm veris Christi cultoribus meditatione coelestium, jugique beneficiorum Dei, ac fidei, speisque exercitatione sanctissimorum dierum solemnitas celebranda veniat.

*De Christianorum solemnitatibus, & festis diebus, eorumque contra hereticos propugnatione, ac religiosa veneratione, & Christianorum officio.*

### Catechesis 73.



I s, quæ nunc à catechumeno relata sunt ex nupera catechesi, fuerit satis apud noscros catechumenos adseruisse diem dominicum proprio decori. Nunc sequitur, vt dicamus de aliis festiuitatibus; vt est pascha, & pentecoste, martyrumque solemnitates; vt non desit, quod respondeamus hæreticis. De pascate igitur celebmando multa in veteri, nouoque testamento legere est; quæ tamen minus in pugna Sterembergianorum nos adiuuant, quia typica sunt, licet ad nostram utilitatem conscripta. Adde quod apostolica prohibitione alio die, quam Iudei, sacram agamus dominicæ resurrectionis laetitiam: quæ res, tametsi postmodum sit vehementissime iactata, tandem in secunda Nicæna synodo firmata est. Verum, ne scripturarum hic penitus defuderetur authoritas, si Epiphanium in Aërio sequamur, non d'ærif fortassis, quod respondeamus. Is enim Aërij refutatur blasphemiam dicentis Christianos, dum pascha celebrarent, Iudaicis iterum ritibus addictos, ipsamque scripturam *Pascha nostrum immolatus est Christus*: detorquentis: ne videlicet in posterum quicquam simile fieret: *Videamus* ( inquit Epiphanius ) Aët. 20. *ipsum*, qui hoc dixit: *an non perficit hoc festum: cùm dicatur à Luca festinasse, quod perageret diem pentecostes in Ierusalem*. Qualem autem pentecosten perficiebat Paulus, si non pascha prius egerat; cùm à primo die necesse sit quinquaginta numerari? Verum, prater autoritatem Epiphiani, obstat ipsemet Paulus Mosaicarum cætermoniarum vbique populator accerrimus. Hinc vero discedentibus, atque ad ipsam euntibus venerandam antiquitatem latissimus aperitur campus. Ignatium dudum retulimus. Philonem in vita D. Marci: Cyprianum lib. 3. epistola 23, Eusebium Pamphili lib. 2. cap. 17. Eccl. hist: quid opus est citare prolixius? Epiphanius in Nazoræis, Alogis, Audianis,

Aërio, & charactere Ecclesiae satis superque suggestit, quo se tueatur orthodoxia, etiam si nil aliunde praesidij. Omitto Sozomenum lib. 1.ca.12. Nicephorum lib. 2.ca.16. Hieronymos, Ambrosios, & alios prudens non adfero: ex quibus appetet totam hebdomadam summa laxitia, saeculari mis ritibus, peruvigiliis, hymnis, precibus consumptam: adeò vt exules Episcopi furtim ad ecclesias redirent, ne publicæ Christianorum festiuitati deessent: vt præclarè docet Cyprianus. Pentecosten autem Paulum gestissime celebrare iam probauimus; & actorum historia causam instituendi festi describit. Ignatius quoque inter christianas festiuitates enumerat. Epiphanius autem, præter illam Aërij confutationem, dicit in charactere Ecclesiae per totam pentecosten neque genua flecti, neque ieinium imperatum esse. Sed quid moror in rebus apertissimis? Quin ad festa martyrum prouolamus, quæ à Christianis religiosè celebra. Tertullianus in Scorpiano dicit olim fuisse vaticiniis (& citat Li 4 epist 5. caput 5. Ecclesiastici) proditum. Horum frequens est apud Cyprianum memoria, qui nullum præterire voluit indecoro sepultum silentio. Nec caret ista res euidentissimis rationibus, quas apud Aloysium Lypomanum, similisque scriptores nostris catechumenis, ne actum agam, relinquo disquirendas. De hīrōr autem quorundam usqueadē ingratos animos, vt nos hic vel nimios, aut Iudaicè superstitiones esse dicant. Nam si quondam Esther, ac Mardochæus tres dies, quibus vlti se fuerant de aduersariis, quotannis festos haberi voluerunt: si Maccabæi similem festorum dierum ob temporariam liberationem posteris imposuerūt religionem: quid in epiphaniis, hoc est, natalitiis Christi diebus, vel Deiparae virginis conceptione, nativitate, adsumptione, & cæteris æquum est agere? Christus ipse Maccabœorum encænia celebrat; Paulus perpetuam gratiarum actionem à suis Ephesiis, & Colossensibus exigebat. Imò Caluinus ipse optat suorum tantum esse feruorem, vt quotidie concionibus darent operam: & Christiani grauatum admittent statos dies, diuinio cultu dedicari? Sed (inquit Sterembergii) vos obseruatis dies, & menses. Bona verba. Tantum absimus, mihi crede, à Iudaica superstitione; quantum tu ipse à vero Christianismo. Paulus equidem Galatas reprehendit, quod iisdem diebus cum Iudeis festa celebrarent eadem: nos tam procul ab illa recessimus impietate: vt dicamus anathema. Nomina sanè, & solennitates retinemus easdem: sed alio modo, tempore, serieq; coluntur à Christianis, quām olim à Iudeis. Nec audienda est Caluinistarum inanis querela, quod pauperes hac ratione, scilicet, ad famem, & laqueum adigantur. Sunt enim per pauca Ecclesiae Catholicae vauiersalia festa. Si tamen Episcopi quædam præterea instituant, quid mirum? cum ipsi met hæretici in Ratilponensi colloquio dixerint audiendos, secundum illud: *Qui vos audit, me audit.* Non hinc igitur pauperibus creatur periculum: sed potius à compotationibus, alea, ganeis, & similibus; quæ si tollantur, non erit quod crebras accusemus festiuitates. At clamat se vrgeri, ac premi ab Ecclesia. Ista quidem est blasphemia. Nil enim re

*Ioan 10.  
Ephes 5.  
Coloss 3.*

*caluinianis  
querela.*

enim requirit illa, quām vt seruile opus non fiat; & sacram vt audiamus. Usqueadē pia, & clemens est mater Ecclesia, vt, quamvis iure suo posset: nolit tamen synagogæ severitatem in suos exercere. Illa enim quot, & quām diuturnis festiuitatibus Iudaica mancipia iubebat quiescere? & Christianos pigebit, si non superare, saltem ex parte æmulari? Si Paulum audias, omnem vitam orationibus, & gratiarum actione iubet impendere: nos ne horulam quidem, dum peragitur festiuitatis sacrificium, dignabimur interesse? Vetus Ecclesia non illa quidem apostolica, quæ perpetuam agebat Christianorum catechesim; sed media (vt videtur est in concilio Rotomagen. cap. 9. & in Eutychiano summo Pontifice, ac martyre) iubet aduertere parochiarum decanos, num sint ex plebe, qui diebus dominicis missis, ac vesperis non intersint: usqueadē maiores nostri nihil ingrato Christiano ducebāt exactibilius. Quid si ad veterem illam disciplinam nostræ tempestatis corruptelas exigamus? Quantum decessum esse deprehendemus ab apostolico rigore, à medij seculi vigore, à severissimis iustitiae legibus? Non libet tamen illam collationem ingredi. Nam licet pij merito secum demirētur nos, cum Ecclesia, tam esse faciles; cùm Iudaicus ille vates dicat se vespere, mane, & meridie preces obtulisse Deo, ac septies illi laudes decantasse: tamen hæc nostra ætas non est ad summum, & exactum illud ius adigenda; sed vulgus Christianum gaudere iussum est eo, quod retulimus, priuilegio. Si quis autem tantillum præstare nolit; prius est inexcusabilis. Verum, vt ora magis obturemus hæreticis, & falsis Christianis pudorem incutiamus: non abs re fuerit de audienda re diuina, & fuga servilis operis latius differere. Sed prius eximendus est scrupulus Sterembergij dicentis impium esse diem illum à Deo benedictum, & sanctificatum posthabere dominico diei; cùm de hoc nihil existat, saltem in sacris litteris. Notandum est igitur ea, quæ in scripturis de sabbatho, illiusque sanctificatione feruntur, esse propriæ de nostro sabbatho, hoc est, dominico intelligenda. Nam sabbathum Iudeorum neminem ad perfectionem adducebat, vt neque lex vniuersa, tantum ad tempus correctionis (vt Paulus loquitur) imposita. Et propterea Esaias imaginarium illud sabbathum, cum neomeniis, explodens assert odio haberi à Deo; proculdubio Iudaicos dies intelligens, vt locuples mihi testis est Iustinus in Tryphone, quem sequuntur Clemens Alexander, Eusebius, & alij. Quin alio loco perpetuas Christianorum festiuitates insinuans, spiritualeque neomenias: *Erit (inquit) mensis ex mensi; & sabbathum ex sabbatho;* cuius loci germanam sententiam habemus apud Ignatium ad Magnesianos, vbi præclara huius nostri sabbathi videtur est elogia: vt omittam Apostolos Christianis deliciis hunc diem, quodammodo consecrasse, vt poterit per ipsius Christi resurrectionem peculiari donatum gratia; vt testatur ipse Iustinus in extrema apologia. De Christianis festis hoc tatum addam, quod Ecclesia veritatis columnæ dicit, homines meritò formidare debere sui reprobationem, qui in diutorum solennitatibus non

*Vide apud  
Burch. lib. 2.  
cap. 94.  
interrog. 63.*

*Sterembergii  
calumnia.*

*Heb. 9.  
Ia. 1.*

*Ia. 66.*

*Religiosa fe  
storum dierum re  
nervatio Deo  
gratissima.*

*Li. pœn. 19.  
tit. de irreli-  
giositate.*

*Quid si chri-  
stianu prestâ-  
dum tempore  
sacrificij.*

bus non mouentur; nec occultum spiritus instinctu in se deprehendunt: Quantoperè autem placeat Deo festorum dierum religiosa veneratio, probat aperteissimè plurimi fontes, quos Epiphanius in Alogis dicit sub horam Christi nativitatis, & editi primi miraculi in Cana, mutari in vinum, & que huius rei fecisse bibendo periculum. Sed hac de re satis. Nunc ad id, quod postulat à nobis Ecclesia, nimirum, ut non tantum ad simus rebus sacris: sed etiam cooperemur. Nec enim illi suo satis fungitur officio, qui in templo desident otiosi; vel solis intenti sunt fabulis: multò minus illi personati hæretici, vel certè tepidi hypocritæ, qui vbi sicutè, vel de more poplite fortassis alterum flexerint, labiaque nonnihil mouent; quod superest temporis fabulis deterint: adeò ut olim Ecclesia (teste D. Burchardo) tales redigat ad decem dierum penitentiam in pane, & aqua: ut ex supplicio criminis granitatem agnosceremus. Quid igitur (inquiet catechumenus) faciendum censes? Longum esset cuncta in medium proferre. Loquar tantum rudibus. Nihil aliud ab idiotis requirit Ecclesia, quam ut ibi vel sedeant, vel geniculentur; & ad salutationes, collectasque sacrificiales respodeant. Quis tam ignavus, ut hoc nequeat præstare? Omittantur tantum fabule: & subinde succine sacerdoti bene precanti: & iudicio summorum Pontificum est satis. Si quem verò pudeat generosorem tam otiosè Deo seruire; istud agat preterea. Sub tēpus consecrationis æqualibus votis cū sacerdote cōspiret; sīstātque Deo patri filium suū, & agnū Dei. Adiungat & istud, cūm viderit sacerdotē ante monumentū sacrificij conticescere; ipse nō immemor suæ dignitatis, & cōmunis sacerdotij Christianorum seipsum, suosque omnes commēdet numini; & communē Ecclesie causam agat pro viribus. Cūm enim se dicat ipse sacerdos offerre pro se, suisq; omnibus: nemo tam esse debet ingratius, & iners, ut omnia soli sacerdoti contradens sui ipsius, ac suorū sit immemor. Post exhibitum patri filiū, vbi tursum erit silētum, commendabis tuos defunctos; & comprecatores diuos vtroque in loco aduocabis. Quid facilius dici potest? Optarem istud addi, ut post lectum euangelium, aut recitatū symbolum, cūm sacerdos panem, ac vinum offert; ne tibi defueris: sed, si minus corporaliter, (quod vtinam reuocaretur in ysum) saltē pia mente, cum sacerdote, eandem oblationem siste Deo, panem quidem pro omnibus, quæ ad hanc vitam corporisque pertinent; vinum autem, quod symbolum est animæ, pro iis, quæ ad animam spestant, beneficiis. Hæc r̄s enim vehemēter hominem extimulat, ut Christiani decoris nunquam obliuiscatur, vt pote, qui tantam sibi cum numine consuetudinem esse meminerit. Est & illud adiiciendum; præsertim hac ætate, qua desit illa Christianorum cum sacerdote sacramentorum communio; ut saltē ardentibus votis spiritualiter communicet meus catechumenus, hoc est, ut annitur, optet, supplicet fieri particeps effectuum, & gratiarum perspectionis, corporisque, & sanguinis Domini. Et ista quidem breuiter de priori officio Christiani hominis. De quo plura erant dicenda; nisi iam ei rei locum alium destinasse.

De seruili

De seruili operis prohibitione, & Christianorum hac in parte accurata instructione.

### Catechesis 74.

**N**OISSIMA catechesi partem alteram christiani officij percensuimus: nunc de altera, quæ seruili operis inhibitionem continet. Quid si igitur (inquiet aliquis) hoc modo, aut exactius cooperatus sim rei diuinæ, & vitem seruile opus: potero mihi, quod superest, indulgere ludendo, vel inambulando? Minime. Quid enim magis Iudaicum: si hoc tamen sit, cūm Iudæi vix audeant manum mouere: & Christianus, posteaquam deificatus est: nihil sublimius præstabilit, ac se, vel ab hæreticis, patietur superari: vt illud meritò iactetur in illum: *Viderunt hostes, & deriserunt sabbatha eius?* Ut igitur concedam, Thren. I. cum nostris maioribus, nonnihil laxamenti, & honestæ recreationis indulgeri: quis ferat vel totum diem, vel bonam eius partem lusibus, nugisque deteri? Verùm de altera parte, quæ cessationem ab opere seruili continet, instituendus est sermo. Et quis non libenter ad quietem se vocari audiat? Quid suauius eo præcepto, quod imperat, ut homo se recreet, virisque reficiat? Quid ad definitionem pertinet, satis dictum est superius. Sentimus enim, cum Septimio Tertulliano, opus quotidianum, & humanum, quod Deus non præcipiat; vel (ut alibi definit) omnem occupationem quam quotidie exercent homines, nec ad Deum pertinet, opus seruile nuncupari. Nec aliter sentit Ecclesia, quæ, præter laboriosa illa opera, etiam iudicia, iuramentaque prohibet (iisi pacis, & misericordiae causa) & mercatus, quæ pars etiam nonnihil seruile continet. Iam autem, ut quam seuerè sit istud interdictum à Deo, & quam sequum fit, quod à nobis postulat Ecclesia, peccati causam intueamur: reuocate, quæso, in memoriam violatae huius legis exemplum Exodi cap. 15. vbi deprehensis, qui ligna colligebat ad struendum focum (vt annotat Gazæus) postridie iubetur educi extra castra, & lapidari. Et quantulum est farmenta colligere? Peccati causam alij aliunde venantur: idem Procopius Gazæus ex ipso Mose dicit superbiam, legisque contemptum causam fuisse sceleris: unde coniunctant oportet, qui verè seruili opere mandatum violant, quam grauiter Deum offendunt habent. Itaque Iudæi tam hic spinosi, scrupulosique fuerunt: vt vel spicas terete, aut lilitum sputo facere nefas crederent. Quocirca, ut legis violationem, & Iudaicam superstitionem effugiamus: ope-receptum fuerit aliquot capita nostris catechumenis præscribere. Esto igitur primum, neminem violare sabbathum, qui, si quid faciat, neque legem contemnit, neque sibi & scopo diei festi repugnat. Si quis enim hæretico spiritu die dominico velit suere calceos, aut vestem sarcire, postridie lusurus in otio: maculat se grauissimo crimine. Mens enim in præceptum insurgens efficit mortiferum peccatum. Contra, si pittis idem faciat, ut honestus profiteat in ecclesiā: non vt præceptionis

Li. 2. aduer.  
Marc.  
*Quid seruile  
opus.*

*Quid seruile  
opus à  
Deo sit inter-  
dictum.*

*Aliquot regis  
lis legis. viola-  
tionem effuge-  
re, & Iudaicā  
superstitionē  
vitare dect.  
Prima rega-  
la.*

secunda.

tertia.

*Quae excusent  
seruile opus  
dominicis fe-  
stisq; diebus.*

finem euertat: nihil est metuendum. Ecclesia enim spectat animi tranquillitatem, & sua lege fideles, vt Deum collant, & ad salutem pertinentia discant, iauitati: quæ si non tolluntur: si quis eò non tendit, vt ista velit explosa non peccat. Secunda gnome sit ista. Quod parva est, pro nihilo ducitur. Maiores nostri iubent ipsam materiam inspicere. Si quis enim vel calceum purget, vel aliud quippiam faciat, quod non valde hominē occupet: nihil censetur: & hæc res in omnibus moralibus præceptis locum habet. Tertia regula catifas complectitur operis, & magnam habet utilitatem, inque multa fragmenta diffili: propterea de ea, quam poterit fieri simplicissimè dicam. Si enim opus tuum ad Dei cultum pertinet: nullum est vitium: vti nuper de veteris legis sacerdotibus dictum est. Quis enim accuset vel pulsantem campanas festis diebus, vel signa, crucisve ferentem? Alterū caput latissimè patet. Si opus sit aliquod extortum à pietate, misericordia, utilitate, necessitate vel tua, vel proximi, vel reipublicæ: habe (inquit Bernardus) ante oculos charitatem, & misericordiam: & fac quicquid velis. Nemo nescit pharmacopolarum opus esse seruile: attamen, si pestis, & ægrotū necessitas postulat, excusantur: alias nō. Qui ministrat infirmis, & affixi nequeunt abesse, alioqui periclitaturis: non solum à seruilibus operibus, sed à re diuina, peccatis liberati sunt. In summa, necessitas, misericordia, charitas excusant omnia: siquidē sint homines recte instituti. Nam si reclamāte conscientia fiat: peccatum est. Sed & illis minimè fraudi fore creditur, qui ab heris compelluntur diebus festis ad seruilia. Attamen si dominus sit hæreticus, qui persuasum habeat diei dominicæ nullam esse religionem & subditos ad eius violationem iccirco compelleret: ibi mors obeunda potius, quam in Christi contumeliam humanæ violentiæ cōcedendum. Nam religionis, ac fidei res tunc ageretur: non proximorum utilitas, necessitas, vel misericordia. His adde nonnunquam temporis opportunitatem peccatum eluere: vt si maritimi Germani, qui piscatu viuunt, multis mēsibus in halecum pescatione detineantur. Eadē est rusticorum ratio: si segetes periclitentur, nisi sacris diebus conuehantur in tutum. Idem de nundinis, nuntiisque dicendum: quibus si die festo lucrum offerunt, quod non temere sperari queat aliis diebus: possunt tuta conscientia proficiisci. Est enim opportunitas: est fortassis necessitas: forsitan utilitas: multisque nominibus excusantur. Permittuntur insuper religiosæ deambulationes, in quibus audita in concionibus retractentur. Nam & Iudej⁹ alioqui superstitiosi licebat itinere sabbathi, hoc est, bis mille cubitos progredi: quo spatio à castris arca distabat: vt quidem dimensus est. Origenes in Strom. cuius fragmentū est apud Oecumenium in acta Apostolica. Est igitur id etiam liberum Christianis: modò dent operam ne deambulationes fiant non tantum animi causa: sed etiam peccati, lucri, prophanationis. Ad eum modum de pictura, scriptura, & exemplaribus, quæ à præceptoribus proponuntur discipulis, si fiant obiter, ac breuiter, nil est mutuendum. Et haecenus quid permittat, & quid

vetet

vetet Ecclesia. Et hic esto limes primæ tabulæ, quæ facit ad Deum ritè colendum. At verè quia non tantum φιλόθεοι, id est, Dei amatores, sed etiam φιλάρχησται esse debemus: quia dicit Christus secundum præceptum esse priori simile: quod negligere videntur, qui hodiè tantum occupantur, vt norint quid præstandum sit Deo: neque interim de proximis diligendis villam habent rationem: nobis erit ad posteriorem tabulam homilia proxima transeundum.

*Quartum preceptum.*

## Catæchesis 75.

**N**gressuris quarti præcepti tractationem, ista se nostris manibus ingerant, quænam hic sit ordinis ratio: quibus verbis promulgatum præceptum: denique quid sibi hoc velit. Diximus alias sic institutum esse decalogum: vt docerentur homines, quo pacto erga Deum, suosque commilitones se generare deberent. Inter istos autem quidam sunt nobis peculiartere coniuncti, præter similis naturæ commercium, quod est cum omnibus commune. Qui rursus in varios ordines distinguntur: sed primus locus debet parentibus, quicunque tandem isto nomine continentur. Ac propterea, cùm hac tabula proximorū dilectio præcipiatur: æquum fuit istud in primis ferri præceptum. Et ista est christiana causa. Si Iudicium velimus addere; Philo Alabarches hanc adsignat, quod parentes quandam habeant cognitionem cum Deo, & cum hominibus, quidamque partim diuinum, partim humanum in ipsis eluceat: ac proinde meditullium obtineant. Ita enim natura comparatum esse deprehenderunt philosophi: vt quodcunque spectaueris elementum, id, quod medium eius locum obtinet, videatur cum duobus extremis aliqua ex ex parte congruere: vnde nil mirū naturæ conditorem simile quippiam hic obseruasse. Nam in parentibus non tantum est corpus istud iners: sed etiam anima, quæ immortali natura numen ipsum repræsentat: vt omittam eos esse diuina quædam instrumenta, quibus humani generis propagatio petagit. Sed audiamus præceptum. *Honor patrem tuum: Ad quos spe-*  
*& matrem tuam: ut sis longius super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Quibus hæc dicta sunt? Primò filii, vt Christus, & Apostoli interpretantur: deinde clientibus, discipulis beneficio affectis seruis, & legitimo subiectis imperio: qui omnes diuerfa ratione parētes agnoscere, Quid honoris.*  
*& venerari debent: vt concordi cōmentario docent vetustissimi, recen-*  
*nomine hoc*  
*tesq; scriptores. Sed quis est hic honor? Vt rem multiplicem simpliciter loro intelli-*  
*absoluam: est id, quod quisque subditorū, & obnoxiorum debet suo su-*  
*periori. Nemini quicquam debetis ( inquietabat Paulus, quadā paraphrasi*  
*hoc præceptum explicans) nisi ut innicem deligatis. Vox enim Molis 7:2*  
*Cabbed reddere, ac persoluerē debitum significat: nec male reddetur,*  
*Solute, quod debes patri, & matri. Nam hac voce Malachias cap.*  
*I. filiorum, & seruorum ad parentes, ac dominos honorem comprehen-*  
*G. dit. Sed*  
*Rom. 13.*

*Quid hoc praeceptum à nobis reposcit.* Ephes. 6. Coloss. 3.

dit. Sed in gratiam catechumenorum dicendum ex scripturis, quid spectatim debeamus. Animaduerto scripturas à nobis, ut hoc præceptum impleamus, postulare primum obedientiam. Sic enim Paulus: *Filiij obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, &c.* explicans quid honoris vocabulo designatur. Alterum est reuerentia, non quam vanus hic, stultusque mundus in gesticulationibus tantura positam agnoscit, tametsi morum honestas non sit negligenda: sed quæ, præter hanc, in affectus compositione sita est: vt quod quilibet externis gestibus præ se fert, animis loquatur, & sentiat: vt reuerè colat, redimet, timeatq; parentes, & hoc honore iudicet semper dignissimos. Nam hoc potissimum videtur spectasse Moses, dum 21. Exodi prohibuit, ne quis parétabus maledicat. Tertium est gratitudo, & ἀρτινελαγύα, quæ infinitis laboribus, beneficiis, periculisque suis parentes à nobis iure optimo reposcunt: & hinc omne genus auxilij, & opitalationis intelligitur, contra Phariseorum depravationem, quam in huius explicatione præcepti liberorum mentibus (vt à Christo redarguntur) instillabant. Hoc est igitur honorare. Sed quid sibi vult nomen patris? Ne enim hinc in scirpo (vt aiunt) nodum querere videar, sunt inter Græcos, qui de homine parente hoc accipendum negent: sed Christus, & Apostoli de parentibus accipiunt: quibus secundum Deum vitam acceptam ferimus. Sic matrē Clemens Alexandr. dicit à quibusdam intelligi vel substantiā, de qua progeneramur, vel Ecclesiam: & vtrumque commentarium expludit, adserens de sapientia, hoc est, vera fide, ac religione, quæ in prouerbiis mater hominum iustorū appellatur, intelligendum. Fateor me nō satis assequi, quid sibi velit: attamen ex scripturis notum est, eam, quæ nos effudit in hanc lucē, intelligi oportere. Haec est præceptum. Quid autē appendetur præmij? Nec enim istud oscitanter prætereundum, quod tam accuratè Paulus annotauit, inquiens esse primum præceptum in promissione. *Vt sis longanus super terram.* Deuteronomium paulo magis rem explicat: *Sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ne quis morem gerendum sibi putet esse parentibus legi diuinæ repugnantia præcipientibus. Vt benè sit tibi.* Si cum Iudæis esset negotium, hic esset sensus: vt affluas omnibus bonis, vt sedreas sub fico tua, & bibas lac, & mel in summa rerum copia, & tranquillitate. Christianus autem commentarius: *Vt sis hinc felix, & benè, beateq; viuas: & ad postremum in cœlis pereennis affluat boni summi fruitio.* Sed manum reuoemus ad tabulam. *Vt sis longanus super terram.* Septuaginta additū bonara, & Abrahamus Ezras dicit non quamuis: sed bonam terrā intelligi: unde suspicor Septuaginta addidisse. Iudæi de verbo ιωνια iāricō disceptant, voluntq; actiū significare prolongent sese, quod perinde est: Christiani tamen, post Septuaginta, passiuam elegerunt significationem. Sententia est: diutissimè, ac felicissimè viuas non in Aegypto, aut ergastulo: sed in Palæstina, quæ fluit lacte, & melle. Sed quoniam hæc in figuram Iudæis contingebant, nostra terra est universus orbis: ut pote cuius rex constitutus est

Matth. 15.  
Mar. 7.  
Clemens  
Alex. 7.  
strom.  
Matth. 15.  
Ephes. 6.  
Coloss. 3.

Ephes. 6.  
Deut. 5.

Exod. 12.  
vers. 12.

tutus est Christus nostrum caput. Huius autem promissionis exempla præclarè licet è scripturis promere. Abimelech enim indecora morte muliebri vulnere periit; filii Heli celer contigit interitus: Absalon impietas in ipso flore iuuentutis extinguitur. At (inquiet aliquis) nōnne videmus ingratissimos, scelestissimosq; filios dñi interdum viuere? Fateor: neque id mirum: cùm lex Dei nunc obtorpuerit, quæ olim huiuscmodi statim è medio tolli iubebat, magis reipublicæ perniciosos, quæ fures, quos hodiè, nec malè, suspendimus in patibulis. Non euident tamē impij dñnationem, ad quam magnos in dies prauis operibus cumulos adiungunt. Itaq; si quando immatura morte defungantur boni vii, nil iniquè fieri putandum: quia non tantū de ista misera, & calamitosa: sed potissimum de vera, & immortali vita debemus esse solici. *Quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Notandum est Hebræos, Syros, & Græcos præsenti tempore legere *Dat:* vnde quibusdam placet de Palæstina interpretari, quam erant iamiam ingessuri: sed Deus in perpetuis donis vtitur verbis præsens tēpus significantibus: quia pīj iam accipiunt, ac spe possident illam terram. Nunc tribus verbis quantoperè veris filii præceptū istud incubat. Diximus apud Iudæos illius transgressorem publica manu sublatum. Et sanctus Tobias instituens filium suum: *Honorem (inquietabat) habebis matri tue omnibus diebus vita eius. Memor enim esse debes quæ, & quāta pericula passa sit propter te in utero suo.* Et ad Ephesiós scribens Apóstolus dicit esse iustissimum, Deoque gratissimā. Quæ vero doctissimus Iudæorū Philo ad huius præcepti commendationem adfert, longū esset exequi. Hoc tantum dicam, illum, tanquam immanissimas bestias, execrari huius tam iustæ, & naturæ conuenientissimæ legis contemptores: cùm à feris homines humanitate vinci sit ostenti simile. Scilicet improbi liberi vetulos parentes abiiciūt educatores, formatorēsq; suos: cū prō vilissimo alimento videamus canes excubare pro foribus dominorū: latrones abigere, multisq; periculis obiicere sese. Passim est nobis obuia cīconiarū pietas: quæ cùm pullis senio confectos genitores nutricant, atq; in pastum deferunt: & sanctū illud animal homo tanta feritate, vel rabie potius efferratur: vt dulcissima nomina patrē, matrēq; nō agnoscat, contēnat, abiiciat: nec in illis sūmi parētis omniū Dei symbolū veneretur? Sed ea est huius calamitosissimi seculi miseria: in quo nō torpēte modò, sed penè mortua charitate, iniquitas, & ἀγονία legi Dei collato pede resistit.

*Latiū declarat, quæ Deo semper displicerit quarti præcepti neglectus, & transgressio: & hereticos in iudicia, magistratus, ac principes insurgentes reprimit.*

### Catechesis 76.

 Idebantur suffictura, quæ modò resonauit catechumenus: nisi tēporis malignitas, quæ parentū honorē planè videtur exhibitura, moneret non fore intēpestium rem istā ex alio. etiam

Maximam fi-  
lolorum paren-  
tes contemnen-  
tium ingrati-  
tudinem, &  
improbatatem:  
exemplis de-  
cer.

Exod. 21.  
Tob. 4.  
Ephes. 6.  
Coloss. 3. l.

Cap. 3.

Quintilian.  
li. 2. orat. in-  
finitus. ca. 10.Reuerentia  
Principi, &  
magistratur  
quāta debea-  
tur.

Nam. 16. capite demōstrate; & maximē propter hæreses & infidelitatē, quas cām inter præcipua mala connumerare debeamus: tamē eā sunt duo instru- strumenta, quibus satan conatur cūm vniuersum decalogū; tū istud potissimūm præceptum obliterare, quod duobus, vel tribus declarare non pigebit: vt norimus quā detimenta nobis huius præcepti neglectus intulerit. Igitur D. Paulus, cūm locutus esset de quibusdam, vt p̄ficiq; placet philosophis, quibus hæc ætas nimium abundat, qui Deum cognitū non dignantur laude, & gratiarū actione prosequi: inter grauissima sce- lera, in quā prolapsos afferit, quia nō probauerant Deum habere in no- titiā, numerat erga parentēs inobedientiam; vt infaustissimæ arboris in- fidelitatis fructūm infelicitissimum exhoreamus. Rursus in altera ad Ti- motheum hoc scelus exoriturum similibus cum vitiis vaticinatur; cu- ius rei causam hætesim non obscurè prædicti prioris ad eundem disci- pulum suum cap. 4. Cūm igitur inciderimus in hæretica tempora: non debemus mirari, si nunc sunt plurimi, qui negent debitam superioribus obedientiam. Sed vt istud præceptum esse maximi momenti, & proinde diligenter excolendum persuadeamus; libet excurrere per necessitudi- nes, & vincula, quibus homines inter se colligantur. De parentibus, ac liberis iam dictum est. De coniugib; hoc tantū, quod multæ loco sit in prima præuaricatione mulieribus iniuctum, vt subsint maritis: atque adeo Paulus obediētia symbolum interpretatur promissum capilli- tum; vtrunque verò ad exemplum Christi, & Ecclesiæ, quorum typum exhibit nobis, debere arctissima dilectione connecti. De discipulorum officio, quos attineret prolixè verba facere? Hoc sat erit, quod ethni- cus scriptor grauitate ait, non minoris ipsos preceptores à discipulis, quām studia ipsa, faciendo. At Christianos, fidos, verosque præceptores, qui vitam, ac motes non minūs, quām ingenium excolunt, angelorum instar habendos quid ni dicam? Clientes, alumnos, ac seruos mecenati- bus, fautorib; dominisque suis nemo tātū saltem debere negaverit, quantū equi, & canes iis, à quibus pascuntur. Omitto scripturas præ- mia condicere seruis, si ritè, & ex animo rem gesserint Deo se ministrare credentes, qui talia inter mortales conditiorum voluit esse discrimina.

Quod ad magistratus, & plebem, principes, & subditos pertinet; diflu- siorem tractationem exigit: quia nunc ḥ̄s ἀράpx̄las, & omnis iugi excus- sione desiderio quosdam flagrare videamus; cūm partim exempla maior- rum, partim scripture nos aliter deceant. Meminerint igitur qui legitimi- mos, naturalésque magistratus, ac principes cōtemnunt; ac se pro legif- latoribus venditāt, quid acciderit primis illis seditionis hominibus Da-

thani, Abironi, Core, cūm aduersus Mosen turbas excitarent. Nec enim vulgari Deus crimen illorum vltus est suppicio: sed hiatu terræ sic ab- sorberi fecit, vt nullum extaret omnium illorum vestigium. David ipse ne in tyrannum quidem regem persecutorem suum proprias vleisci vo- luit iniurias; cūm iterum hostem haberet in manib; Propriū sit mihi Dominus: (inquietabat Propheta sanctissimus) vt non mittam manūm meām

in Christum

in Christum Domini. Ipsius autem impius filius Absalon vt perierit, dum aduersa parenti signa temerarius infert, quis ignorat? Nec multò pōst rerum nouarum cupidus Siba simile crimen, nō dissimili tentauit even- tu. Longum esset persequi cetera, qua in Maccaþorum narrantur historia. Venio ad nouum testamentum in quo Christus etiam pro per-secutoribus iubet orare; &, ne vestigal, tributūmque pendere detrecta- remus; ipse, inaudito miraculo parta didrachma mandat Petru m exolue- re; positus ad impij præsidis tribunalia potestatem reveretur, & à Deo profectam agnoscit; adeoque Petrus dicit illum tradidisse seipsum iudi- canti se iniuste. Paulus verò lōgissima disputatione probat omnem ani- mām subditam esse debere sublimioribus potestatibus, & dicto ( vt ad

Rom. 13.  
Tit. 3.

Titum loquitur) audientem. Et cūm apud Philippenses per contume- liam cæso, &amp; vincēto pateret effugium; noluit suo deesse officio, neque

vel pedem extra carceres ponere; priusq; à legitimo magistratu fieret eius rei potestas. D. quoque Petrus monet vt Christiani subsint om- ni humanae creaturæ, hoc est, omni magistratui ab hominibus potestate præditis constituto. Si ecclesiasticam attingamus historiā, occurrit mox D. Andreæ exemplum, qui vincētus concurrentem populum ad circiter quatuor millia, vt distractis carceribus Apostolum eriperet; oratione compescuit, liberari se non ferens cum iniuria publici magistratus. Et v- bi sunt, qui non modò carceres: sed ciuitates perrumpunt, &amp; summa vi sceleratos eximunt vinculis, iudiciorūq; necessitate liberant. Creber- rima sunt diuorum exempla, qui ne se quidem è mediis suppliciis à po- pulo eripi per tumultum permiserunt. D. quoque Ignatius cum in aliis, tum septima potissimum epistola hortatur suos, vt Episcopis, presbyteris, diaconis ciuib; que magistratibus morē gererent: vnde licet intel- ligere quo ducantur isti spiritus: qui optimos principes, sanctissimosque magistratus, cordatosq; senatores deturbant, fugant, pērimunt; &amp; pro iis omnibus apostatā aliquem sceleratū, ac sordidū hominē reponunt. Hoc est profectō diabolicae ciuitatis ingeniu: sic solent satanæ mancipia om- nem politiā, ac terū humanarū, &amp; diuinarum ordinē, iura, legēsque mis- cere: ad istum modū olim Iudaicam républicam Iudas, Theudásque di- uexarunt: vt nil dicam de Zelotis Ieroſolymitanis, qui hic nō pertinēt.

primus Prin-  
Simonis autem, & discipulorum eius omnī tacere nō possum impie-  
cipibus, & ma-  
gistratibus nō  
gistratibus, ac principibus: vt nimirū videant, & gaudeat, quā præclaris  
imaginibus, authorib; que generis ostentare se possint nostri (si Christo  
placet) euangelici, qui nouo more bōbardi, armis, externo milite, iustis  
exercitibus suam religionē propagare, regesq; pientissimos vel mastare:  
vel prouinciis, auitisq; regnis pellere conatur. Ecclesia verò, quid vñquā  
simile? Trucidabantur olim ingēti numero Christiani: paucisque torto-  
ribus ceruices integræ legiones certatim præbebant: nō armis armis: sed  
nuda corpora, sed miracula, sed pietatem, sed inuitā patientiam oppo-  
nebant. Quid postea quam tyranni idolorūq; cultores euanterūt: num

G 3 semel

Simon Magus

Rom. 7.

semel traditam, confirmatam, & vbique receptam fidem gladiis tutati sunt: Leones Copronymus, & Isaurius, vt stabilirent iconoclasim, non minus sanguinis, quā Decius aliquis effuderunt: Ariani Cæsares cuncta cædibus, exiliisq; repleuerunt: quis infestis signis obuiam pessimis principibus eundam censuit? Quibus præsidis Athanasius Constantij furorem, & Arianorum: quo milite Basilius Valentis iniustissimam violentiam repulerunt: Fuga scilicet, orationibus, templorū parietibus, ac valuis. Verum inquiet se iustos, modestosq; principes libenter agnoscere: solisque tyrannis, & idololatria exhibere negotium. Audio; sed prius erat demonstranda idololatria: imò verò audiant ipsi suos coryphaeos, qui scriptis libris docēt ferēdos esse etiā idolorū cultores malos, & iniustos. Sed vt illi taceant, cùm nostræ satis clament scripturæ: si repugnandū tyranis: vbi fructus, & ratio martyrij: Si docetur pugnare Christianus: doceatur non confiteri fidem, nec pati martyrij: quod si eripiatur: absorbetur omnis gloria Christianorū. Sed, vt hæc misera faciamus, mirū equidē non est, si, cùm obedientia nil sit difficultius, nilque cum corrupta natura pugnantius: cunctæ nobis hæreses pariant inobedientiā: cū Adami peccatum non tantū nos ad obediēdū tardos effecerit: sed in nobis ipfis quādam rebellionē ingenerauerit, quā vix, ac ne vix quidem licet effugere: adeò vt Paulū exclamare compelleret se infœlicem, &: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ac propterea Deus, vt rei difficultatem leniret, apposuit præmium: nec quolibet reges, principesve nominauit: cùm & ipsi veniant intelligendi: sed parentes, mellitissimo nomine, vocauit: quod hi omnium minimè inuidiosum habeant in suos imperium.

### Quintum præceptum.

#### Catechesis 77.

*Quæstio de ore  
dine sequentia  
præceptorum.*

**H**ucusque affirmantia præcepta recensuimus: quæ circa ea versantur, quibus maxima religione, summoq; iure sumus adstricti. Nunc sequuntur negantia, quæ proximorum causam continent, quibus non tot nominibus; rationibꝫque desincimus. Et licet vicissim præceptiones, & interdicta inse contineantur: sinit tamen Deus, vt ipfī à nobis quod summum est, impetremus: satis habens, si nos à vi, & iniuria, læsionēque proximorum ipfī retrahat. Verum in his interdictis, quæ quibus anteponenda sint, magna quæstio est: itaque non nihil erit ex antiquitate repetendum. Cōuenit quidem inter omnes: vt, quæ operibus externis, & instrumentis efficacissimis perpetratur, primas obtineant: quibus proximè sermonis virtutia, tertioque in loco cogitationis, ac desideriorum impiamenta subiungantur. Sed cùm prima classis tria crimina cōprehendat: certatur quod nam infausta cohorti sit præficiendū. Philo Alabarches primas adulterio tribuit, & eam sententiā in Anacephaleosi, & li. posteriori de speciatim latis legibus confirmat, additq; causam: quoniā hoc vitij regnum habet amplissimū. Siue enim aërem, siue cœlos ipsos, ac vniuersum orbē confideres ybi

deres: vbiq; spiritualis cuiusdam adulterij crimē sese ingeret oculis. Adhæc vniuersa, quæ sequuntur, fœditate, & indignitate lögè superat. Equidem nunc tēporis non libet adulterij, & homicidiij collationē ingredi: certè non illibenter concederem Philonē lapsum esse memoria: tametsi scriptorem longè diligentissimū: si duntaxat semel ostēdisset hanc suam sententiā: sed, cum inculceret saepius, nolo temerè statuere. Hunc tamen sequitur Clemens Alexand. 6. stro. Et ne scripturam desideres; adde, si placet, Apostolum Paulum scribentem ad Romanos hoc ordine recensere præcepta. *Non adulterabis: Non occides, &c.* Postremò D. Jacobus ca.

Rom. 13.

2. mœchiam præposuit homicidio. *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit*& *Non occides.* Quid ergo statuemus? Evidēt quod ad priores attinet:

nil habeo quod dicā: sed in diuersum habemus rationes efficacissimas: à

quibus non arbitror esse recedendum. Primum enim Moses in Exodo,

&amp; in Deuteron. inuertit ordinem, &amp; cædē mœchiæ præponit: quem ad

vnguem sequuntur Ionathas Chaldæus, Septuaginta, Procopius Gasæus,

&amp; Hieronymus, qui vbique seruat hunc ordinem. Accedit, quod Christus rogatus, quænam effent præcepta, dicit exordium ab homicidio.

Quin ipse Paulus apud Syrum interpretem hanc Matthæi, &amp; Lucæ retinet seriem. Non præteribo Flauium Iosephum, qui, post quintum de

honorandis parentibus, istud sextum fuisse tradit, abstinentium à cæde.

Sed &amp; ratio huic ordini maximè suffragatur. Nam est antithesis maxi-

ma inter iam enarratum, &amp; istud, quod sequitur, præceptum. Parentes

enim sunt Dei, homines reparantis, &amp; propagantis, instrumenta, quibus

meritò deferendus est honor: homicidæ autem nauant operam mortis

authori diabolo. Illos qui merita reverentia coluerit, habet promissam

pro mercede sene&tutem: de istis scriptis Regias propheta: *Viri sanguini-**& dolosi non dimidiabunt dies suos.* Nam is, qui cōmittit adulterium

peccat in id, quod est extra hominem. Nam tametsi una caro dicatur

vxor, tropologicū est: nec in eam peccare videtur, quæ consentit: si dun-

taxat ea, quæ sunt animi, se posueris: qui autem occidit, nil addere po-

test ad iniuriam. Quæ cùm ita sint: nos etiam cum penè reliquis omnibus

istum sequamur ordinem. Est igitur præceptum, *Non occides.* He-braicè dictum est: *Ne occides.* Ionathas Chaldæus more suo dixit, *Ne**occidas animam:* non quod ea possit interfici: sed vt intelligamus mor-

tem, hoc est, animæ à corpore separationem: tum (vt mihi videtur) quia

peccatum ipsum quodammodo vergit in animam. Summa est (vt do-

cet optimè Philo) ne diuidamus illud, quod Deus tam mirabili poten-

tia connexuit: ne villam inferamus vim, aut mutilationem proximis.

Cūm enim Deus fibras cognitionum, conatus, machinationes, cupi-

ditates exploret: rectè Philo censet homicidam habendum, qui vel cu-

piat mutilare, imò qui vim non prohibeat: tantum abest, vt, qui inbeant,

faueant, hortentur, fint innocentes. Hoc tantum supereſt, vt hoc pecca-

tum, eiusq; formas omnes religiosissimè vitemus. Nec putarē quicquam

apud religiosos, piosq; catechumenos de te tam truculenta dicendum:

Psalm. 44.

Matth. 19.  
Luc 18.  
Ioseph. li. 3.  
cap. 6. anti-

quit.

*Homicidij sce  
nus quām im-  
mane.  
I. o. 2.  
1. o. 3.*

*Variis exem-  
plis & ratio-  
nibus homici-  
dij granita-  
tem ostendit.*

*Genes. 4.*

*Aet. 18.*

sed, quia cum ijs agimus, quorum fortè plerique plebem instituendi prouinciam suscepturnt sunt clarè, & perspicue huius beluae sinus omnes aperiamus. Et si quidem, quām sit horrendum istum monstrum intueri libet: satis ex Christi verbis, & ipsius Apostoli Ioannis appetet: quorum ille diabolum primum homicidam adserit: alter homicidarum parentem. Iam videte. Deus est clementissimus, mitissimus, infinitus misericordiae, cuius benignitatem, pietatem, φιλανθρωπίαν infinitis elogiis sacræ litteræ prædicant: diabolus osor, accusator, mactatorque fratru, leo fæuus, ac rugiens, prædo fæuissimus. Quis igitur tali parente se non beatū: imò non terque, quaterq; miserum putet? Quis non Dei optimi se filium potius, quām huius impurissimi draconi esse, & haberi gaudet? Non magni facis diuinæ naturæ consortiū: ut similem fieri diabolo illi pro manu, & gladio se præbere ad necem hominum, quis non exhorreat? Vis huius sceleris viuum exemplar? Vide quid in originibus Moses de Caino referat. Considera, quæso, fraterna cæde cruentum, æstruantem, furentem, ægerrima cōscientia tabefactum ad Dei vocantis vocem examinari: sceleris apologiam meditantem, mox ad facinoris mentionem, veluti tartæo flagello percitum, horrescere, tremere, desperare, fugere, vbiique mortem, quam primus ostenderat orbi, formidare: nihil sibi tutum, ac peruum ducere: denique vniuersa sibi infensa, & irata credere. Sequitur Lamech infelix, qui tortore conscientia impulsus apud vxores veluti publicam instituit pœnitentiam: & quia Caini supplicio deteritus non fuerat, inquit lachrymabiliter: *Septuplum vltio abitur de Cain: de Lamech vero septuages sepius.* En pro una cæde quantam pœnam reposcat Deus: & post tot homicidia, minum est, quid plerique de se futurum credant homines. Quid enim, si tot exigantur supplicia, quot secula: imò quot exempla præcesserunt? Est enim homo ad imaginem Dei conditus, tam præstans, admirabilisque structura: vt nullus philosophorum compagem nobilissimam rerum dissimilium intelligere potuerit: quomodo videlicet formosissimo quidem: sed terreno figmento diuinæ particulam auræ, & (si dici fas est) æthereum ignem, sublimem animam commiscuerit, tantaque necessitudine compularit: vt si quando rumpatur illa dulcissima societas, incredibiles orientur molestiæ. Certe Nazianzenus non dubitat hac in re maiorem Dei potentiam, quām in angelorum creatione afferere. Hoc igitur pulcherrimum templum demoliri, nodum illum prorsus diuinum distrumpere, Dei mirabile opus euertere, & dissipare, quis non indignissimum iudicet? Quis hoc scelus neget ab ullo, quām ipso Deo, expiari debere, in cuius vergit summam contumeliam? Si nil aliud occurret ad illius granitatem declarandam: vel hoc vnum sufficeret, quod illam ipsam creaturam suam Deus ipse, vélut si furore percitus Tharas aliquis in sua lutea idola defauiat, abrumpit illumque spiritum, quem indiderat, aufert in huius nefarij criminis vltionem. Quin videtur ipse natura hoc hominum pectoribus inseruisse. Nam Paulus, post naufragium,

fragium, cum enatasset in Melitem insulam, & vipera manum inuasisset: *Vtique homicida est (aiebant barbari) hic homo, qui cum evasit de mari, vltio non finit cum vivere.* Omitto scripturas tradere, ne feris quidem, Genes. 9. & bestiis hoc cessurū impunè: sed Deū ab illis effusi sanguinis rationem expetiturum. Vsqueadē cædes execratur Deus: terrenique numinis ædem destrui tam iniquo semper tulit animo: vt pientissimum Davidem religiosè meditantem augustissimum templum extruere: Domino Deo 1. Reg. 7. suo, missò propheta, reuocari ab opere; tantum, quia multum sanguinis in insto bello aduersariorum legis Dei profuderat. Et illud notissimum est, quid Semeli probro verteret ipsi Davidi: *Egredere, egredere (inquietabat) vir sanguinum.* Nullum enim sceleratus con uitum adiuvenire poterat homo natus ad maledicendum, quām si vocaret homicidam. Nec opus est referre, quibus ritibus, & accuratissimis expiationibus occultæ cædis piaculum: Moses elui præcipiat à sacerdotibus, & vicinatum ciuitatum senioribus: ne, si neglecta foret, Dei super vniuersum populum stillaret offensa. Vbi vero certus est author deprehensus: non potest, nisi sanguine, sanguis expiari: cuiusmodi ferè Servator legem transiisse videtur, dicens gladio peritum, qui gladio ceciderit. In hunc Christiane, & gloriare vaginæ tuæ multum cruoris infusum, nec vnicam cedem descriptam. Penè præterieram Deum vsqueadē execratum semper fuisse homicidium: vt Moses solo contactu cadaueris hominem ad septem dies inquinari dixerit. Quod si fiat in ipso cadauere: quid de homicida statuetur: nisi indignissimum esse vita: vt idem propheta decernit? Quinimò ipsa Ecclesia censet irregulares esse iudices, & quicunque fanguinis effusione consentiunt: volens nimirum Christianos omnes ab hoc impianto, & omnium grauissimo scelere longissime recedere.

*Quale debeat esse bellum obiter indicat: deinde iram homicidiorum fontem esse ostendit, quam à Christianis, inter quos permulta sunt amoris semina, remotissimam esse debere declarat: ac postremo de tripli animicidarum genere differit.*

### Catechesis 78.

**N**unc ordo poscebat vt dicieremus de iis, qui sibi manus inferunt, crudeles suimet carnifices: sed quia tam istud est, suoque merito iudicatur ab omnibus nefarium: puto esse vel inuestitia indignum. Hoc igitur tantum, naturam ipsam hoc nefas exhorre. Videmus enim, quos inedia cruciat, etiam non phreneticos, digitos, ac manus atrodet, vt paululum temporis vitæ mox perituae lucifaciant. Sed his omissis de bello potius erat agendum, omnium homicidiorum officina: verum, cum illud quoque at publicum, nīque propter ea ad catechumenos pertineat: videtur H alterius

*Quae requiriātur, ut bellum sit iustum.*

*Ioel. 3.  
Mich. 3.*

*Ira cadium  
origo.  
Matth. 5.*

*Matth. 6.*

alterius esse temporis, & scholæ. Itaque de bello differant principes, & illorum asseclæ: nobis, pro catechesi, sit satis bellū alterū esse sacrū, alterum sacrilegum: aliud iustum, aliud iniustum. Iustum est, cui adest legitima potestas, Rex, Imperator, Princeps, & iusta causa: vt pro vindicandis iniuriis iustis reipublicæ: pro religione, legéque Dei: pro aris, & focis, vbi non spe rapinæ, sed amore, zeloque iustitiae suscipitur. Nam, vt illorum nihil defuderetur: si quis ad bellum se conferat priuatus: non euocatus, aut iussus à principe, nec illi obstrictus: non curet sitnae iustum, aut iniustum bellum: si tantum mercede eō impellatur: latrociniū exercebit ille, non bellum. Requiruntur præterea in bellis quamplurima, quæ, cùm difficillimè præstari queant, meritò deberent pios omnes à bellandi studio retrahere. Est enim sanctificandum bellum, vt Ioël, Micheasque præcipiunt, hoc est, ut princeps, qui iuste iustum bellum suscipit: curet geri per sanctos duces, ac ministros. Nam, vbi quidvis militum permittitur libidini: vbi non minùs à sociis, quām ab hostibus accipitur detrimenti: vbi vastatur prouincia: diripiuntur miseri: virgines, ac matronæ constuprantur: omnia cædibus, furtis, violentia, graffatione replentur: quis non videt bellum esse sceleratissimum? Imò quid tali milite, quid inquinatissimo exercitu, omnique vitiorum genere cötaminatissimis armis pessimi alioqui principes föeliciter gererè queant? Illud certè meritò magis hac ætate, si ab orco redire contingeret, vociferaretur ille poëta: *Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.* Verum ista mittamus, ac venias homicidiorum, fontesque vestigemus: quibus vel excisis, vel obturatis facile riui prohibebuntur. Et primaria cædium origo est ira, vt testatur Christus apud Matthæum: ex qua nascuntur odia, tumultates, minaz, rixæ, contumeliaz: & est ira aliud nil, quām conceptum homicidium: à quo sibi, quicunque rectè cautum esse voluerit, iram fugiat: contentiones, lites, ceteraque iam enumerata vitia diligenter caueat: alioqui poterit fortassis Pharisaicè dici non homicida: christiano tamen iudicio nunquam absoluetur. Et quidem impræsentiarum de iis omnibus particulatum differere, esset immensi laboris: & ab instituto remotum: idèo generatim, quæ communem habent originem, consyderabuntur. Principiò igitur, quisquis es, qui fratris odio tabescis, teipsum, qualis es, attende: qualem habeas dominum: vbi agas: & quandiu. Quid enim? Læsit te forte quispiam: hinc odij causa: Discute, quæfô, num quem ipse quoque læseris. Non credo tam impudentem, qui neges. At saltem illi nunquam nocuisti. Esto: sed fortassis eo multò meliorem grauiori danno mulctasti. Age tamen, etiam istud remitto. Certe, quin frequenter in Deum peccaueris, inficiari nullo modo potes. Et qua fronte? quæfô, petis, vt tibi dimittantur peccata, qui confessa non indulges? An ignoras positam à Christo legem, frustrà petendam à Dœo veniam: nisi fratri quicque suo remittat? Si quidem nescis: misericordia te facio, tanquam non Christianum. Addamus istud, hominem animal

mal natum ad amicitias, ac societatem: vnde & indita est ratio, vt ne tantum sensibus, ferarum instar, sed ratione, iudicio, electione duceatur ad amandum sui generis homines. Datus est & sermo: vt eos, quibuscum visitit, alliceret in mututum amorem, alienam vt imploraret ope, ipsèque aliis periclitantibus ferret supprias. Et hæc sunt omnia.

Quid si nunc à communib[us] discedamus ad res proprias Christianorum: quid hic occurrunt amicitiam, necessitudinem, societatum semi-

*Quot, quādā  
que sunt in re-  
bus christia-  
nis amoru se-  
mina,*

na? Primum enim non sunt Dij, ac Domini multi, qui in diuersa rapiat: sed unus est Deus, dominus, ac pater omnium. Et cum videamus in familiis, & impiorum sapienter militum cohortib[us]; quod minus vici-

scantur sese, dum imperatorum, patrumque familias obstarè puden-

rem, aut reverentiam: quid Christianis agendum est, præsertim cum &

is, qui f[er]e, & qui sensit iniuriam, sint eiusdem Domini sui membra? Ac-

cedit, quod unicum Deus hominem considerit, ex quo genus hominū enasceretur: vt cognationis vinculum omnes concenteret, atque ab uno capite defluentes arctius se complectentur. Quid, quod sit omnium

eadē fides, via spes, nec dissimilis proposita cunctis vita æterna? Quā-

tum est, & quām potens ad animorum coniunctionem ligamen baptis-

mus, quo, velut ostio, in Ecclesia omnes immigrarunt, in quo Christum euudem induerūt, viuisque militiae symbolum accepterunt? Non potest

vel fides, vel baptismus diuidi: nō est vel Petri, vel Pauli: sed Christi, qui

ditissimum nescit: & Christiani eadem fide, sacramentisque prædicti, &

codem verbi Dei semine regenerati, veluti Cadmæi fratres, in mutuam

perniciem conspirabu[n]t? Quid de Eucharistia dicendum, quæ viuierorum nutriendis animabus apponitur, quæ communem Ecclesiæ ora-

tionem Deo cōmendat, sifiturque pro cunctorum salute: in quam debent omnia vota, & affectus conspirare? Cui, quæfô, tantis mysteriis ea

potissimum delecta est materia, quæ ex multis in vnum coalescit: nisi vt

in mutuū amorem coagimenti doceremur, inuicemque spirituali dilec-

tionis vinculo cohaerere? Nonne vnu, quod in calice cōsecratur, quod

ex multis acinis in vnu labrum confluit, hunc ipsum finē nobis ostendit?

Quorsum vel *obras*, vel *novarīa* dictum est à Patribus, & scripturis

hoc sacramentū: nisi quia per illud vnu corpus omnes efficimur? Sed (vt

paucis multa complectar) in Christianorum sacris, legibus, ritibus, cæ-

remoniis, nihil nō, si penitus inspiciatur, spirat incredibilem vnitatem,

concordiam, & animorum coniunctionem. Cū igitur tot modis nos

Deus adglutinari voluerit: cū benevolentie, confessionis, & pacis tot

argumēta vel in nobis ipsis inseuerit, vel postea tradiderit: pudeat vel di-

uinā institutionē, pphanare, vel naturā ipsam violare, vel christianos to-

ritus religionis scopū, & rationes euertere: deniq[ue], pudeat feris ipsis videri:

deteriores, inter quas fertur lupus, si quandò in eandē cū agno foueā in-

ciderit, cruentos ab innocentissima præda rictus abstinerere, propter cō-

munne périculum. Tu vero, Christiane, in quo tandem loco verfaris? In

hac nimium lacrymarum valle, in hoc mundo pedicis, & laqueis re-

fertissimo:fortè eadem hora abriptendus ad eius horitendum tribuna qui tibi proximorum dilectionem imperauit. Sed his de rebus , quæ in corporis homicidio versantur , fortassis nimium. Nunc ad animarum longè grauiorem interfectionem, quæ & ipsæ in scripturis mori , & occidi dicuntur. Quia de re merito deberemus hac tempestate magis esse *triplex animi eidam genus.* solicii, propter animicidarum ingentem colluuiem. Inuenio autem illorum genus triplex:vnum catholicum, duplex hæreticū. Et primi quidem esse videntur, qui malis exemplis domesticos, liberos, familiaresq; perimunt. Nunc enim ventum est ad tantā impudentiam, Deique contemptū: vt positis humanis affectibus , prorsus diabolicos induisse videantur homines: vsque adeò dæmonis peruersitatē etimulantur strenue, dū, quibus possunt modis , proximos secū pertrahunt in perniciem. Quot enim sunt, qui libidinū, voluptatum, ac turpitudinum quosdam magistros profitentur: & iuuentutem , pueritiamque pessimis succis imbuunt? Quād multa domi à parentibus : publicè ab æqualibus, aliisque nunc rudis ætas cernit flagitorum , scortationum , adulteriorum exempla ? Videntur omnes dare operam , vt nullus sit usquam talium rerum ignarus : adeò neminem suæ pudet nequitiae: cùm norimus maiores nostros ad virilem ætatem usque vix unquam audiuisse, quodnam esset maritorum, vel vxorum officium. Nunc autem exulat pudor : periiit modestia: impubes pueri, delicate puellæ passim erudiuntur ad libidinem: ne scilicet olim parum elegantia scorta habeantur. Nec minùs peccant, qui coram filiis, ac familiaribus à blasphemis non abstinent: quique aliquid patraturi sceleris eosdem adhibent spectatores, & gaudent ebrietatum, periurorum, rixarum, furtorum consciens, ac testes habere. Interim clamat frustra Paulus nos esse lucem , quæ solet occulta maleficia retegere: & Christus horrendum pronuntiat , expedire potius talibus animicidis, vt, appenso ad collum prægrandi saxe, demergantur in profundum maris: quād vt pergent pessimis exemplis vitium offerre paruulis. Cui autem leuis haec videbitur poena, cogitet Iudeis dictum, quibus erat, pro sua hæresi, persuasum, nos resurrectionis quondam extortes fore, qui patrio caruissent sepulchro: ideoque nil ferebant acerbius, quād se insepultos abiici. De secundo animicidarum genere pauciora dicenda sunt: quia nihil tale (quod meminisse possum) nec in grecia, nec in latina, nec in hebreæ legitur antiquitate. Erant fortassis non prorsus dissimiles illi Zelota, Ierosolymitani, qui occultis siccis sub veste repente in conferta multitudine, quos libebat, occidebat. Sed & Samaritæ non procul absfuerunt à nostrorum exemplo , qui clam iniiciebant ossa cadaverum in templum, vt illud contaminarent: longè tamen infra nostrorum impietatem, qui nuper non dignabantur inter operas admittere catholicos, nisi fidem eierasset: & improbissimos quosque cōducebant, vt in sancta omnia, & sacramenta debaccharentur, verissimi animarum interemptores. Verū isti reiicient crimen in prædicantos. Audio. Sit igitur istud tertium genus perniciössimum. Quid ais, ô bone prædi-

prædicante: potes te ab hoc animicidio liberare? Possum , inquires: quoniam id spēcto, vt proximorum saluti consulam: denique Dei est negotium, quod vrgeo. Præclarè, inquam: sed mittamus aliquantis per ipsam causam, donec exploratis circumstantiis videamus , quid sit de illa statuendum. Ac primum haec tenus fortè rusticatus es in agri: sutrinā , aut pejorios, ac te fabrilem exercisti. Qui igitur mihi fidē facere potes duci te zelo Dei? *Deflexit ad prædicantes animicidas, nouique euangelij, & bellorum merarios autores.* *Quis te hoc destinauit Apostolum?* Christus enim rogatus unde natus esset potestatem, à patre se missum responderet: ex quo miraculis , & operibus periculum fieri suæ doctrinæ præcipit. *Quod igitur editis miraculum, aut signum?* Hic enim , teste Icriptura, lydius est lapis furum, & pastorum. Nam Moses tandiu prouinciam non recipit: quandiu signa data non essent. Iam autem editis duobus signis: Non credent mihi , aiebat: & Dominus: Si non crediderint tibi , & non audiuerint sermonem signi prioris; credent verbis signi sequentis. Rursus Elias, vt ab idolatria reuocaret populum , ignem à cœlo deuocauit: fecitque fidem populo se verae diuinitatis esse cultorem. Nōnne omnes harum regionum Apostoli Piaty , Villebrodi , Vedasti , & alij miraculis, & vitae sanctimonia doctrinæ suæ veritatem probarunt? Nec intemperitu nunc edentur miracula: cùm fides reuocatur in dubium. Deinde, si solus ipse venires: facilius persuaderes: at cùm inter se tam multi pugnantes , & prorsus contraria docentes irruant; quis non fucum esse suspicetur? Sed, vt de miraculis nihil amplius: quis te Cornelius accersuit in istam Cæsaream? *Quis te vir Macedo aduocauit?* Vnde constare potest te non esse vetitum ingredi in hanc Bithyniam? Haec tenus dissimulasti, siluisti, Christianū te esse finxisti: & cùm haec tenus sis mentitus , quis te iam cogit dicere verum? Certe captasti temporis articulum, & rebus turbatis incurristi. Ad hæc, cùm sis indoctissimus, & omnes doctos contemnas: quomodo non es temerarius? Cur Paulum non imitaris? cur alieno fundamento superstruis? O præclare , debebas Christum audire, qui & Petrum parantem defensionem compescuit: & *Ioan. 18.* mittens Apostolos ad concionandum, cetera nudos , vnica prudentia *Matth. 10.* voluit esse munitos: vt, si quā possent, malum effugerent: quod si non darietur, perferrent omnia fortissime. Tu vero , cùm illa non ignore: prodid armatus sclopettis , gladiis, armis , satis ostendens quod tendas , nimurum ad opes, ad nummos, quibus conuasatis effugias.

## Præceptum sextum.

## Catechesis 79.



Mensis expedita rate quinque præcepta, nūc offert se se scopolus, verūq; naufragiū. Et (vt verū fatear) horresco disputationē hæc ingredi, ppter rēū fooditates, fôrdes, & impiamēta: sed cùm fœmel pelagus rate simus ingressi: necessum est

Eph. 5.  
1. Cor. 15.

nós ventis vela pandere. Noui equidem simplices expetete, vt ista diligenter exutiantur: sic vt habeatur honestatis, & verecundia ratio. Aliis tamen videtur, quicquid h̄c latet, inuoluendum esse silentio: & si quid oporteat, priuatim in exhomologesi docendum. Aliis alia placent. Musonius, vetustissimus scriptor, dicit huius praecepti tractationem plenam esse discrimine. Nec desunt, qui Paulum vgeant, qui & fornicationem inter Christianos nominari prohibet, probosque mores adserit malis corrumpi sermonibus. Quid igitur faciam? Si usquam nefas sit illas obsecnitates in publicum proferri: certe fuerit multo periculosis inter castos adolescentes catechumenos hanc mouere, & explicare camarinam. Sed verba Pauli non sunt simpliciter accipienda. Tametsi enim sit declivis, & praeceps via peccati: & ab atribus ad libidinem sit iter expeditum: contendo tamen impietatem nō nisi cognitam recte vitari. Quocircum cum Philone sentio imitandam esse scripturam sacram, quæ genus omne libidinum percenset, non vt doceat imitari: sed vt exprobret impiis illorum turpitudinem. Veniamus igitur ad præceptum. Prius tamen istud obseruatum velim, quod ad seriem pertinet: esse post homicidium, grauissimum, ne dicam ita ferè coniunctum, vt eius sit vel parens, vel soror: cuius rei caput 23. Ezechielis fidem facere potest: vt omittam Davidem, Herodem, & alios huic illud superaddidisse peccatum. Sed nec abs re furto præponitur. Nam, cū sint coniuges unum corpus, & una caro: qui alterū polluit adulterio, non quiduis subtrahit homini: sed eius copus afficit summa contumelia, quæ propè aëcedit ad homicidium, ob mystici corporis violationem. Non marchaberis. Iam nota est Hebræa phrasis. Ne patraveris adulterium. Licet autem plerique referant ad fornicationem: voces tamen Hebreæ θνη thinaph, Græca μοιχεύομεναι, Latinaque demotistrant proprium adulterium. Et quemadmodum in aliis præceptis Moses posuit illud, quod summum est: ita grauissima h̄c specie reliquias omnes voluit esse comprehensas: vt sit hæc sententia. Ne adulterium, stuprum, scortationem, incestum committas, nihil denique eorum, de quibus deinceps verecundè sumus tractaturi. Nullus sit (vt verbo dicam) veneforis usus extra legitimum matrimonium. Cogitationis autem vitium, quod quidam huc cōgerunt, melius arbitror in sequens præceptum referri. Sed & illud notandum, hoc interdicto non tantum impudicitiam prohiberi: sed etiam imperari pudicitiam. Vnde Leuitici 20. dictum est: Sancti es tu, quoniam ego sanctus sum. Verum ab ipso progrediamur adulterio: & illud, quām sit execrandum, è sacrarum scripturarum præceptionibus, intueamur. Si quis antiquitatem requirat, quæ, vt virtuti commendationem, ita vitio magis odium conciliat: audiat Mosen Gen. 6. referentem quod omnis caro corruperat viam suam: quod videatur alludere Iuuenalis dicens primos argentea fœcula mœchos vidisse. Fœditas ex ipso appetet nomine. Nam etymologis adstipulatisbus οὐοκτία dicitur προτόπιλος χερ, id est, ab eo, quod nil habeat, & ἀπὸ τοῦ ἔξω δια

De adulterio, & eius gravitate.

Satyræ 6.

ἔξω δια, vel ab eo, quod nō sit in domo: q̄a fœdissimi sunt ac turpissimi mœchi. Cū igitur nomē id habeat: de te ipsa non est nobis laborandū. Sed vt magis videoas, audi quid D. Petrus de Carpocratianis, & Simonis schola loquatur: *Habentes oculos plenos adulterij, & incessabilis delicti.* Et ante illum Iobus: *Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amicime insidiatus sum: scortum alterius fiat uxor mea: & super illam incuruentur alii.* Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. *Ignis est usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina.* Quid grauius dici potuit? Est præterea Ecclesiastici caput 23. quod mirabilem in modum exaggerat hoc scelus. Sed longum foret omnia persequi: hoc tantum ex cap. 9. Proverbiorum notari velim, quanto dedecore suos patratores infamet istud crimen. Comparans enim Solomon adulterum cum fure, huius noxam extenuat, quæ necessitatis prætextu velatur, & restitutione corrigitur: *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdit animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur.* quis igitur patiatur cum hoc malo sibi quicquam esse commune, quod famam, opes, vitam, posteritatis spem omnem pessundat? *Quis non cane peius, & angue detestetur scelus, quod animam sacrificat inferis: corpus infinitis probbris dedecorat, & in mille coniicit discrimina: fortunas omnes euerit: & omnibus inuisum, & execrabilem reddit hominem: quod afflictæ naturæ violat asylum tutissimum: diuinumque medicamentum inficit lethali toxicō, quo nostræ infirmitati Deus optimus maximus consulere voluit?* Qui ergo hoc tam singulare pharmacum fœdat, & conselerat, videtur similis dæmoniaco, qui oblatum cibū non taatū proicit: sed etiam pedibus conculcat, atq; in nihilum redigit: vel certe non ab similis Manichæis, qui, inter deliramenta cetera, execrabantur, dirisque deuouebant eos, qui sibi panem porrigerent, siccque petulantissimè debacchabantur in optimè meritos, nisi quod matrimoniū sit pane, & reliquis eduliis lögè præstantius, vtpote mirificū Christi sacramētū: vt tātō sit adulterorū deploratior improbitas, quantō est augustius pane, vel potu Manichœoru, quod isti contaminant, nempe labru, per quod Christi sanguis influat in animas nostras. Et quāta est (obsecro) hominis peruersitas illud miseric deformatis, quod nobis Christi philathropiā, & cū Ecclesia mirabilē cōiunctionē ponit ob oculos, ac per infandū adulteriu Christū, & Ecclesiā, cū summa irrisione, & probro trāducētis? Hinc tot locis interdictū hoc scelus, morteq; piari iuūsum, nō quomodolibet, sed lapidatione: vt cōmunē reipublicæ pestē vniuersorum manus extinguant, & sceleratum corpus lapidibus obruant: ne, si terræ visceribus mēbra tanto piaculo polluta conderētur, cōmunē hominū sepulturam afflarent suo contagio. Nil dicā de Romanoru, Atheniensu, Lacedemōniorum, aliorūque infidelium legibus, quibus in adulteros extrema omnia decernebatur. Usqueadē in illis perfidia tenebris viderūt homines hoc, q̄ naturā euerteret: domos pessundaret: ciuitates, provincias, regna

Adulteri simi  
les sunt dæmo  
niaci, & ma  
nichæis.

Prover. 7.

labefactaret: denique hominum inter se fidem, ac societatem abrumperet: nō nisi exquisitis debere suppliciis expiari. Quid enim indignius? Nam adulterio (ut egregie Philo, post Iesum Sirachide, docet) non tantum peccat in proprium corpus; verum & in animam suam. Miser enim, ac stultus (ait Solomon) nescit, quod de periculo anima illius agitur. Deinde famam suam, nepotumque decus laedit, obscurat, extinguitque penitus. Sed ho- diē nec anima, nec boni nominis vlla ratio. Adhac, vt tanto sit detestabilius malum, quanto pluribus interitem adfert: fur, homicida, & alij simili duntaxat mortem accersunt, solique peccatum adulterio autem solus perire non potest, geminaque victima parentat Orco. Hæc insuperdetestanda lues penè dissoluti coniugium, quod alias immortale Deus esse voluit: & quod horredum est, reuocat in dubium ius omne liberorum, & hereditatum. Quibus omnibus, quid addi possit ad cumulum perniciiei, turpitudinis, indignitatis, equidem non video. Istud tamen ironice additū veteres quidam philosophi, nihil esse mœcho sordidius, qui, quod drachma emi poterat, foedam scilicet, breuemque voluptatem, magnis laboribus, profusione, capitis deniq; periculo putet emendū. Nam multa in mœchos permissa maritis vulgatum est. Cùm igitur hæc ita sint: cùm tantis malis, ac discriminibus res ista annexa: etiam si Dei nos occuparit obliuio: si gehennam esse fabulam, si nullos inferos, nullum iudicij diem crederemus: satis superque esset, quod mentem à tanta reuocaret insania.

### De fornicatione.

#### Catechesis 80.

*Improbæ de  
hoc peccato  
sententia.*

**P**ost immanissimi sceleris adulterij nuperissimam tractationem, sequitur ut dicamus de illi cognato stupro, seu scortatione, quæ nobis hinc erunt eadem. Erat autem id agendum tanto eloquentius, quanto hæc lues magis infesta est iis, quibus noster labor inseruit: verum nostris conatibus obstat triplex difficultas. Primum enim penè videtur homini negatum ita propriis argumentis hoc vitium proclindere, & illius mysteria patefacere: ut non sit ingens periculum, ne plus detrimenti, quam commodi res illa ferat. Augent difficultatem quidam impij litteratores, qui, post quorundam Hebraeorum absurdam traditionem, afferunt istud, quo de agimus, non esse capitale crimen. Hæretici vero, quia non audent apertis scripturis contradicere: patiuntur quidem sic appellari: sed ita nostrâ infirmitatē exaggerant, ut videri velint esse nobis prorsus necessarium peccatum: quod cùm proxima sententia verbis non nihil: reuerat tamen non pugnat. Hæc igitur primum amoliri, & viam nobis aperi debemus: si prius prefati fuerimus cum Alexandrino Clemente lib. 2. pædag. cap. 10. non oportere verecundum iudicare, si id attingamus, nominemusque modestè, quod Deus fabricatus est, ac instituit, & ad quod non grauatur cooperari. Quod igitur ad Hebraicatores illos pertinet,

pertinet, qui aiunt non esse mortiferum peccatum: facile respondemus.

Etsi enim in veteri testamento nominetur solum adulterium: at in novo saepenumero coniungitur illi scortatio: ut videre est Matthæi 15. Marci 7. & apud Paulum locis plurimis inter ea peccata refertur, quæ hominem excludunt à regno ccelorum. In secunda autem ad Corinth. dicit se lecturum eos, qui non egerunt pœnitentiā super immunditia, & fornicatione, quam gesserant. In ea autem quæ est ad Hebreos, eundem iudicem Deum adulteris, & scortatoribus adsignat, hoc est, condemnatorem, qui nimis sua sententia præcipitet in stagnum ignis, & sulphuris: quod supplicij genus etiam scortatores excipiet, ut testatur D. Ioannes. Hinc igitur patet crimen istud, quod à viduis, cælibibus, liberisque personis committitur, esse mortiferum: ne nobis Hebreæ schola fucum faciat. At hæretici non ita aperte nobiscum agunt: sed nostram in istud peccatum propensionem in immensum coaceruant: adeoque vitium eleuant necessitate. Et, inquit, virginitas, & continentia non cadunt sub votum. Dei enim dona sunt: quæ vel tantum intimis amicis, vel ad tempus, dantur. Itaque, cùm semper futurus obsecro propositus anxius homo, num illud iam donum acceperit: & si stabile, firmum quis sit futurum, quod accepit; cogaturque propterea, ne aduratur, contrahere matrimonium: nemo debet viginitatis, vel continentiae propostum voto firmare: quod si tamen tentarit quispiam, & labi postea contingat: erit leue peccatum, quod citra Dei donum vitari non potuit. Sic sibilat hæresis: quæ si audiatur, euertitur omnis natura: leges posfligantur: disciplina labascit. *Hereticorum obsecro propositus anxius homo, num illud iam donum acceperit: & si stabile, firmum quis sit futurum, quod accepit; cogaturque propterea, ne aduratur, contrahere matrimonium: nemo debet viginitatis, vel continentiae propostum voto firmare: quod si tamen tentarit quispiam, & labi postea contingat: erit leue peccatum, quod citra Dei donum vitari non potuit. Sic sibilat hæresis: quæ si audiatur, euertitur omnis natura: leges posfligantur: disciplina labascit.* Quid enim tunc futurum est matrimonio: cùm incertum sit non minus futurum, si effrænis libido vnius thori limite claudi possit? Ergo nemo ducet vxorem. Quid si sint tempora, quæ non admittant vllam venerem? Ait enim Clemens Alexandr. esse duo continentiae tempora, pueritiam, & senectutem: & se hoc ille docere dicit ex scripturatum sententia. Quid si senex sit libidinosus? repudiato Clementis, imò scripturarum consilio, cogetur iniire matrimonium, aut necessariam, iudicibus hæreticis, nullo cum periculo, scortationem exercere, neque erit vllus vel pudor, vel finis: De pueritia, & adolescencia quid opus est verba facere? Specta mihi christianas origines, imò generis humani rudimenta: & videbis tanto seruus quemque vxorem duxisse, quanto erat Deo gravior: adeò ut ad centesimum, & amplius annum cælibes viuerent. Scilicet, dicemus sanctissimos viros libidinibus necessariis defluxisse: aut nullam flammat sensisse. Qui igitur tandem carabant nuptiis: nisi quia poterant: & nobis eiusdem rei potestatē inesse docebant: Certè Noe, qui dicitur cum Deo ambulasse (libet enim vnum è multis exempli causa proferre) distulit in eam ætatem connubium, ad quam vix pertingimus. Sed dicent habuisse donum Dei. Quis id reuelauit? Si dicas truncum fuisse, nec pugnas expertum: proponam Augustinum, qui lib. 8. confess. referrit se diu succubuisse tentationibus, ac propterea formidasse baptismum suscipere: ne postmodum continere

Rom. 1. Cor. 5. Galat. 5. Ephes. 5. Coloss. 3. 1. Cor. 12. Heb. 13.

Apocal. 21.

*sententia.*

non posset: ac continentiae sermonem ingerit exemplis innumeris puerorum, ac virginum ad se prouocantem. Qua vi (inquietab illa) freti, prater vnius Dei miserationem id praestiterunt: Et tu quoque proifice in finis diuinæ prouidentiæ: & illa te excipiet, nec sinet ruere. Itaque ille prius libidinosus Augustinus tradens se totum Deo, ita postmodum continuit: vt Ecclesia nihil sanctius, castissime miretur. Omitto iuuenes quamplurimos, non ita repente conuolare ad nuptias: interea tamen sentire graues aculeos. Quid erit agendum? Non datur vxor: sunt multæ remora: num interea licebit scortari? Imò verò fortiter continent, tantisper dum tedæ parantur. Quid si post nuptias coniux ægrotet: num de ancilla cogitabit? Insanum istud. Ergo facessant huiusmodi subtractiones: & huius sceleris grauitatem ex ipsis scripturis paulisper expendamus. Qui verò ad omnium memoriam accommodatius, quam si primam scortationem proferamus in medium: Sichem primus nominatim rei pessimæ proditus exemplum, cùm Diuinae stupram obstatisset: conatus est facinus emendare: sed fratres virginis primùm circuncisionis cruciatum imposuerunt: ac tum irruentes, ipsum cum patre, & omni populo trucidauerunt. Et istud naturæ potius est, quam legis. In Leuitico autem prohibet Dominus, ne quispiam Israëlitarum filiam suam prostituat, ne (inquit causam reddens) contaminetur terra, & impleatur piaculo. Vigesimo autem primo capite est insigne præceptum, quod à cleto diligenter obseruandum est. Vult enim ibi Dominus domum sacerdotis usqueadè sanctam esse: vt si paternis in ædibus filiam constuprari contigeret, confessim eductam concremaren. Cui igitur tam atrox addicitur pena, sit non leue scelus oportet. Et si quidem filia tale supplicium decernitur: quid mieretur ipsiusmet sacerdotis impuritas? In Numeris autem tam seuerè castigatum est fornicationis malum: vt, si diuina censura non suffragaretur: crudeliter cum Iudeis actum videri, posset. Nam cum iuuenes, & milites Moabitidum venustate, deliciisque corrupti alienigenarum, amplexibus se polluissent: illud tam indignè ferre Moses visus est: vt viginti hominum millia propterea mandarit occidi. Et vt proderet apertioribus indicis quantoperè sibi displiceret haec immuditia Deus: paternum sacerdotium ipsi Phinees, eiusq[ue] posteris deferi voluit, quod strenuè scortatorem, vna cum meretricie, confodisset, vnico vulnere sceleratas extundens animas. Istud verò non minus admirabile, quod Deuter. 21. iubentur parentes filium immorigerum, coniuuiis, & luxuria vacantem sistere tribunalibus, à ciuitatis totius populo lapidibus obriendum: & sic auferri malum de Israël. Et ubi sunt, qui huiusmodi crimina decere iuuentutem vociferantur? Imò christianæ republicæ pestis nulla certior, quam libidinibus, stupris, & omnibus spurciis infecta iuuetus. Quales enim olim senatores, ac magistratus, vel patresfamilias, vel denique ciues futuri sunt, qui pretiosissimam ætatem dilapidant? Infinita sunt huius seueritatis

Genes. 34.

Leuit. 19.

Numer. 25.

tatis exempla, in quibus aperte declaratur, quanto Deus odio scortationem, vt rem execrabilem, prosequatur. Nam Deuteron. cap. 22. gravis indicitur multa perfido marito, qui honestam virginem, quam coniugium accepit, postmodum conetur insimulare depeditæ ante nuptias virginitatis; quia nomen pessimum imposuerit virgini: quæ si sceleris conuicta fuerit, obriuatur lapidibus: quoniam fecerat nefas in Israël, quod Hebrai vocant נְבָל nebala, Septuaginta ἀργεσθη insipientiam, stultitiam, quam suis depictam coloribus psalmis 14. & 51. videre est: vbi inducitur insipientis, & נְבָל nabal secum meditans perinde, atque si non esset Deus, & enumerantur infidelitates, cæteraque talium hominum sclera: vt intelligamus hanc stultitiam esse prorsus Dei legibus aduersam. I nunc, orthodoxe, bonisque litteris imbute iuuenis, & puta nihil esse vel christianas puellas domus parentum in lupanaria vertere: vel iuuenem per omnes impuritates voluntari, & corpus veluti cloacam fordium fatuere. Vel ipsum Paulum audiamus concionantem suis Corinthiis. *Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti?* Accipiam igitur membra Christi, & efficiam meretricis, pérque summum nefas revulsa à Christi compage diabolo connectam, cuius proculdubio membrum est meretrix? Si tibi non metuis tantam iniuriam inferre: saltem Christum ipsum reuenerate. Iam tua membra in alienum transfiere dominium: emptus es à Christo, qui corpus tuum & redemit, & retinxit. Cur igitur illud polluere; & hospitem spiritum expellere, & diabolum inducere non formidas? Hoc enim totum est fornicari. Nam vt cætera peccata gratiam exturbent: istud solum in proprij corporis vergit iniuriam, illudque consenserat: vt docet Clemens lib. 2. Pædag. cap. 10. *Iccireo* (inquit Theodoretus) qui vel innumerabilia alia peccata committit, & iterisurandi fidem frangit, & maledicet, ac blasphemia linguam polluit, & in ea, que ad se non pertinent, inuidit: non usqueadè peccati sensum accipit: qui autem libidinis seruos fuerit, stantim post peccatum, malum sentit, & ipsum corpus abhorret, & anerfatur: & ideo lauacris etiam utentes corpus purgant, ea ratione se probrum ejicere existimantes, conscijs fordium, & inquinacionis: nec dicam vires eneruati, sensus hebetari, ingenium obriui: vt non abs te dixerit Abderites venerem esse quoddam genus epilepsiarum; & Epicurus voluptatis mancipium, nullum illius vsum noxa carere, eamque minus vituperabilem, que noceat minus. Horum sententiae nobis fidei luce pridem illustratis, omnem colorem admunt. Nec, quid olim iudici Christo dicturi sumus, prorsus video, qui veluti maximum bonum amplectimur, quod inter vitia, morbosque infideles homines numerarunt.

*De virginitate eius præstantia, & obiter de coniugio, ac ipsius ius legitimo, & postremo de precipitiis, quibus adolescentes in uenerim pertrahantur.*

### Catechesis 81.

**A**CTENVS de duobus peccatis, quæ tametsi cum vera Dei lege, sanctissimaque voluntate pugnant: nihilominus retinent quandam ordinem naturæ corruptæ: nunc agendum superest de iis, quæ omnem quoque naturam oblitterant; ac proinde magis turpia iure censi debent. Quamvis autem duorum præcedentium obscoenitas valeat satis ad horum etiam fœditatem, & grauitatem demonstrandam: tamen quia maximè cordi nobis est nostrorum catechumenorum utilitas: adeò liberè hisce de rebus instruendos esse puto, ut cognita mala diligenter fugiant. Nec ignoro meam orationem dispuictroram nonnullis, qui simulant potius, quam seruant castitatem. Ut enim in corporibus benè habita, firma, & sana non refugiunt accessionem, & compressionem: ulcerosa verò, infesta, & putrida horrent ad omnem contactum: ita se res habet in animis. Malè enim sibi conscij, ad primam contrectationem exclamant illud antiquum, *Noli me tangere: sed sinceri gaudent.* Phreneticorum enim est, medelam ingestam execrari: nec nisi reprobatorum, vocem incantantium fugere. Quapropter de iis occultis scortationibus ita sermonem instituemus: ut neminem lädere, cunctis prodeesse studeamus. Et principiò quidem decus catholicæ virginitatis breuiter in medium adferam: ac tum ab illo culmine vnicum legitimum descensum commonstrabo: esse porro multa præcipitia in miserable coenam, ac barathrum sequens oratio declarabit. Quis igitur virginitatem dignis laudibus profuso satis ornare queat merito? Multis equidem viis hoc tentare licet: sed hac, arbitror, omnium facilimè. In Deo sunt virtutes omnes, laus, honor, & vniuersa perfectissimè, quotum in hominibus umbras quasdam, & tenuia vestigia vix licet contueri: quæ tamen, pro sua singula portione, respondent illis ideis, & absolutissimis exemplaribus, quæ in suprema illa mente consistunt. At verò illam sublimem naturam, & essentiam nihil exprimit æquè, ac sanctissima virginitas. Est enim illa superexcellens mutabil. in diuina, quiddam eternum, immortale, sincerum, vacuum ab omni fluxu mixtione, perturbatione, denique virginem, quodque in rebus mortaliis maximè refert, illibata castitas. Nam coniugium, quantumlibet iustum, ac sanctum, lutosius est, multumque coeni secum euoluit, nec fluxu, nec perturbationibus carens. In hac autem virtute quiddam vide-re est constans, sanctum corpore, & spiritu, ab iisque vitiis immune, que nisquam non alibi regnant: vt istam virginitatem insigne, typumque diuinitatis liceat appellare. Cōtemplemur enim, si placet, sacrosanctam Trinitatem: statim occurrit patris, filij, Spiritusque sancti nomina. Ce- ue sis quis

ue sis quicquam mortalium rerū, ibi somnies. Nam is, qui à nostris maioribus vocatur *ātītō*, & causa reliquarum personarum, ita pater est, vt non habeat coniugem: sed vt loquitur Damascenus, *δι μηρυας ηεδος αχροντος και αναρχος, και απαλης, και απρευτος, και απωματος, και μονος απελευθητος: αχροντος, και αναρχος και απαλης, και απρευτος γεννα, και εκστος ουνδιασμου, id est, Nam Deus intertemporalis cum sit, & absque principio, & impatibilis, & fluxu minimè obnoxius: & incorporeus, & solus interminatus: intemporalius, & absque principio, & impatibiliter, & absque fluxu generat, & extra copiam. Quemadmodum enim neque sol gignendo radium: neque ignis flamمام emitendo detrimentum accipiuntita virgo pater virginem filium progenuit, à quo nihil dicitur genitum. Nam licet à filio Spiritum credamus existere: non generatio tamen est: sed processio, in qua nihil etiam reperire est. Quis porro de ipso spiritu dubitet: à quo neque genitus est, neque processit quisquam? Ergo pater est virgo, filius virgo, Spiritus sanctus virgo. Quantum igitur decus, hominem mortalem id exhibere, quod in Deo summum est?*

Verum ad ipsas creaturas descendamus, quarum præstantissima pars *angeli virgines sunt.* *Homines olim creationis filios, angelorum instar, non daturos operam nuptiis. Quid de creati sunt vir homine dicam diuinis illis manibus virgineis condito, sine patre, sine gine & nullo matre, ex virgine terra?* Ex virgine viro nascitur Hēna virgo aedificata potius, quam creata: & tandem florē virginitatis adseruauerunt, quandiu fani, & sancti. Mox vt peccarunt: en tibi remedium coniugij. Gignūt tamen ipsi iam coniuges de se virgines: occidit etiā Abel priusquam huius virtutis iacturā fecisset. Seth quoq; frater illius, per centum & quinque annos hunc thesaurum adseruauit. *Quid Melchisedecus Christi viuum exēplar?* Sine patre (inquit Paulus) ac sine matre: vt nouum referret Adamum: sine liberis, ac posteritate: ne nō satis purissimū Christū exprimeret. *Quid pluribus opus est?* Cur nō tanta virtutis omnia semel encomia profundamus: Filius Dei virgo fit homo: præcurrat Ioānes, ex senibus ipse parētibus miraculo natus, virginitatis cultor perpetuus: additur illius genitrix Maria ex penè similibus orta, tam sublimis castitatis ante petri: vt neque in partu, neque post partum pudoris virginis damna sentiret: gignit illa virginum vniuersorum regem, qui hinc discedens virgo, matrem virginem eiusdem propositi discipulo cōmendauit. Cauit equidem ne pro lege statueret nobis rē omnium præstantissimā: quia nos creari liberos: nec ad rē diffīcillimā heroicōs cogere voluit: sed magnificētia præmiot, ac mercedis amplitudine prouocare. *Hinc apud Ilaiam dicit eunuchis se daturū locū in muris suis: & nō melius à filiis, & filiabus, nōmen sempiternū, quod non peribit: deniq; regnū Dei pro mercede reponit in euangelīis: & agītū secuturi dicuntur apud Ioānem: quibus iritati mortales, cū fax euāgelica per vniuersum orbē coruscare, certatim huic virtuti se consecrabant: & itinumerabilit̄ virginum vtriusq; sexus examinatae per vniuersū orbē effundebant. Ex his igitur omnibus liquet,*

*Heb. 7.  
Ioānes vterque, Christus, & Mariae virgines.*

*Esa 56.*

*Apocal. 14.*

*quibus angu-  
stius matrimo-  
nium Deus  
arctari.*

*Li. 2. p̄d̄ag.  
cap. 20.*

*P̄cipitiae,  
que virginini-  
tati insidian-  
tur.*

quantū semper fecerit Deus hoc insigne virginitatis. At quoniā magna est infirmitas nostra: proposuit quidē illā Deus excelsioribus mentibus: nulli fecit eius necessitatē: sed ignauis, ac formidolosus instituit cōiugū: vt ab illo sublimi culmine descendentes, sibi potius cōsulerent, quā im-  
mani p̄cipitio colliderentur. Consyderemus tamen, quā illud anxiē, cauteq; permiserit, nimirū si cōscia matre Ecclesia peragatur: si ab angelis renuncietur (vt loquitur Tertullianus) si à diuina maiestate habeatur ratū. Nec id satis fuit. Addidit alterū septum: voluit adesse matrimonij bonā fidē, ac sacramentū, & prolē. Si enim adsit perfidia: nefas est huc configere: ne potius leno, quā coniux habearis. Nec agis quicquā, si de-  
sit sacramentū. Deniq; si propter libidinem: si iacias fementē in saxa, in aquas, id est, in menses (vt loquitur Clemens Alexand.) impurus es. Ne-  
que verò patitur Deus istos petulantēs, qui ad omnē occursum putant faciendam fementem; quæ cūm ita sint: quis non intelligit, quam sit angustum hoc remedium? Nā de p̄cipitiis quid dicemus, quibus passim corrunt adolescentes? Primum est oculus, & curiosus aspectus: cuius rei nobis amplissimum dedit exemplū Dauid, qui, si petulantia oculorum compresisset: nunquam eō miseriarum decidisset. Est enim nescio quid occulti veneni in corporum, nudorum p̄fertim: seu proprij, seu alieni contutu: quē vitabit summo studio catechumenus, qui sibi nihil creare voluerit periculi. Quis enim nescit, quid Sophocles est Pericli con-  
cionatus? Nec minùs est p̄ceps aurium lapsus, dum vel impuros, & obscenos autores legi, vel à petulcis adolescentibus sordes, ineptias, delicias narrari audimus: cū feruida corda iuuenum facile appositis flāmis corripiantur. Adnumerāda est crapula, certum pudoris naufragiū. Si enim non metuas oleū addere camino, vinolētiis indulgere, atq; in multam lucem stertere, & pridianam ebrietatem edormire: nunquam effugies. Tacebo de puellarū cōgressibus, colloquiis, gesticulationibus illis, sceleratissimisq; choreis, quæ mentes erectas, ac tantum non angelicas abipiunt. De cōtactibus ne multa dicā, facit adolescentū verecundia. Si enim insomnis voluteris in strato, ludásque impudicis manibus: euestigio caro, quod suum est, faciet: nec deerit anguis, qui subministrabit incendia. De iis, quæ sequuntur, nil dicam. Optarem enim illa Gnostico-  
rum flagitia minùs esse cognitam vulgo: quæ tanto maius damnū adserunt, quō magis impugnē grassantur. His igitur p̄cipitiis homo ex illo sublimi vertice deuoluitur in barathrū, redditurq; foedus, & inuisus Deo-

*De infandis impudicitiis, déque eorum, qui se deo voto obstrin-  
ixerunt, venere.*

### Catechesis 82.



X tribus, homilia postrema, propositis capitibus, extremū su-  
pereft nobis enarrandū: vt omnes intelligent, quonā sit cōe-  
nū, in quod per enumerata p̄cipitia delabatur incauta mor-  
talitas. Fere

talitas. Fere igitur triplex occurrit inquinamentum. Primum est sordi-  
*triplex tim-*  
da cogitatio: alterum concupiscentia, in quā ratio consentit: qui sa-  
pē comites eunt infaustæ, masturbatio, mollities, & id genus infan-  
da nomina. His igitur, vt, quanta sit adiuncta turpitudo, adoles-  
centes intelligent: ipsam cogitationem, & concupiscentiam aggredi-  
diemur. Verū, quoniam aliis est ei locus designatus, istud tantum  
impræsentiarum, cogitationem videri posse non minorem iniuriam in-  
ferre Deo Opt. Max. quā ipsummet facinus. Nam vt sacratissima Tri-  
nitas deligit sibi solium, & regiam, in qua versetur, ac delicietur, homi-  
nis mentem, partem multō nobilissimam: ita cogitatio, & concupiscen-  
tia, quæ non obeuntur carne, sed mente, Deū expellunt hospitio, & San-  
ctis spiritus templum longè charissimum suarum spurcitarū congeriem  
efficiunt: vt iure dixit Christus integrū hominem iis inquinari. Sed has  
mittamus. Iam enim postremi cœni fœtor nates occupat: quod, quā sit  
abominandum: triplici ratione vtcunque docere conabor. Imprimis igi-  
tur immēsum illud, quod inter hominem, ac bestiam latissimè patet di-  
scrimen, acie mentis emetiamur: vt, quā sit indignū hominem à belua  
vinci, discamus. Nam cūm adserant philosophi has solūm proprij nomi-  
nis differentias reperiri, ratione p̄aditū, & rationis expers: vt suum illud  
rationis decus homo tueatur, enīxissimè contendere debet. Atqui, si qua  
nobis in manibus sit immunditi, i qua bestiæ omnes (natura magistra)  
abhorrent: profectō ita inquinati decus nostrum amittimus. Atque hoc,  
si quicquam videremus: satis, superq; esse debebat ad impuritatem hanc  
vel maximè execrandum. Age tamen, credamus hīc physicorū cu-  
riositati, quæ canem immundam, lutosumq; porcum simile quid ten-  
tare lindū suo perhibet. Nam, quod de vipera narrat Epiphanius, huc  
non quadrati: cū illi serpenti non sit alia gignendæ prolis ratio. Quod  
igitur nomen Cynicis istis imponemus, qui, quod est in omnibus ani-  
malibus fecissimum, superant veri canes, & infernales porci? Si quis  
autem bestiarum non moueatur exemplis: & cupiat hominum hac de-  
re iudicia: primum extra Iudeos, ante Mosen, & Christum, ista fœditate  
cuncta fuisse respersa, noscere est è poëtarum inuolucris, ac fabulis, qui  
Saturnum liberos deuorantem inducunt, eiisque generis infanda my-  
steria, in quibus ipse quoque Iuppiter hominum pater, atque Deorum  
Metin filiam deuorat, quæ nihil aliud, quā istud portentosum scelus  
ab iis usurpatum denotant. Nam (vt inquit Clemens Alexandr. & re-  
fert Epiphanius hæresi 26. in Gnosticis) Metin deuorās Iuppiter nō pue-  
rū deuorare potuit: sed propriā genitaram: nec aliud sibi voluit arca-  
num illud Ericthonij. Sed quid ista persequimur, vtrō fugienda: Magis  
mirum est philosophos, morum cenotes, huius criminis veluti scholam  
aperuisse, teste Iuuenale. Nā de Tiberiis, Neronibus, Domitianis, Tran-  
quillo narrationem libet integrā relinqnere. Cūm igitur hæc se  
haberent: ne deessent Deorum, philosophorum, imperatorū quæ hu-  
ius spurcissimæ p̄tauitatis exempla, quæ vulgus infidelium quodam-

*Matth. 15.  
Mar. 7.*

*scelus hoc  
minem cum  
bruto confun-  
dit.*

modò & excusare, & eodem prouocare viderentur: considera tamen quid hac de re ethnici iudicarint. Illud enim Thebanum anigma, quod quidam de cinædis interpretantur, istam occultat vesaniam: quia nimurum hominem exuti, mostra fiunt, qui, cùm à viris migrarint: non mulieres, neque viri habentur, qui patiuntur muliebria, sibi viri, & mulieres. Addi potest Valerij Martialis in quodam epigrammate iudicium.

L. b. 9. Epigram.

*Hoc nihil esse putas, scelus est, mihi credo, sed ingens:*

*Quanto vix animo concipi ipse tuo,*

*Et post disticha duo.*

*Ipsam credere tibi naturam dicere rerum,*

*Istud, quod digitis Ponice perdis, homo est.*

Cætera, ne in Romanas leges, quæ huius vatis impudicos libros lecti-  
tari vetabant, peccare videar, omitto: quibus grauissimè Ponticum il-  
lum infectatur hoc scelere gloriantem, & meritò: cùm non multum re-  
ferat siue hominem natum occidas, seu opprimas nasciturum. Poterat  
impij Luciani dialogus huc adserri, quo falsissimè traducit Diogenem:  
quod contempta Lyda suis manibus Hymenæum cecinisset: sed ex iis  
quantumvis conselerorum hominum sententiis licet coniicere, quod  
fuerit reliquorū, & saniorum super hac re iudicium. Nanc, vt ad sacras  
litteras redeamus: de Hebreis nil aliud dicendum, quām quod hosce  
impuros, animarum homicidas appellant. Hoc igitur scelus primum  
adumbratur in Genesi, vbi dicitur omnis caro corrupisse viam suam:  
sed manifestius reprehenditur in Her Iuda primogenito, cui data fuerat  
vxor Thamar: & sic circò dicitur fuisse vtra, id est, nequam in oculis Do-  
mini, & ab illo propter immunditiam occisus. Similis enim poena fra-  
tris Onan idem vtriusque fuisse crimen ostendit. Nam & ipse, cùm per  
inuidiam, ne fratri daret liberos, disperderet in terram, nimurum fe-  
men ( quod addit Hieronymus ) cœlesti plaga percussus interiit. Hos  
habet scriptura turpitudinis huius coryphaeos. Nunc omisis eunuchis,  
qui iniquitatem operantur manibus suis: transeo ad nouum testamen-  
tum. Christus ipse inter prima flagitia numerat ἀστέρας, id est, impu-  
dicitias, siue lascivias: Paulus cap. i. Rom. vocat mercedem reliquarum  
omnium turpitudinum. De Petro, & Iuda nil est dicendum: cùm illo-  
rum epistolæ consumantur in huius impudentissima, scelerissimæque  
libidinis execratione. Idem Paulus non semel μαλακούς, seu molles  
excludendos à regno vociferatur: & quod mirari possemus, scribens  
Galatis vocat idolatriam, non tantum, quod matrimonium sanctum  
fit, Chrestiq; mysterium: istud verò diaboli impiamentum, sed quia non  
deérant apostolicis temporibus, qui (vt refert Epiphanius) assererēt rem  
esse præclaram, & sacrificium Deo longè gratissimum. In ea verò, quæ  
est ad Ephesios, gemino nomine immundos, & auaros nuncupat: vt  
πλεονεύεις ille sit, qui istud habet in visu quotidiano. Ut sic autem inter-  
preter, facit quæ addita est particula, quod est idolorum seruus. Cùm igi-  
tur talia sint huius criminis stratagemata: & sub signis impurissimorum

Genes 6.  
Ibid. 3. 8.

Mar. 7.

1. Cor. 6.  
Gal. 5.

Hæres. 16.

Cap. 5.

tionem extimulare deberet, tam infanda societas. Supererant his quæ  
diximus, multò grauiora penitúisque nefanda: vt violenta constupratio  
virginum, raptus, sodomia, aloga venus, & reliqua portenta: de quibus  
ne loqui quidem inducimus in animum, partim quia sanctæ concioni  
non conueniunt, partim quoniam hic ciuiles leges aduigilant, & scri-  
pturæ sic patefaciunt: vt etiam poenas non dissimulent, vt Lenit. 18. cer-  
nere est. Itaque missis illis: de illorum duntaxat venere verba faciemus,  
qui Deo per votum sunt obstricti. Nam cùm in eam tempestate in-  
ciderimus, qua plurimi, vel non magni faciunt hoc scelus: vel eu-  
angelicæ quoque libertatis titulo venditant: non videbatur istud caput  
omittendum. Et quidem in secundi præcepti tractatione satisfecimus  
hæreticis: ac docuimus vota castitatis esse legitima: itaque iam cum ca-  
tholicis est agendum, qui tametsi votorum sanctitatem agnoscant: ea ta-  
men vel per infirmitatem, vel per malitiam violent. Cæterū, quia variae  
sunt hic personæ, hypodiaconi, diaconi, sacerdotes, Episcopi, monachi:  
in hoc peccati genere non pono discriminem: nisi fortassis clericorum,  
quām monachorum ampliorem dignitatem consideremus, quæ pecca-  
tum augeat. Illi enim omnes sunt instituti, vt quotidie sacris operentur  
(quod se facere testabatur Cyprianus lib. 1. epistola 2. & lib. 4. epistola 9.)  
hi nihil habeat sacratioris munera, saltem vt se res olim habebat: &  
Paulus hortatur, vt, si quando sit orandum, renuntietur operi coniugali.  
Ergo nihil clericis cū vxoribus esse potest negotij: vt neque monachis.  
Itaque iam consideremus in quid peccent isti, qui perfidia violat votum  
castitatis: deinde quales, & qui sint: postea videbimus, quibuscū, & quo-  
modò: tum loco: etiam aliquid: & postremò, quānā eos impellat necessi-  
tas. Peccant igitur in id, quod superius definitum est, esse promissionem  
voluntariam factam Deo de re optima. Quāta autem sit promissionum  
religio, docent Romani, qui hostibus quoque fidem seruandam esse iu-  
dicabant. Quæ verò non hosti, non furi, non amico, non iudici, sed ipsi  
Deo est facta promissio: violabitur impunè: cùm nec de rebus quibusvis:  
sed sacratioribus: nec extorta, sed libera, voluntariaque fuerit? Concedi-  
tur annus vñus, aut alter deliberationi: exquiritur non semel hominis  
sententia, quid velit, quid possit: accedit sacramentū: chirographum ipse  
deponit in altare: adfunt testes homines, angeli, diui: Deus ipse promis-  
sionē excipit. Quid hic desiderare queas? Si pecuniā, vestem, pecudem:  
promiseris: nō potes nisi turpiter negare: hic animam, corpus, & vitam  
omnem. Deo addicis: & putas sine scelere non præstanda? Iam si perso-  
nas ipsas discutiamus, cuius dignitatis, cuiusque iuris sint: mirabimur  
hominum sacrilegam audaciam. Nam votum, ne errant: non est otio-  
sum: sed transmutat eum, qui votet, in Deum: quod est commune reli-  
quis sacramentis, quæ, dum iustum nacta sunt hominem: transferunt  
illum in diuina naturæ communionem. Nisi forte Paulum suis Corin-  
thiis verba dedito putemus, cùm diceret: *Despondi enim vos unu viro  
virginem castam exhibere Christo: quod auspiciatissimum coniugium per-*

*De incestu,  
qui ab obstri-  
ctis voto com-  
mittitur.*

*Promissionis  
religio.*

*Quales vota:*

*Epist. 1. cap.*

*Quibus modis peccato hoc, & arte diabolique rotifragi irretiantur.*

votum quodammodo geminatur, quemadmodum aureo calici consecratio nobilitatem ingeminat: nisi quod calix & subito, & aliena opera consecratur: hic autem non solum mystagogus operatur: sed multum confert initiandus: itaque transit in aliquid prorsus diuinum. Et sit hoc non uno momento, sed peracta etiam initiatione, ipsa eadem vota per singula bona opera renouat, sequere Deo magis dedicat: ut postremo dici nequeat, quantam numinis amicitiam, familiaritemque contrahat. Et nihilominus, post haec omnia, quisquam tam est sceleratus: ut tantam coniunctionem, unitatemque sibi rescedendam violandamque cogitet? Ut verò sacramentum nunc omittamus: quantum illud ad culpæ cumulum facit, quod à Dei amicissimis, & coniunctissimis peccatur in ipsum Deum? Postquam enim volens, & libens ( tantum enim Deus præmiis inuitauit, non coegerit) te obtrusisti, & obtulisti Deo: & ille, qui haec resumopere delectatur, arripuit: vultque eternum sibi deberi: tu quod ultra dediti, quod modis omnibus est confirmatum, tot spatiis auctum, conaris impudens Deo eripere? Sed consyderemus, quibus hinc modis peccemus, & quam impudenter hic diabolus illudat nostræ libidini? quod viam omnem ad resipiscientiam præcludat. Nec enim, dum hominem solicitauit, perpulit, ac vicit: instigat ad quidpiam vulgare, ac mediocre: sed ferè fit, ut eorum, quæ diximus, aliqua præcedant. Tentatur adulterium publicum, vel nocentissimus concubinatus: ita ut singulis horis patrentur grauissima peccata: hinc tandem, post illa progymnasista, projectis sacris armis, & posito mystico cingulo, ducitur ( Christo placet ) vxor tollitur proles: coniugium vocatur: tegitur, scilicet, hoc nomine culpa. Accedit quod ferè sacratis gaudeant scortis, & virgines Deo dicatas, duplii sacrilegio sibi copulent: ut Lutherus propugnissimus, vt Oecolampadius, &c, qui eius viduam induxit in domum suam, Bucerus docuere. Quia in re, quot flagitia concurrent, quis valeat satis estimare? Corpus illud sanctum non uno scelere poluitur, quodque in diuinam naturam transfierat, per mysticam illam coniunctionem distrahit, & crudeliter Christi membra discerpuntur: ut infelici coagmentatione adulteræ, diaboloque compingantur. Neque verò mihi carnis infirmitatem obiecent: eum tot præliis, & armis à Deo circumsepti sunt: ut sit instar prodigijs posse peccare. Nam præterquam, quod in hominibus verè Christianis est inuicta charitas, & fides fortissima rerum, quæ suo fixa pondere stat, nec arietibus ullis euertitur: spesque tam sit violenta: ut inertes alioqui mentes impetu secum ad illud porrò summum bonum abripiat: præter Spiritus sancti charismata, quæ nos vndeque fulciunt, tantum roboris additur in illa mystica compaginazione, qua in diuinum transfertur peculium: ut mirum sit quiequam erroris, & peccati talibus imponere posse. Nec enim dicuntur monachi ab eo, quod debent soli vivere: sed quia unum efficiuntur cum Deo, ut tradit Areopagita. Quid enarram angelicas excubias, quæ huic hominū generi, qui suam virginitatem Deo consecrarunt, veluti

veluti cognato familiarius adstituit: cuius rei exemplum in Elioso virginie sacra prodidit historia. Hunc enim prophetam inter virgines numerat Ignatius ad Philadelphenses, vbi miris laudibus virginitatem virgo, virginisque Apostoli discipulus, ac martyris celebrat. Impensisimè enim delectantur mundissimi spiritus flore virginis: neque tamen conjugalem castitatem negligunt: vt videre fuit in Susanna, cuius cum intemeratam pudicitiam morte plectredam senes improbissimi statuerint: angelicam ( vt loquitur Daniel ) vltionem continuò sunt experti. Ex quibus, aliisque plurimis, vt est domestica disciplina, leges, instituta, & exempla maiorum, innocens educatio, ruinæ, & lapsus occasio rara, quæ apud Basiliū, & Chrysostomū scribentes ad lapsos occurserint: statuere oportet nil esse coloris, quem perulantæ monachice pretexant: ideoque concedendum alios per infirmitatem interdum excideré: hoc autem genus hominum suapte præ uitate, desperatione, Dei que contemptu ruete in interitum. Hinc piissimi impenitentes deterritum hoc nefas execrati, Nomocano non leues penas constituerint sed facultates omnes fisco adjudicari, & in diaconissas prævaricatrices seuerè animaduerti iusterunt. Et Paulus aperte dicit habere damnationem viduas, quæ primam fidem irritam fecerint, hoc est, damnatas reatu: quemadmodum & hereticum suo iudicio, & infidelem iam condemnatum Christus, idemque Paulus dixerit: quia nimis versetur in fauibus orci, iniquæ perditione volutetur: nisi mature resipiscat, & Deo reddat, quod per nefas abstulit: quod in hoc peccati genere, quæ sat, equidem non video. Vide aliam virginitatem habebis miser, quam Deo restituas: qui tuam ipse prodegeris: Certè lugere te posse: & grauissimam agere penitentiam non infiior: nimirum tamen, quod sat est, agere.

### Præceptum Septimum.

#### Catechesis 83.

**F**imus superioribus aliquot catechesibus de consertatione bonorum corporis, cum proprij, tum alieni: nunc sequitur, ut extermorum quoque bonorum ratio habeatur. Et licet inter haec, primas obtinere videatur, fama & nominis integritas: tamen quia falsum testimonium, quod rectè existimationi officit, constat verbis: ideo furtu postponitur. Ade quod falsus testis ferè sit fui: & ad eam peruersitatcm turpis lucr gratia feratur. Hoc autem interdictum noster Hieronymus & in Exode, & in Deut: his verbis reddit familiari idiotismo. Non fuit tua facies. In cuius tractatione sic decurremus: ut fuit naturam, eiusque formas aliquot, & quæ illis infligantur supplicia, ponamus ob oculos: & obiter rei foeditatem insperitis argumentis perstringamus. Igitur furtum hoc modo definiiri potest, quantum istis catechumenorum rudimentis sufficiat, ut sit iniusta, & clancularia ablato rei aliena inuito domino,

*Quid furtum.* Primum autem iniustum esse oportere dicimus: quia si quis furioso tenuit, aut gladium auferat, beneficium est: furti autem ratio proximi continet iniuriam. Altera porrò est eius, proprietas, ut clam fiat: unde Græci κλέπτης, ἀπότροπος καλεῖται dicunt, quod occultare significat: quemadmodum Hebræa dicitio οὐκαναβ, qua vtitur Laban, dum improperat Iacob quod clam fugerit. Cur furatus es cor meum? Quare absconsus es ad fugiendum, & furatus es me? quod Hieronymus vertit, clam me, & ignorante. Sic in Regum historia dicitur populus furatus esse ciuitatem, hoc est, clam ingressus: vbi Hieronymus noster non dissimili verbo vsus est, declinavit populus. Hæc igitur esto nota altera. Ablationem vero non tantum intelligimus surreptionem, ac deportationem: verum etiam detentionem. Nam æquè fur est, qui rem ad se furto delatam seruat, ac retinet: quām qui asportauit: quinimò is furti quoque reus est, qui illud ratum habet, & comprobatur. Res autem aliena vocatur, quæ sit alicuius momenti. Neque enim, qui ferreum annulum, aut ligulam asportet: fur censetur: nisi malus animus id suppletat, quod defuerit ipsi materiae. Et iccirco paedagogos admonet Philo Alabarches, ut principiis obstant, neque ad minima discipulorum furtæ dissimulent: quoniam fit ad maiora progressus, & interea crescit audacia. Propterea maiores nostri hæc in parte religiosè vetant, pueros inuentas aciculas tollere: quia (vt inquit Augustinus in suis confessionibus) pueri primum fere de furto tentantur. Hic autem obseruandum nullo modo furem esse, qui rem suam ab alio occupatam iniuste, data occasione sibi vindicat: si tantum det operam, vt scandalum absit. Nec est alia quorundam sententia de foecinatoribus res aliorum possidentibus iniustissime partas. Ad postremum, in extrema necessitate: vbi certus adest interitus, nisi mihi prospiciam, & quod primum offertur, arripiam: nullum est periculum: tunc enim omnia reddit omnibus communia durissimum telum necessitas. Addimus inuito domino: quia si ille vel deserat, vel permittat: si res sit communis, vti sit inter parentes, & liberos; nihil est metuendum: quod tamen de iis intelligi nolo, qui reclamantibus parentibus collunt, quæ in luxu, ganeis, & alea perdant. Hoc enim non est leuius quouis sacrilegio. Si autem filius familias, qui non sit sui iuris; in vñs proprios, ac necessarios rem furto sublatam conuerterit; pater debet restituere: si dilapidat: liberi sunt parentes. Nec illud omittendum: si quis videat rem auferti, dissimulatque tacitus, nec repugnet: censetur consentire: si reclamat: secus est iudicandum. Sic de furto. Nunc de rapina paucis, quæ nil est aliud (vt rem expediā) quām furtum manifestum, & violentum. Distinguendum tamen est id, quod in victoria geritur, ac iusto bello. Nam ibi non raptor; sed iustitiae minister est: si tamen iustitiae modum non excedat, reputa casu, vel multato domino rerum possessore. Superest sacrilegium, quod & ipsum furtum est circa res, persona, & loca sacra versans: quod vulgo definitur *ablatio rei sacrae de loco sacro*, quod nefas est omnibus

Gene. 31.

2. Reg. 19.

*Ablatio quid  
hoc loco com-  
prehendat.*

omnibus notissimum: vt si quis calicem è loco sacro sublegat. Verum & hoc sacrilegium est, si sacratae personæ fiat iniuria: vt si quis virginem Deo sacram male tractet. In quibus omnibus ad finem, & scopum attendere oportet rerum consecratum. Propterea enim adhibetur consecratio: vt sint immunes. Itaque, qui eas grauat supra modum, ac leges ecclesiastico iure prescriptas: non caret periculo. Ad hunc modum, si quis initiatus abutatur se ad furtum: non est quidem sacrilegium: sed si sacratum corpus polluat libidine: sacrilegus iudicabitur. Iam quas poenas huic vitio scripturae sacræ præstuant. Et *Quemaneant  
fures penæ,  
& supplicia.* hæc in uniuersum habendum, restitutionem esse necessariam: vt quis quis rei alienæ furtum fecerit, eo sit animo; vt primo quoque tempore restituat. Neque enim nefas est interdum occasionem operiri. Et Christiana lege quidem sufficit paria facere: sed olim Moses quadruplum exigebat: & ne pauperes impunè ferrent, luendum erat corpore, quibus res non suppetebat. Salomon autem hyperbolicas, *deprehensus* Proverb. 6. (inquit) *reddet septuplum*. Si quis autem inter Christianos pium Zachemum imitetur: laudabitur: Deus tamen ultra simplicem restitutionem nihil imposuit, vt secum redeamus in gratiam: quid autem expedit, iudicium est decernere. Si quis grauitatem sceleris insinuari postulet: est istud procudubio minus execrandum, quām superiora: est tamen vnum ex iis, quæ hominis animam coquinant, & excludunt à regno: vt Christus Mar. 7. & Paulus 1. Cor. 6. perficūt docent. Certè Ieremias volens rei pudende exemplum prodere, furem iudicat deprehensum, qui sanè merito suo fit cunctis exōsus, & inuisus. Nam cum Deus inæqualem hominum paritatem esse voluerit: vt diuites, & inopes pulchra distinctione decori totius vñuersi responderent: hanc Dei prouidentiam fures, quantum in se est, pro sua avaritia, peruerunt: ac videntur totius orbis quandam tyrannidem instituere: atque ita frequenter nocent proximis: vt reipublicæ tranquillitatem corrumpant. Cum enim ferè potentiorum copiæ in tuto seruentur: mediocribus hæc lues facest negotium: & iam antè penè miseros, rebus ademptis: non solùm excruciant necessariorum ablitione: sed vel de laqueo, vel de iisdem artibus cogitare compellunt. Ierem. 2.

*De Vñsa.*

## Catechesis 84.

**S**Vpersunt innumerabiles iniustitiae species: ideoque erat animus receptui canere: sed quia mundus duobus pestibus ardet, altera sacra, altera prophana, vñsa nimis, ac simonia: vñsum est intempestuum hoc loco fore silentium. Itaque de vñsa seu scenore, priori loco, quæ nobis idem nunc vñsum significabunt. Nam tametsi quidam putent scenus esse vñsa, & vñsum fortis: vel scenus eorum esse, quæ à solo proueniunt vñsum

K 3 autem

autem ad pecuniam pertinere: hæc tamen differentia non obseruatur.

*vid. fanus. Est igitur fœnus, vel vſura, quicquid ſolutioni mutuata pecunia accedit vſus ipſius rei gratia, interpoſito pacto: ſive illud fuerit in intentione tempore contractus, ſive in exactione post ipſum conractum: etiam ſi prius in ipſo contractu nil fuerit in intentione.*

Hanc crassam descriptionem ſic declareremus: vt rem pernicioſiſſimam ostendamus, non doceamus. Et in primis non de ſola pecunia, vel frumento: ſed opribus, miniftret, & obligationibus vſuram intelligimus. Exempli gratia. Si des alii cui pecuniam, vt duas libras addat, ſcelus eſt; ſi vt poma, pyra; & id genus auſtaria, nihilofueris innocentioriſi vt, præter pecuniam, miniftret, fodiat, aut quiduis faciat, quod poſſit aſtimari pecunia: vſurans es. Imò ſi nihil iſtorum exigas: ſed velis hominem tibi deuinctum habere: fœnerator eris; quia präfantissimam hominis poſſeffionem (libertatem inquam) adſtrigis: velut ſi molitor, & cœnopola mutuam dent alicui pecuniam, vt ad ſe veniat. Hæc enim iuuat vulgo innotescere: ideoque ſimpliciſſime proponuntur. Licet tamen ſtipulari gratitudinem: quia nemo tenetur dare ingrato. Eodem modo, ſi amicitiam hac ratione conciliare velis, aut familiaritatem, quae ſub pretij fordes non cadunt: nil eſt pia culi. Non deſunt, qui, ſupra fortem interdum ſi accipiantur: nullum eſle peccatum contendunt: vt ſi dem pecuniam potentiori, à quo ſatis compertum habeam nō ita commode me recepturum: verū hoc parum videtur christianum. Sunt etiam, qui hostes excipiunt. Poſtrem moleſtiarum redēptionem hac ratione fieri poſſe docent: & iſtud quidem veriſiſmē. Cæterū ne cuiquam hīc fraudi ſit imprudētia: & ex muſuo dānum accipiat: obſeruare iuuabit regulas aliquot. Si quis in muſuo cauet, ne detrimēto afficiatur: ſi pignus accipit: & dum id curat, laborem impendit, facitque ſumptus: iuſte potest eos exigere. Inſuper ſi mutui cauſa dānum incurro: debet illud präſtare, qui ſumptuſi muſuum. Imò, tamet ſi videatur ſordidum, aiunt quidam, ac res eſt: ſi quis eam, qua alioqui eſſet vſuriſ, pecuniam det muſuo: æquum eſſe, vt lucrum, quod neglexit, recipiat. Nec eſt prorsus indignum: präſertim ſi non adſit alia pecunia. Sed ſi habeas, nec vtraris: eſt futurum multo ſordidius, & haud ſcio num etiam iniquius. Et iſtud addendum eſſe, qui pecuniarum locationem: quæ ad oſtentationem fiat, etiam eximant. Nec annui iſti censuſ, vbi ſunt domus, aut agri oppignerati; vſurarij iudicantur. Aſt, vbi lucrum accedit tantum propter vſum rei: fœnus eſt, ac vſura: quod ſi tamen fiat ſine pacto non eſt vſura: & idcirco poſimus in definitione, pactione interpoſita. Si enim offeratur vltro muſus aliquod: licet gratis oblatum accipere. Neque tamen, vt oculus tam ſinifter non fuerit in muſando: ſtatiuſ omnia tutuſ. Nam ſi cauſa muſui, cum refertur pecunia, quippiam exigas: erit vſuratum. Cæterū eſſent multa dicenda de iis, qui ad iſtud committendum ſacrilegium concurrunt mediatores, ſeu ἀρρενάři, id eſt, pararij ſeu conciliatores. Nam illi quidem mediatores, ſi dūntaxat offerant ſeſe, vt de-

*oſtendit in melius q. an doſit, aut non ſi vſura.*

ducant miseros ad eos, qui parati ſunt fœnerari: ferri porerant: quia re-  
cto id animo fieri potest: ſin vero, corradiant aliiquid: ſi ſuas ope-  
ras ſceleratiffimis fœneratoribus addixerint certa mercede: ſi denique hominem, qui alioqui non erat fœneratus, corrumpunt, & ad nefas impellunt: proculdubio ſunt impietatis participes. Qui autem ad fœ-  
nus accipit muſuum, eſt innoxiuſ: quia hominis hoc institutum vitæ profitentis tantum abutitur impietate, ſuæque extrema necessitatì conſultit. Iſtorum hominum vxores, ac liberi ſunt in tuto, ſi noni conſentiant ministri autem, coniuæ, & familiares in multo versantur periculo. Nā, niſi abundet ille iuſtis copiis, & poſſeffionibus: ſed ſolis miferorum paſcatur viſceribus: tu, qui ſine extrema necessitate eius gaudeſ familiariitate: non multum aberis à contagione: cùm tantum adimatur pau-  
peribus, quantum tui cauſa impenditur. Ei minister, qui in illius officina non prorsus inuitus, nec abhorrente animo nefariis contractibus dat operam: eiudem criminis habetur reuſus. Huc adde, eos, qui domos lo-  
cant, in quibus latrocinium exerceant: qui fouent, qui recipiunt, qui adiuuant: non eſſe extra periculum: cùm obnoxiorum interdictis, & anathemati conſuetudo ſit mirè contagioſa, inter quos proculdubio numerantur fœneratores: qui execrables, & indigni christiana ſepul-  
tura ſeculis omnibus iudicati ſunt. Hi enim contra legem diuinam tolerati, reipublicæ neruos exhausti: expilant principes: regiones depopulantur, miferumq;e populum exugunt: quibus principiis om-  
nia, quæ nunc patimur, mala non iniuria debentur. Vis igitur ſcire, vſurarij in quem huius peftis authorem ſcripturæ nominent? Alius certè non occurrit präter Iudam. In tota Genesi, & primis illis armis annis ne no-  
minatur quidem: tantum in lege prohibetur: nullum tamen huius ac-  
cerſitum ſceleris audimus: priuſ quam Dauid Iuda: nūquam expiandum facimus vaticinio pronuntiaret Pſal. 54. vbi, inter cætera, dicit vſuram, ac dolum de plateis eius non defutura. Nam ex historia euangelica notæ ſunt eius rapinæ, & furta: & proinde fœneratores non inepte Iudæos, à ſuo patriarcha, quiſ appellari potiū, quam Christianos. Caluinus ad psal. 14. permittit vſuram, modò non grauet nimium: videlicet nos ad Iudæorum legem reuocans, quæ, tamet ſi locis aliis prohiberet: alicubi tamen illius populi avaritia hoc indulgere videtur. Sed audiat Ezechie-  
lem inter grauifima ſcelera vſuram numerantem, & homicidio con-  
iungentem: *Munera* ( inquit ille ) *aceperunt apud te ad effundendum sanguinem: vſuram, & ſuperabundantiam accepisti.* Nam quid eſt aliud, quam iugulare miseros: quos immenso tandem oppreſſos fœnore cogit ad laqueum: Hinc egregie Cato rogatus hac de re ſententiam respon-  
dit, idem eſſe, quod hominem occidere. Propterea Christus admodum ſolicite: *Dare* ( aiebat ) *muſuum nihil in deſſerantes.* Etiſ enim non ſi-  
tiſ omnia recepturi: Date tamen: quia peccatorum eſt dare aequalia: vt  
aequalia recipiant. Eat nunc Caluinus, & Christianorum eſle mentiatur  
vltra forrē quicquam accipere: quem ego virum ita dementatū miror:

*Iudas primus vſurarij in ſcripturis no-  
minatur.*

*caluinus vſu-  
ram christia-  
nis vult per-  
mitti.*

*Leuit. 25.  
Deuter 23.  
Deutero. 15.  
& 18.  
Ezec. 21.  
Luc. 6.*

vt cùm aliàs christianæ legis consilia velit præceptorum adstringere necessitatì:istud præceptum in consiliorum classem transferat.

### De Simonia.

#### Catechesis 85.

**V**N C ad vñsoræ sororem simoniam transeamus, ita similem, & affinem: vt, qui vnam norit, alteram teneat. Et sanè magnum est operæ pretium, imò necessarium hanc etiam suis ornare coloribus, & in theatrum producere. Nā tamet si omne vitium nostra ætate in precipiti stet: nullū tamen æquè ventosa carbasa pandit in altum, omnemque funestat Ecclesiam. Vt enim Pontifices, Episcopos, omnis generis clericos, &c, qui ex mundo videntur profugisse, monachos omittam, inter quos latissimè dominatur hæc lues: iam veluti pertæsa angustiarum, ipso quoque laicos sub suas leges compellit: vsqueadè libitum est insanire mortalibus. Igitur his capitibus totam huius rei tractationem percurremus, quòd fatis erit ad institutum. Huius morbi nomen, quia in eo magna est reprehensio, patilulum excutiemus: ac mox naturam ipsam (vt solemus) crassissima definitione spectandam proponemus: hinc ad geminam illius formam: cui præceptiunculas quasdam appendemus, quibus consulere sibi quis, & aliis possit: ac postremò rei indignitatem ex ipsa proferemus antiquitate. Vocamus ergo barathrum istud, simoniam visitissimè: quamvis nec veterum quisquam sic vocet: nec apud Græcos nomen istud sis temerè reperturus hac forma: nisi quòd Tarasius in sexta synodo vocat Caiaphaicum studium, & simoniacam machinationem: addens alienam esse à dignitate sacerdotali. Primi latini canones, & scriptores vocant vel absolutè hæresim, vel, cum additamento, simoniaca, & Simoniacos hæreticos. Sic Gregorius Magnus ad reges Francorum, sic Turonen: concil. can. vltimo: & Simonis exemplo deterrent clericos ab hac impietate. Fuit enim reuerà Simon Magus (vt nunc loquuntur) simoniacus, qui episcopalem dignitatem emere pecunia voluit: sed tamen inter eius dogmata nullus veterum commemorat, quòd rerum sacrarum emptionem docuerit. Itaque, si nostri temporis habemus rationem: Simon ille non erit cum nostræ tempestatis iniustitia comparandus, imò vix dicendus Simoniacus: cùm August. dicat illum magis potestatem, ambitionemque spectasse, quam pecuniam. Deinde, vt concedamus: dici tantum poterit mente vitium hausisse: cùm nostri hodiè non potestatem, non gloriam: sed sordidum lucellum hac arte querant. Hæc de nomine. Si quis autem roget, quis illud primus usurparit: non habeo priorem Alexandro, quem sequutus est Innocentius: yterque enim in Lateranen. concil. sic vocat. Nunc ad naturam, quæ ab aliis prolixè definitur: nos autem ita breviter. *Simonia est emptio, vel venditio rei spiritualis.* Sed in declaratione laborandum. Res in primis di-

*De nomine simoniae.*

*Ca. 22.8c 3.*

*Braccarense.  
2. Can. 4.*

*Augustinus  
ad 3. o. Psal.  
& tract 6 in  
Io. & in eius  
hæres.*

*Can. 15.2.  
parte ca. 6.3.*

citur spiritualis, nō vt solēt angeli, aër, cacodæmones: sed quòd nomen ab ipso Spiritu sancto deducit, quem à simoniacis distrahi, quantum in ipsis est, aiunt nostri maiores. Ab eo igitur dicitur res spiritualis: à quo habemus ipsi, vt verè Christiani sumus. Hæc res autem ferè triplex est. Quasdam enim ita Spiritus occupat, vt in eis humanum nihil sit: vt est prolixa illa virtutum series, quas infundit Spiritus sanctus, multiplexque gratia, in quibus nihil terrenum: sed ad eternitatem cuncta proficiunt: cuiusmodi qui vendere conatur, est merè Simoniacus: vt si Episcopus velit potestate suā aliis pretio distrahere. In aliis est quid mixtum: vt quasi spiritu, & corpore constent, cuiusmodi sunt sacramenta, sacrificia, contrahentium benedictiones, virginum cœficationes, & similia: in quibus, cum operatione Spiritus sancti, accedit aliquod elemētum, & humanum: sic tamen, vt à principali parte spiritualia vocentur. Postrema classis, ordine cōuerso, cùm sit rerum corporearum planè: habet aliquid annexum spirituale: vt aureo, argenteo, calice accedit cōficatione. Quicunque igitur vult quicquam talium vēdere: & è carius, quòd rem spirituale deducit in estimationem: simoniacus est. Secūs dicendum, vbi suam quis obligationem, obstrictiōnem, molestiam, distractionem, onus, velit estimatione pecunia: qua de re suo dicetur loco. Nunc ad emptionis, vēditionisque vocabula, per se quidem notissima: sed est attendendum in his tria requiri, intentionem, pactum, & executionem. Nam vt ad sim nudinatōri cuiquam: & fide bona, tāquam cum alio quolibet sancto viro agam, nihil tale cogitans, quale fortassis impius ille instituit: non inquinor. In pactione vero, quæ hīc propriè cōsiderāda est, nēpe, da mihi hoc, & ego tibi vicissim illud: cautē, prudēterque versandum. Nec enim semper disertis verbis paciscuntur isti homines: sed etiam nutu, gestibūque committunt hoc nefas. Postremò in ista venditione sequatur oportet traditio: vt Episcopus nudinator consecret: ordinatus clericus det pretium, alioqui non est perfecta simonia: quamvis, vbi semel pactus fuerit: etiam si nō numeraris deinde pretium, certam habeas damnationem. Sed perfectissima demum est simonia, cùm & traditio rei, & pretiū accesserint. Alioqui nolo catechumenos arbitrii fore se liberos, & anathemata non denocatueros in se: si fortassis non paciscantur: & paratos tamē se esse demōstrent pretiū adnumerare: quamvis multò sit reprehensibilius, si adsit utrumque: quia tūc non tantum existet pactum: sed illius etiam finis habebitur, qui est condicti pretij persolutio. Seorsim tamen horum quolibet est grauissimis anathematis obnoxium. Sed & istud prætereūdum non est, sub nomine venditionis, & emptionis intelligēdas esse locationes. Qui enim locat, quodammodo vendit: conductor autem emit: vtputa si parochiam tuam des alicui, vt prædam diuidatis, vendis: si potestatem absoluendi facias in quadraginta, vt lucri portio ad te redeat: scio te afflatū contagio. Pretium quoque, ne quis fallatur, oportet distinguere. Nec enim intelligitur qualibet, vel grata mentis spectata, vel exhibita occasio:

casio: sed illud, quod saltē opinione dignū, iustūque putatur in cōmutatione: quodq; emptorē obliget quasi debitorē: atque ipsum venditorem cogere videatur ad rei spiritualis optatāe proditionē: vt exempli causa, si Episcopus contulit cuiquam canonicatum, præter eius innocentiam, & bona exēmpla nihil spectans: hic autem incensus eius liberalitate dedit ei librum, aut det munusculū aliquod: nihil peccatur: ad eū modū, si pauper primam habeat eorū rationē in suis orationibus, qui eum iuuerunt: non peccat, modò preces, & orationes non putet præmium esse beneficiū: sed hoc tantū faciat excitatus illorū in se pietate. Sic enim Christum, & Apostolos fecisse videmus. Neq; quicquam est vitij, si quis liberaliter pro iis oret, quos speret non fore immemores, vel ingratos.

*Premium in simonia quo triplex intercedat.* Premium igitur huius loci triplex esse potest. Primum nostri vocant à manu: quo intelligitur quicquid vlo modo in cōmutationē venire potest: vt sunt villa, prædia, oleum, frumentū, &c. Alterum ab obsequio: & hoc congerunt ministeria, seruitia, & omnis alicui nauata opera: vt si quis Episcopus famulo, qui vtilis fuit, fidusque minister, propterea conferat beneficium, non spectans eruditionem, pietatem, &c. Tertium dicitur à lingua: quæ classis adulationes, facetias, mendacia, blanditias, & quicquid est taliū nugarum, quod vel ore, vel stylo peragatur, continet. Videas enim interdum insulſos proceres ita capitalibus ineptiis: vt motionum, & nihili hominum, parasitorūmq; vel in primis ineundam fibrationem iudicet; qua in re tametsi nō sit ea species, qua de agimus: præsertim si desit pactio: est nihilominus immensum sacrilegium: nisi fortassis alteruter vsqueadē sit insanus, vt putet ludos, iocos, palpūmq; vanissimum esse premium rerum sanctissimarum. Iam sequitur altera simonia species, quæ mentalis dicitur, immunis illa quidē à censuris ecclesiasticis: sed habitura nihilominus in cœlo suum iudicē Deū. Ea autem prauo, ac sinistro mentis oculo perficitur, & trifariam diuiditur. Prima est, quandō clericus, aut cliens aliquis obit onus impositum, intentione, & cupiditate consequendi quipiam spiritualē: non dissimilis Iudæ querenti scribas, & Phariseos, vt iis Christū proderet. Eiusdē generis est, quandō patronus est ita adfectus: vt, si pretiū offerretur, paratus esset rem spiritualē tradere. Alterā cēsent esse, quādō vtriusque voluntas æquè corrupta est: vt & ille pretiū sit offerre paratus, & hic non reiice-re: attamē nullū est indicium, quod prodat latens venenum. Cūm enim nulla sit hic pactio: nec illius signum: grauissimam quidem: sed immunē à censuris ecclesiasticis noxam iudicant. Tertia species est, quandō iam contrahunt, & paciscuntur ipseque Iudas querit occasionem prodendi Christum: sed, vt fit, re infecta discedunt, alterq; incidit in theologum, qui animum excantat: hic si ante rei spiritualis traditionem discesserit: est intrinseca simonia, & extra iactum telorum ecclesiasticorū. Si quæras, quid sit hic opus factō: dicam simoniam esse, si pergassim maius exitād alabē absistere: reddēda est, si quidem inter priuatos agatur, pecunia: si autem simoniacam, apud iudicem, dabit eam pauperibus. Sed iuuerit nostros catechume-

*Regula ali-  
quot ad di-  
gnoscendā, ac  
exitād alabē  
simoniacam.* nos

nos quasdam habere regulas in promptu. Sit igitur hæc prīma, nefas esse rem merē spiritualem emere, vel vendere: vtputā, sacerdotalem dignitatem, ius canonicatus, donum prophetiae, in quibus nihil materia-le: sed prorsus diuina sunt omnia. Hoc igitur primō dispiciendum, sítne res merē spiritualis, an non. Deinde si res, ex maxima duntaxat parte, spiritualis est: tum simpliciter, emere, vendere, locare, conducere non licet: vtputā sacrificium, conciones, preces, benedictionem virgi-nū. Proinde præclarè Tridentini Patres vetant omnem in istis rebus nundinationem: atque vtinam audirentur à plurimis, qui cauponantur, & corpus, ac sanguinem Christi licitantur: Quid vis mihi dare, & ego pro te celebrabo? apage, quæso, tantam impietatem, quisquis es, im-probe, & christiana religionis decus, totius orbis pretium, ange-Forum gloriam, tam vili ne aestimaueris: sed potius audi, quid B. Hieronymus ad Micheæ 3. & B. Prosper lib. 2. de contemplatione cap. 9. 10. 12. 13. dicant. Si verò agatur de sustentatione, victu, rebūisque necessariis: tūm aliud erit dicendum. Nec enim nefas est ea petere ab iis, qui-bus infertis: cūm Apostolus hoc ius à Christo sibi traditū adfirmet. Sunt qui longiū progrediuntur, & dicunt licere pacisci: ego verò non au-dio: cūm nomē pactionis sit affine simonia, & turpem habeat speciem: adeóque dānetur à maioribus nostris. Quod adferunt de locatione o-perarum, ac molestiarum: quis tuam operam tanti emet? pauperes maio-ra patiuntur in proseuchis. Certè (vt verbo dicam) alienum istud est ab antiqua sanctimonia. Tertiam addamus regulā de rebus ita mixtis: vt potior pars sit materialis, vt cruce, calices, & similia, quæ licet inter-dum vendere, vt Christianis subueniatur. Nec illud illicitum, si quis a-putis grauissimis negotiis Ecclesiæ gerendis doctor ab Episcopo con-ductatur, vt sit vicarius, aut quipiam simile. Nunc istis omnibus, si Calcedonē. tot discrimina rerum, si fulmina, & anathemata non faciunt hoc vi-ti. Trulliano. 2. Genna-dī i episto-lam. Adrianum scribit. Is enim nostros Simones, qui prouentus tantūm querunt, ait esse non Simone tantūm: sed & hæretico Ma-cedonio peiores, qui censebat Spiritum sanctum esse creatu-ram. Nam qui creaturam iudicat rem aliquam, saltem eo nomine non despicit: Simoniacus autem constituit se rerum dominum: nec tantūm Spiritum sanctum creaturam: sed suæ p̄testatis esse dicit, quem pro sua libidine cuius addicere, ac prodere valeat. Quis non execretur tantam insaniam? Ac proinde non immeritō damnantur huiuscmodi: nec in villa re quamvis licita, & honesta, sunt audiendi: sed mouendi sunt gradu, officio, dignitate, summi Pontificis censoriae seruati. Nec id satis: verū cunctis præcep-tum est, vt hominum propudia hæc deferant vel ad Rom. Pontif. vel ad eius vicarium: & nos talia non curamus? Sed ista mittamus. Profectò laudabiliter, vtomnia, Tridentini patres liberauerunt collato-res à seruitute, ne deinceps conferant nisi idoneis: & yagientes etiam-

num paruulos, vel impudentes canes, & funges arceant: qui anteā vel ab inuitis confueuerant miris artibus extorquere: vt, posteaquam virtus, eruditio, pietasque locum suum obtinuerint, nemo dolos, artesque verset, vt ecclesiasticas dignitates assequatur. Supererant aliae plurimae fraudes, tam in clero, quam in communi laicorum vita, quae nobis existim interdicebat à iam exposito præcepto: sed meminisse nos oportebat instituti, & ad orbitam rudimentorum catecheticorum redeudum. Optarem vt minimam eosum, quæ dicta sunt, particulam posterior etas obtineat: viderit tamen Spiritus sanctus, qui est cordium purificabitor. Deinceps enim ad octauum transibimus præceptum.

*Præceptum Octauum.*

Catechesis 86.

**H**oc de præcepto sumus ordine, & tramite fortassis nimis trito dicturi, id est, de consequitione, verbis, & primo, ac summo argumento: quibus expositis plura sumus adiuncturi, quæ feret usus, ac suo loco proponentur. Ordinem iam videmur in superiori præcepto expediuisse. Nam cùm furtum ferè obeatur manibus, efficacissimis instrumentis; falsum autem testimonium, lingua, & sermone: non abs re Moses hoc illi post posuit. Si autem argumentum perpendamus: non proximo tantum: sed aliis quoque duobus superioribus grauius, ac dignius est: ut pote cùm trium proximi præcedentium præceptorum sit veluti quedam anacephaleosis. Nam licet aduersetur potissimum famæ hominis: sæpe tamen insidiatur castitati: vt in historia Susannæ videmus, vbi sceleratissimi senes falso testimonio pugnant aduersus integerimam matronam. Ad hæc non tantum auro, argento, fortunis omnibus intentat periculum: sed etiam capiti, ac vita: vnde apparet suffragari his, quæ de mœchia, cæde, furtóque fugiendis mandata sunt. Moses autem, vt nos redderet attentiores, mirificis vocibus præceptum istud extulit: ut æquum sit catechumenos dare veniam nobis, si in latina catechesi peregrinis vtanmur vocibus. Sic igitur habet Exod. 20. יְהוָה יְהוָה כִּי־עַתָּה־אַתָּה lo thaaneb bereeca ed scaker. In Deuter. eodem planè modo: nisi quod vocē extremam mutet in נָשָׁה scau, quod notat mendacium. Septuaginta autem interpretes iisdem prorsus vocibus utroque in loco vtuntur, οὐ θεομάρτυροι τούτοις μαρτυριαὶ θεοῦ. Et noster item Hieronymus ad hunc modum. *Non loqueris contraproximum tuum falsum testimonium.* Non est recentiorum, & præsertim hereticorum, omittenda versio, propter futuram tractationem: *Non eris mendax testis aduersus proximum tuum.* Cæterum notet pij, quod ad mores pertinet, hebreum verbum propriè, non loquendi sed respondendi significationem habere נָשָׁה lo thaaneb, quasi dicas: Nō respondeas: quod otiosum profectò non est: sed hoc sibi vult, quod philosophorum, & Christianorum legibus usurpat, testem illum, qui se ingerat, & obtrudat, non audiendum

diendum: cùm ad dicendum testimonium accedere non debat, qui *Nemo se testimoniis ferendis ingerat.* rogatus, iussus, impulsusve non fuerit: nec debere iudicem obtundere, garrulitate: sed ei percunctanti respondere. *Aduersus proximum.* Rechè quidem: sed est significantius hebreum beth, quod (in) valet: vt non tantum eminus contra proximum non pugnes, quod absque magno periculo fieri potest: sed cominus, atque in ipsa proximi viscera non grasseris: vt intelligas hinc notari crudelitatem immaniem falsorum testimoniis, qui in ipsis tribunalibus, inter iudices, virgas, secures, & carceres, vbi de fama, fortunis, capite proximorum agitur: mendacem linguam acuant in fratris perniciem. Proximi autem vocabulum est latissimum: sed tamen nescio qua fiat improbitate nostra, vt non videamus quid ipsis vocibus ingeratur. Dicitio enim γῆ reah non tantum significat, quod in vicino est: sed etiam amicitiam, sodalitatem, & summum amorem. Nam & Solomon vtitur eo loco, vbi hortatur adolescentes, ne patrum amicos deserant, qui sunt velut secundi parentes: vbi sanè videt quisque non de quo quis agi proximo: sed de viro probo, amantissimo, & tantum non altero parente: eapropter Ionathas habet hinc vocem, quæ principaliter socium, & contubernalem significat. Postremò sponsa in canticis sic vocat amatorem Christum: vnde liquet esse vocem significantissimam. Absit tamen, vt hinc inepte colligamus non esse vitandum falsum testimonium extra causas propinquorū, & amicorū: sed cùm vniuersorū creatorena, parentē, & Inspectorē Deū & intelligam<sup>9</sup>, qui cūctos cōdedit homines ad imaginē suam: nullus nō inter contubernales, & intimos est habendus. Itaque vt belus nomen prometeri certum est, qui contubernalem trunculentus perdit: sic qui falsa testificatione proximi causam deprimit, quavis fera censendus est immanior. *Falsum Testimonium.* Sic Ionathas, & Septuaginta per abstractū: Hebræi tamen interpretes permultū referre putant testimoniūne accipias, an testimonium: cùm vox Hebreæ sit anceps ad vtrumque. Aliunt enim Moles innuere hominem, qui non sit certissimæ veritatis conscientia, imò cui constat prosus contrarium: non debere accedere ad testificationem: sed procul fugere. Nam aliud est profettere falsum testimonium, aliud esse falsum testem. Iam, quod est in fine, γῆ Saker falsitatem, ac mendacium significat. Est autem sermo de falsitate, quæ meditato, & ex instituto noceat proximo. Nunc ad sententiam accedamus. Vult igitur Moses, diuinæ voluntatis interpres, vetate omnem calumniam, mendacium, detractionem, susurrum, mormurationes, dictoria, scommata, iōcos, & omnem garrulitatem, abusumque linguæ. Vnde liquet quanta vniuersis necessitate incubat hoc præceptum habere familiarē, & veluti præcordiis insculptū. Sed falsum testimentiū, quod hac in te veluti regnū obtinet, intueamur: & quæ sit res impia, totiq; reipublicæ, ac toti orbi noxia, compediò videamus. Non cōmemorabo hinc periorū, quod possem non alieno loco: cùm falsum testimoniu illud habeat pro appendice non tantum in nostris: sed etiam in Iudeorum olim *Falsum testimonium quæ impium sit, & noxiū.*

iudiciis. Sed hoc primū conuolabo , primūq; dicam laedere illud sacrosanctā veritatis maiestatē, quā omnia illustrat, beat, conseruat: quam falsi testes, velut antiqui gigantes, & cyclopes fictitium illū Iouē, suo depellere nitūtur imperio ter impij in ipsum supremū numē, quod veritatis elogio gaudet impensisime. Quisquis enim veritatis est inimicus: Deo bellū indixit. Deinde vt nocētissimā cūctis mortalibus hanc pestē execremur magis: veniat in mēte (quālo ) tenebrarū , & caliginis, quibus hoc in seculo oboluūtur omnia, in quibus palpare, offendere, ruerē licet: progredi, aut recti quicquā facere non licet: nisi alma veritas, vt faustū aliquod sydus, ac Cynosura per vastū errātes pelagus dirigat: suoque lumine & scopulos, & Charybdes, & latentia saxa vitare: & quietis portū capessere faciat. Hūc solem, qui obnubilare , qui hāc lucē preme-re vult: quid aliud, quām humani generis certissima pestis? Quid enim magis impium, quām virū bonum, quē haec tenus noueris: inter sacras leges, verendāque tribunalia mēdaci lingua confodere, mēdaciisque tuis iugulare: Quid verò tibi tunc est animi demens? Est hominis tibi nota pietas, certa religio, fides, integritāsq; perspecta: & tu diversa planē paradoxā narras: vñōque momento nomen incorruptissimum aufers, fortunas euertis, & vitam in discrimen adducis: & , vt misero non adimas hanc lucē, quā deinceps sola ad cruciatum relinquetur: anteacta vitæ fructū omnē eripis, dū fortassis toti prouinciæ persuades talē esse, qualē nimirū fugere tibi visum fuit. Accedit frequenter non tantū in periculo illum versari: sed totam simul familiam, cognatos, amicos periclitari. Adde quid falsus testis hac impietate peruersissimis, & iniquissimis hominibus gratificetur: quod sceleratum est: pios autē, & cordatos omnes offendat: quod est impium. Quām enim est illud piis omnibus miserabile: aut, si his fraus ignota sit, quām est abominandum sanctissimis angelis spectaculum: cūm innocens ab iniusto, sanctus ab impuro, veraxā perfido proditur, opprimitur, iugulatur: cūm veritatem falsitas, peruersitas innocentia, iustitiam iniquitas pessundat, suffocat, perdit? Quid multis: Iudices in scripturis dij vocātur: laborantes tamen humana quadā ignorantia: tu verò, vt omnem iustitiā traducas in iniuidiam: explodis iultos iudices, & ministros veritatis tuo mendacio ad iniquitatem impellis: tuoque scelere alios in crimen, nefasq; vocas, & tales haberi facis, saltē ab aduersariis, quibus fraus cognita est. Postremō redidis obnoxios vñctioni diuinæ: quia tam est veritatis amās Deus: vt etiam incaritos iudices, ac deceptos, non sinat impunitos abire. Vis igitur te dignum, ô scelerate, à scripturis elogiū: Vide quomodo vocetur illi, qui Nabuthen insontē perdiderunt: nimirū filij Belial, & filij diaboli: & recte: cūm ille sit caluniator, & mendax, illiusque sit munus palmarium Christianos falsis criminibus apud Deū acculare. Quocircā, quām lōgissimē possumus, à tāto discedamus piaculo: neq; cū falsis testibus quicquā nobis esse cōmune permittamus. Illos enim recte comparaueris vbi, ac ciuitatū proditoribus. Nam vt isti mira vafacie fingunt se patrię amato

2. Reg. 21.

amatores, ac sensim magistratus corrūpunt, penes quos est clauium custodia: vt illis circumuentis, ciues optimos tradant hostibus, ac internecionis: sic falsi testes religionē simulāt, peierant, & callidē mēdacia contegunt, donec iudices tēnebris, & errore circunfusos ad sēuiendum in bonos, insontesq; vitos impellant. Itaque vt proditores cōmuni prosequimur odio, nec miseratione saltē dignos putamus: & pessimis exēplis interire ferē cernimus, & gaudemus: haud secūs hos administrōs mendaciorū, periuriorū, ipsiusq; satanæ falsos testes execrari, fugere, &, si liceat, exterminare debent, quicunque sunt honoris diuini, qui in veritate potissimū cōsistit, suęq; salutis, & publicę trāquillitatē studioſi.

*Producit, & aperit mendacij, detractionisque formas, & occultum virus.*

### Catechesis 87.



Am cætera, si placet, quæ præceptū octauum, quod nuper aggressi sumus ad enarrandū, continet, persequamur, mēdaciū, detractionē, calumniā, cōsūtiū, cōtumeliā, male-dictum, & similia monstra: quorum cognitio nostris catechumenis non minimos fructus adferet. Itaque, vt ordine progrediamur, agite, mendaciū, eiusq; naturā paulisper exploremus.

Nec enim in re notissima opus erit argumentis, Est igitur mendaciū sal-fa significatio vocis, cum intentione fallendi, seu falsum dicendi. Nam si quip-

Quid mēda-cium.

piam falsum excidat incauto: nō censembitur mēdaciū. Contrā, si taceas, nutibusq; & gestibus tantām vtaris, quæ interdum non minus loquuntur,

quām ipsa vox, ad decipiendū habeberis mendax, si mens eōdē spe-cket. Formæ huius vitij tres primū ab Augustino. nominib; istis in-

Tria mēdaci-rum genera.

dicatē, officiōsum, iocoſum, & pernicioſum. Officiōsum est, quādō quis vel sibi, vel aliis cupit prodefesse, nocere nulli: vti si phreneticum se simu-

Quid iocoſum.

let medicus apud eo morbo laborantē: si quærenti latroni hominem ad necem, nos nescire dicamus, eleuatur istud bono, & commodo præsti-tuto. Iocoſum est, quod ad oblectationē adhibetur: vt homines gartuli,

Quid iocoſum.

& nouarūrerū cupidi, multa comminiscuntur, vt alios deleatē: & quādiu nihil detrimenti adferunt ista, leuia sunt. Tertium primo repugnat ex diametro: vocatur, pernicioſum, quando rebus diuinis, & proximo cupimus nocere: de quo scriptura: Os, quod mentitur, occidit animam: &

Quid perni-cioſum.

alibi, Perdes omnes, qui loquuntur mendaciū. Sed funē reducamus, & ad sap. 1. priores redeamus formas quas catholici tractatores inter leuiora pec-

Sap. 1.

cata, nœuósq; numerant: nisi scandali causa connierat in pernicioſum, ostendit duo quod tamē rarissimum est. Verū illud celatum nolo, veteres sanctos prima mēda-

ciū generā

patriarchas, atque adeō primos Christianos videri mendaciū, quod prophanos scriptores omittant: Platonem, qui ait magistratibus, oſo differre.

L 4

vt reipu-

vt reipublicæ medicis, opus esse mendacio: Sophocle, Menandrum, Eu-  
ripidem: quin ipsum quoque Laetantium ridentem Lucilium. quod no-  
luerit familiari mentiri: Moses ostendit Iacobum patriarcham istud non  
magni fecisse, qui toties patri mentiretur. David fugiens Saulem apud  
Achimelech: Ionathas, iebu, Iudih, alijque plurimi, similia prodiderunt  
exempla. Eandem doctrinam habent Abdias Babylonius in vita Mat-  
thæi, Clemens Alexandrinus 7. Stremate, Origenes Stromate, 10. Hiero-  
nymus in 2. ad Galat. Cassianus 7. collatione; Theodosius in vita  
D. Iacobi, & in Polycrone partim commemorat, partim prædicat sua  
officiose mendacia. Hunc autem Patrum catalogum visum est recen-  
sere, non quod impunita manere putem hæc mendacia: sed vt tanto  
peruideamus facilius, quanto discriminè distent à perniciose, quod ne-  
gant aduersarij. Et quod de prima specie: de secunda quoque dictum  
esto: quas à peccato prouersus excusare non est animus. Nunc ad postre-  
num illud, ac perniciose. In primis autem absit: vt, quicquid ad illud  
accedit, aut videtur affine, statim eius generis esse iudicetur: cùm ad  
peccati naturam consensus, & intentio requirantur. Quæ enim inter-  
dum lapsu linguae proferuntur: etiam si non nihil incommodent proximo: quia tamen perfecta non est iniuria: mortale non est. Deinde  
quod perfstringit tantum, & leuiter lædit, contemnitur: nisi singulariter,  
& aperte noceat. Adhæc si quis ex futilitate quippiam sciens pru-  
dens eloquat: si tamen desit intentio nocendi: si non prospiciat detri-  
mentum: non cœsetur lethiferum: nisi (quod alias diximus) materiae gra-  
uitas intentionis loco possit haberi. At verò si quis fidei, religionisque  
nostræ veritatem violat: qui aduersatur scripturæ: si doctror velit hæreti-  
cis opinionibus, aut erroribus suos discipulos imbuere: si conciona-  
tor plebem ab orthodoxya mouere: si iudex peruersa sententia quic-  
quam cernere: piacularē censemur esse mendaciū, quounque modo  
fiat. Proxima nōs vocat iam detractione, quæ haud negligenter haben-  
da: cùm nunc aut non agnoscatur, aut contemnatur. Ea autem est cu-  
mīstibet absentia fama laesa, sine denigratio. Nam si corā facias: erit vel cō-  
tumelia, vel quippiā aliud. Læditur autē absentis fama, vera dicendo: vt  
de occulte hæretico, aut fure, quod sit hæreticus, aut fur: hæc enim la-  
tentis vitij retectio detractionis nomine notatur. Rursus detrahimus  
partim adferendo: vt si dicam, ille profectus est fur: partim inquirendo:  
vt, putas hunc esse furem? Ingeritur enim auditori suspicio: vt fa-  
cile, quid responderi velimus, intelligat. Sed & simpliciter referendo:  
vt, aiunt hunc esse hæreticum: imò sàpè tacentes hac ratione pecca-  
mus, vbi patimur alios, nec, si queamus, obfuscamus. Incurrimus  
etiam detractionis vitium, cùm de cuiuspiam laudibus aliquid de-  
cerpimus: cùm aut laudes, virtutēsque reticemus, aut inficiamur,  
aut partem occultamus. Denique, qui ensam dederit aliis, reus est. Sed  
longum esset omnes modos enumerate. Hoc tamen & hic retinendum,  
singula pro rei grauitate censenda. Si enim minutum quippiam dicas:  
vtputa,

vtputa, fuit heri vino exhilaratus: erit veniale. Si ex futilitate non nihil  
excidat, quod non sit acerbius: crimen non erit: adiacet tamen pericu-  
lum: vbi verò futile quidem dictum est: sed damnum sequitur, scelus est.  
Mirum est autem huius mali ingenii, quod uno vulnere duos, & non  
nunquam plurimos conficit, quotquot nimis clementibus nimis  
auribus detractores patiuntur: ita vt D. Gregorius dubitet vti graui<sup>2</sup> cree-  
tur periculum, eīne, qui loquitur, an, qui audit. Ne cui tamen hīc oria-  
tur scrupulus: non semper est nefas audire, etiam grauissimavt, si dicantur  
hospiū de suis conuictoribus, præceptorū de discipulis, vt medean-  
tur, & occurant gliscētibus malis: at si malitiosè audiant, vt expro-  
brent, vt noceant: procul dubio mortiferum est, Idecūd tutissimum est  
scripturas audire vetantes ne detractoribus faciles accommodemus au-  
res. Sic enim clamat Salomon in Proverbiis. *Time Dominum fili mi, &*  
*Regem: & cum detractoribus ne commiscearis.* Et Iesus Syrach. *Sepi aures Eccles 28.*  
*mas spinis, & linguam nequam, noli audire.* Cæterū, nemo putare debet *Prudenter cū*  
*vbiq[ue], & quo quis tempore detractoribus resistentum, sed omnia dili- detracore*  
*genter trutinanda: quis sit, vbi, & quid, aut quomodo dicat.* Nam inter-  
dum, si sit pronior ad iracundiam: nihil aliud fuerit obsistere, quam  
oleum addere camino. Deinde, si nolit argui, testibusque videtur con-  
firmatus, quod dixit: satius est dissimulare, ne malum probatum au-  
geatur. Quando verò spes est profectus: tum vel blandè moneundus est  
de læsione fraterna: aut, si nihil aliud, tristitia vultus declarandum non  
placere. Hoc verò quorsum attinet referre, quod plerique sibi ipsi de-  
trahunt, dum sua prædicant facinora: nec sentiunt ineptissimi suo se,  
vt fore, indicio prodit. Nec plurimum retulerit obseruare, peccare eum,  
qui sua crimina in iudiciis retegit: tantoque magis, quanto res in plu-  
rimum deducitur notitiam. Nam vtnemo sponte vulnus infligere sibi: sic  
famæ propriæ nemo debet esse proditor: nisi fortassis legitimis quæstio-  
nibus subiaceat. Cætera licebit ad ista veluti regulas exigere. Nam cùm  
sit malum valde sinuosum, detractione: vsus quotidie plura suppeditabit.  
Quid verò breuem, scitissimamque huius vitij similitudinem deside-  
ret: audiat Ecclesiasten: *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet,* Eccles. 10.  
*qui occulit detrahit: nihil dici potuit magis appositum.* Quærit enim  
latebras, detractor, ingentibusque spiritis conditis in antro prodit.  
bellus hypocrita, suspensoque gressu tentat omnia: & sicu-  
bi palliata facies, mellitaque verba sicuna fecerint:  
ibi nigro dente virus, tetricumque venenum in  
alterius sinum effundit: moxque sua  
ad latibula reddit, non mino-  
ri dignus odio, quam fu-  
nestissimus co-  
luber.

## De calumnia, conuictio, contumelia, &amp; maledicto.

## Catechesis 88.

calumnia.

Matth. 23.  
cap. 3.

conuictum.

**D**iscerimus de cuniculis, & substructionibus quibusdam falsi testimonij: nunc de patentissimis ostiis, quibus sese effundit æstus animi, calumnia, conuictio, contumelia, & maledicto, quæ nostra tempestate dirum fremere, passim quæ graffari cernimus: vt solent hærefes omnibus vitiis latas pandere portas. Igitur calumnia dicitur *falsa, malitiosaque criminis impactio*. Falsa ( inquam ) quia dum quis verà, certaque iactat in absentem, aut præsentem ( vtroque enim modo fit ) contumeliosus est, non calumniator: imò si tantùm vera se dicere credit, contumeliam facit, non calumniā. Itaque præstare debet proximo famæ detrimentum: & Deo nihilominus per pœnitentiam satisfacere. Qui verò disciplinæ, ac iustitiae causa quid videatur intentare: & vel cum Christo cæcos Pharisæos dealbata sepulchra: vel cum Paulo Galatas infensatos vocare: nihil est, quia id malitiosè non fit. Secùs est, quando malo, & exulcerato fit animo, vt proximo nocumentum inferatur. Est hic tamen vulgatum illud repetendum, si per incogitantiam, si minutum sit, aut graviè: quæ multùm faciunt, vt de forma peccati rectè statuatur. Hoc vitio nihil magis euaniendum, & infirmum. Principiò enim pollet viribus, & impetu: in medio languescit, ac tandem exsufflatur. Fait autem Romanis quondam familiare vitium ( vt suorum illi vitiis indulgebant) apud quos adolescentibus maximè gloriæ ducebatur, & laudi, si quem oppres- sissent calumniis. Vnde, quid acciderit Catoni, notum est. Christianis verò tanto maiori studio fugienda pestis: quantò propius refert hostis nostri iuratissimi nomen. Quantum enim interest inter *θαλάτην, και διαβόλον?* Venio ad conuictum, quod est *iniuriosa criminis obiectio præsentis: criminis ( inquam ) vel ad culpam, vel ad illius pœnam pertinentis: vt si quis hæresim, aut iconoclasim obiiciat, quæ sunt ingentia crimina: vel qui naturæ vitium, errorēm probro vertat, vt cæcitatem, surditatem, otis deformitatem, gibbum, lippitudinem, quæ si cui obiiciuntur, conuictum est.* Latinis tamen propriè dicitur contumelia, quando crimen, & peccatum obiicitur: quando verò solus defectus corporis: conuictum, & impropterum. Sed est alia quædam species conuictij, qua non unus, non alter: sed tota vicinia, conuictio aliquem afficit: vt si pauper sacerdos, monachus, alijsve prætereat, in quem omnes petulanter debacentur: quod dæmone afflatorum est: quamvis quibusdam in urbibus frequens. Sunt ethici quidam Theologi, qui iocum excipiunt. Scilicet, iocus est vbi suum homini vitium obiectas? Quin das potius vestem, quæ vt nudum voces: aut, si cæcus sit, da potius vnde vitam sustentet, quæ vt cæcitatem exprobres: alioqui, vt quod mihi videtur, & quod res est dicam: facis iniuram creatori. Si tamen res sit leuicula: veniale putabo: prorsus excusare non possum. Quid enim? Si fuit Roma-

norum

norum indoles vsqueadè generosa: vt parcere subiectis, ac debellare superbos suam artem duceret: si cadaveribus quædam semper fuit religio: si execramur Achillem, quia circum Pergama curru vel Troilum, vel Hectora mortuos traxerit: grauisque videatur ille Turnus occinens infelici: *En quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens: si ( inquam ) eos execramur, qui multas animas hominibus datas optarent, quas totidem cædibus extruderent: an non deteriora merentur conuictatores, & contumeliosi, qui, cùm videant hominem nihil nisi cadaver gestantem, adeò non commiserantur: vt etiam irrideant, exprobrent, insultent?* Quin parcis, improbe, & in qualicunque trunco creatorem adoras, & agis gratias, quod tali te non mulctauerit infortunio? Si peccatum habebas compertum: ingemisce, & à communī parente lacrymis fratris liberationem expete: si autem exitium addas exitio: si improperando miseriā cumulaueris: non poteris aliud certè videri, quæ beluinus quippiam Timon, ac *μισαργεῖς* sue ofor hominum. Supereft maledictum, cuius non ea est intelligentia, quæ à litteratoribus traditur: vt sit contumelia: sed sacris scriptoribus significat imprecationem alicuius mali proximo: vtputa, dij te perdant. Est autem obiter declarandum, quod sit istud malum, & quid imprecari. Nam si quis vaticinetur de aliquo, aut optet in hæreticos, ac sotticos homines secundum leges animaduerti: non erit imprecatio ( scalent enim scripturæ similitum exemplis ) sed vbi quis prava mente quicquam ominetur mali, nefarium erit. Deinde & illud notandum, huic sceleri obnoxios esse, qui in res inanimatas, aut rationis expertes maledicta conuertunt. Nam vel creatorem affidis iniurias, & blasphemiam incurris: vel rerum possessorum, & reddit vitium. Cæterum, si malis ipsis quis imprecetur, vt Iobus, qui diei suo, id est, mali, quæ in eo siebant, maledicebat; aut si diabolum ipsum quis appetat: non est peccatum. Nec piget repetere, si cuiquam vel ex mala consuetudine, vel futilitate quicquam excidat non aduertenti, si quis etiam piudens aliquid leuiculum enuntiet, si deinde aliud loquatur, quæ velit: non est continuò mortale. Quilibet enim pro mente, & sensu iudicabitur. Cæterum in horum criminum censura ponderandum est, non quo sit affectus quis animo erga proximum, cùm aliquid effundit: sed qua mente, quo nutu, quo spiritu impulsus ad dicendum. Nam si oculus tunc nequam fuerit: non erit alienus à mortifero peccato. Nam, vt hinc animaduertatur rei indigitas: quid periuro, quid votifrago scelestius? quid execrabilis eo, qui Dei beneficium peruertere, & sacramentis eius parat obniti? Atqui maledicus primùm ex diametro pugnat cum scopo, & iumento, quod præstitit, cùm initiaretur Christianis mysteriis. Secundò profugit à suo imperatore Christo. Ac postrem strigit arma paricidalia in Seruatoris, ac ducis sui caput. Ait enim Apostolus Petrus: *In hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditare possideatis.* Viden, scopum christianismi benedictionem? Hanc igitur qui conculcat, & gaudet maledictis, an

*maledictam.**Quæ in horum  
criminum cen-  
sus quæta gra-  
tias.**1. Pet. 3.*

non est tranquillissimum, ut maledicatur: & qui benedici non vult, merito suo fiat execrabilis? Iam, dux ipse maledicentibus benedicebat: & iste putat se Christianum, qui diuersam prorsus rationem obtineat: nec propositam hereditatem dignatur adire, similia cum suo imperatore faciendo? Postremo data est lingua, ut conditorem praedicare, & proximo consulere possimus: condita est sale in baptismo, ut solis Dei laudibus, optimisque conciliis dedicatam sciremus: hæc arma maledicus primùm in ipsum Christum: deinde in eius viscera, proximum suum, stringit intolerabilis homicida. Hæc si Christiani altamente reponerent: & crebro secum, quid sibimetipsis detrimenti, quid iniuria proximis inferatur: quid sceleris aduersus Deum Opt. Max. quid aduersus fidem religionem, nomenque Christianum dedecoris hac maledicentia confletur: sperarem nostras regiones his calamitatibus propediem liberatum iri.

### Nonum Praeceptum.

#### Catechesis 89.

**S**T V D in speciem breuissimum, ac simplicissimum: reuerà tamen intricatissimum est. Quemadmodum enim in agris vsu venire solet: ut maximè steriles maioribus uestibus obsideantur: sic mihi contingere videtur in iis praæceptis, quæ sunt in primis sterilia. Nam cùm hoc praæceptum rem vnam duntaxat proponat: infinitas tamen, atque difficilimas continet questiones: quarum illam quidem dudum insinuamus, cur in extremam decalogi partem sit reiectum. Iam illud querendum est, sítne vnum praæceptum cum eo, quod sequitur sítne nonum, an decimum ordine: præterea quomodo distinguuntur haec postrema duo praæcepta: & qua ratione ab iis, quæ præcesserunt de moechia, & quibusdam aliis discernantur: quibus compendio tractatis, ad praæcepti sententiam veniemus. Cur igitur postremum ferè locum in praæceptis obtineat, hanc uno verbo causam reddere licet, quod cupiditates tantò sint verbis tolerabiliore, quantò sunt illa ferè ipsis operibus leuiora. Nam, nisi quid sit in circumstantiis, quod pondus adiiciat: certum est concupiscere leuius esse, quam opus patrare: alioqui non raro quedam sunt concupiscentiæ multis factis grauiores: ut adulterij, & prodigionis patriæ, quam iocosum, aut officium mendacium. Vbi tamen res easdem pectori concoctas executioni quis mandarit: quis non videt immensum esse spatium inter eas, & ipsarum solam concupiscentiam? Sítne vnicum concupiscentiæ praæceptum, necne, prolixior esset disputatio, propter hereticorum substrunctiones: sed quia in initio non nihil disseriuimus: nunc de iis tantum, quæ in mentem veniunt, ibique præterita sunt. Nemo igitur arbitrii debet hereticos horum praæceptorum animo simplici confusionem meditari: sed vt homines imbuant desperatione: itaque instituant, vt quandam

*Methodus auctoris in hoc praæcepto explanando.*

*Quod initio decalogide bus, & ultimi praæcepti distinctione separat, absolu-*

quandam dissidentiam concipient animis se, ne momento quidem, in gratia Dei posse permanere. Veteres tamen Philo, Clemens Alexand: Origenes, & alij volunt vnum esse præceptum. Mouebantur enim illi cum propter decalogi compendium: tum quia Paulus videatur mixtim proponere. *Concupiscentiam*, inquiens, *nesciebam, nisi lex dice-ret, Non concupisces*. Sed si rem bene excutias videbis necessarium aliud confiteri. Licit enim in Exodo uno verbo ista efferantur: & in Hebraica veritate sit vnicus versus: attamen in legis anacephaleosi, ac Deuteronomio Moses, vel certè Deus, ut hunc errorem dilueret: istud de vxore non concupiscenda seorsim præposuit, & vtrumque diuersis verbis extullit ἡνὶν thachmod, & ἡνὶν thithaue. Nec ignoro Paulum secundum veterum sententiam ad istud interdictum alludere: attamen D. Hieronymus interrogatus ab Algasia idipsum pernegas: & concupiscentiæ nomine omne paccatum intelligit. Huc adde beatum, doctissimumque Methodium in libro de resurrectione aduersus Originistas ( quem librum maximi facit Epiphanius ) dicere illud Pauli. *Hæresi. 64.* *Non concupisces*, intelligendum de illo interdicto, quod refertur in Genes. cap. 2. ne fructum scientiæ boni, & mali gustaret Adamus. Adde quod vox h̄ic interdictæ concupiscentiæ aliò pertineat, quam ad delicias, suauitatisque ciborum. Paulus autem vtitur dictione, quæ res edules spectat: qua etiam est vñus Ionathas Chaldæus ad cap. 2. Genes. Non est igitur, quod ex Paulo quisquam colligat vnicum esse præceptum. Cæterum, asciscenda est philosophica distinctio, quæ pro diuersitate actionum, & rerum diuersitas cupiditates statuit. Atqui totò penè celo differt actio, qua quis vxorem proximi sui concupiscit, ab ea, qua bouem, ouem, domos, agrōsve desiderat: cùm siant res longè diuersissimæ. Postremo, non videtur nunc esse tutum diuersam sequi sententiam, post editos conc. Tridentini cano: in quibus licet non manifestum discrimen ostendatur inter haec præcepta: attamen sess. 14. cap. 5. vbi differitur de exhomologesi, dicunt Patres necesse esse confiteri peccata quælibet, etiam occultissima: & potissimum, quæ sunt contra duo vltima præcepta, quæ sèpenumero sunt apertis, manifestisque grauiora. Quis noui intelligit de quibus præceptis agatur: cùm reliqua siant in aperto, & opere aliquo constent? Iam cur vxoris interdictum rebus cæteris præponatur, quærendum non est. Cùm enim sit illa caro viri: ac propter eam parentes quoque relinquuntur: quid mirum si bestis, opibūque sit anteferenda? Nec mouere debet, quod in Exodo sit diuersus ordo: cùm Deuteronomium, vbi omnia ritè digeruntur, hanc nostram habeat seriem à qua nobis haud putamus esse recedendum: præsertim cùm Septuaginta vtroque loco seruarint eandem. Sed nunc ad ipsum interdictum veniamus. *Non concupisces uxorem proximi tui*. Ut nemo superfluum istud præceptum arbitretur: quia in moechia videatur prorsus idem prohiberi, quæ sine concupiscentia, & libidine nequit obiri: dicendum *stremo ferel-*

*Deuter. 5.*  
*cur Deus po-*  
*est nobis*

*co hoc præceptum tulerit.* est nobis Deum prius trucos ipsos, & crassiora voluisse prohibere: vt postrem ad ipsas radices, & subtiliora perueniret. Putant enim quidam se mirabiliter castos, si n. hil patrent: cùm interea concupiscentiae flammis ardeant: quibus haud dubiè necessarium istud præceptum. Sed & in aliis videtur id locum habere. Nam cùm falsum testimonium ferè sine periurio non fiat: de eo tamen latum est singulare præceptum, ne sumeretur nomen Dei in vanum: vt constaret non tantum Deo: sed neque proximo irrogandam iniuriam, Igitur *non concupisces*, seu, vt habet Hieronymus, *non desiderabis*. Observandum est Mosis verbum *torum*, quod significat non quamlibet libidine: sed illud cestrum, flamas, incendium, quod est in hominibus eo vitio correptis: nec habet quicquam cum avaritia commune: sed naturale quiddam est, quod bestie quoque sentiunt, pertinens propriè ad abusum libidinis, stupra, & huiusmodi: quasi dictum sit: Nemo pius debet inducere in animum, vt cupiat, vel itq; cuiuspiam vxorem, vt ea abutatur: nec, etiam si non sit fecuturum nefas, ea fœditate cogitationis se se oblectare: hoc

*Ride Grego.* magnum re-enim matrimonij sacramento penitus est contrarium. Verum, vt hoc lo-scriptio ad su co moneantur catechumeni: volunt hæretici etiam phantasias prohibe-guinum Can ri, quas & ratio non animaduertit: quæ res si ita se haberet: eslet profecto tuarien. Epis copum, desig cur desperaremus: cùm præter beatam Virginem vix illus fuerit immu-gessione, dele-tatione per tare, & alterare: neque tamen quicquam esse periculi, si vocantem an-carnem, & cō-senfu apud Be-tiam inter diuinas operationes: minimè propterea damnatos nos cred-a-glic. hist. ca. 27. extre-mo. neque tamen illiē conclamatum est, priusquam tota ratio eodem se conferat, manūque porrigit. Vtrumque, & illa collusio, & illud nefas est interdictum: licet sola collusio Dei hostem non efficiat. Huius vitij indignitatem non libet prolixè demonstrare: hoc solum dicam, non sol-lum corpus, & membra nostra esse tempa Dei: sed etiam, & potissimum cor, mentem, & animum esse illius sanctum sanctorum: quia nobilissi-mam hanc hominis patrem principaliter Deus inhabitet. Si igitur ser-uum corpus immune, & mente cōtaminatissimam circumgestem, num in tantum hospitem leuis putabitur iniuria? Quorsum enim nitor exter-nus: cùm penetralia sunt foribus inquinatisluna? Non debemus Deo, quod ignobilius est sistere ad exemplum Caini: sed quæq; præstatißima: nec tantum corpus imaginaria puritate fucatum: sed & animam omnis generis virtutibus exornatam. Accedit istas cupiditates esse frequentissime grauiores, ac nocentiores factis ipsis, vt paulò superius ex conc. Trident. audiimus: & si nihil aliud, crebiò sequitur pœnitētia factū: at ve-rò concupiscentias istas libidinosas multis annis circugestamus, totiēq; renouamus mortale peccatum, quoties titillationi consentimus. Itaq; tametsi dixerimus dilatū huius concupiscēti præceptū propter leuitatem, nihilominus omnium peccatorum istud esse periculosissimum, & quod facillimè

facillimè fallat, nō immeritò me asserturum putem: cùm (vt inquit Pau-lus) vrat, & exurat hominem etiam ignarum, & non animaduertentem.

### Præceptum Decimum.

#### Catechesis 90.



Narraturus nunc decimum, & ultimum præceptum, non arbitror, operæ pretium de ordine quicquam repe-tere. Nam cùm de rebus brutis, & inanimatis, vel de mancipiis agatur: vxorem iure prælatam esse nemo non videt. Itaque reēta proprio ad verba, vocesque præcep-ti: quibus enarratis, rationes, & causas interdicti subiiciam. *Non concupisces domum proximi tui, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & uniuersa, quæ illius sunt.* Hebræa autem, chal-dæa, græca repetitum, & illa quidem diuersum habent verbum: vnde & nos addendum putauimus. Non concupisces: quanquam ex constante exemplarium impressorum, & 17. manu scriptorum, quæ penes nos sunt, conspiratione persuasissimum habeam Hieronymum secundò non repetiuisse: quod prius positum in sequentibus subin-telligi facillimè arbitraretur. Nos tamen lectorem admonitum vo-luimus cùm ob fontium reuerentiam, tum ad probabiliorem decem præceptorum distinctionem. Septuag. interpret. in Exod. loco οὐεὺς habent οὐεὺς in editione Complutensi: licet in Germanicis, ac Vaticanis vtrobiisque idem sit nomen: atque adeò ipse vetus interpres translationis Septuag. olim ecclesiis verterit: Suppellectilem eius, quæ translatio lectam faisse vocem οὐεὺς satis aperte invenit, idque fontibus magis est consonum. Idem post (asinum) interserunt οὐτε ταῦτα οὐεὺς οὐεὺς, quod in Exodo vertit interpres eorum Basiliensis: Neque omnem suppellectilem eius: in Deuteron. autem re-ctius: Neque omne iumentum: rectissimè dixeris: Neque om-nem bestiam, aut quadrupedem: significat enim vniuersum id, quod solent homines vel sibi, vel Deo mactare. Sed redeamus ad præceptum, *Non concupisces*, quid sit notum est: voces tamen he-bræa, græca, latinæque conueniunt in vehementissima significa-tione maximi desiderij. Methodius loco, quem ex Epiphanio nouissima catechesi retulimus, interpretatur ἐπιθυμία ad hunc modum, οὐχὶ ἐπὶ τῷ πραγόντω, καὶ ὑποκλεύοντες ἐπὶ ἐξσολα τῷ πάτε, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ πραγόντω μὲν ὑπὸ τῷ ἐπὶ ἐξσολα, id est, ἐπιθυμία, siue concupiscere non quadrat in presentia, quæq; sub nostram cadant potestatem: verum in presentia quidem, que tamen minime nostra sim potestatis. Et hebrææ vocis proprietas certi potest ex ii. Numerorum, vbi hac voce dicun-tur ad insaniam penè carnium cupidine afflati: adeò vt grauissimo con-flagranti incendio: & loco nomén inditum sit sepulchra concupiscen-tia. Neque hoc tantum: sed atbaritiam, rapacitatemque significat vt aga-

*Qæ sit hic concupis-  
cia.*

tur de iniquitate cum iure, legibus, & fraterna charitate pugnante. Non quod Moses vetet rem alterius cupere per emptionem, aut receptionem, & aequam conditionem: sed agitur de consensu in furtum, rapinam, fraudem, & circumventionem: ne quis hic superstitionem pro religione reponat. Nisi enim sit peruerissimus animus: vt malit furto, quam emptione suum facere, quod est proximi: non peccatur in hoc praeceptum. Neque, si vel sit nihil res, aut animi leuis impulsio: quam ratio vel non animaduertat, vel etiam reliquit a se, nullum est crimen: neque prius Dei conscientis odium, quam rem magni momenti sciens, ac prudens, decreto voluntatis, iniqua ratione tuis opibus adiunctam cupias.

*cur liberorum nulla fiat mentio?*

Igitur non concupisca domum proximi tui. Soleo demirari, cur hic liberorum non fiat mentio: cum post ipsos parentes procul dubio primum locum teneant, & parentibus incumbat solers eorum pudicitiae custodia. Non censemus iniquum: si quis optet filiam alicuius invxorem: Minime: nec cadit ea res sub hoc praeceptum. Arbitror igitur hic metonimicās domum accipi pro familia: quod si cui non placeat, intelligere debemus Mosen vxoris nomine liberos quoque notasse: & peruerſa cupiditati, ne in illos feratur, frānū iniecisse. *Non agrum.* Exodus non nominat: quo nomine quicquid est possessionum accipitur, prata, horti, sylvae, piscinæ, & huiusmodi. *Neque seruum.* Certum est Mosen agere de mancipiis, non de ministris: sed tamen est eadem vtrorumque ratio. Si enim desideres alicuius vtilem, ac necessarium ministrum: & solicites ad migrandum cum alterius damno: iniustum est, & iniquum. Verum si quis optet, vt homo liber, qui ad tempus operam suam mercede locat, sibi quoque fiat aliquando seruus sine cuiuspiam documento: non est peccatum. Potes enim oblatam operam conducere: dummodo non adsit solicitatio, aut fraus. *Neque ancillam.* Rursum de emptiis ancillis loquitur. *Neque bouem.* Hac voce comprehenditur quicquid est armentorum, tauri, vaccar, iuuenci. *Neque asinum.* Hic quae portandis oneribus nata sunt, equos, mulos, camelos, asinos, & huiusmodi intellige. Iam quod interpoſuere Septua. *οὐτε ταῦτα οὐδὲν,* complebitur agnos, boues, capras, hædos, & quicquid in gregibus numeratur. *Et vniuersa, que illius sunt.* Prolixum eset enumerare singula: idcirco in vniuersum omnia, quae sunt alterius, & ablata possunt incommodare, concupiscere non licet. Cur tam minutè Deus prohibere voluit: vt ad ipsas tandem causas veniamus. Si rapacem, furacem, & iniustum concupiscentiam intueamur: & contrā proximum, qui non fecis à nobis, quam nosmetipſi diligendus est, ponamus ob oculos: patebit nefas prorsus indignum: præsertim si attendamus repugnare diuinæ prouidentiæ, & rerum gubernationi. Quicquid enim habemus, datur à Deo: quod utinam altas ageret in animis hominum radices: mutaretur enim illicet rerum hæc miseranda facies. Sic agnoscit Abrahamus, inquiens, *Domine Deus, quid das mihi sic eius seruus:* *Dominus benedixit domino meo: & dedit ei oves, & boues, & argentinum &c.* Quin ipse Labanus homo infidelis.

*Genes. 15..*  
*Ibid. 24..*  
*Ibid. 30..*  
*Ibid. 31..*

i infidelis habebat persuasum cuncta esse à Deo: vt omittam Iacobum, & alios, qui huius rei infinita testimonia reliquere: adeò hoc insculptum est etiam virtutæ naturæ. Igitur, quod tu habes, à Deo suscepisti: quod alteri cessit, eundem habet largitorem: maneant ergo termini, quos Deus constituit, nisi fortassis vel non rectè, iuste distributa credis: vel ipsum susque de quæ laturum suas leges violari. Quod si dictu nefas est: an non sunt impij, qui tantum habere se putant, quantum rapere possunt? Scilicet, vulpes Deus, aut vultures, quibus tantum est, quantum rapiunt: ac non homines creauit, quibus particulatim res cunctas elargitur, vt se non heros, aut proprios dominos esse putarent: sed tantum administratos creditæ pecunia, non tantum vt sibi, quantum vt aliis possint, habentes. Quorum igitur alienam inuadimus portionem, & prouidentiam Dei nostri violamus, & quod in nobis est, euertimus? Christus dicebat apud Lucam ostendens ne id quidem, quod habemus nobis esse proprium: *Si in alieno fidelis non fuisti: quod vestrum est quis dabit vobis?* Cum igitur alienorum talentiorum simus dispensatores: capiamus ex nobis creditis utilitatem: reliquum cedat proximo. Imitemur Abramum, qui oblatas à rege Sodomorum, diuitias respuit: ne diceret ille, Ego ditaui Abraham: ipsius sectemur nepotes Iacobum, & Esau, certamen liberalitatis instituentes, potius quam harpyas istos, qui non contenti sua sorte, alienam portiunculam inuadunt: & cum à Deo sibi credita pessitia fide tractent, alienorum quoque bonorum violentos dispensatores se constituunt, de quibus ad extremum usque quadrantem rationem olim reddere cogentur, geminumque supplicium, & quod sua dilapidant, & quod aliena rapuerint, experientur.

### De Preceptis Ecclesie.

Catechesis 91.



V m audit catholicus animus Ecclesie: vocari præcepta, nil humanum debet cogitare. Nam Paulus de suis, hoc est, ecclesiasticis constitutionibus loquens, dicit se dominico eas iure, & nomine præcipere: ad quem modum de his omnibus, quae legum humarum: apud Christianos titulo feruntur, dicendum est. Cum enim ipsi principes sint hypophetæ, & ora Dei: quicquid legitimè decernūt piis, ac fideles omnes astringit. Igitur si in prophanis ( vt sic loquar ) magistratibus, ita se res habeat: quid de Episcopis, Pontificibus, coaciliis, & tota denique credendum Ecclesia? Sed, vt melius totum negotium intelligatur, iuuerit ex antiquitate nonnulla repetere. Et principiò possim illud Hebraeorū adferre: *Obedite prepositis vestris, & subiacete illis: vbi Paulus, testibus, Graecorum commentariis, complexus est vniuersam obedientiam, & ministeriam, vt homo Christianus animum, voluntatemque submittat. Quamobrem? Ipsa enim perigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.*

N

Quis

*Luc. 16.*

*Genes. 14..*

*Ibi. 32..*

*Heb. 13..*

Quis tam barbaras, qui non hanc iustum parendi causam iudicet? Ego periclitior, salutemque prodigo meam: isti sunt pro me dicturi causam: exigetur ab illis anima mea, debebuntque dominum ouilis domini et representare: & non esse parendum illis, non audiendos, si quid prescripserint, violanda illorum imperia mihi persuadebo? Sed primorum Christianorum exemplis res fiet dilucidior. Atque utinam perlegerent omnes accuratè D. Ignatij sanctissimas, & non indignas discipulo D. Ioannis epistolas. Et si id alicui sit graue: vnicum eius ex ea, quam scripsit ad Trallianos, proferam testimonium: quod si haeret omnia mentibus, facile permitterem omitti cetera. Tantum, ne quis fastidiat istud emblemam, & alienam sententiam adsumendum. Sic igitur suos alloquitur martyr sanctissimus. *Veneremini autem & Episcopum vestrum, sicut Christum: ut nobis beati preceperunt Apostoli. Qui intra altare est, mundus est: id est & obedit Episcopo, & presbyteris: qui vero extra est, is est, qui sine Episcopo, & presbyteris, & diaconi aliquid agit: talis polluta est conscientia, & est infideli deterior.* Quid est Episcopus, nisi qui principatum omnem, & potestatem supra omnes obtinet: ut obtinere potest homo, qui est pro viribus Christi imitator? Quid vero presbyterium, nisi collegium sacrum, consiliarij, & confessores Episcopi? qui item diaconi, nisi imitatores angelicarum virtutum, ei ministrantes ministerium purum, & immaculatum, ut S. Stephanus beato Iacobo, & Timotheus, ac Linus, Paulo, & Anacletus, atque Clemens Petro? Qui igitur his inobedient fuerit, atheistus, & impius omnino fuerit: & Christum improbans, ac eius ordinationem immittens. Quid his dici potest apertius? Reliquas epistolas prætermitto. Nec adfero Areopagitam ex 5. ca. Ecc. Hier, & epistola ad Demophilum, in quibus Christianæ quondam obedientiae præclara monumenta prostant: sed nolo multis recensendis esse prolixior. Post Ignatij coruscum iubar, nihil addi posse iudico: nisi fortassis Christum ipsum, non in suis membris: sed in ore proprio malimus audire. Est autem apud Lucam insigne testimonium: *Qui vos audit, me audit: & qui vos sternit, me sternit: quasi diceret, ego loquor in vobis: & proinde quicquid legitimè decernitis, meum decretum est.* Et haec eadem Ignatius de Episcopis interpretatur. Imò aduersarij nostri in Ratisponensi colloquio dixerunt ad Episcopos id propriè pertinere, pro dierum festorum institutione. Sed priusquam ad specialem cuiusque præcepti ecclesiastici tractationem veniamus, inter quae primum occurrit, quod festorum dierum mandat observationem: vnum est Epiphanius, authoritatem, qua nihil est præstantius, in medium adferre. *Quis poterit statutum matris dissoluere: aut legem patris? velut Solomon dicit. Audi fili disciplinam patris tui, & ne repudies statuta matris tuae: ostendens per hoc quod & in scriptis, & sine scripto docuit pater, hoc est, Deus, & unigenitus, & Spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia habet statuta in se posita indissolubilia, quia dissolvi non possunt. Cum itaque ordinata sint in Ecclesia statuta, & bene se habeant; & omnia mirabiliter*

fiant:

Luc. 10.

Bucerus, &  
Aelianthon.Hæref. 75.  
Proverb. 1.

fiant: confutatus est etiam hic seductor. Loquitur autem de Aërio: nos putemus nostris aduersariis dicta. Habemus igitur & fundatum in scripturis, & traditionem apostolicam, & vnum diuinum huius potestatis ex fide Epiphanius: unde prefactos esse oportet, qui post scripturam ita docentem, & Ecclesiam sic usurpatem, nouum putant, si quid statuitur à Patribus, aut matre potius Ecclesia, quod in scripturis non habetur expressum. Sed ad ipsa festa deueniamus. Memini me tam multa dixisse in narratione decalogi ad tertium præceptum: vt vix occurrat, quod adiiciam: quia tamen occasionem negligere turpe videtur: sic de illis orationem temperabimus, vt antea dictorum nihil attingamus. Nec enim vlla in parte video, vbi magis neglecta torpeat canonum authoritas. Igitur vt omittamus Ignatium, qui in extrema ad Philipenses dicit non committendum Christianis, vt dies festos in nullo habent pretio: descendamus ad Teitullianum, quem locis variis constat hoc ipsum adserere, vt libris de præscriptionibus haereticorum, de cultu foeminarum, de spectaculis, in Scorpiano: in quibus agnoscit Ecclesiam celebrasse martyrum dies natalitios. Ipsius quoque discipulus Cyprianus lib. 3. epistola 6. 13. 23. libri 4. epistola 5. putat imprimis ad Christianos pertinere, vt martyres non indecoro silentio obruantur. Ipse autem Eusebius Pamphili libri 1. demonstr. Euang. cap. 8. posteaquam Christianos omnes in duas classes distribuit: illi, quæ minus perfecta esset, dicit & exercitationum tempora, & discendi, verbūque diuinum audiendi certos, fuisse dies adsignatos. Num vides grauissimam instituendorum festorum causam? Si queras concilia: extat Lugdunense, cui vulgus catechistarum solet edictum Ecclesiae de festis adscribere: quia tam luculenter, quid festis diebus meditandum, & agendum, præscribit. Addere licet Aquitanense cap. 36. autoritate Caroli Magni celebratum: cui subiiciam Ticinense coactum Ludouici pjj temperibus, in cuius sepe medio est hac de re insigne testimonium, quo etiam magistris præcipitur, vt contemptores sacerdotum, & legum Ecclesiae compescant. Postremò Tridentina synodus edixit vniuersis, vt Episcopis morem gerant festos dies indicentibus. Igitur cum habeamus traditionem apostolicam, & vniuersale concilium: quid mereri putamus dierum festorum prophanationem? Scilicet, præsuperbia non libet obseruare, quod Episcopo placuit: at saltem non minus Christianis Episcopis delatum oportuit, quam olim Iudei Maccabæis, Mardochæis, aut etiam mulieribus Iudith, & Esther: nisi quis tam sit ingratus in nomine Christianum: vt, cum audiat olim Iudaicorum sacerdotum contemptores affectos extremo supplicio, nolit Ecclesiae sponsæ Christi præfectis tantillam reuerentia prestari: vt, cum gratiarum actionis, Deique beneficiorum recordationis, ac necessariorum petitionis, denique se, si uirtutumque Deo, diuisque commendandi, salutisq; priuatim, ac publicè precibus, & sacrificiis impetrâdæ gratia, dies aliquot dedicari, consecratiq; inbeant: egrè ferat pios morem gerere, non tam homini, quam ipsimet Deo. Nec

N<sup>o</sup> 2

est quod

Sext. 25 cap.  
antepenult.Observatio  
festorum.

Rom. 13.

est quod violari libertatem christianam hac ratione simplicioribus persuadeant:quæ duntaxat Mosaicæ legis, vitiorum, mortis, ac diaboli iugum excusit. Verum, quia quiritantur Ecclesiam ægris conscientiis laqueos iniiceret:non nihil dicendum est. Absit enim, ut tam vel impiam, vel in doctam parentem Ecclesianam haberi sinamus. Nullum est præceptum non prorsus vtile, necessarium, & honestum. Si querant exempla:quid iustius, sanctius, dignius nostra obedientia, qua Ecclesiæ obtemperantes gratam mentem exhibemus supremo parenti Deo? Hortatur illa filios, ut sponsi eius maximorum beneficiorum sint memores: ut in paschate resurrectionem illius, alias natuitatem, mortem, ascensionem reueluant animo, & summam pietatem, misericordiamque prædident:quid recte rationi magis consentaneum? Tantum abest, ut apud incorruptos iudices dicatur hac ratione nobis, & nostræ saluti creari periculum: ut potius, ne pietatem exuamus, & omnem gratitudinem tradamus oblinioni, cunctum hoc modo potissimum esse videatur. Sed filius Belial negabit se teneri legibus. Et quid est, obsecro, teneri legibꝫ aliud, quam à legitimo magistratu decretis obnoxium esse, seu legem esse latam ab homine potestate prædicto? cui non obedire, teste Paulo, est ordinationi Dei resistere: ac proinde damnationem sibi acquirere. Nec est, quod de multitudine querantur:cum dixerimus alias paucas esse festivitates. Hoc tantum addam, ecclesiasticas leges violari tunc demum cum piaculo: si adsit contemptus, hoc est, si desit iusta causa rescindendi: sed prava voluntate duntaxat ad legis violationem homo impellatur. Quot sint excusationes prolixè dudum ostendimus: quarum si nulla te liberet: quid prætextus tuæ superbiæ supeterit? Adde, si homo legum ab Ecclesia, vel principe latarum scopo renitur, esse peccatum: ut si sciens prudens eligat potius suere calceum, quam Dei beneficiorum habere memoriam. Sed, ne actum agamus, omisso primo præcepto ista quoq; concessionem absoluamus: alterumq; proxime futuro cōuentui relinquamus.

### Secundum præceptum Eccl. sie.

#### Catechesis 92.



*De missæ nomine.* Acram missæ officium festis diebus reverenter auditio. Festorum velut animam esse, ac scopum primarium sacrificium missæ, satis patet: verum, cum de sacrificio ad tertium præceptum quadam dicta sint, & plura in futuram Eucharistiæ tractationem seruemus: nolumus fastidiosos conuiuas recocta crambæ ad nauseam prouocare. Tantum igitur hoc loco de nomine missæ non nihil: deinde huius præcepti promulgationem inquiremus: cuius facilitatem, & æquitatem tertio loco demonstrabimus. Igitur à quinquaginta annis quæ res diuinas ab hereticorum calumniis vindicarant, dixerunt post Ioannem Capnonem missæ nomen hebræum esse: idque tanto audaciùs, quanto doctiùs aduersarios confutarent: quasi nihil edet

nihil esset antiquum, aptum, catholicum nisi hebræo nomine insignitum. Sed contrà tamen se res habet. Nam hoc nomen in vniuerso hebræo testamento nusquam occurrit, licet quædam interdum similitudo videatur: sed ea reuerà nulla est. Quod autem nonnullis visum est proferre ex Mose Deuter. 16. versu 10. *מִשְׁׁהָ מִתְּנָאָתָהָ בְּמִזְׁבֵּחַ* natum à *מִזְׁבֵּחַ* masas, vnde & *מִזְׁבֵּחַ* mas: illud tamen nec eo loco, nec vsquam alibi habet ullam cum sacrificio cognationem. Nunquam enim eius loci oblatio propriè significat sacrificium. Nam eti⁹ vulgus offerat, vti ibi ab Hieronymo in versione vulgata facere dicitur: ne quaquam tamen vaquam sacrificat. Deniq; sacrificium est quidem species oblationis: sed ea differens à reliquis, præfertim cum vulgo communibus. Scio quid Hieronymus habeat in conuersione. Vsurpat enim oblationem vulgata significatione: ut dum regi vel principi quippiam offerimus: cum sit ibi sermo de exhibendo epulo viduis, peregrinis, totique familiae in festo pentecostes, aut hebdomadaru⁹: ut hac ratione reuocaretur Iudeis in memoriam Ægyptiaca seruitus: & noscent se hoc epulum, instar cuiusdam pendere tributi. Ex quibus apparet vocem hebræam *מִזְׁבֵּחַ* significare tributum, vel id, quod à libertis in recordationem seruilis conditionis, & libertatis donatae offertur patrono: & huic sententia nostræ suffragantur Chaldaeus Ionathas, & Septuaginta. Nam ille quidem, quamvis cap. 16., Deuteron. retinuerit vocem hebræam *מִזְׁבֵּחַ*: tamen præcedenti cap. vertit⁹ dai hebræum (quod proculdubio sufficientiam significat) hac ipsa dictione *מִזְׁבֵּחַ*: vt eius longè diuersam à sacrificio significationem intellexerit. Septuaginta autem habent *καθός ἡ χείρ σοι λοχίει*, quasi dicant, propones epulum tibi, Leuitis tuis, & familiae tuæ prout manus tuæ valuerint, & pro mesfis copia dabis amplius, aut contractius epulum. Sed ista pro catechistica ruditate fortassis operosis æquo. Ergo non est somniandum hinc ductum missæ Christianorum nomen: eamque deducendi rationem propteræ libentiū fugere debemus: quod tributi originatio, quæ in *מִזְׁבֵּחַ*, atque aliis à *מִזְׁבֵּחַ* deriuatis est, exposta videatur. haereticorum calumniis: nec aliunde ab hebræo vocabulo deriuatum credere: quia tunc Seruator potius appellasset vel cum Mose *מִזְׁבֵּחַ* Zebach, id est, sacrificium; vel cum Davide *מִזְׁבֵּחַ* thodah, id est, gratiarum actionem: vel cum Malachia *מִזְׁבֵּחַ* muggasch, id est, oblationem; vel *מִזְׁבֵּחַ* muktar, id est, suffitum; vel denique *מִזְׁבֵּחַ* minchah, id est, oblationem: quam hac dictione *מִזְׁבֵּחַ* missah, tam obnoxia calumniis haereticoruni, qui aiunt missam egregium, seq; dignum vocabulum sortitam esse, ut sacerdotum vel auaritiae, vel luxui sumptum suggerat. Quid igitur dicimus, cum neq; scripture sacra missæ nomen habeant: nec vetustissimi Græci sic nominent: sed vel *μεσοφορά*, id est, oblationem, vel *τελέση*, id est, consummationem seu sacrificium, vel *λατέρα*, id est, publicum ministerium. A Latinis defumptum est. Nam quod quidam premunt Ignatij interpretem in epistola ad Smyrnæos, nugamentum est: cum habeat scriptor *λατέρα*, quod *τελέση* seu dominicam coenam indicat. Hoc facile Illydorus persuaserit,

*Quis hoc preceptum tulerit.*

*secundum Eccl. praeceptum ab Ap. stolis inscriptum.*

*Cypr. lib. 1. & 2. lib. 4. c. p. 5.*

qui dicit missam esse sacrificij partem, & habere nomen ab eo, quod minister in fine succinat, *hie missa est*. Nec enim licuit olim discedere ante absolutum sacrificium: & propterea vocabulum istud inoleuit. Et, quod obseruat non inutile fuerit, D. Benedictus in regula sua docet in reliquis precibus, ac laudibus, seu horis diuinis (vt loquuntur) idem esse factitum: vt iis perfectis, missio expectaretur ab iis, qui conuenissent. Dicit enim cap. 16. post vespertas *ubique eletio opus*, & missa est. Nec est participium istud: sed nomen verbale missa: neque hostiae missionem: sed plebis praesentis dimissionem indicat. Transeamus ad alterum, nimirum, quis sit huius praecepti promulgator. Si sequamur vulgus catechistarum: putabimus Agathensem concilium tulisse, quod quidem est antiquissimum, sub Cælestino primo celebratum. Sed proculdubio præceptum est vetustius. Et licet catechistæ citent canones eius concilij 21. & 47. tamen aliud nihil legitur, quam ut clericis liceat inferioribus festis in locis remotis ab viribus, pagis, casisque celebrare in maioriibus autem festiuitatibus necesse habeant venire ad matricem Ecclesiam. In altero autem canone agitur non de re qualibet pertinente ad sacrificium: sed volunt Patres laicos ita missas audire: vt non discedant ante supremam benedictionem. Cum ergo de ratione, & lege quadam, ac modo audiendi missam agat illud concilium: oportet audiendi simpliciter ante latum fuisse præceptum; & eius promulgationem Agathensi concilio antiquorem. Si ascendamus igitur, occurret nobis can. 81. Trullianus, & vetustior Antiochenus 2. in quibus mandatur, vt nemo habeatur catholicus, etiam si peregrinus sit, qui in tribus hebdomadibus non conuenerit ad sacrificium. Verum ne hic quidem est subsistendum: sed usque ad Apostolos progrediendum, quorum istud esse institutum declarat satis canon 9. qui censet arcenos à communione eos, qui cum populo Dei in solennibus sacris non communicant: sed dicens, nihil ad se perrineat putant. Nec enim tantum conuentui publico adesse: sed comprecari, & communicare oportebat. Si queras quoties id agendum: respondebit Epiphanius in charaktere Ecclesiæ tres in hebdomada fuisse synaxes, dominico die, feria quarta, & sexta, in quibus (vt referit de die dominico Iustinus in 2. Apologia) fiebat concio, quam sequebatur *ευχή*, deinde communio. Tertullianus in Apologetico, & Cyprianum locis non semel nominatis quid opus est referre, vt manifestum fiat in martyrum solennitatibus factam oblationem: cum Laodicenus canon 51. vetet in quadragesima festa martyrum celebrari aliis diebus, præter sabbatum, & dominicam: Ex his arbitror omnibus perspicuum esse celebrata sacra, communiones, & synaxes habitas. Itaq; videmus istud, quod habemus in manibus, non tam esse præceptum, quam permissionem, & indulgentiam plenissimam matris Ecclesiæ: tametsi nusquam inueniamus permissionem, vt absque laudibus, vespere, aliisq; precibus sufficiat tantum audire sacram. Hæc non dico, vt calumnier Ecclesiæ, quam venerari debemus omnes: sed vt ostendam, quantum nobis condescendat, quantaque

quantaque sit nostra ingratiitas, & inertia. Tantum impetrem ( clamat vsu suo pia mater ) à vobis filij: vt die dominico conueniatis ad sacram, vestrumque Scrutatorēm intueamini: de reliquis nihil. Sed antiquus rigor, severaque Patrum canicies plura requireret. Hæc de promulgatione, quibus libet subiicere quanto per teneamur ad sacrificium audiendum, & rebus diuinis cooperandum non semel, & uno die hebdomada: sed omni die. Si diuinum illud numen, summamque maiestatem, & id, quod dicitur Deus Opt. Max. consideremus creatorēm, servatojem, gubernatorem: ecquis tam rudis, inhumanus, saxeus, qui non cogitet omni tempore teneri ad testadum se beneficiorum memorem, gratiamque mentem? Si enim philosophis persuasum erat diis, quos falsos venerabantur, nihil par referri posse: quandò Christianus inducere debet in animum se Deū obsequiis demeruisse satis? Si lex naturalis Abelem, Cainum, & alios impulit ad offerendum Deo sacrificium ( vti Procopius, Hugo, & alij volunt interpres ad 4. Genes. ) an non ingratisimi censeantur merito Christiani, & maximè qui in orthodoxia se persistere gaudent: qui Dei beneficiis vtendim, aut potius abutendum putent; nihilque vicissim illi offerendum? Nonne certimus miserios mortales carni, & sanguini, id est, regibus, principibus offerre plurima, ad blandiri, & non occultis symbolis testari se illis, adstrictos: & conditori, conseruatori, summique boni largitori nihil sistere, nihil offerre piæ, grataque mentis esse putamus, ac non potius deiecatæ plusquam in bestiarum feritatem; cum illæ suo quodammodo vespertinas, matutinasque laudes petagant? Nam ipsæ scripturæ testantur nihil vsque adeo brutum in rebus: vt suam non habeat benedictionem. Iam, si hæc omnia nullius momenti sint: descendat in se miser, & se, suaque omnia à filo diuinæ misericordiæ pendere cogitet. Infestissimos circum hostes fremere, mortem ubique insidiari, reducere in animum: & si perseveret ingratus esse in eum, cuius præsidio tutus est: indignum se ( credo ) qui homo dicatur, iudicabit. Et quæ est hæc mortalium incogitantia, qui negligunt placandi numinis tantam opportunitatem, quod tam graviter in suam perniciem irritarunt? Videre est misellos, qui regum, ac principum suorum atimos paulò magis exasperatos placare conantur, nihil sollicitudinis, laboris, impensarumque refugere: & ybi pericitatur anima nostra, nihil tale nobis agendum putamus. Ut morituris placeamus, noua, singularia, & inaudita excogitamus: nec queremus præclarum aliquid, quo Deum nostrum colamus? Imo ne quarrendi quidem laborem suscipere necesse est: cum ille vltro declarauerit: *Hoc facite ( inquiens ) in mei commemorationem.* Quid facilius dici poterat? Et adhuc dubitamus, re tam expensa, nos ei commendare, & illum, si forte sit irritatior, nobis reddere propitiaria. Tantum oportet vt conuenias: vt optes ex animo ea tibi prodeſſe, quæ ibi geruntur: quæ suetiam coopereris: iam fastigium attigisti.

*Quæ tenetur Christiani omnib. festis que potissimum diebus, intercessio.*

Hæc dico, vt videamus, quām sit indulgens suis: alumnis Ecclesia.

*Preceptum Ecclesia tertium.*

*Catechesis 93.*

**E**iunium certis diebus, & temporibus indictum obseruato: vt in quadragesima, quatuor temporibus, & festorum maxime solellum profestis diebus. Hic certè non indiligerenter esset agendum de ieunio, eiúsque laudibus, & vtilitate: déque illius formis: tertio de ciborum delectu: ac postremo de peruigiliis: cùm ista Christianorum virtus adeò fuerit infidelibus olim odiosa, nec minus hodiè sit hæreticis execrabilis: nos tamen strictim quatuor illa percurremus: vt catechumenis breuitas magis arrideat. Igitur vñquam vixisse, qui ieunium damnaret, penitus arditor nemine: proinde vt illud commendemus nunc laborandum nō est. Sed hoc quæritur nostra tempestate, sítne ieunium virtus, & officium peculiare hominis Christiani. Hæretici aiunt per se Deo non placere: nec aliud esse, quām exercitium puerile. Nos autem, si non properaremus, Mosis, Danielis, Eliæ, & aliorum ex vetere testamento produceremus exempla: sed promille nobis erit Anna prophetis, quæ λαζαρεσσα, id est, seruissse dicitur diē, ac nocte ieuniis Domino, proculdubio suggestante Spiritu sancto: quibus tandem promeruit Christum excipere. Si tam sanctam matronam delitasse dixerint: nemo catholicus debet similem cum ea calumniam deprecari. Quod si venias ad discerniculum veteris, nouique testamenti Ioannem Baptistam: eius vita nihil aliud, quām perpetuum fuit ieunium: idque ipse discipulis prescrispsit. Et cùm illi hanc legem sui preceptoris obiectarent Christo, non damnavit ille sanctum institutum: nec iuxta hæreticorum stomachum respondit: sed mustum vocat, quo rudes discipulos nequid onerandos esse dixit: sed tamen futurum, vt imbuti Spiritu sancto sedulò ieunent. Atque hoc sufficere poterat. Sed (inquiet) non ea ieunij vis. Videamus quām sit hoc probabile, & vno capite rem expediamus. Sceleratus Achab suo ieunio, ac poenitentia nunquid iam gliscerent itam Dei, paratamq; vindictam à suis humeris deuoluit in nepotem? Scilicet Deus placatur rebus nihili. Paulus commendat ministerium suum ieunio, & hoc etiam nomine se præfert pseudoapostolis. Quis non rideret. Apostolum ob rem præterens, & fulgam gloriantem? Itaque repente mutantur, ac fiunt Eustathiani, & Aeria ni, dicentes bonum esse ieunium, vtile, sanctum: sed non esse homines ad certos dies adstringendos. Omittamus Gagrenam synodus, quæ in Trullo viii vñiuersalis accepit can. 2. hæreticam istam ludificationem intueamur. Scilicet, nescio quid mathematicum inducere parant, cùm nullo certo tempore ieunium tradi volunt. Quorsum igitur ieunium bonum esse concedunt: si nunquam in usum referri patiuntur? Sed cum ipsis formis melius ista videbuntur. Quid ergo? putamus ipsam quadragesimam.

*Agit cum ha-  
relicis de ie-  
nicio.*

*Luc. 2.*

*Matth. 9.*

*3. Reg. 21.*

*2. Cor. 11.*

*Can. 4. 14.*

*2.*

*CATECHESIS XCIII.*

289

gesimam esse nuperū inuentum: vel Gregorij, vel Innocentij: quamuis ne tum quidem esset cōtemnenda. Prætermittam Mosis, Eliæ, & Christi typos: nec Ignatium proferā, qui dicit quadragesimæ ieunium imitationem Christi continere. Venio ad can. Apostolorū, vbi clericos, qui quadragesimæ, quartæq; & sextæ feriæ ieunia non feruauerint, ordine moueri: laicos excommunicari præcipiunt Apostoli. Et hanc apostolicā constitutionē Patres agnoscerūt: adeò vt Epiphanius cùm in Acrianis, tū in Charactere Ecclesiæ nihil certius habuisse videatur. Ex Philonis libro de therapeutis idē doceri potest, maximè si adhibeas cōmentarium Epiphanij in Nazoræis. Eusebium lib. 3. c. 17. & lib. 2. cap. 46. vocantem Ecclesiæ characteristica, Hieronymum in vita Marci, & alios non opus est recensere in re tam comperta, vt vel vnum addere pigeat. Et si ad hunc modū quatuor temporū institutionē libeat explicare, quidā referunt ad Apostolos, à quibus in particula tantum dissentio. Video enim Calixtum primum hac de re legem tulisse. Nam scribit ad Benedictum, Episcopum in Ecclesia tribus dūtaxat temporibus obseruari ieunium: ac deinceps quartum addi præcipit: refertque prophetiam Zachariae Zach. 8. verba facientis de ieunio mensis quarti, quinti, septimi, & decimi. Quia igitur is Pontifex tam est antiquus, crediderim libenter trinum illud ieuniū ante illi⁹ cōstatē obseruatū apostolicā institutionē habuisse: cui reliquum à Calixto demū accesserit. Et sanè quisquis author fuerit, resest antiquissima, & obseruatū religiosissima. Nā annus est in quatuor partes diuisus, quarum vnaquæque singularia Dei nobis adfert beneficia: proinde equum est Christianos Deo se gratos hoc exhibere ieunio: præsentim cùm ipsa prophetia tale quid videatur præcipere. Ordines autem sacri ante Gelasium tātū conferebantur in decēbri: at ille videns Apostolos indictio prius ieunio sacras ordinationes perfecisse: voluit aliis etiam ieuniiorum temporibus eas deinceps celebrari. Quod si his de rebus in medium canones, & decreta Pontificum essent producenda: nullus esset modus. Itaque, vt laboris compendium faciamus: legāt, qui velint, Iuonis Carnotensis librum quartum, vbi ex Aurelianensi, & Maguntino cōcilio, & Liberij, Sylueriique Pontificum cōstitutionibus rem copiosè declarat. Vnum hoc addam, quod ex decretis Eutychiani vetustissimi, sanctissimiq; Pōtificis, qui suis manibus trecentos martyres sepeluit circa annum Christi 276. refert D. Burchardus interrog. 48. Burch. lib. 1. Decret. 194. Estne aliquis, qui ieunium quadragesimale, vel quatuor temporum, sive litaniae maioris, vel rogationum, sive indictum ab Episcopo pro quacunque plaga non obsernauerit? Deinde idem Burchardus poenitentiae modum iis præscriptum refert lib. 19. suorum decretorum, vbi grauissima poena infligebatur quatuor temporū ieunij violatoribus: vnde licet colligere, quāta religione maiores nostri ieunium istud coluerint. Nunc autem, quia in iis temporibus ordinationes sacrae peraguntur: geminata religione tātō debet ieunium sacratius haberi, quanto Apostolos idem cognoscimus obseruasse. Iam ad ieunium vigilarum, seu profestorum diem, vigilarum.

O quod

quod non ita liquet in antiquitate: sed tamen etiam Græcia ad nostram ætatem usque huiusmodi factitat. Nam Ioannes Balsamō ad superius cito-  
tatum canonem Apostolorum, dicit Ecclesiam Græcanicam pridianos  
dies festorum apostolicorum ieunio consecrare: sed ille est recens.

Hieronymus, inter cetera, damnat Vigilantium, quod eo nomine Chri-  
Burch. li. 13. stianos insectaretur, quia profestis Apostolorum ieunarent, ac peruigi-  
Decret. c. 16. lia agerent. Sed & Burchardus refert insignem canonem Aurelianensem.

Conc. qui præcipit, ut presbyteri, cum sacras festiuitates populo annū-  
tiant: etiam ieunium vigiliarum eos diligenter obseruare moneant.  
De longissimis illis præparationibus prolixum esset dicere, quæ resur-

Burch. li. 19. rectionis, & nativitatis Christi, aliisque festiuitatibus præmittebantur:  
c. 10. 20. 15. s.

Apost. can. vt ieunium aduentus, cuius adhuc supersunt vestigia, & id, quod fe-  
69. cū comm. stum D. Ioannis præcedebat, si quod à pentecoste spatium supereisset.

Balsamon. ad Apostoli quadragesimam paschē vocant: alij quadragesimæ nativitatis,

eūde, & apud aut D. Ioannis meminerunt: ut iis differentiis tolleretur confusio no-  
eundem. q. 3.

monachicam minis. Quod ad ea ieunia pertinet, quæ ab Episcopis indicuntur, iam ex Eutychiani decreto aliquid dictum est. Sed & Moguntius canon.

Propositiū con- 5. ea de re Gangrense decretum obseruari præcipit, quod anathemate  
cilio constan- tinop.

Niceph. li. 12. ferit huius rei superbos contemptores: quæ ratio litanias quoque no-  
bis esse debere facro sanctas ostendit: vt ex Maguntino can. 6. & Aure-

cap. 34. Burch lib. 13. lianensem. 6. discere licet. Sed his omnibus partim neglectis, partim con-

temptis nolunt aduersarij stata ieunia, & ciborum interdicta permit-

tere, sed quemque dare sponte, quod voluerit. Evidem satis mirari non

possum horum vel dementiam, vel peruersitatem. Nam si nos incesse-

rēt veluti maioribus indignos, quos harū rerum testes producimus, to-

lerari poterant: cū adeò simus degeneres, & ab auita sanctimonio, fer-

tuore, obediētia, victus asperitate, peruigiliorum, orationum, ac ieunio-

rum perpetua consuetudine procul, & immensum recesserimus. Quid

autem est, obsecro, quod plebem christianam grauari querantur: nisi vt

diuini cultus omnis ratio, pietatisque studium extinguitur: & palpitans

orthodoxia penitus intercidat: Quantulū enim est, quæso, vel quod exi-

gitur, vel quod præstamus? Multa quidē defendimus: & scripto, sermo-

neque vetustatis monimēta à calumniatorum iniuriis vindicamus: sed

vbi est æmulandi studium? vbi paria tentandi, aut superandi contentio?

Deberēt nos potius hypocritas dicere, & spurious filios, qui nulla in par-

te maiorum vitam imitamur: vi fortassis calumniarum atrocitate nos

ad præstandum officium compellerent: sed in tanta licentia, & indulgē-

tia seueritatem reprehendere est indoctum. Igitur vertite vela hæretici,

& Ecclesiæ remissionem, languoremque reprehendite, nosque violati

potius ieunij reos agite. Nam eius grauitatem, molestiasque accusare,

nihil est aliud, quam insanire. Olim butyrum, & caseum in quadragesi-

ma nefas erat attingere: nunc ne ab ouis quidem nonnulli & interdum

à carnibus abstinent, ex Episcoporum consensu. Philo narrat Marci di-


scipulos, præter panem, & aquam, nihil gustasse: quibus obsonij loco sal-

accende

accedebat. Aridis viçtitaſſe itē nostros maiores teſtantur Epiphanius in  
Aērio, & Charactere, & Timotheus Alexand. in ſuis canonib⁹ 8. & 9.  
vinum vix puerperis concedebatur: ſanos autem, & valentes illad gu-  
ſtare in quadragesima, & quartis, ſextisq; feriis, nefas fuſſe teſtātur iide  
Epiphanius, Timotheus, &c, quod magis miror, Balsamon. Quæ cūm  
ita fint: quis iure valeat Ecclesiam arguere ſeueritatis, quæ omne ge-  
nus pifces, & vinum, oleumque ſuis permittit pro ademptis carni-  
bus: cūm etiamnum Græci, teſte Balsamone ieunium violari credāt,  
ſi vinum ſumatur? Attamen ſi quis molliſſimas præceptiones obſeruet,  
ille laudatur, habētque mercedem.

*De ciborum delectu copioso ē differit.*

Catechesis 94.



Via ſuprema catechesi ingressi eramus diſputationem de  
delectu ciborum, quod eft ieunij primarium instrumen-  
tum: nunc viſum eft eundem partim ſcriptutis, partim tra-  
ditione paulo magis coſfirmare. Qui igitur ſacras ſcripturas  
perſcrutabitur, deprehendet cū ipſis natū hominibus pri-

mis. Nā quid eft aliud vetare Adamo, & illius vxori, ne guſtent lignum Genef. 2.

ſcientiæ boni, & mali: quām ciborum delectum instituere? Quod li tam  
infoeliciter cefſit illis mandati violatio: caueant, qui parendum Episco-

pis eſſe non putant idem ſubditis, quod olim Deus primis parentib⁹,  
præcipientibus. Si descendas ad ipsum Noachum, ac diluuium: carniſ

elus permiffus eſt: fateor: ſed non citradelectum. Prohibet enim Deus ne Genef. 9.

comedant carnem cum ſanguine. Deinceps Iacob in lucta neruus mar- Ibi. 32.

ceſſit: mox nepotibus imposta neceſſitas, vt ab eo neruo abſtinerent.

Lex autem Mofaica quid eft aliud, quām perpetua ciborum diſcretio?

De prophetis, herbarum ferè comeſtoribus, nimis longum eſſet diſſere-

re. Solos Rechabitas adferam, quorum abſtinentia non ſolam à Deo  
laudem: ſed præmium quoque promeruit, vt ex eorum ſtripe quidam

perpetuo gererent ſacerdotium, & ſtarent in conſpectu Domini. Si de-

libare nouum teſtamentum non videatur intempeſtuum: illius limen

Ioannes neque manducare, neque bibere perhibetur: &, vt videoas dele-

tos cibos, iam inde à maternis vberibus locuſtis, & melle ſyluestri vi-

titauit. Quid referam Christum cum Apoſtolis veſcentem pifcibus, &

fauo mellis: aut quod Lucas Act. 1. narrat τὸν οὐρανόμενον, quaſi di-

cat, communī ſale viſum: quā in re pifce illius Christianis heroib⁹ no-

tiffimae τῆς ἐγκαρπίας in arida eſca, hoc eſt, interprete Epiph. in Cha-

rac̄t. Eccl. pane, aqua, & ſale videre licet exemplum. Quid de concilijs

Ierosolymitani interdicto de non attingendo ſanguine, & ſuffocato, &  
idolothytis, quod in noſtrum penē ſeculū obſeruatū eſt, loquar? Sed, in-

quiūt aduersarij, Deus iis rebus non colitur: cūm tale nihil expreſſum  
Dei verbū à nobis requirat. Ergo Paſſi locū inſpiciamus, nō tātū lau-

O 2 dantis:

292 dantis: sed etiā præscribētis. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & tūs dē dāyavīz̄utros wāvra ēyngatēberay,* quasi diceret. Omnis certator, ac pugil continet sese, & agit quēdam, quasi encratitam à vino, carne, & huiusmodi, quæ solent vitiorum suppeditare materiam. Nec ignotum quales fuerint, qui nomen istud quondā usurparunt hæretici. Tamen alludit Paulus ad pugiles, qui habebant suum dimēsum contenti coliphio, procul ab iis, quæ vires eneruare possent: vt Christianus athleta sibi proinde temperandum ab iis omnibus norit, quæ virtutum alumno remoras progenerant. Sed vbi præceptū? Audi quæ præcesserant. *Sic currite, ut comprehendatis:* & postquam ista subiunxit sese nobis proponit exemplū. *Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo,* nempe, vt onera pietatis ferre, & facile exequi possit. Quæ cùm ita sint: quis tam hebes, qui nō intelligat nō quoquis cibos cuius commodos esse? Pergamus tamen, & rē firmemus exemplis. Igitur Pauli mentē nobis interpretetur D. Iacobus frater Domini. Hunc enim Egesippus, Eusebius, Epiphanius in antidicomar. Nicephorus, & alij dicunt nō solum à carnibus abstinuisse: verumetā ab omnibus animantibus. Nam hunc cùm Christo versantem, laudatum ab omnibus Iudæis vt patrem patriæ, dicturi sunt hæretici superstitionis? Ad eundem modum de plerisque omnibus vetustissimis sanctis est dicendum: de quibus mox, vbi carptim confutauerimus aduersariorum obiectiunculas. Quid enim (ajunt) sibi vult Christus dicendo omne, quod intrat in os, non coquinare hominem? Nullum cibi genus inficit hominem, fateor: sed inobedientia perfundit animam scelere: contemptus præceptorū Dei reddit hominē impurū. Creaturæ Dei sunt omni tempore sanctissimæ: sed hominis malitia eum sordidum reddit. Quod autē Paulus dicit(nā & hoc obiiciūt): *Non est regnū Dei esca, & potus,* verissimum est: quia alioqui latrones essent beati, dū suis occupati flagitiis, carent

Refelluntur  
hæreticorū ob  
iectiones.

Matt. 15.

Rom. 14.

3. Timoth. 4. interdum carnibus, & vino, cæterisq; lautitiis. Quid ergo sibi vult Paulus, dum vaticinatur futuros, qui cibis interdicāt: Maiores nostri de Tatianis, Encratitis, Manichæis, & similibus interpretantur, qui tanquam diaboli creaturas execabantur: quod absit, vt catholicis in mētem veniat. Et si placet quid Apostoli hac de re censuerint audire, canon 51. percellit execratione eos clericos, qui non propter ascesin, ac temperātiā: sed ob hæreticam, aut Iudaicam persuasionem abstinerent: & can. 53. eos iubet vti promiscuè cunctis, qui prius forte putarint abstinentēm ob aliquam contagionem, quæ in ipsis hæreticis creaturis. Postremò canon 14. Ancyranus non tantum confessionem munditiae rerum talibus, verumetiam degustationem imperat: quæ propterea diligenter annotanda sunt: vt Ecclesiam omni porrō superstitione carere manifestū sit. Iam alterum proferamus exemplū. S. Spiridonem Episcopum, qui in quadragesima, cùm nihil haberet in promptu, quod famelico proponeret hospiti præter porciām: & cerneret illum abhorrente, comedit primus:

Niceph. lib.  
8. cap. 42.

primus: vt fratti scrupulum omnem adimeret, qui alioqui fatue periclitabatur. Vnde, quæ sit mens Ecclesiæ, contrariis D. Iacobi, & Spiridonis appetit exēplis. Nec abludit ab instituto martyris Alcibiadis apud Eusebium, lib. 5. cap. 3. Eccl. Hist. exemplum, qui diuina reuelatione iussus est de feueritate nonnihil remittere: vt hūc delectum ciborum cum temperamento charitatis adhibendum esse norimus. In posterioribus historiis occurrit Hesychastes ferratus, ac Theodulus Eleiensis Episcopus, qui cultus Dei gratia caseo, & aliis abstinebat. Quocircā dū hac in re pugnant nobiscum hæretici, produnt se totius antiquitatis ignaros, nec minus cæcos esse, quam maleulos. Nam cùm Iosephus testetur variis locis Iesseos, id est, Christianos, D. Marci nimirūm discipulos tam rigidè seruasse delectum ciborum: vt potius emoti, quam latum. *De Peruigi- lijs.* Balsamō ad can. 51. Apo lib. 18 Anti-quit. c. 2. lib. 2. Bell. Iud. c. 12.

Ecclesiæ catholice hæc eadē adsignet. Quin ipse Tertullianus suadē ne vxorem. Christiana nubat infideli: *Quis (inquit) nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libenter feret?* *Quis denique solemnis abno- et antem securus sustinebit?* *Quis ad conuinium Dominicum illud, quod in- famant sine sua suspitione dimittet?* Postremò D. Hieronymus defidet hoc nomine pseudonymum. Vigilantium: qui tamē nō erat vsqueadē in- sanus, vt totius hebdomadæ sanctæ peruigilia damnaret: sed ea dūtaxat quæ in profestis sanctorum siebant: atque obiter hanc rem è scripturis desumptam probat, aitque Dauidem Psal. 18. de Christianorum peruigliis prophetasse, Christum autē nobis præiuisse, totas noctes insomnes ducēdo: commemoratque Paulum & Silam in vincula coniectos media nocte hymnis Deum prosecutos, & illū alibi conuocato cœtu fidelium in multam noctem concionem protraxisse: multisque aliis argumentis cùm veterē illum, tum nouos Vigilios fortissime retundens, sanctissimam Ecclesiæ consuetudinem ostendit. Quę cùm ita sint: excutiamus tandem nostram socordiam, & Ecclesiæ potius admirēmur indulgen- tiā, quam feueritatem reprehendamus.

*Quartum Ecclesiæ præceptum.*

## Catechesis 95.



Vartum Ecclesiæ præceptum in concilio Lateranensi hūc in modū exprimitur. *Omnis utriusque sexus omnia suapec- cata cōfiteatur fideliter, saltē semel in anno, proprio sacerdoti, &c.* Hic ne quis confessionis adsertiōnem expectet, quæ alij in locum referuatur. Sed obseruandum Ecclesiam

agere cum filiis, qui ad annos discretionis peruerterint. Hæc autem meta à quibusdam ad duodecimum, ab aliis ad decimum annum constitutus: sed hoc non est perpetuò verum: cùm usus rationis interdum anno septimo, interdū decimo, aliquādō seriūs, aut citius adferatur. Quod ubi factum est: debet omnia sua peccata confiteri, non in corona, vt Saxonici faciunt: sed secreta confessione apud propriū sacerdotem, aut cui ille fecerit eius rei potestatem: iniunctamque poenitentiam pro viribus adimplere, ne dum illam reiicere. Nunc videndum, quid agatur, & spe-  
ctanda cōfessionis, huiusq; præcepti facilitas: deinde propriū sacerdotis ratio: ac postrem dō satisfactionis implēdē necessitas cōpendiis cateche-  
ticis percurrenda. Et quod ad primum attinet, non possum non expo-  
stulare cum nostræ ætatis hominibus, à quibus vix hoc ipsum licet im-  
petrare: sed vel cōtemnūt penitus tam indulgentē Ecclesiæ p̄æceptio-  
nem, vel sic faciunt, quod mandatū est, vt ferè nō fecisse videantur. Nā,  
cùm per totam quadragesimam de cōfessione nihil cogitauerint, in ip-  
so momento paschæ omnes conuolant, ac petūt absoluit: cùm olim ante  
initium quadragesimæ necessarium esset omnes defungi exhomologe-  
fi, vt verè dicerent, debita nostra dimitte nobis, sicut & nos, &c. quem-  
admodum docet Eutychianus in lustratorio decreto: vt essent utiliora  
opera, fructusq; poenitentia nō peirirent, ac demūm absolutionē, quæ  
in sancta hebdomada siebat, maiori cum fructu perciperent. Hæc erat  
veteris Ecclesiæ ratio: nunc autem præscribere festum paschæ confessio-  
ni, vt se habent nostra tēpora, multis videtur periculis obnoxium. Ea ta-  
men iccirco dicuntur à nobis, vt videamus, quibus blanditiis plenif-  
fima parens Ecclesiæ filios proteruos alliciat, & foueat infirmos. Itaque  
pauci sunt, qui veterē seruent ex parte pietatē: vulgus hoc præscriptū  
obtinet, ac ne tum quidē illaudabiliter. Si verò quāramus authorē se-  
cretę huius confessionis: nō alium oportet animo informare, quā eum,  
qui potestatē remittendi peccata cum hominibus cōmunicare voluit.  
Nec putandū est illius vel conciliū, vel eius caput S. Pontificē fuisse re-  
pertorē: sed id egit conciliū: vt, qui suę salutis consultū vellent, semel sal-  
tem in anno confoterentur: &c, quod vagum erat, ac patens, restrinxit  
ad aliquod momentum tēporis. Hac ratione voluerunt Innocentius 3.  
Pont. & illud cōciliū, vt homines mille sceleribus obruti saltem ægram  
conscientiam in festo paschæ expiatent. At verò illa vetustior, & robu-  
stior Ecclesiæ quid? De amoto presbytero per Nectariū scripsierunt, p̄re-  
ter alias, Socrates lib. 5. cap. 19. Sozomenus lib. 7. c. 16. & Nicephorus lib.  
12. c. 28. neq; libet quicquā repetere. Apostoli in occultis peccatis homi-  
nē proprię cōsciētē permittebāt, publica vindicabāt excōmunicatione.  
Qui autē semel Ecclesiastico fulmine fuerant afflati, nō cōtinuò, vt eis  
collibitū esset, admittebātur ad confessionem: sed opus erat lachrymis.  
gemitibus, planctibus, sacco, ciliciis, cineribus, magnis eleemosynis: &  
post hæc præclarè secum agi putabant, si tum ad poenitentiam recipie-  
rentur: quā illis non pueris, sed secundum canonum rigorem impone-  
batur,

*Prisci circa  
confessionem  
Ecclesiæ ritus,  
ac cōfuetudo.  
Apud Buc.  
lib. 1. decret.*

batur, vt videre est apud Cyprianum lib. 3. epistola 5. 14. 15. & sermonem de lapsis, Ambrosium lib. 2. c. 9. de poenitentia. Laodiceñ. concil. c. 2. Antioch. c. 2. Dionysium Alexandr. referente Nicephoro lib. 6. ca. 6. de Sera-  
pione. Erat tunc temporis ingens beneficium libera cōfessio, quā pri-  
mus habebatur gradus misericordiæ. Initio autem ( vt iam dictum est)  
quadragesimæ solebat fieri in ædiculis ad eam rem in Ecclesia compa-  
ratis: & sub festum paschæ impendebatur absolutio. Sic suos olim ger-  
manos filios tractabat Ecclesia: nec ante Eutychianum, Augustini ver-  
ba, & decretum concilij quicquam hac de re præcipiebatur: ac ne etat  
quidem opus. Nam quis tam est insanus, qui, si æternæ damnationi se  
obnoxium cognoscat, non continuò recurrit ad misericordiam Dei?  
Quis ignorat tantò esse grauiorem offendam: quanto longior est progra-  
stinatio poenitentia? Pet singula momenta crimen exaggeratur: nec me-  
tuis, ô infelix, ne irritatum numē mille tuis sceleribus molitur vlti-  
nem? Quanta est vecordia, audere inimico Deo vitam agere: nec de re  
conciliatione cogitare? Quā obuiis vlnis hanc medelam arripuiſſent  
noſtri maiores, ſi ſeuertas illorum temporum permifſiſſet? Ne momento  
quidem in cōcio peccatorum voluntari ſe paſſi fuiffent: nos, quā magis  
prouocamur, ed magis abhorremus. Et videmus ( inquiūt Tertullianus,  
& Origenes) feras, capras, ceruos, lacertas, bufones, aliaq; animalia  
mox vt vulnus, aut laſionem ſentiunt, ad comparata remedia prope-  
rare: ſolus homo grauiſſimē ſauciatus, & venenato draconis ore lania-  
tus medelam non querit: i.m̄d, quod deterius ēt, vocantem, blandien-  
temq; medicum auerſatur. Cūm igitur recta ratio, ſalus, naturaq; nos  
inuitent ad capiſſendam curationem: quis nō intelligit, quā sit iſtud:  
præceptum æquissimū, facillimū, & ſaluberrimū? Reliqua ſunt ſer-  
uanda locis, nimitem trādationi ſacramenti poenitentia. Hinc igitur  
diſcedo. Vult autem Ecclesia vt conſiteat non cuilibet, ſed proprio  
ſacerdoti. Hæc res obtinuit aliquandiu: donec orientur mendicantes or-  
dines, quibus Pontifices facere potestatem audiendi confiſſiones tan-  
quam paſtorum vicariis: tamen concilium Trident. rem magis coēgit  
in arctum: nec vlos iſti rei dare op̄eram voluit, qui ab Episcopis  
probati non fuerint. Itaque videant fidèles, ne ſibi fraudem cōcifcant,  
dum certatim ad eos ſe confeſſunt, quos vel Pontifex, vel Episcopus,  
vel paſtor non aduocauit ad iſtam protinciam. Verū, ne quis hīc  
agit ſuperstitiosē, non est ea Lateranē, concilij mens, vt tantū  
paſtori ſuo quis debeat conſiteri, qualisunque tandem ille ſit: cūm  
iubeat Origenes vnumquemq; ſedulō circuſpiceret, cui conſiteat,  
quēmque adſciſcat mediūm. Si enim paſtor ſit doctus, & in-  
ſignis, utris eo: ſin minus, quāre peritum, qui ſciat inſirmo condo-  
lere, vinūmq; & oleum prudenter inſundere. Qui autem à pio,  
cordatōque, & diuinæ legis conſulto refugit, tanquam à scopulo,  
& apud indoctum, ne dicam etiam impium, ſua obiter peccata  
recenſet: is vulnerare ſe potius videtur, quām quātere medicinam.

Tertul. li. de  
poenitentia.  
Origenes al-  
tera hom. ad  
Pſal. 3. 8.

*Quis proprius  
ſacerdos audi-  
endis confeſſio-  
nibus.*

Sess. 1. 3. can.  
15. & 25.

*Sup. hō. alte-  
ra ad pſ. 3. 8.*

*De Penitentia  
modo & im-  
pleione.*

*Sess. 14.c. 8*

*Burch lib. 2.  
Decret. c. 2.  
& lib. 19 ca-  
96.*

Qui autem istis dant operam, se, & alios perdunt, alienisque peccatis communicant, grauissimoque sacrilegio se constringunt: dum Christi sanguinem impie profundant, sanctissimam sacramenta prophanant. Postremò iniuncta penitentiam subire, & exequi mandat Ecclesia, non qualemcumque. Nam qui preculas aliquot pro multis grauissimis peccatis prescrivant, Patres Tridentini communicare testantur peccatis alienis: ut qui Christi sanguine ludant, & ecclesiastica potestate abutantur, ac miseros decipient. Alioqui vetus Ecclesia ( teste Augustino) vult quemlibet sacerdotem exactissimam habere canonum penitentialium notitiam, à quorū regulis non temerè discederet: aliter sanè sacerdotis nomen tueri non satis posse, nec pro sua vel indulgentia, vel libidine vnam, aut alteram orationem dominicam: sed singulis mortificationis peccatis constitutam penitentia legem imponere: ut si quis scortationem admiserit, decem diebus in pane, & aqua ieiunet. Quæ cum fuerit mēs Ecclesiae, credamus nihil hoc precepto mitius, & clementius: neque nos ipsos in deligēdis sacerdotibus ignaris, impiis, collusoribus, cōpotoribus, qui palpum nobis obiciant, circumueniamus. Postremò in satisfactione nos ita geramus: ut si sacerdos iudex fortassis vereatur dignā imponere penitentiam, saltem norimus ipsi esse cuique in manu addere ad præscriptum modum, & iudicis nostri clementiam priuata severitate corrigere: ut grauiter admonet Tridentina synodus. Et in his rebus monet Augustinus nos tam esse religiosos: vt, si peccatum veniale pungat animum, statim ad sacerdotem recurramus, & ab illius ore, velut qui Dei personam gerat, toti pendeamus.

### Quintum Ecclesiæ præceptum.

#### Catechesis 96.

*Ambrosii s.  
de sacramen-  
tis 4. med. o.  
notat Gracos  
in Oriente se-  
mel in anno  
quos Latinos  
flos lectores  
retat imitari.  
similia Au-  
gustinus ser.  
28. de verbis  
Domini 10.  
& id tam in vobis ( quibus verbis Basilius lib. 2. moralium dicit impositam  
sumen*



Vintum, & vltimum Ecclesiæ catholice præceptum expositum est à concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, his verbis: *Eucharistia sacramentum ad minus in paschate reuerenter sumito, &c.* Quæ verba dum diligenter mecum expendo, & contrà, quid nostri maiores factitarint: non possum mihi temperare, quin vel illud dicam, ô nostram ignauiam, & morum nostrorum corruptelam. Præcederem longius ad illam Ambrosij, & aliorum quiritationem: si minus cōpertum esset, quicquid à conciliis proficisciuit, dictatū à Spiritu Sancto. Sed omissa quiritatione, videamus Ecclesiæ potius æquitatem, & quam iniquè agant aduersus illā hæretici, deinde quid hac in re nobis patrocinetur antiquitas, ac postremò præcepti necessitatē. Principiò autem fateor Christū vniuersè tantum præcepisse, nec ullum tempus adsignasse dicendo: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibere sanguinem eius, non habebitis vi-*

sumen

sumenda Eucharistiæ necessitatem.) & rursum: *Hoc facite in meam commemorationem:* Ecclesia vero nominavit diem vnum, quo indulgentius nihil video: nisi tantum semel in vita communicandum putemus, quæ fuit olim mæchorum penitentia, teste Cypriano lib. 4. epistola 2. Christus enim nostri amantissimus, ut incredibili charitate ( vt sic loquar) ebrius, incredibile fore sibi videbatur persuasile, ut tam ignauui, suæque salutis immemores euaderent Christiani: ut tantum semel in anno sibi putarent communicandum. Et hæc res videbitur certissima: si videamus diligenter, quid legauit nobis in vltima coena, quo apparatu, quo affectu, quo tempore, cum iam essent in illum coniicēdæ hostium manus, cum tantum non erumperet ille sanctissimus instantis passionis crux. Quid porrò donat? Non vestes, non aurum, non gemmas, non symbolum merum, aut panem, non terrā, non cœlum: sed, quo nihil honoratus, dignius, diuinius, totum corpus, totum sanguinem suum. Et quibus velis, tegumentisq; circumvoluta? Quæ essent ad accipiēdum maximè comoda. Accedit cumulus virtutu: denique integra Deitas. Hoc ( inquam) est incomparabile Christi testamentum. Adde quod non dedit, ut iam emaculatos tantum honoraret: sed vt expiatet, & arrhabonē daret futura æternæ vitæ. Quis tāto legato non vtedū esse crederet? Profecto, qui legauit persuasum habebat beneficij magnitudinē effecturam, vt omnes huc sponte procureret: neque necessariam fore cuiusquam temporis adsignationē: & cum germanos alloqueretur filios, noluit seruiliter adstringere certo tempori: præsertim cum sit ita cōparata nostra voluntas, vt certa bona nō possit non appetere. Hic autem quis fidelium ignorat adorandam humanitatem, & animā tota Deitate completā adesse? Quod si summi boni cupidine feruntur omnes: idque Deum Opt. Max. esse credunt: mirum est quosdā refugere, quod vnum natura appetunt omnes. Certè maiores nostri ( vt ad secundū caput veniamus) hoc sibi persuasissimū fuisse luculenter docuerunt. Nam in Actis legimus quotidie communicasse, & fregisse circa domos panē: quod D. Ignatius, edocetus à Ioanne, in epistola ad Ephesios ostendit de corpore, & sanguine Christi intelligendum. Neque dubitauit Ecclesia suis fidelibus indicare, quid fieri deberet: constituit enim in Apostolicis canonibus, vt, qui diebus Dominicis templū ingrediuntur, & non cōmunicant τῇ προσευχῇ, Can. Apo- καὶ τῇ αὐτῇ μεταλλάξα: id est, precibus, & sanctæ participationi: si clerici essent, ordine mouerentur: si laici, cōmunione priuarentur. Hanc legem renouarūt Antiochenum can. 2. & Sardicense can. 11. ac postremò Trullanum concilium can. 81. Quid verbis opus est? D. Cyprianus, in laudatissimo sermone super orationem dominicam, panem quotidianum dicit esse Eucharistiæ, quam docemur à Christo quotidie petere. Et hanc interpretationem laudauit Augustinus lib. 2. de bono perseverantia cap. 4. Hoc ipsum docet Ambrosius lib. 5. cap. 4. de sacramentis: & in Græcorum terpentem ignauiam inuehitur, qui iam tum semel in anno duntaxat incipiebant communicare. Quod si plures canones ve-

P limus

*Ambrosij  
nomine citat  
Bertramus  
lib. de corpo-  
re, & sanguine  
Domini.  
Ioan. 6.  
Luc. 1. 2.  
Quā indi-  
gna christia-  
nis rara com-  
muniō.*

*Quid prima  
Ecclesiæ circa  
Eucharistiæ  
sumptionem  
observauerit,  
ac senserit.  
Act. 2.  
Can. Apo-*

limus appēdere, Eliberinus can. vltimus (editus si non antē, saltem tempore Nicæni concilij) habet, vt si quis in quinque præcipuis festiuitatis bus non cōmunicauerit, inter orthodoxos ne numeretur. Burchardus tamen addit alia festa: Eutychianus autem in suo decreto interrog. 55. interrogari vult, num quis ter in anno nō accedat communionem: & deprehensus adgebatur ad publicam pœnitentiā. Posteriora omnia concilia ad ætatem usque D. Burchardi trinam illā cōmunionem repetunt. Hoc verò fatali seculo res eō rediit, vt vix semel in anno cōmunicemus propriæ salutis osores, & in Christum ingrati cum Ecclesia, vt se ab omni morositate prorsus declararet alienam, tātum hac in parte concesse-rit, quantum potuit. Quod si nosse cupiant catechumeni, quām sit hæc res honesta: non cōmemorabo veterē catholicam purgationem, qua- dum se quidā à criminē liberos, & immunes vellent ostendere, huc de-scendebant: sed illud tantum dicam: quod Theophylactus super illud 8. Roma. Non accepisti spiritum seruituī in timore, tradit veros Christianos nullum habere supplicū acerbius metu repulsionis ab Eucharistia. Nec aliud docent veteres historiæ in quibus videre, est pœnitentes innumerās excartificationes alacriter perferre: vt saltē, in fine vitæ suæ non arcerentur ab hoc spirituali cōquinio. Hic addatur Chrysost. ex liturgia, &, si placet, Euthymius, ex ho. 15. in Lucam, atque, vt nihil desit, add. etiam canonem 13. prioris Nicæni cōcilij. Quod si mouent exēpla: extat Serapionis historia: qui peracta infami, & diuturna pœnitentia, instabat iterum, atque iterū, vt reciperetur ad cōmuniāndum cum reliquis: sed perstantibus in sententia sacerdotibus, bonus senex ad extremū usque vita halitum caruit hoc legato Christi: iamque moriturus misit puerum, qui traditam à sacerdote Eucharistiam referret. Usque adeo, īgens beneficium putabatur, quod nunc fastidimus. Omitto Satyrum Ambrosij fratrem de collo suspensam gestasse: nec libet cōmemorare Vvor-maciēn synodus, quæ iubet sacerdotes Eucharistiam in prōptu semper habere, ne cui deeset viaticum: quasi singulorū gloria multūm decede-ret, qui hanc viæ suprēmæ comitem, ac ducē non haberent. Datam olim paruulis quorsū attinet narrare, cūm iā ille mos exoleuerit? Ingēs tamen illius rei fructus cūm à Cypriano, tum à Dionysio Areopag. refertur: non quād velim dari infatibus: sed vt studiosi, & docti: catechumeni in illo hic pigritia locum relinquant. Et, si quis pristinum illum vigorem eu-a-nusie dicat: quid, cedo, respondebimus hæreticō alacritati, qui maxi-ma eum insania priorū punit ad cōcnam, suumque illud impiamentum? Adde quod, dum ad meras creaturas tam sitibundi prouolant, vt nim-rium panem iam execrabilem propter abusum de impuri homuncionis manu percipient, reuerā declarant se nihil habere, quod nostris obici-ant sacramentis: à quibus propter ministrorum se abstinerē prætexunt flagitia. Et cūm in suis mysteriis pistorium duntaxat panem, & vinum sibi porrigi non ignorent: tamen verbis hæresiarcharū, aut prædicantorū, ac specierum gustu mirū in modum accensi səpius progrediuntur,

quam

Lib. 5. cap. 5.  
Decret.Niceph. lib.  
6. cap. 6.  
Eccl. hist.Vvorma. ca.  
5. ex. Burch.  
lib. 5. ca. 10.Cyprianus ser-  
mone de la-  
pīs.Dionylius,  
Eccl. Hier.  
cap. vlt.

quam apud nos optimi quique ad Christi verum corpus, & sanguinem percipiendum: quæ ies morit, credo, Tridentinos Patres, vt, quod anteā Seff. 1; ca. 5. lege cautum fuerat, dehū statuerent, iuberentque Christianos hac ratione Deo suo se gratos approbare. Alias copiosius erit de his differendi locus: nunc illud tantum dixisse sufficiat, hoc testamentum non tantum gratia mentis esse monumentum: sed etiam expiare peccata, quæ ex animo quispiam execratur: & esse pignus mysticæ cūm Christo cōiunctio-nis, & variorum pietatum cōmmodorum causam: ut in illo sit quicquād esse, quod homines ab hoc sacramento remoretur: cūm D. Burchardus ne sōnticos quidem velit nō sūm pliū arceri, ne penitus longa media pē-reant. Si te non aptum confiteris cura vt fias: alioqui si per negligētiā hodiē non fueris: ne eras quidem, neque post mensem, vel annūm aptus euades. Nolim sanè omnes hue nullo discrimine ruerem: multi accedunt, quos arceri fuerit satius: plures tamē abstinent, quos optimum esset ac-cēdere: cūm dicat Ambrosius esse periculū, ne vitam afficiant, qui hinc illam petere contemnunt: nēve a Christo tandem stant aleni, qui cūm eo fecerūt sanctissima communione ferire dissimulant? Nec enim illud ignorandum est: quod monet Basilius, spiritales omnes cōiuas pactum inire cum Deo, cuius pignus hoc sacramentum percipiunt, se daturōs operam, vt vitam Christo dignam instituant. Imo, quod maius est, Au-gustinus votū quoddam hic agnoscit: ac idcirco missam, & adiunctas preces ταῦτα ποιεῖται, ut patet appellari. Quae ras si Christianis omnibus probè foret intellecta, non arbitror tamē faciliē facturos facturam re-ceptae iustificationis: & gratiae, sed summa diligentia, vitatturos ea omnia, quæ vinculum illud abrumperet, & intimam cūm Deo familiaritatē euētere coisuererunt.

## Capit. vltimum. De cultu Dei.

## Catechesis 97.

**A**ctenū nostros catechumenos, quod satis videbatur, eru-diuius in Dei, atque sūri cognitione fidei spe, gemitique Aug. lib. 12. charitate: in quibus proculdubio maximus, & præcipius ca. 14. de Tri-Dei cultus situs est. Nam cūm is ab Augustino partim def-ribatur amor, quo eum videre desyderamus, partim si-de, spe, & charitate perfici dicatus: iam dūdum huic rei satisfecimus non indiligenter, in prioris tabula præceptis enarrandis. Verū quia multa superesse video, quæ non immērito ad istius cultus perfectionem desyderantur: ea in hanc postremam catecheseon partem coniecta sic proponemus: vt habeant catechumeni, quibus & suam foueant pieta-tem, & hæreticorum molitiones effugiant. Principio autem arbitror ne-cessarium, vt cultus Dei naturam faciamus clariorem: quia nullibi ma-giorem in vulgo christiano repetias caliginem, nonnullis totum cultum in animi significationibus: quibusdam ita collocatiibus, vt præter fidem, spem,

spem, charitatē, quales affingunt ipsi, reliquorum nil dignentur agnoscere: reliquis ferè, qui tamen catholici dici volunt, in externis operibus putantibus omnia consistere, oblitis totius veritatis, & spiritus, quem in veris cultoribus Christus requirit. Ut igitur in anceps malum non incident catechumeni: operæ pretium me factum arbitror, si instar cuiusdam preparationis ad sequuturam sacramentorum operosam, prolixamque tractationem, præter nomina, quibus iste cultus in scripturis appellatur, paucis inquiram, an sit vllus huiusmodi cultus, quotuplex: & qualis; quibus pertractatis necessitas huius rei, decentiāque perficietur. Nec enim Deus est temerè colendus: sed (vt apud August. inquietabat Socrates) quisque Deus peculiari ratione sibi sacra fieri vult. Imprimis igitur cultus, quo diuinitati nos approbamus, in scripturis ferè his occurrit nominibus seruitutis, & ministerij, *λαοὺς τὰς λαζέτας*, ac frequentissimè in veteribus litteris timoris appellationem sortitur per synecdochē; quin adorationis vocabulum interdum tantundem valet. Sed quia ista cuius obvia sunt: videamus sitne Christianis tale quid imperatum. De Iudeis non est quæstio, quibus apertissimè lex imperat, vt Dogninum Deum suum adorent, illique soli seruant: & alio in loco: *Quid est, Israel.*

*Deuter. 5.* *quod Dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum,*  
*Ibid. 20.* *& ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo: &c.* De Christianis supereft ut queramus. Igitur Matthæi 4. sollicitatus Dominus Christus à diabolo hanc legem eandem allegans declarauit abundè ad se, suosque pertinere. Itaque, quod sibi dictum, ac promulgatum caput agnōit, debet ad ipsa membra porrigi. Si videatur istud obscurius, audi Paulum Apostolum. Is enim apud Felicem causam agens ait se *λαζεύει τῷ πατέρῳ τῷ θεῷ*, id est, seruire patro Deo, idq; non quomodounque: sed secundum sectam, inquit, quam dicunt hæresim, hoc est, ratione Christiana: hoc enim accusabatur nomine. Ut verò hoc ipsum ad quilibet Christianum pertinere intelligamus: in ea, quæ est ad Philippenses: *Nos sumus (inquit) circuncisio, qui spiritu λαζεύομεν θεῷ:*

*i. Thess. 1.* & Thessalonicenses laudat, prædicatque beatos, ut pote conuersos à simulacris ad Deum, seruire Deo viuo, & vero: licet hoc loco Græci legant *λαζεύει*, quod non raro latræ significationem habet. Verum ista mittit a sapientissima. In quibus autem cultus iste constituendus sit, non est perinde facile: tot vndique reclamantibus hereticis, à quibus tot prodierunt culture species, in quot ipsi capita dissilierunt. Sed prius distinctionem aliquam iuuerit proposuisse. Gregorius ergo Nazianzenus à maioribus nostris merito suo propter summam rerum Christianarum scientiam Theologi nomine coherestatus, in apologetico suo dicit nullum esse legitimum Dei cultorem externum, qui prius fide, spe, & charitate longè gratissimum Deo cultum non exhibuerit: propriumque suum corpus, iuxta Pauli doctrinā, *γνωστας ἀγάπας, καὶ τὴν λογικὴν λαζεύει*, id est, sacrificium viuens, sanctum, & cultum rationabilem non macerabit. Quod vnam mei ordinis hominum insculptum esset memoria,

qui Deo

*Lib. de confess. Euagel.*  
*Diverse cultus Dei nomē stationes.*

*Act. 24.*

*Philip. 4.*

*i. Thess. 1.*

*Duplex Dei cultus.*

*In apologetico Pontice fuge.*

*Rom. 12.*

qui Deo gratissimam victimam filium sistimus: cùm pars nostrum toto corpore Cypridi, Comoque litent. Est enim non dicam sacerdos: sed cultoris nomine indignus, cuius mens ita defigitur in externis: vt de coelestibus nil cogitet: cùm illa nobis ad sublimiora gradus, & iritamenta data sint: vt quemadmodum aiunt rhetores elegantibus gestibus, & actione non tam auditores: sed ipsum quoque moueri artificem: ita rebus externis incitemur, & quodammodo subleuemur in nostris ad Deū ascensionibus. Hunc autem internum cultum, quem Ioannis 4. Christus ostendit, nobiscum agnoscunt aduersarij: neque opus est prolixiori probatione: quocircà de externo duntaxat nobis erit laborandum, qui constat actionibus quibusdam humanis, quibus Deus à nobis se coli præcipit. Iam istum adseramus: & primùm vsum, præscriptionemque nobis suffragari doceamus. Legant igitur in primis sacrarum litterarum studiosi cap. 12. Ro. vbi occurret vox *πραγματευσαι*, id est, sistere, quam veritatem interpres exhibere: vbi nostri maiores oblationem intelligunt, illūmque gestum, quo aliquid sublatum manibus, & eleuatum sistimus Deo. Sed *Ioan. 16.* clarius apud Ioannem dicuntur Apostolorū interfectores arbitrari obsequium (*λαζεύει* habent Græci) se præstare Deo. Ad hunc modū Thes. salonicenses dicuntur ab idolis, quibus cætenuis sacrificiis, orgiisque servierant, conuersi *λαζεύει* Deo viuo: vtique nouo genere sacrificiorum, & adorationis. Si hic intempestiuè neget aduersarius Christianos habere sacrificium (quod suo loco videbitur) vnius Malachia verbis interea satis probatum esto: qui prædixit fore, vt mutatis veteribus hostiis, & sacrificiis, offerretur per totum orbem oblatio munda, quam veteres Græci, pariter & Latini de missæ sacrificio interpretantur. Sed hoc obiter. Matthæi 5. agnoscamus descriptum altare, ante quod Christus munus *relinqui præcipit*. Paulus quoque testatur clarissimè Christianos habere *τὸ θυσιαστήριον*, seu sacrificatorium, & altare: vt iam quoque victimaria necessarij, ac sacerdotium oporteat isdem concedere. Quapropter (inquit Augustinus) si Deo vero exhibetur templum, sacerdos, sacrificium *Li. ad Deum* cum iis, quæ eō pertinent: verus est cultus: si eadem idolis, ac diabolo: *Matth. 5.* *Hebr. 13.* gratias, præbeantur: est vera superstitione. Et infra. At verò in vniuerso tractu secund. *quest. 1.* lorum cùm aliud oblatum est ab antiquis sanctis, aliud ab iis, qui nunc sunt, offertur: non humana ipsius ratione, sed authoritate diuina temporibus congrua sacra mysteria celebrantur: non Deus aut religio mutatur. Sed vereor ne sim molestus. Quid habet præterea cultus Dei, præter illud, quod peragit in animo? August. homi. 59. in sermonem Domini in mōte, templis, sacrificiis, altaribus adiungit adorationem. Quid præterea? Psal. 49. David hominis Christiani describens officium, Mosisque leges abrogans, sep̄ius inculcat sacrificium laudis, quo Deus honorari se perhibet: & magister gentium Paulus sacrificia labiorum nostrorum, hymnos nimirū, ac psalmos iubet offerre. His omnibus qui Deū colit, nil à christiana ratione tentat alienum. Verum quia nemo rei diuinæ cooperari potest, qui religioni nō sit initiatuſ: necessario in huius cultus

*Adserit ca-*  
*tholicis cultū*  
*Dei exterū.*  
*Rom. 1. 1.*

*Obiter sacri-*  
*cium catholi-*  
*cum tuerit.*  
*Malach. 1.*

partem recensentur sacramenta, & ea, quæ nunc dixit Augustus, cōdem pertinere. Nam qui horum exors aliquid moliatur, audiēt; vt oīem nos habebat, sancta sanctis: qui non est talis, abscedat. Itaque iam ad illorum tractationem transeundum est: si prius, quantoperè simus adstricti ad singulas partes divini cultus, cursum fuerit demonstratum. Et quidem superius diximus de frequentatione sacrificij missæ: nunc alia delibera-  
*que debent nos ad amanuendum, & colendum Deum extitare.*

mus. Vis tibi quædam subdere calcari: ut citationi cursu feraris ad collendum Deum? Consydera quantum ille sit, quis ipse sit. Immenſus ille, æternus, incomprehensibilis, quantis te verum, lutum, pūlueremque cumulauit beneficiis. Sit hoc primum, quod te de nihilo creauit. Quid admirabilius? Sic tamen conditum, ac relapsum multo maiore miraculo refinxit: & quoque millies perditum recepit in gratiam, illuminauit, purgauit: suorum angelorum præsidis, hoc ipso tempore conseruat, ne diabolus derelictum corripiat. De reliquis nil dicam, quorum nullus es-  
 set finis, sive corporis, seu, quæ in fortuitis bonis numerantur, cuncta ve-  
 limus, consyderare. Hec vbi tecum meditatus fueris: consule, si pīl aliud;  
 quid humanum iudicium de ingratissimis statuit. Iam sine facio exprobra-  
 di beneficia. Considera tuam ipse conditionem. In grauissimis peccatis  
 versaris frequentiter inquam non in leuioribus, quorum nullus vel mo-  
 dus, vel finis: imminet hostis capiti: corpus moribundum: valetudo du-  
 bia: denique homo balla, quantumvis robustus: & non putas obsequiis  
 viliis tibi opus esse erga illam Dei benignitatem, clementiam, patientiam,  
 qui te in tot criminibus constitutum tam amicè fert, patitur, fouet, atq;  
 ad penitentiam adducit. Vides quid iij faciunt, qui sibi conscijs sunt: pal-  
 lent, trepidant, sursum, deorsumque cursitant, vt cum magistratu redeat  
 in gratiam: tu vero nil tale imitaberis, vbi de æternæ mortis discrimi-  
 res geritur. Quid illud, quod ne respirare quidem possumus sine Dei be-  
 neficio, quem si contingat auertere faciem: turbantur omnia, pressumque  
 riunt: Non tu igitur metuis, ingrate, ne in nihilum relabaris? Sin fortis-  
 sis ob iustitiam tibi placeas: cogita ne momento quidem illam tibi inte-  
 gram fore per incredibilem hostium calliditatem, ac potentiam: nisi ille,  
 qui dedit, illibatam conseruet. Sin autem reprobis sis, & male tibi con-  
 scijs: exhorresce violentum dæmonem, qui te euestigio discerpet, nisi  
 Deus, quem inimicum tibi facere non es veritus, illum compesceret. Et  
 vt dæmones non faceſſerent negotium: ipsæ creaturæ, elementæ, bestiæ,  
 & quicquid vsquam est rerum, in sui conditoris aduersarium insurge-  
 rent. Quid igitur in tantis miseriis agendum putas, nisi vt modis omni-  
 bus illi gratificeris, qui vñus vitæ, necisque tua potestatem habet? Adde-  
 rerum, quas expetit, facilitatem. Quid enim facilius, quam brevi tem-  
 pore adiſſtere oblationi panis, & vini, cooperari sacrificio: attendere pre-  
 cibus, quæ quemvis non prorsus perditum mouere queant? Hæc cum ita  
 sint: nullus excusationi supereſt locus.

*De sacramentis, eorumque nomenclationibus, definitione, distri-  
 mine à legalibus, numero, partibus, causis, & ministris.*

## Catechesis 98.



Xplicaturis cultus divini formas commodissime ducetur initium à generali sacramentorum consyderatione. Nam quamvis inter sacramenta facile primas obtineat sacrificium: vt, si solius dignitatis habeatur ratio, inde videatur exordiendum: ad illud tamen non absque gradibus per-  
 rumpendum: sed per unum aut alterum tabernaculum ad istud sanctum sanctorum est penetrādum. Sed quoniam apud orthodoxos omnia ista, quæcunque ad sacramentorum tractationem pertinent, plena sunt ma-  
 ieſtate: non nisi lotis pedibus, ac manibus accedendum. Itaque expurge-  
 mus linguis, & aures, & cum primis mentium huc puritatem adfera-  
 mus: totumque istud catecheterion extergamus: & si quid fuerit è faci-  
 bus infidelitatis adferendum: non nisi circuncisum, vnguisque, & ca-  
 pillis reſectis inducatur. Deniq; procul hinc, procul ite prophani: nā de  
 sacris nobis est fermo futurus. Conabimur autem terū, quæ hīc sunt, va-  
 rietatem velut in quandā ecphrasim, brēuēmque tabellam concinnare?  
 ne copia confusione generet. Ac primum de vocabulis, quibus cūm  
 in scripturis, tum in Patribus insigniuntur sacramenta, tum de rei natu-  
 ra, substantiāque sumus differturi: pōst, partes, ac formas: deinde causis,  
 & effecta cernēda producemus: ac postrem d Iudaicorum, Gentium, &  
 Christianorum sacramentorum: & horum etiam inter se collationem  
 faciemus: vt sic illorum dignitate, & indole cognita, iis vtamur liben-  
 tiis. Ut igitur exordium oratio sumat ab eo, quod primum fecimus: sa-  
 cramenta catholica à Græcis τὰ μυστήρια, mysteria, nonnunquam ἀπό-  
 λεξίαι, sive sacramenta, vel sacrificia: alias τὰ λεγά, hoc est, sacra: sapenu-  
 merò τελεός seu perfectiones vocātur. Nostri primum illud retinent,  
 mysteriāque nuncupant: interdum sacramenta, nec raro initia mentia,  
 seu initia dicunt. Arnobius dedicationes, & consecrationes consuevit  
 appellare: alij subinde sacra, dedications, ritus, & cum additamento,  
 ritus initiationis. Vulgus autem putat sacramentum: nil aliud significa-  
 re, quam signum: quæ opinio, vel error potius, videtur adiſſe: sariis ansam  
 dedisse, vt mera signa esse contendenter: cūm famē longè secūs se res  
 habeat. Nec enim à significando, sed à sacratido dicitur sacramentum  
 illa ceremonia, qua homo, veluti instrumento, dedicatur Dō: vt illi sit  
 addic̄tus, & mācipatus: & propterea quibusdam appellare visum est  
 consecrationes. Ea igitur instrumenta, quibus aliquis Dō sacrificatur,  
 sacramentum dicuntur: quod mysterij vocabulum iisdem inditum aper-  
 tius indicat; quod apud Græcos ab initiando dictum nemo dubitat,  
 occultæ, & sacrae rei significationem habere. Hinc Philoni, & Euse-  
 bio notissima phrasis, quæ dicant Christianos μυστούς, hoc est, initiari.

Quibus nomi-  
nibus Graci  
sacramenta  
nuncupēt, qui  
buscē Latini.

Sacramētū  
non à signifi-  
cādo, sed à sa-  
cratido dicitur.

Idecirc non est res vilis, conaemtibilisq; sacramentum. Iam aut̄ quærere an sint aliqua sacramenta, esset nimis quām otiosorum. Nam præterquam quod scripturæ id adseuerent: Patres, & concilia tradunt manifestissimè: nec hæretici dubitant. Qui enim nūc grassantur, duo agnoscunt. Lutherus in Babylonica captiuitate, dicit vnum esse: si secundum scripturas esset loquendum. Philippus, si diutius voluissest Deus illum superstitem: fortassis ad postremum septem refinxisset. Neque libet h̄ic fruſtrā laborare in assertione septem sacramentorum: cūm in cuiusque tractatione simus hoc obiter præstituri: & iam duo vniuersalia concilia ita præscriperint: vt catholicis ambigere sit nefas. Itaque veniamus ad ipsam definitionem. Quamvis non semel dixerim non esse hominis catholici res benè constitutas innouare: sed in iis, quæ vſu probata sunt, consistere: nihilominus scio mecum probare omnes cordatos, quod scholæ Socratice decernunt, non vbiique eodem modo esse incedendum: sed aliter cum rusticis, aliter cū doctis agendum. Nec ignoro quomodo scholastici in subtilibus conflictationibus sacramenta definiunt: sed mihi res est cum catechumenis: ac proinde nudā aptamq; prius definitionem proferam, quam cuiq; postmodum sacramento ad amissim quadrare probabo.

*Sacramentum igitur est instrumentum à solo Deo institutum, quo is, qui illud suscipit, Deo consecratur: idq; ita, ut simul existat signum adspectabile in affectabilis gratia, quam cōferat rite comparato mystæ.*

Iam de instrumenti ratione dictum est. Nam per baptismum, confirmationem, & alia, veluti per efficacissima symbola, sic initiamur Deo: vt eluere notam omnem nequeamus: etiam si in apostasiam, hæretimque

*sess. 7.* riuamus. Et quidem à solo Deo instituta sunt quicquid haec tenus alij putauerint sibi docendum: nec aliud authorem, ac τελετιάχη agnoscere licet: cūm Tridentini Patres anathema vibrarint in eos, qui secūl sentiant: quibus: vt sēpē dictum est, vel primū initietur homo: vt per baptismum, vel post aliquam prophanationem ( vt sic loquar ) de nūo consecretur, vt per pœnitentiam: vel denique magis, magisque dedicitur, atque in diuinum transeat peculium, vt per confirmationem, Eucharistiam, &c. Sunt autem imago quædam eius gratiæ, quam Deus ad singula subministrat: vt pote dū quis tingitur, vel abluitur in baptismo, designatur externa cæmeronia, quod diuina virtus efficit in mentibus, nisi stet per hominis impietatem: qua Deus optimus emundat animum, quemadmodum τελεσθε foris vnde corpus abluit: & sicut in fronte crux pingitur in confirmatione: sic Deus gratia, & robore cōplet pectus, & animum: atque sic in aliis: vbi verò prophanus, impius, & irrisor est sacramentorum, nil efficitur. Hoc autem interest inter veterum, ac nostra sacramenta: quod illa fidei signacula gratiam tantum promittabant per Christum futuram: nostra verò, iuxta definitionem concilij,

*Discrimen veterum, & Christianorum sacramentorum.* quam continent, gratiæ copiam largiuntur per se, id est, vt ad illorum exhibitionem certissimè infundatur gratia. Nunc de formis, & distinctione sacramentorum locus agi postulat: sed formarum loco succedunt

*septem prius sacramenta sunt: impro pria multa.*

dunt hic res singulares, quas nos septem dicimus sacramenta, nec plura, nec pauciora. Tamen sciendum est, quod erit ex vſu in hæretico rum confictu, veteres Christianos alia quædam celebrare mysteria: vt sunt instituta monachica, virginum consecrationes, insta defunctorum, & similia. Sic D. Paulus sexcentis in locis Euangeliū, & christiana dogmata vocat mysterium, alibi fidem, pietatem. Romanus item cleris ad Cyprianum, dicit totum fidei sacramentum in Christi nominis confes sione intelligi. Sed aliam tunc spectare debemus significationem, quām qua utimur in magnis, principibusque sacramentis. Partes omnium sacramentorum sunt duæ, forma, & materia: quas voces Theologi à philosophis acceptas, atque ab usurpatione vulgata separatas suis rationibus adaptarunt. Forma enim non prorsus idem significat, quod philosophi formalem causam vocant, quanquam & id quoque: sed verborum præterea certam formulā, quam Græci partim ἐπιληνού, id est, euocationem, partim οὐκέτη, seu precem, Augustinus etiam precem vocat, certam verborum comprehensionem: de qua impræsentiarum laborandum non est: cūm hæretici nobiscum tale quid recipient: ac ne ethnicon quidem prophana sacra suis formis caruerint. Altera pars autem, quam dicimus nouo vocabulo materiam: est ea res, quam Deus adhiberi vult, vt sequatur id, quod intus à Deo fit: vt est aqua in baptismo, oleum in extremaunctione: & in quibusdam personæ, & actiones hunc locum obtinent. Tantum de partibus. Inter causas, effectricem Deo tribuimus: & quia Ecclesia, & Apostoli multa promulgarunt huc pertinentia: eodem accenserit quodammodo possunt. Quin ipsi quoque ministri alicuius causæ vicem obtinent: cūm sint hypophetæ Dei, & amanuenses. Sacramentorum quædam à solis Episcopis, quædam ( vt nunc se habent secula ) à solis sacerdotibus: sed vbi necessitas ingruit, deueniuntur etiam ad monachos, laicos viros, ac postrem ad mulieres: imò descendimus ad ipsos infideles. Nam, quod ad ministerium, non perinde laboramus: neque pili facimus Caluini religionem, qui mauult homines interire, quām mulieres ad baptismi collationem admittere. Plurimum semper absuit ab hac morositate Ecclesia: adeò vt etiam vitium in epiclisi, & forma perforatis duntaxat ignorantia, non malitia sit in causa. Est & alia causæ, quam intentionem vocamus, prorsus necessaria: quicquid contraria sentiant hæretici, qui volunt sacerdotem, quomodounque sit affectus, rite conferre, & peragere sacramenta: quad vehementer demiror homines dicere, qui speciem pietatis ostentant.

Quis enim censembit actum bonum,

si prava fuerit intentio, que operationes in suum

scopum dirigit?

\* \*

*De præstantia, utilitate, & precatoris vel gentium, vel Indorum sacris, Christianorum sacramentorum honestate.*

### Catechesis 99.

**S**olus Deus sacramenta posse instituere. Vpereit ut de præstantia, & salubritate mysteriorum Christianorum differamus. Nam tametsi in singulorum tractatione facturi hoc simus accuratius: tamen puto necessarium, ut in ipso limine nonnihil delibemus. Igitur si humanum sequamur iudicium: ex authoris dignitate rerum sublimitatem licebit colligere. Neminem vero tam rudem arbitror, qui vel eos audiendos putet, qui extremam vunctionem Innocentius I. ferunt acceptam, vel qui matrimonij sacramentum abullo homine credunt institutum. Est enim fatendum ingenuè, neque concilia, neque Apostolos, imò nec angelos ipsos rem creatam vi iustificandi homines dotare posse: alioquin frustra clamaret Paulus: *Ergo frustra Christus mortuus est: & Petrus: Non est aliud sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat bonitas Dei nos saluos fieri.* Adhæc sunt instituta sacramenta, non qualibet ex causa: non aliis nostro id nomine exorantibus, aut nobisipsis pro nostra miseria rogantibus: sed pro Dei summa philanthropia, & bonitate, qui (vt loquitur Paulus) per suam misericordiam saluos nos fecit, non ex operibus, quæ fecimus nos: ut ex asse diuinæ benignitati sacramentorum transcribenda sit institutio. Præterea hæc benevolentia non solum omnipotens constat: sed voluit filium suum nobis merita comparare, & in cruce fontem aperire, qui septem gurgitibus: imò largissimis fluminibus in nos effunditur. Occidunt autem hic nobis heretici, dum se, nosque vna perditos volunt, abunde sufficere, quod Christus pro nobis mortem fit perpessus. Sed si voluisset ille nos semel tantum sanguinis sui fieri participes, quid nobis fieret, qui toties relabimur? Si quidem angeli essemus: aliquid profectò dicerent: nunc, quia hac catuncula circundati sumus, quæ quotidie nos ad malum pertrahit, nec finit accepte iustificationis integrum ad mortem usque perferrere beneficium: quotidiana oportuit exhiberi nobis medicamenta, illamque Christiani meriti scaturiginem continuo fluxu nostras animas irrigare. Sed hanc esse dicent fidei functionem. Credimus (inquam) Deum ubique præsentem. Quis neget? Attamen inter orandum quam eius rei sumus ignari, & ab illa fide alieni: perinde agentes, ac si ne Deum quidem esse compertum haberemus? Nunc peccatum pro timore, ac tremore offerimus Deo: quem si recte persuasum esset inspicere corda, & fibras animorum: creditis, ô boni, tam tepidos, remissos, ignauos, ne dicam irreligiosos precatores fore: & fabulas pro orationibus oblaturos? Audi! fidem vbiique iactari: sed quousquisque est nostrum, qui illam transmittat in mores, & affectus? Anima nostra tam videtur hebes, & corporalis: ut etiam solutam corpore, ac beatam maiores nostri dicant

cant non carere ruga ob sui coniugis defiderium. Idcirco Deus figuratum suum probè cognoscens voluit primùm nos figere pedem in fide, quæ viam aperit, secundumque glaciem: deinde sacramenta contulit, in quibus esset usus, & exercitium fidei, quam rebus corporeis excitarent, & perficerent.

Et ut hinc utilitatem quoque sacramentorum consideremus (quandoquidem hac potissimum ducantur miseri mortales) notissimum est in scholis sacramenta Christiana continere gratiam, & eam conferre, paratissime perficere: denique ex attritis, id est, male paratis redde re perfectos. In summa, qui impius accesserat, recedit ablatus: & omnibus diuinis charismatibus cumulatus. Vides quam male mereantur de omnibus hominibus, qui ex eorum manibus ista conantur extorque re? Huc accedit, quod verbis constant summa veneratione, maiestate que plenissimis res autem, quæ adhibentur, honestissimæ sunt, & castissimæ. Res autem ista melius liquebit, si ethnicorum, Iudaicorumque sa-

cramenta in comparationem adducamus: in quibus tam prophana, & propudiosa sunt omnia: ut nihil superbia: idcirco nostros catechumenos hortor, ut haec cæratis auribus præteruehantur. D. Arnobius, aut potius Clemens Alexandr. quem is ex quinto protrepticorum libro translatis: Horreo, inquit, tandem fœdis sermibus, & spurcis inequitate mysteriis. Quid ita? Quia præter adulteria, stupra, vim, ac violentiam nil audiuiimus. Vis rem vno, aut altero exemplo declarari: ita tamen, ut nil intelligamus? In sacris matris Deum, quid gestum est? quid fuerunt illa, præter parricidia? Cultus Veneris notus est: nec nominare libet. Quid orgia Bacchi, aut furiæ potius? Quamcunque partem infandorum mysteriorum intuearis: præter cædes, & impuritates nihil videbis. In nostris, quid simile? Omnia casta, omnia sancta. Quid magis vulgare, quam illinere, vngere, lauare? Muliebre corpus fortassis in baptismo pudorem incutiet: at huic iam olim rei diaconissæ parabantur: aded nullam vel speciem turpitudinis ferre potest Ecclesia. Si ad Iudaica facra me voces: age, libet in vno, aut altero experiri. Quot hic statutis sacramentis pudor, castitas, honestas?

Quamtemperie solo fidei exercitio noster. Quid sacerdotes illi aliud, quam deglubidores, & laniones? Taceo dolorem circumcisionis, omitto victimarum nudorem, excrements, pellium detractionem, cruentem, cineres, quæ nunquam non erant in manibus.

Quod si demonstrationem reliquiarum utilitatem, ac fructum ingredi vellem: non inueniret exitum oratio: & intempestiu præcerperem, quæ in singulis sacramentis erunt dicenda. Hoc unum dicam, in omnem locum, euuentum, tempus optimè nobis esse consultum. Nascamur miseri, ignati, cæci, baptismus vindicat nos ab omnibus peccatis: & virtutes, gratiamque multiplicem reponit: & exutos Adamo peccatore, induit Christo. Mox grandiusculi ruimus in multa peccata: en alteram sacramentum, confirmationem, quæ denud resingit: & ne laboribus exhausti succumbamus, semper in promptu Eucharistia, quæ vites instauraret, spiritu talibusque succis vegetet anima, nec finiat labascere. De sacramentis orationibus, &

Proponit sacramentorum utilitatem.

Quam impura, fœda, & obscena genitium sacra.

Quantus Christianis sacramentis pudor, castitas, honestas?

In omnem locum, horā, & euuentum Christianis per sacramenta con-

dinis, & coniugij nil dicam: quæ, dum noua sobole piorum genus intercidere non sinunt, videntur futuram immortalitatem meditari. Ad postremum, cùm emigrandum est; in ipso vitæ exitu excubat sanctissima vñctio: quæ reliquam peccatorum sarcinam diripit supremum facturis iter: & per purgatos transmittit ad Deum. Quapropter, contemptis iis, qui tam ingentes fructus nobis auferre moliuntur: fruamur annuente Deo hisce tam castis, honestis, vereque pulcherrimis sacramentis: ea complectamur, eis debitum honorem deferamus: & cooperemur, vt ne contempta noceant.

*De typis, epithetis, siue nomenclationibus baptismi.*

Catechesis 100.

**A**bsoluto ad hunc modum eo, quod dicendum de christianis sacramentis vniuersè videbatur: sequitur vt ad singula descendamus: & in ipso limine occurrit baptismus: cui certè nullum temere conferri queat, siue species vim salutarem, siue sacrorum rituum multitudinem. Sed de his postea iam typos, & speciosa epitheta, quibus passim ornatur, consideremus. Et typorum quidem facile princeps, quem habemus in originibus cap. 1. vix conditis aquis dicitur Spiritus sanctus incubuisse. Alter in rebus gestis sancti Noë appetet: quemadmodum interpretatur Apostolus Petri vocans nostrum baptismum eius rei *εβαπτισμόν*. Sed & Iudeorum transitus per mare rubrum habuit nostri sacramenti figuram, & mysterium: adeò vt Paulus afferat Iudeos tunc fuisse baptizatos. Quid opus verbis? Omnes Iudaica lotiones, quibus & corpora, & vestes, & oblationes secundum legis præscriptum abluebant: christiani baptismi vmbras habebant. Postremò ( vt semel absoluam ) Ioannes Baptista, limes legis, & gratiæ, baptismum exactissime figurabat catechetica sua ablutione. Cætera, vbi de baptismi commendatione. Venio ad epitheta, quæ & plurima sunt, & insignia. Nam hac in parte videntur maiores nostri quodammodo luxuriari: vt istius sacramenti multiplicem energiam, fructusque latentes exprimant. Nos tamen paucis de vniuersali nomine differemus: ac tum quædam singularia ex Græcis, Latinisque proferemus: quæ cùm ad veterum scriptorum intelligentiam: tum ad inflammados nos, vt ea, quæ de hoc sacramento dicenda supersunt, expendamus diligentius, factura videbuntur. Licet autem de baptismi, seu baptismatis (baptismum etiam dicitur apud Ambrosium) dixerimus in definitione Christiani: libet tamen hic repetere, non frustra sic vocabulum istud sacramentum. Volunt enim etymologi. Græci, Christiani quidem dictum quasi *ωλησθεντος*: quoniam delictum ibi quodammodo ruat: prophani vero *παραπλευτος*, quia pannus, dum intingitur, vnde succos, & colores imbibit: quæ sane ad baptismi commendationem faciunt plurimi: in quo homines ita gratia imbuuntur: vt vix, nisi ma-

*Etymologia  
nominis bapti-  
smi.*

nisi manus vltro stultissimi porrigitam<sup>9</sup> diabolo, illa queat amitti. Quod si quis peregrinum nomen (si tamen non potius sit illi propriū, quod illi primum indidit Syrus Matthæus) audire cupiat: est *κηριτοψ* maamou- Mat 21. dita, quæ dictio propriè stabilitatem, constantiamque significat: ideoque sic appellatur hoc sacramentum, quod homines eo expiati stabiles sint, ac firmi. Iam in scripturis sunt alia nomina. Petrus enim prioris ca. 3. & Paulus ad Titum vocant *λεγόν*, cuius vocis interpretationem olim prodidit nobis Clemens Alexandr. quod sit quidam fons sacer, qui eluat maculas hærentes in fibris, ac visceribus animalium: quod non intelligens Julianus, ridebat Christianum mysterium. Paulò insuper dicitur *παλινσερολα*, quod vertas licet regenerationem, aut refectionem. Est enim Paulina sententia baptismum tam esse efficacem: vt non tantum sanet hominem, curet, obducatque cicatricem: sed eum prorsus nonum reddat: vt is iam non sit, qui fuerat. Nam Adami peccatum, & si quæ acciderant: ita nos deformarant, & alienarant à vera forma, vt non videamur sanabiles: nisi ex integro nouam creationē in baptismō Deus molitur, omni consumpta vetustate. Si in Patribus antiquissimis obambulare libeat, occurrent apud magnum Dionysium venerāda nomina. Primum Ecc. Hier. ca. 2. vocat *ἀναγέννησις* (ita legunt Moreliana exemplaria) vt renascentiam, & nouum prorsus hominem intelligas. Alibi *γένησις*, *γέννησις*, vel *γενεροτητα*, hoc est, diuinam generationem, vt quendam ex homine Deum fieri obstupescamus. Præter has habet tres admirandas nomenclationes, quibus exprimit totidem huius sacramenti virtutes. Dicit esse *ερχόμενος τῷ σεντόντά τοις ιερογεννήσεις ενθαῦτη*, id est, principium sacré peragendi augustissima mandata, pro quo mox *προσδοκεῖται*, id est, progressum ad diuinorum mandatorum observationem, usurpat. Vide quāti referat esse baptizatum. Deinde *οὐσιούσις*, hoc est, itineris factiōnem esse dicit: quia sternitur hic via ad diuinam hæreditatem, cùm in baptismō datur nobis ius filiorum Dei. Postremò *προσδοκεῖται* nomen tribuit: quia non tantum demonstrat iter ad regnum: sed illud quodammodo tradit in manibus, cùm efficit Christi meritorum participes: quibus proculdubio illud debetur. Alibi reperire est apud eundem alia epitheta, vt ineffabilis *εργασία*, & cuiusdam vniuersalis spiritalis creationis, quæ omnem humanum captum supererit: vt mirum videri nō debeat, si ethnici ista non intellexerint. Nisi molestus sim, addam *προσεργήσεις*, siue adoptionis vocabulum, quod idem author huic imponit sacramento. Non erit tamen inutilis hæc dictionum turba aduersus hæreticos, qui, præter significationem, in nostris sacramentis nil agnoscunt. Discedo ad Clementem Alexandr. qui huius sacramenti quatuor nomina exponit diligentissime. De primo, quod *λεγόν* est, diximus. Alterum est *χαροπα*, quod vult perinde significare, ac si baptismus (quod res est) non tantum culpas, delictaque, sed peccatas quoque remittat omnes. Nam *χαρίσθεται* benigne largiri significat, quod in aliis sacramentis nequam vñl venit. Si quis enim à baptismō Deum offenderit: non potest

<sup>1. Pet. 3.  
Tit. 3.  
Lib. 1. ca. 6.  
pædag.</sup>

*Quæ Diony-  
sius baptismō  
tribuit epibhe  
ta.*

*Qibus nemini-  
bus baptis-  
mū insigniat  
clem. Ale-  
xandri r. pæ-  
dap. cap. 6.*

iterum sic illuminari, atque resurgi: sed necesse habet honorem Deo detractum restituere: opus est penitentia fructibus, lacrymis, gemitibus, ieiuniis. Tertium est φωτισμός, hoc est, illuminatio: quoniam facultate baptismi praeditus illuminatis cordis oculis Deum intuetur: & in ipsum solem initiae Christum fidei oculos coniicit: nec trepidat (quia se Dei filium esse cognoscit) ad tantam maiestatem vultus attollere. Reliquum est unum apud eundem Clementem τὸ τέλεον, id est, id quod perfectum est: quia homini renato, Deumque cognoscenti nihil deesse videtur. Perfectus enim usque adeo sacramentum istud mystam suum: ut nullus neque superfit: nulla penitus requiratur satisfactio. Supersunt apud alios quædam, quæ simpliciter commemorasse sufficerit. Gregorius Nazianzenus in oratione de baptismo, & Damascenus li. 4. ca. 10. orth. fid. baptismum appellant οὐγαρίδα. signaculum: quoniam hic Deo consignamus, ne cuiusquam alterius esse queamus: nec vlla ratione, quæ semel impressa fuerit nota, deleri potest. Ad hanc Damascenus φυλακήριον, id est, conseruationem nuncupat: quia hominem diuinis praesidiis mirabiliter obarmat. Nostri Latini theologi partim easdem, partim alias voces usurpant, crux, sepulturam, plantationem, sacramentum fidei dictantes: & hoc postremo mirabiliter delectati videntur Cyprianus, & Hilarius: non tantum, quod ibi necesse sit fidem confiteri: sed propterea maxime, quod, qui prius non habuerint, in hoc sacramento donantur ineffabili fidei dono, interdum etiam, quod mirum est, reluctantes. Sed de nominibus præcipuis forte prolixius: quæ tamen aliquid lucis in legendis Patribus adferent.

*Baptismi definitione proposita, & explanata: hereticorum conatus, quibus aquam hic requisitam Spiritum S. conantur obirudere, perfringit.*

### Catechesis 101.



Ost nominum baptismi catechetica resonantiam, sequitur, ut propius accedamus ad naturę huius sacramenti inuestigationem. Quæ enim haec sunt dictæ, eo pertinebat, ut nos huius rei cognoscendæ cupiditate magis accenderent. Itaque continuò accingimur ad definitionem. *Baptisma est sacramentum, quo ad ablutionem corporis idonea aqua, & prescriptam diuinam nominationem, anima hominis abluitur, renouatur, & regeneratur.* Hoc ad fidei stabilimentum pertinet: nec ullus olim haeticus, præter obscuros Archonticos, id negauit: qui tamen vix ulli persuasione videbantur. Nontra autem memoria, tametsi multa innouarint haeticis, baptismum tamen retinuerent. Nam istarum tragediarum parens, licet interdum tria, interdum duo, vel unum assereret, istud negauit nunquam, qui cetera dixit huius esse memoratiua. Reliqui omnes Calvinistæ, Zuingiani, Anabaptistæ, vna cum sua coena, feruant.

Solus

Solus Schuuenfeldius, vel potius discipuli, vocat *Suigen baedt*, cuius impietatem æmulatus Sterenbergius audet diabolicum institutum dicere. Sed hos haeretici non minus, quam nos, execrantur. Si quis autem ad scripturas prouocet; fateor me non habere locum, vbi sacramentum vocetur: verum si ad sacrosanctam traditionem, concilia, Patresque veniamus: latissime funduntur innumera testimonia. In canone Apostolorum 50. habemus trinam mersionem esse oportere vnius mysterij. Ergo baptismus est mysterium. Hunc autem canonem germanum esse constat ex Eunomio Epiphanij, & Charactere Ecclesie, item ex Eunomio Theodoreti. Dionysius Areopag. τὸ μυστήριον τὸ φωτισμόν, id est, sacramentum illuminationis baptismum: initiatos autem (& quidem aptissime) vocat τοὺς μεμνημένους: unde liquet esse sacramentum, quod hominem Deo consecrat. Verum & ipsæ scripturæ, si definitionem, sensumque potius, quam syllabas premamus: idem apertissime declarabunt. Nam instrumenti rationem competete docet Paulus duobus in locis, adserens nos esse saluos factos Dei misericordia per lauacrum regenerationis, & Ecclesiam lauacro aquæ mundatam in verbo vitae. Iam si authorem queramus; en apud Ioannem Christum cum Nicodemo disputantem in hunc modum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c.* Si haec haeretici torqueant ad inauditas haec tenus metaphoras: Christiani moueri non debent, post apertissimam Tridentinæ synodi interpretationem. Verum, vt illud omittamus: quid apertius Christi verbis apud alium Euangelistam discipulos amandantis ad prædicationem? Nec aliter se id intellexisse Apostoli ipsimet in suis canonicis docuerunt. Si quis adhuc apertiora velit, audiat sancti Spiritus oraculum apud Zachariā hunc in modum: *In illa die erit fons patens Domini David, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & mactuaria.* Et illud Ezechielis, *Effundam super vos aquam mundam: quod ad nostrum institutum citat antiquissimus Cyprianus lib. 4. epistola 7. & ad Quirinum lib. 3. cap. 25.* Quanquam vnius Apostoli nobis satis, superque sit authoritas: qui, testibus interpretibus omnibus ca. 10. epistola ad Hebreos agens de baptismo, alludit ad hunc prophetæ locum, illiusq; germanam intelligentiam cōmonstrat. Tantū igitur supereft, vt probemus hominem hoc pacto iniciari. Et breuiter id effectu dare liceret vnicā Iustini martyris autoritate ex altera apologia: sed præstat scripturis agere. Redeat ergo caput 5. ad Ephes. vbi Paulus dicit Christū seipsum tradidisse pro Ecclesia, vt exhiberet sibi eā immaculatā. Observa quid illud (exhibere) seu (ταραχῆναι) sibi velit: nisi quod in baptismo consecramur in Christi peculiū. Omnia tamen apertissime in ea, quam Romanis inscripsit, docet nos cōplantari, & cōsepeliri Christo per baptismū: quæ si non initiationem significet: nescio quam illi loco daturi sint interpretationem. Omitto, quod Areopagita, & Chalcedonenses Patres vocent *vieθειαγ*, & quod prius Dei hostes gratia eius, filij, & haeredes efficiantur. Verum erit morosulus aliquis, qui etiā postulabit demonstrati esse signū adspicere.

Etabile gratia inadspectabilis: vt ex aſſe tunc baptismō quadret sacramenti definitio. Non h̄ic dicam h̄ereticos nobis etiam patrocinari (nec enim tanti facimus illorū suffragia) sed vnicus diuī P. tri locus id ostendit: *Quod & vos nunc similis forma salvos facit baptismus: non carnis depositio ſordium: sed conscientia bona interrogatio in Deum, &c.* Fateor Apostolum non omnes baptismi fructus describere: sed summū, ac palmarium duntaxat, quo conscientia ita tranquillatur, expiatur, ornatur: vt audeat summum illud prius horrendum numeri interrogare, id est, confidere futurum, vt homo adſtans Christi tribunalibus regnum coelorum se adepturn speret. Et hinc est, quod toties, vbi agitur de hoc sacramento, dicuntur abhui peccata: cūm ea non in corpore: sed in animo h̄ereant. Haecenius igitur habemus baptismum esse sacramentū: superest vt quale sit videamus. Igitur est sacramentum, quod hominē regeneret ex aqua, & Spiritu sancto, sub certa verborū forma. Sed his de rebus non est parua contiouersia. Id enim, quod dicitur ex aqua, detorquetur ab h̄ereticis. Itaque, tametsi nodum fecuerimus definitionis Ecclesiæ bipenni, quæ alio torqueri prohibet: nihilominus catechumenos munire libet: & iis instruere, quæ respondeant ad aquam illam metaphoram. Primum igitur, vt Christum de aqua vulgari locutum intelligamus: quoties hac de re agit apud Ioannem, toties aquam distinguit à spiritu. Petrus autem, cūm dixisset octo animas per aquam seruatas: mox addit nostrum baptismus esse eius rei *τὸν ἀρτίτυπον*. Quæro igitur, quæ sit inter diluvium, nostrumque baptismum similitudo, si aquam utroque loco non intelligamus? Nam vt in aquam submergebantur, ac sepeliebantur omnes, ita h̄ic: vnde cæco fiat perspicuum, sacramentum istud aquam istam vulgarem requirere. Et quorū h̄ic metaphora (quæſo) cūm alibi contra spiritum sacræ litteræ aquam non raro distinguant: nec vñiam admittant translationem? Ioannes baptizauit aqua, Christus spiritu: Actorum 8. videmus Samaritanos à diacono pridem baptizatos vndis, postlimino vñientibus Apostolis accipere spiritum: cap. 10. ordine conuerso Cornelius ad Petri concionem accepto spiritu, deinceps baptismum aquæ suscipit: & cūm ibi videamus Petrum aquam querere: num inepti credemus de spiritu fuisse sollicitum, quem in catechumenos delapsum cernebat? De eunucho refertur in eodem libro, quod ad fluminis occursum dixerit: *En aqua, quis prohibet me baptizari?* Scilicet, vel spiritum vidisse, vel intellexisse credemus, in quem nescio quomodo eunu- chus, & Philippus dicentur descendisse. Apage tantam ab- surditatem, & apertissimis scripturis conuictus confitere de elemento nobis, bestiisq; no- tissimo sermonem fieri, in quo do- minicæ scripturæ, & resur- rectionis imago di- fertissimè ex- primitur.

1. Petr. 3.

*Heretics, qui  
h̄ic aquæ no-  
mine spiritu  
s.intelligunt  
refutat.*

Act. 1.

*Greg Naz.  
oratione de  
bapt. Dama-  
ſce lib. 4. ca.  
10. orth. fid.*

vidisse, vel intellexisse credemus, in quem nescio quomodo eunu- chus, & Philippus dicentur descendisse. Apage tantam ab- surditatem, & apertissimis scripturis conuictus confitere de elemento nobis, bestiisq; no- tissimo sermonem fieri, in quo do- minicæ scripturæ, & resur- rectionis imago di- fertissimè ex- primitur.

*Oſtendit*

*Oſtendit eſſe plures baptismatum species, ſed unicum tantum  
propriè dicit, quod fit Eccleſie sacramentum.*

## Catechesis 102.



Is ita de natura baptismi breuissimè perstrictis, necesse est ad eius formas, &c, ſi qua ſit, diuisionem, ſtylum conuertere. Nam cūm in scripturis multa occurrant baptismata, & Anabaptistæ vehementer has tempeſtate graſſentur: non immerito quærat ſimplex Christianus, ſitne baptismus multiplex. Igitur de iſta nunc varietate, quæ in nouo cernitur testamēto. Marci 7. legimus baptismata non modò corporum, ſed calicū, menſarum, ſpōdarum, & viceorum, vbi de ſuperſtitionibus Pharisaicis agebatur. Deinde, vt iſta mittamus: Christus rogaſus à matre Zebedeorum, vt ſedibus primis donarentur filij: respondet ſe habere baptismū, mortem hoc ænigmate dēsignans: & vicifim percunctatur, ſi eodē ſe olim baptizari permitterent: & tandem id quoque ſpondet futurum, ſic & illorum martyrium, & ſuam ipſe crucem appellans. Nemo tamen fle- xum non videt. Vt enim expiat baptismus noster, ſic martyrium: vt hic aqua ſepeliuntur, & obruuntur, ſic ibi tormentis: ex quibus tamen euolat mens emaculata, quemadmodū hinc erigitur corpus ablutum. Sed Apostolus Paulus ad Hebræos c. 6. in argumento ſacramentali videtur Hebr. 6. multiplicem baptismum agnoscere. Dicit enim ſe non disputaturum de doctrina cūm aliorum, tum baptismatum: vnde veteres Anabaptiſtæ, qui in hunc locum impegerant, putarunt Apostolum iterationem baptismi agnoscere. Itaque locus eſt expendendus. Primò igitur dicit *Paulilocom  
explanat.* omittere ſe inchoationis Christi ſermonem, catechesin dēsignās, quæ, interalia, explodit infinita lauaca Ebionitarum: vnde Paulus plura- liter loquitur, vt vel iſta queamus intelligere, vel per enallagen, vni- cum Christianorum, & ſic ſtomacho non caret hæc apostolica ſen- tentia aduersus Iudaeos perinde agentes relapsu ſuo, quaſi eſſent plura baptismata. Sed potior eſt Ambroſij interpretatio, qui libro 2. contra Noquatum cap. 2. contendit Paulum stringere veterum Ebionitarum, ac Iudaizantium repētita baptismata, qui non tantum more prisco ma- nus, ac uestes abliebant: ſed à foro, & colloquio reuersi ſtati- mēto proliuebant vndis: inque obuia, flumina defiliebant. Recentiores putant agi de triplici baptismō, quem ſcholæ tradunt his nominibus ſanguinis, flaminis, & fluminis: ſed credo nouum iſtum eſſe commen- tarium. Si quis noſtram quoque ſententiam non reſpuat, arbitror Paulum notare ipsas *ἰνθύσεις*, & immersionses, quæ in ipſo ſacramenti baptismi peraguntur. Nam in ſuperioribus ex apostolico canone di- ximus tres debere eſſe intinctiones vniuſ mysterij. Quidquid ſit, ſi magis arrideat Ambroſij ſententia, diſcedo. Verūm vt Christianis vnuſ eſſe baptismum probem, non citabo eum Pauli locum, vbi dicit vnuſ R. Deum,

Matth. 20.  
Marc. 10.  
Luc. 12.

tione praeditus sit saluatum iri secundum illud: *Corde creditur ad iustitiam, &c. &c., Cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Hoc baptisma non expiat prorsus à pœna: sed pro penitentia modo: culpam autem diluit. Et quandoquidem versamur in formis baptismatum, D Cyprianus, Gregorius Nazianz. & eius compilator Damascenus commemo-  
rant penitentiae laboriosum, seu lacrymosum baptisma propter onus, & luctum, quod ex homologesis, & sacramentum confessionis imponit. Additum aliud prorsus miserabile, gehenam, quam baptismum τὸ τελεταῖσα ὁ σωτήριος: ἀλλὰ τῆς μὲν οὐρανοῦ, νυλάζον δὲ τελετηντα, id est, ultimum, sed non salutare: verum malitiositatis quidem expiatum: puniens verò infinitatem, vocat Damascenus, ac plures formas enumerat. Ex his igitur liquet vnicum esse Christianum baptisma sacramentum: cetera autem metaphoricās ita nuncupari.

*Varias baptismi formas enumerat, & quae vera sit ostendit,  
tum de baptismo in nomine Iesu differit.*

### Catechesis 103.

**N**udius quartus de formis, seu speciebus baptismi, quod satis est, differimus: nunc ordo postulat, vt de huius sacramenti præcipuis partibus, hoc est, forma, & materia, seu verbo, & elemento antiqua sanè, perplexa, sinuosaque disputatione differamus. Qui igitur volēt intelligere, quantoperè olim laborauerit diabolus, vt baptisma, catholicam formā antiquā, audiat Apostolos iam tum hæresiarchis eius ætatis obuiā euntes, cano. 49. ac vetates ne quis in nomine vel trium τῶν ἀράρχων, vel triū filiorū baptizaret: vnde tale quid factitatum cōstat in illa prima Christianorū dogmatum peruersione. Ortus est deinde Marcus Marcosiorū execrabilium *Marcus.* filiorum scelestissimus parens, qui, ubi mulierculis conficiendā Eucharistiā prodidisset, docuit etiā baptizare in nomine patris ignoti, in matre omnium veritate, & in Iesum, qui descendit. Hos Montanus arrogā-  
*Montanus.* tissimus est insequutus, qui sibi locum in ipsa forma sub nomine paracleti vendicabat. Numerū auxit Eunomius, qui superbia cū ipso Sata-  
*Eunomius.* na certare potuisse. Hic formam à Christo traditam abrogans, in solius Christi mortis nomine peragi statuit mysteria: fātūm, vñā immersionē, *Soxomenus.* eamque non ritu christiano factam inducens, vt homines incumbentes lib. 6. cap. 26. in baptisterium proni caput metgerent. Post hunc non minus insanit *E.H. Nicepho-* iunioris Theodosij tēporibus Deuterius Episcopus Constantinop. No- *ru lib. 6. cap.* stro tēpore non nullus est error eorum, qui sic pronunciant, *Baptizo te terius.* in nomen: cū Matthæus Syrus habeat τῷ βελchēm auferendi casu, quē Zuinglia- beret ferē significat. Inter Zuinglianos non desunt, qui Sāmonatensem *norū, &* hæresim refuscitantes dicunt, in nomen, &c. tria tātūm nō res calvinistæ. R 2 ipsas

Deum, vñā fidem, vnum baptismum esse Christianorum: sed illum ipsum, quem Anabaptistæ pridem depravarunt. *Impossible est eos, qui semel illuminati sunt, &c.* Hac enim Apostoli verba Græci omnes interpres Chrysost. Theodoret. Oecumen. Gregor. Nazian. Epiphan. in Catharis, sed & Latini, Sedulius, Haymo, & author commentariorum in Paulinas epistolas: siue is Ambrosius, seu ( quod magis credo ) Pelagius: & verus Ambrosius libr. 2. cap. 2. contra Nouatum, vno ore docent de iteratione baptismi intelligendum: quæ non sit leuius peccatum, quām si denud Christus crucifigatur. Nam qui mortis Christi typum, qua in æternum sanctificauit electos, iterare volunt: indicant manifeste sibi non esse persuasum tantam fuisse Christi oblationis efficaciam: vt eam repeti non sit necesse: quos Apostoli in suis canonibus asserunt grauissimam iniuriam cruci redemptoris irrogare: nec aliter Ignatius epistola quinta Pauli sententiam, quam inculcat sacerdotiū, interpretatur. Itaque cum Patribus Nicænis credimus vnicum esse baptismum in remissionem peccatorum. Illa autem hæresis, vt à multis reuocata est: ita sacerdūs fuit ab Ecclesia condemnata. Orta enim à Nazoræis, & inde in Ebionæos deriuata, mox in Marcionitarum familiam migrauit, qui ex quo mysterio non vnum, sed alterum, tertiumque, & plures baptismos admiserint, notum est. Hinc Cathari sequuti sunt, qui Donatistas, & quosdam alios in Africa successores habuerunt, quos Augustinus dicit in concilio plenario damnatos. Eunomianos dudum omisimus: nec est cur in ordine perfidissimorum hominum laboremus, cùm tantum infaniores hæretici anabaptismum tueantur. Caluinus non minus execratur, quām catholicos: Lutherani prescribunt: quod magis catholici debent abominari. De parvulorum baptismō in destinatis, & effectis agemus. Cæterū, quia scholasticā illā baptismi distinctionem attigimus: est non nihil explicanda. Cūm igitur audiimus baptismum fluminis, flaminis, & sanguinis, non debemus turbari. Nam posteriora non tam sunt baptismata, quām formæ, & species purgationis, & iustificationis. Quis enim propriè penitentiam baptismum dixerit appellari? Imponitur tamen id nomen interdum: quia sit via certissima, qua peruenitur ad iustificationē. Est autem sanguinis baptismus ( hoc enim in gratiam catechumenorum dicendum est) quando homo non tinctus mortem oppedit pro Christo, qui regni cœlorum adēptionem condixit omnibus, qui eum confessi fuerint coram hominibus: & animas suas pro illius fide, & religione perdiderint. Hoc enim est huius rei fundamentum: cuius exempla nusquam nō occurrit in historiis ecclesiasticis. Et hanc baptismum dicit Tertullianus esse præstantissimum. Alter autem, qui flaminis dicitur, est planè periculosis, & quantum fieri potest, fugiendus: positus in ardenti fide, devotione, defuderioq; baptismatis. Nam Augustinus in epistola ad Honoratum putat multos periisse, quia non habebant sacerdotes, qui baptizarent. Attamen non est dubitandum, si quis ardenti fide, ac deuotio-

*rum quoru*m** ipsas credentes:quos refutauit olim Nicænum , Trullianumque concilium.Postrēmō Beza dicit inter Caluinianos,& Anabaptistas esse quosdam,qui reliquis personis Spiritum sanctum nolint adiungere, tāquam si personam diuinam esse non credant:vnde perspici potest, quid de iis iudicandum sit,qui in hæreticis tumultibus nuper baptistas agebant, impiis Christianorum mysteriorum prophanatoribus. Sed quæ tandem est catholica forma? Quam Matthæus ex Christi ore suscep̄tam retulit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.* Hæc autem nomina non tantum fide, animo, & fiducia de omnipotenti Dei: sed ore pronuntianda docet Lucas, apud quem Paulus narrat ab Anania se baptizatum inuocato nomine Dei: nec aliud continet vetustissimorum theologorum litteris consignata traditio. Et in primis Apostoli sacerdotem non patiuntur in suo ordine consistere, qui forma à Christi verbis diuersa baptizauerit. Sed & Areopagita non secūs hanc rem sibi creditam ostendit, dicens baptistam in sublimi loco consistentem ad trinam mersionem singulas inuocasse.

*In heresibus.* Lib. 1.ca. 12. de spiritu. Lib. 4.ca. 12. de ortho. side. Forma Gra- corum. personas diuinæ bonitatis. Huic accedit Iustinus martyr in altera apologia non semel hanc formam repetens: quibus æquum est adiungi eos, qui Eunomium damnauerunt, vñā cum Epiphanio, ac Theodoreto, Nicephoro, & Sozomeno, locis indicatis. Possem Basiliū, & Damascenū annexere, sed plus satis est ponderis in prioribus. Sic Latini. Græci verò paulò aliter, quamvis perstet eadem sententia: *Baptizetur (inquit) seruus Christi in nomine patris, &c.* quod placet nonnullis factum iam inde ab eo schismate, quod tempore Pauli in Corinthiaca ecclesia natum est, dum quisque baptista sui dignitatem, & amplitudinem aliquid momenti putaret conferre sacramento: quæ opinio tametsi multum sit probabilis: mihi tamen haſtenus persuaderi non potuit. Nihil tamen est hic vitij: cùm id, quod theologi seruatum volunt in omni forma sacramentali, actus, & inuocatio, abunde retineatur. Hoc tamen obſeruandum est, non semper optandi verbum usurpatum, sed etiam præsentis formæ: cuius rei exemplum habet Nicephorus narrans Deuterium Arianum Episcopum hunc in modum baptizare conatum, *Baptizatur Barbas in nomen patris, per filium in Spiritus sancto.* Ne autem & tempus, ac modum verbi putes hæreticum illum deprauasse: haud aliter Christianos religiosissimos baptizasse Iudeum quendam ( tametsi arena pro aqua) refert Georgius Cedrenus compendio historico, imperio Marci Antonini. Quam eandem rem attingit Nicep.lib.3.c.37. Quæ verò Zacharias Pótifex ad Bonifacium scripsit de baptista latini sermonis ignaro, non est operæ pretium huic referre. Hoc vñum addam:cum Latinis, & Græcis sua forma constet:nemō putare debet locum esse mutationi, sine grauissimo scelere. Illud magis ad rem, quænam mutatione, vel additam etiā vim, & efficaciā afferat sacramenti. Quod ad mutationē pertinet, satis est cōstitutū ex tescipto Zacharia ad eundem Bonificium: si quis per imperitiam,

aut

Match. 28.  
Vera baptis-  
miforma.

Act. 22.

Can. 49.  
Ecc. Hier.  
ca. 2.Lib. 16.c.35.  
E.H.De consecrat-  
dist. & c Re-  
tulerunt.Quæ forma  
immutatio  
cam tollat.

aut etiam malitiam quippiam immutet, eo nihilominus animo, vt ab Ecclesiæ scopo non discedat, vim suam habere. Nam ( vt inquit Augustinus contra Donatistas) verba sacramentorum sunt efficacia, non quia dicuntur, sed quia creduntur: tametsi religiosissime cauendum sit, ne quid tale cōtingat: sed vbi inter festinandum, aut alia quavis temeritate quicquam excidat: sic est de eo pronuntiandum. Nam si dicat, tingo te in nomine patris, &c. vel tingo te in nomine genitoris, geniti, & flaminis: efficax est baptismus, quia sensus non est diuersus: sed cum ingenti scelere temerarij baptista: secūs, vbi vel actus, vel persona omissa fuerit, est dicendum. Si verò addatur quippiam, vtpūta, in nomine patris ingeniti, filij æqualis, &c. res quidem est confecta: sed punienda temeritas. At si quid adiungatur, quod vel hæresim, vel impietatem cōtineat: &c. 8. vt si in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, & B. Mariæ, aut quartæ alicuius personæ baptizare se dicat minister, quorū illud in Collyridianis, hoc in Montano damnatum est: non mysteriū, sed impiamentū est. Basili⁹ autē hac in re tā est religiosus: vt, si quicquā à recepta forma discrepet, irritā esse velit. Séd nihilominus vbiq; sit, quod Ecclesia sibi habet propositum, quod Christus docuit: nec aliò spectat minister: ratū est, christianumque sacramentū. Supersunt multæ à summis, & scholasticis tractatæ quæstiones, eò minus contempnendæ, quod earum fortassis vsus in nostra somnolentia, & lethargo non ratiō contingat. Nos tantum aliquot exempli causa delibabimus. Quid si contingat seriem formæ turbari: si tuſſis interrumpat: aut si inter pronuntiandum omisso, quod incœperat, colloquatur cū proximè adstanti sibi, ac subinde, quod reliquum erat, proferat? Ad huiusmodi ex Florentinæ synodi præscripto responderi potest, si & ea pars, quæ actum, & ea, quæ inuocationem continent, incorruptæ perfeuerent: nihil esse periculi, quo cunque tandem modo verba traicuntur, aut interrūpantur. Quid si vocula (te) omittatur? Evidem cū Græci vel proprium nomen, vel (seruus Christi) aut quid simile usurpent, sitque ratum baptismandum apud nos dicendum est: quāuis absque schismate nil tentari queat simile. Quærrunt & istud, si quis affectator Cōstantinum aliquem baptizans dicat, Baptizo vos: aut contrā: si vilem in manibus habens animam dicat, Nos baptizamus te: quid tum sit futurum: respondēntque nullum tunc effectum consequi: sed si ad normam Florentinam ista reuocemus, sacramenti loco moueri nequaquam debere videbuntur. Sic puto Atticum Constantinopoleos Episcopum, cū Iudæum illum paralyticum, multorum proculdubio ad hoc usus opera, baptizaret, dicere potuisse, Nos baptizamus te: nec quicquam detractum iri mysteriorum energiæ. Si quis item ante immersionem formā pronuntiarit, aiunt esse ratum. Sed maioris est utilitatis, propter varias hæreticorum imposturas, qui nihil, nisi quod scripturis exprimitur, facere volunt, quod de baptismō in Christi duntaxat nomine celebrato disputatur iam à tépore Bede, multisque in locis historiæ apostolicæ videtur indicari. Certum Baptismus in nomine Iesu, est Bedam

Nice cap. 9.  
Trutia. 9. 6.  
Laodicea. 7.  
Epist. Baf. ad  
Amphiboch.

est Bedam. Hugonem Victorinum, & alios deinde scholasticos adseruisse robur habiturum, quia in nomine Iesu, vel Christi compreheduntur personae reliquae: atque hoc modo visum fuisse Apostolis baptismi sacramentum peragere: vt infame apud Iudeos Iesu nomine honoratus redderetur. Ceterum etas nostra hanc re ad limam, veteremque theologiam reuocauit: iamque catholicorum tractatorum est sententia, neque sic vnam traditum esse, neque efficacem fuisse. Nam quod illi, post Bedam, adserebat de formula in actis expressa, veteres interpretantur eum in modum, vt illud in nomine Iesu non significet formam: sed fidem in Christum, & de Christo necessariam. Oecumenius ad primam epistolam D. Ioannis cap. 3. hanc dicit esse sententiam: In nomine Christi, ex voluntate, aut secundum voluntatem Christi. Et quanam ea est? Lib. 2. de spi-  
ritu sancto. Baptizari in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Primus videtur de hac re dixisse sententiam cæcus ille videns Didymus, qui neminem tam infanum arbitratur, vt hoc modo putet vnam Apostolos baptizasse: quod si tamen fecissent, non dubitat, quin fuerit talis ab Ecclesia baptismus approbandus. Sic Basilius, sic Ambrosius, qui ad verbum Basilius sententiam retulit. Quin ipse quoque Damascenus non fert ea verba Lucae ad sacramenti formam torqueri. Theophylactus etiam, tametsi postea Beda sententiam adiicit: prius tamen apertissime negat in solius Christi nomine baptizatum vnam fuisse. Sic igitur illi de hac re veteres, & recepta est sententia a Tridentino catechismo: ne quis ausit in vnius Christi nomine baptizare, quod aliud nil esset, quam Montanismum in orbem reuehere.

*De aqua baptismi, eiisque consecratione, tum de mersione, aut aspersione, earumque numero, & tingendis partibus: postremo de nominis impositione compendiose tractat.*

#### Catechesis 104.

**N**unc tadem veniamus ad ea, quæ superfiunt de materia, quæ est aqua: neque ea de quæstione, quicquam amplius inuenias: neque puto Græcum ullum authorem disceptare de eo, quod in recentioribus theologis controvèrtitur. Ceterum in epistolis Clementis Romani, locus est insignis relatus in canones ab Iuone, & Burchardo, vbi viua, & percennis aqua requiritur, quod postmodum Florentinum, Tridentinumque concilium retinuit: nec fas est iam de necessitate huius elementi aquæ dubitare. At fortassis erit reddenda ratio, cur hoc potissimum elementum Christus hominum regenerationi dicavit. Prior haec esto, quod sit viliissimum, & omnibus obuiu: altera petitur ex significatione: propter summam cognitionem cum effectis huius sacramenti. Nam vt refrigerat aqua: sic in hominibus regeneratis concupiscentia tantum non extinguitur. Deinde purgat, &

Epist. 3. & 4.  
Burch. lib. 4.  
ca. 15.

Iuo part. 1.

de bapt. cap.

210 conc.

Trid. seß. 7.

In de-

creto Euge-

nij à concil.

Florent.

De aqua ba-  
ptismali ini-  
tiatione.

#### CATECHESIS C IIII.

gat, & eluit aqua demonstrans efficaciam Spiritus sancti, qui intus hominem abluit. Superest ut de aquæ initiatione pauca dicamus. Principiò satis constat omnibus, neque hereticis est negandum, omne aqua viuam aptam esse ad baptismum, etiamsi nulla accesserit initiatione, sive ex niue, glacie, gradi-  
ne, deliquata sit, seu in lixiu, & ius veluti demutata: si tamen fluida sit, nec penitus à propria natura degenerauerit. Sanguis autem, sudor, & si qua ex iis aqua subsederit: glacies, si resoluta non fuerit: vngueta, & quicquid est huius generis carentur inepta. Verum didicimus à maioribus nostris, & (vt apparet) Apostolis, nefasesse, sacrilegiū, ac scelus in ingerē extra necessitatem promiscuā aquā adhibere. Nam Dionysius Areopagita, di- Ec. Hier. c. 2. ligens in primis traditionū custos, refert Apostolos instituisse quandam aquæ baptismalis initiationē peragendā certis precibus affuso chrisma-  
te, ter depicta cruce, & inuocato nomine Christi: & , ne cum hereticis arbitremur, ad solius Christi enuntiationē peragi hanc consecrationem: dicit præterea proferri carmen, quod prophetæ Deo pleni, diuinitūque afflati cecinere. Huius rei est exemplū insigne apud Nicephorus in ba-  
ptismo Constantini, vbi Sylvester Pont. mirabile decatāt aquæ istius encomium, quod adscribere visum est: *Hac, Imperator, aqua divina vir-  
tute per inuocationem vivificæ Trinitatis concepta sicuti extra corpus ho-  
minis abluit: ita etiā animam intrâ a forde, & inquitatione omni mundifi-  
cans, splendidiorē radijs solaribus efficit.* In eandem sententiam scribit prolixè Romanus Clemens in epistola ad Iulium, & Iulianum. Gregorius item, &c, qui eius verba repetit, Damascenus lib. 4. c. 10. dicunt Spiritum sanctum per inuocationem, & imprecationem super ipsam aquam descendere. Itaque post tot Patrum suffragia non est in questione reuocandum, quod vniuersalia duo cœilia definierūt, Florentinum, ac Tridentinum. Si quē porrò moueat, quod de Iudeo arena baptizato refert Nicephorus videat eundem mox à Dionysio Alexandrino, qui negotium ad ecclesiam retulerat, aqua deinceps initiatum fuisse: vt ita, quod ei deerat, sarcireturaliō qui, quod ad hunc modum acceperat, ad flaminis baptismū est referendum, qui locū habet in necessitate. Nunc quasdam appendices, maximè tamen necessarias, appendamus: quæ tametsi ad locum destinatorū reiici possentitamen, quia formæ coniunguntur, hic tractabuntur commodissimè. Et primò quidem, vtrum immersione, an infusione, vel aspersione baptismus peragendus sit, & quis aspersorum, intinctionumque numerus: postremo de impositione nominis dicendum: quibus explicatis ad causas transibimus. Igitur ab ætate usque Apostolorū videatur dubitandum inter orthodoxos, an mergendus esset catechumenus, an tantum perfundendus, aut aspergendus aqua. Et sane, si vel typos, vel apostolicorum hominum verba ponderemus: videbitur mersio non modò conueniens: sed omnino necessaria. Dicit enim Paulus nos per baptismum cōplantari, & consepieliri Christo: quæ in nostro baptismo Rom. 6. non satis exprimitur: nisi quæadmodum ille in sepulchro, sic nostoti mersamur, & occultemur in aquis: idcirco Magnus Gregorius ternā mersio-

Oratione de  
Natiuit. Do-  
mini.

Lib. 3. Nico-  
phori, ca. 37.  
Ec. Hier. 5.

De mersione,  
aut aspersio-  
ne, que insba-  
ptismo obser-  
vanda.

*Epistola ad Leand. 4.1.* nem, triduanam afferit Christi sepulturam demonstrare. Huc pertinet vocabulum *βαπτίζειν*, quod tingere, mergere, submergeare significat.

*Niceph lib. 6. ca. 3. Eccl. hist.* Adde quod Cornelius epistola ad Fabium, & Nicephorus Clinicorum baptismia non admodum probare videantur: cui symbola, & ceremonias quasdam adiungi postea dicant oportere. Verum D. Cyprianus epistola ad Magnum indicat ita, ut diximus, sensisse Romanos, diuersam habet sententiam, quam iam olim antiquissima consuetudine sequuta est Ecclesia: ut si vel aspergi, vel perfusi sint, veru ceseatur baptismus: & adfert ad hanc rem probandam Cyprianus illud: *Effundam super vos aquam mundam: quo loco tunc legebatur aspergim, quod vox hebraea γρυγρατι, & Septuaginta πάντα magis videtur innuere.* Huius infusionis habes presentissimum exemplum ex eodem Nicephoro, qui narrat Basiliadem D. Potamianae tortorem illius precibus ad fidem conuersum, atque propterea coniectum in vincula fuisse: & à fratribus, qui illum inuiserant, circunfusum illi fuisse τόπος παραγίδα, id est, sigillum Christi.

*Zib. 5. cap. 7.* Non est igitur noui moris ista res: tametsi in difficultate Nouati (in quam etiam huius infusionis editum fuisse exemplum iam diximus) Cornelius videatur eam in dubium reuocasse. Sed quis debet esse vel inspersorum, vel infusionum numerus? Est enim res haec tam obscura, ut vix inueniam quid statuere possim. Fateor usum nunc ita obtinuisse: nec apud summistas, vel scholasticos cuiquam dubium, quin sit satis, si semel fiat, sequatos, ut videtur, Tolet. conc. 4. cap. 5. quod vnicam sanxit mersionem aduersus tunc temporis exortam in Hispaniis heresim, quae triplici mersione tribus diis (tot enim venerabatur) honorem se dicebat impendere: tametsi nihil obesse fateatur idem coelum, quin siue semel, siue ter mergendo perfici possit, ex Gregorij Magni ad Leadru epistola, que ibi citatur. Ia si scriptores alios, & canones consularum: res euadet incertior. Præteribo c. 6. epistolæ ad Heb. vbi fit baptisatum mentio, quae supra ex canone 50. Apostolorum diximus nobis videri tres intinctiones significare, ut Zonaras, & Balsamon interpretantur: hoc (inquam) non vrgebo: quia sunt inter posteriores theologos, qui iis canonibus non multum tribuunt. Sed quid ad 1. Constantinop. conc. canonem 7. dicemus, qui una mersione baptizatos non aliter, quam gentiles recipit: quod Balsamon diligenter annotauit, Patresque Trulliani cap. 96. repetendum sibi duxerunt: Vides ex una parte Gregorium, & usum Ecclesiae, cui Toletana synodus suffragatur: ex altera vero non obscuram scripturam, & alia concilia. Nihil impræsentiarum mihi occurrit, quam posteriores canones damnare Eunomianorum, & aliorum hereticorum baptismus, qui unica mersione putabant aliud inuenire, ac præterea formam corrumpebant: ut patet ex cano. 5. apostolico, & eodem Trulliano can. 9. Quidam enim baptizabant in morte Christi, & ut proprius eam referret, semel intingebant: ut ex Epiphanij Eunomio liquet. Et haec tenus de numero infusionum, seu immersionsum. Quænam autem membra sint proluenda, si quis requirat: conuenit inter omnes caput tingere.

*Nomocan. titu. 4. c. 14.*

*caput tingere*

caput esse tingendum, quod est sedes sensuum, vitæ, ac rationis: sic tamen, ut absit Eunomiana supersticio, quæ cætera membra prophana iudicabat. Si vero secundum teatum sit caput, vel manum, pedem, tamen proferat infans, non est constitutum: plerique tamen iubent bene confidere, & ea membra tingere. Transeo ad nominis impositionem: si prius admonuero Ioannem Zonaram ad can. 5. apost. diligenter praepare, ut, quantum fieri potest, forma cum ipsa mersione, & inchoetur, & finiatur: dñeque baptista diligentem operam, ut ad qualibet actionem verba proferat. Iam, quod ad impositionem nominis pertinet, scripturis esse consentaneam, & præscæ Ecclesie consuetudini: non est ambiguum. Fuit enim hoc moris obseruatum in circuncisione, quæ fuit nostri baptismi typus, & hanc nomenclationis habuit appendicem: ut de Seruatore, & Baptista constat, quod imitandum sibi maiores nostri religiosè iudicarunt. Nam Dionysius refert legibus ecclesiasticis susceptoris, & baptizandi nomina huic rei libello destinato inscripta fuisse, ac tum à sacerdotibus acclamatum fuisse nomen eius, qui initia batur: unde fluuisse mihi persuadeo, quod susceptores etiam nunc ter, quaterue, & superius parvuli nomen clarè pronuntiant. Libet addere, quod D. Theodoretus 6. libro curationum græcanicarum scribit, hominū, etiam obscurissimorum, sed postea martyrum esse celebratoria nomina, quam principum: iisq; sibi impositis maximoperè homines delestatos, veluti certissimis martyrum phylacteriis persuasos hac ratione se in martyrum tutelā, & clietelam adscribi. Itaque non immerito pīj quidam offenduntur ob gentilitiorū, ethnoricūmq; nominum affectionē quorundam, quibus pulchrum videtur Herculis, Achillis, Hectoris nominibus insigniri.

*Qui baptismum instituit: quod institutionis, & collationis olim tempus: qui administrari, quæ eorum ordo, & qualitas requiriatur ostendit.*

### Catechesis 105.



Actenū nostra catechesis usque ad causarum inquisitionem processit: quarum duas primas formam, ac materiam in partibus aliquousque tractauimus, quod reliquum est, inter effecta percensuri. Impræsentiarum sermo nobis est instituendus de causa effectrice, seu institutrice: de ordinariis ministris: ac postrem de quibusdam veluti suffragatoribus, id est, susceptoribus: in quarum rerum pertractione non ea tantum, quæ patrinis: verum etiam, quæ pastoribus sunt necessaria, complectemur. Igitur ex definitione satis patuit Deum solum authorem, nec audiendos vel Archonticos, vel Sterenbergistas, vel Schiuencfeldianos, qui diabolo non dubitant ascribere. Ex scripturis multa contulimus: proinde hoc unum adiecisse satis fuerit ex Iustino, quod illos hereticos plane ugulat, super illud Isaiae: *Lanamini, mundi effite.* Is enim dicit diabolum *Iacob. 1. 2. Apolog.* *S. xmulia.*

*De tempore quo institutum fuit, & cella tū hoc sacra mentum.*

*Iean. 3.*

*Ephes. 5.*

*Apud Socr. lib. 12. cap. 3. Hier. E. storia Græcorum cap. 2.*

*Epist. 1. ad Theop. Ale. xand. Burchar. lib. 4. cap. 3. 4. 5. 6. &c.*

*De admini stris bap tismi.*

æmulatorum, ac simiam rerum sacrarum, vbi prophetiam hanc agnoscet, egisse, vt pagani lauacra instituerent, quibus vel aspergerentur, vel toti abluerentur, qui erant eorum delubra subituri: tantum abest, vt nostrorum mysteriorum ab eo sit origo petenda. Verùm de tempore, & obligatione huius sacramenti est magna quæstio iam à tempore D. Bernardi, qui primus cœpit eam excutere. Veteres enim, dū inquiunt Christum suo contactu aquas sanctificasse, sentire videntur tunc ab eodem institutum. Verùm si huius ritus proprius inspicias: deprehendes ea, quæ in Christi baptismo gesta sunt, præparamenta quædam tantum fuisse. Nam & ipse postea de hac re verba faciens: *Nisi quis renatus fuerit* (inquit) *ex aqua, &c.* futurum id postea significans. Deinde Paulus dicit Christum seipsum tradidisse, vt Ecclesiam sanctificaret: vnde consequens est ante crucem, ac per pessimum frustria tentandum, vt per baptismum quis iustificationem acciperet. Hanc sententiam elegantissimè, vt omnia, Leo Pont. epistola 4. tradit, inquiens Christum amandatione, & ablegatione suorum Apostolorum testatum esse, homines ad baptismum necdum obligatos ante pessimum: quin immò de cruce pendentes, rebus omnibus consummatis, hæc demum è vulnere mysteria fuisse effluere. Vnde Romana ecclesia hunc morem obtinuit, vt non aliò tempore daretur baptismus, quam eo ipso, quo vim accepit: certè apud Theſſalos obſeruatum fuisse hic.

Cæterum ex Dionysio Areop. item ex Socrate lib. 7. ca. 17. Niceph. lib. 14. cap. 17. liquet nullo non tempore celebratum hoc sacramentum, quoties vrgebat necessitas: à qua sententia non est alienus Iustinus in eadem apologia. Denique quan docunque volebat quipiam ad fidem conuersti, adducebatur ad Episcopum, & statim baptizabatur, si fuisse ritè catechisatus: nisi aliud visum fuisse Episcopo. Sed quod Socrates, ac Niceph. dicunt, intelligendum est de speciali more Thessalorum: difficillimum ramen est, quod tempus baptismi præscriptum fuerit, constituere. Nam videtur quidem principiō baptismi constrictus intra paschæ limites: sed legitimo retractos impedimento, vtputa peregrinos, aut ministris institutos in fide potuisse in pentecoste sibi consulere: quan dò autem ea res inoleuerit compertum non habeo. Nam vetustiorem Victore Pont. authorem, ac promulgatorem non inuenio: qui tamen sic agit, vt manifestè doceat rem sua ætate antiquiorem fuisse. Intervictor ipse, Gelasius, Siricius, Leo, & Patres in conciliis Compendiensi, & Vvormacensi sic obſeruari volunt, vt canonibus erat constitutum, & vñi corroboratum Ecclesiæ, nec sine grauissima ne cessitate violandum: quæ regula quando fuerit è medio sublata, non temerè quisquam deprehendet: nisi quod non ita pridem id factum videatur: cùm in missalibus etiam nunc extant officia, & in quibusdam ecclesiis dicantur adſeruari infantes: vt rès tunc aliquo pacto exhibeat. Nunc veniendum est ad caput alterum de administris: quos legitimos,

mos, & ordinarios Christus ipse satis indicat, inquiens Apostolis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Vnde Leo dicit Ecclesiastam prelatis esse commissam. Quid igitur Paulus dicit se non natus sum vt baptizaret? Sed neque diaconos ab hac functione exclusos ostendit Philippus: vnde liquet non tantum esse Episcoporum: praesertim cum canones 47. 49. siue 50. apostolici abundè probent Episcopis, & presbyteris esse commune, vbi rectè, & ingeniosè notauit Balsamon hos nominari tanquam ordinarios, primòque ministros. Vnde & sacerdotum τάξιν φωστηρων, id est, ordinem illuminatiuum vocat, propter baptistri administrationem, quo homo adducitur ad lucem: & noster Epiphanius dicit presbyteros non nisi filios gignere: ab Episcopis autem patres generari: ex quibus baptisini collationem propriam esse sacerdotum appetet, etiam iuxta placita summistarum, & scholasticorum, qui aiunt sacerdotem, & quidem parochiale, primarium huius sacramenti administrum: ita vt, si sacerdos præsente pastore, ac reclamante extra necessitatē hoc viurparet, irregularitatis notam incurret. Interè negandum non est Episcopum principiē esse baptistam: cuius tamen est singulare munus docendi, vt ipse Paulus, & Dionysius loco superiori indicato testantur. Iam qui afferunt sacerdotes reiectos à Baptismo solenni, non videntur antiquitatem satis exploratam habere. Nam ca. 48. conc. Meldensis, quid hac de re dissentientibus, declarat manifestè (quod concilium in decreta sua retulerunt Iuo, & Burchardus) præcipiens sacerdotibus non nisi in ciuitatibus, & tempotibus constitutis baptizare: quæ de solenni baptismo nemo dicta non videt. Nam & necessitas excluditur, quæ nullum administrum respuit, nedum sacerdotem. Præsumptio tamen, ac superbia est diligentissimè cauenda, ne quis propriam alterius functionem præripiat: quamvis nolim celatum Sextum Pontificem, Siricium, & Martianum præcepisse: vt sacerdotes in necessitate, ac periculo, etiam extra parochiam, baptismum conferrent: cùm necessitas reddat omnia communia. In toto negotio teneamus hunc ordinem, si Episcopus hoc munere defungi velit, licere maximè: hinc ad patrochos: tertio ad quosvis sacerdotes: deinde ad diaconos, subdiaconos, monachos, laicos, ac postremè etiam mulierculas baptizandi functionem delabi. Cæterum res est intolerabilis in hac heretica tépestate mulieres tam facile ad omniem periculi suspicionem tingere. Certè Caluinus (quem audiendum nō putto: profero tamen), vt eius collatione mysteria nostra sint maiori nobis in pretio) mallet suum infantem perire, quæ sic baptizari: ne dicam plerosq; haereticos non optima fide baptizare: nedum simplices mulierculas, quæ id peragunt remotis bonæ fidei arbitris. Huc pertinebat quæstio de bonis, & malis administris: sed definitum est nihil referre, quod ad substantiā attinet sacramenti, sitne malus, aut bonus. Quod ad fructum attinet: equidem non dubitem dicere me potiorem duceres an eti, ac datum Patrè: quæm indoctu, & concubinatu, aliisq; vitiis infamē. Quod si S. 2. quis ex-

Marth vlt.  
Serm 2. & 3.  
de annuer-  
sa. die af-  
sumpt sue:  
1. Cor. 1.

Ecc. Hier.  
cap. 5.  
Hæresi 75.

Butchar. lib.  
4. cap. 14.

quis obseruā-  
dus ordo inter-  
ministros hu-  
ius sacramēti.

De bonis, &  
malis mini-  
stris.

quis excommunicatus sit, non licet extra summam necessitatem ab eo baptisma petere: quamvis aliqui ne tum quidem velint. De simonia-  
cīs, & sacrilegīs est alia quaestio, qui non nisi numerato pretio conferre volunt sacramentum. Quidam aiunt aquam, alij redimivexationem: sed  
vetustas nil tale permittit: iubetq; potius vel à laico administrari, vel, si  
non virgeat necessitas, ab Episcopo petere, vt alteri sacerdoti fiat baptizā-  
di potitas. Addamus & istud, an quis baptistā suis partē agere  
queat, quod olim quasitū est: & videtur apud Innocētiū tertīū locus huic  
rei seruiēs, vbi narrat ille Iudeū quendam enuntiatis verbis tertio se tin-  
xisse: sed quod de illo arenario baptismō diximus, hīc repetitum oportet.

*Quae patrinorum nomenclationes, definitio, officia, numerus, institu-  
tor, persone, qualitates, & ritus, ac de mulieribus huc adsumptis.*

Catechesis 106.

**S**X tribus propositis inuper capitibus, superest tertīū de sus-  
ceptoribus: quod licet anfractuosum, cognitu tamen utilissi-  
mum est: cūm hanc in partem ab omnībus peccatum esse  
videatur. Nam pauperes vel avaritia, vel quavis alia causa  
plures patrinos adhibuerunt: alij ambitionis ergo, ac titu-  
lorum gratia idem factarunt: idque plurimis in locis decani concesser-  
unt, quod sanè concedendum non fuit: cūm hac ratione patrinorum of-  
ficia mirum in modum frigeant, & antiquentur: nec ipsi susceptores hīc  
satis munere suo fungantur, qui nummum aliquem cōtentī numerosa-  
re, reliquam curam in parentes reiiciunt. Igitur vt, quid illi deinceps filiis  
debeant suis, non ignorent: compendiosissimē dābimus operā, vt ex an-  
tiquitate congerāmus quicquid hīc requiri valeat. Ante omnia igitur  
susceptores debent suū nomē intelligere. Et quidē de latinis appellatio-  
nibus non est laborandū, quē sunt susceptoriū, fideiūfforū, arbitrorū, de-  
niq; vt vulgatissimē, patrū, & patrinorū: in quorum aliquot relucet vene-  
randa canities. Nā Areopagita frequentissimē susceptore appellat ἀνάδο-  
χος, & nonnunquā addit epithetum τῆς προσαγωγῆς, καὶ τῆς ἐργᾶς ὀπωνί-  
ας: id est, adductionis, & faciē salutis: interdū ἐργὸς ἀνάδοχε: aliis in lo-  
cis vocat οὐεμόνα, seu οὐθημόνα: quibus titulis ornat nūc Apostolos,  
Ec Hier. 27. nunc Mosen, nunc Christum ipsum. Rursus diuinum patrem, καὶ ἀνά-  
θη τὰ θέατρα προσαγωγὴ, id est, egregiē eruditum in rebus diuinis addu-  
ctorem appellac: ex quibus nomēclaturis facile cernitur, quām sit arduū  
istud munus. Si queratur definitio, quam haec tenus traditam non obser-  
uauit in antiquitate: licebit ex Areopag. ca. 2. Ec. Hier. hanc elicere: vt sit  
susceptor dux viæ ad diuinam participationem eorū bonorum, quæ re-  
uerā, & omnino superiora sunt, & ipsum mundum excedunt: totiusque  
viæ post regenerationem moderator, & grauissimus, iustissimusque cen-  
sor. Hinc iam duplex susceptoris elucet officium: vt nimirū det operā,  
vt altius

*Patrinorum  
nominia.*

*Ec Hier. 27.*

*Sus. eptor  
quid.*

C A T E C H E S I S C V I .

325

vt alumnus ritē perducatur ad τὴν Ἱερογένεσιν, seu diuinā generationem *Duplex suscep-*  
(nam potissimum de adultis agit Areopag: tametsi eadem sit de infantib-*ptoris officiū.*  
bus ratio) ac in data fide, susceptaq; religione ad mortem vsq; constāter  
perseueret. Iam queritur, quot liceat adhibere patrinos. Dionysius 2. & 7: *De numero  
ca. Ec. Hier. tantum viuis meminit: quin Hyginus eandē asserit Roma-  
patrinorum.*  
nā ecclesiā consuetudinē esse, vt singuli adhibeantur, si qua fides Iuoni,  
Burchardo, & Gratiano: nec dissentit Leo P. Max. & concilium Tridēti-*Anno Domini  
ni circiter  
123. sub Ha-  
driano Imper  
Burchar. lib.  
4. ca. 24. de-  
cret.*  
num. Ab hīc simplicitate, & vnitate non ita pridē discessum arbitror  
luculento Ecclesiā malo. Nā dum plures vnico filiolo consulere debent:  
nemo id præstat, singulis in alios reiicientibus. De commentis prætex-  
tuum nihil dicam, quibus liberatos se credunt pleriq; à fide non homi-  
nibus, sed Deo data. Certè etiam si vnusquisq; susceptorum voluisse of-  
ficiū facere, nequiuisset: cūm præceptorum diuersitas non eruditat: sed  
confundat, turbetq; etiā docilem. Idcīc optandum fuerat, vt quemad-  
modū in terris vnicum parentē, & tutelarē vnū fortiti sumus angelū:  
sic vnu spirituali regenerationi pater, & viæ dux admoueretur, vt fecit  
antiquitas: à qua tamen si discedere libeat, & Trident. Patrū vtī conser-  
fione, qui, quantū fieri potuit, nos ad priscā vnitatem reuocarunt: non  
licet vltra secundū progredi. Mulieres autē quo tempore huc ascitafue-  
runt, constituere nō valeo. In Burchar. & Iuone sunt canones Leoni ad-  
scripti, & Vyormaciensi concilio 4. ca. 1. qui mulieribus locū hīc viden-*De mulieri-  
bus hoc as-  
sumptis.  
Burch. lib. 4.  
cap. 25. 28.  
Iuopart. x.  
ca. 219. 229.  
& habetur  
de consecr.  
di. 4. cap.  
Non plures.  
Quis primus  
patrinos in-  
duxerit.  
Ec. Hier. 7.*  
tur permittere: viros tamen cōstat vtriq; sexui olim additos susceptores,  
quorum est officiū docere: si quis autē pudorem causet, respondeo fuis-  
se diaconissas. Iam de causis. Cūm videamus Dionysiū scriptorem apo-  
stolicū hanc rē tradere: non est dubiū, quin vel Christus ipse, vel Aposto-  
li huius censeantur authores. Nā quāvis Apostoli plerumq; inter bapti-  
zādū nil tale fecerint: necessitatē hoc tribuēdū est: vt in eunuchō, & mul-  
tis illis millibus: alijs autē huiusmodi arbitros deesse noluerūt. Causam  
rogati quidā configūt ad scripturarū phrasim, quæ infirmos, recensque  
natos aiut aliorū manuductiōne indigere. Verū nō conuenit istud per  
omnia susceptoriū officio, qui aliquād ante regenerationē adhibentur.  
Nam quid de Paulis, Dionysiis, aliisq; grandēquis doctissimis hominibus  
dicturi sūt: Dionysius sūt passim Hierotheū celebrat, eiq; nil non tri-  
buit. Quapropter ego existimo, tametsi non videantur huiusmodi eguis-  
se: tamen ad signatos, si nō cōfiliarios, ac formatores, saltē monitores, &  
socios: quicadmodū singulis hominibus Deus custodes angelos attri-  
buit. Nam sacerdotes, qui potissimum débabant eruditē baptizatos, ne-  
queunt omnibus, quod satis est, studiendis pares esse: itaque docto, &  
idoneo cuiquam partes illæ assignabuntur, cui neophytus eductus de la-  
uacro, & induitus tradebatur in manus: vt ei nutrīcij munus, officiumq;  
præberet. Sed hoc iam ad officium susceptoriū pertinet. Igitur in princi-*Burchar. li. 4.  
ca. 26. & 27.  
Qui à patrino  
rem officio re  
iiciantur.*  
pio cōstituēdū est Dionysiū Areopag. scribere eū, qui ad Christianismū  
aspicbat, ante omnia dispixisse, quē ex initiatorū numero deligeret: vn-  
de sanctū est in concilio Moguntiacō, ne quis, nisi fidelis, ad hanc pro-  
iiciantur.

uinciam vocaretur, ut nunc saltem videant, quām de suis prolibus, & Christi sacramentis male mereātur, qui vel hēreticos, vel quosvis schismatiscos, fōeneratores, idque genus hominum assumūt. Deinde maiores nostri ab hac functione reiecerunt abbates, & monachos: ut apud Iuonē ca. 19. Burchard. & Gratianū refertur. Alioqui, si perspiciamus antiquitatem: hi in primis videbantur assumendi, propter sanctimoniam, & rerum christianarū peritiā: nisi quād, ut nunc se res habent, loquātur iij scriptores de monachis, qui in monasteria recesserunt. His adde parentes proprios, & iis cōiugio coniunctos vitricos, & nouercas. Sed esto quispiam fidelis, nec monachicis aliisque vinculis irretitus: nū illicē huic rei cēsebitur idoneus: Hīc igitur percommode sermonē illum Augustini attēremus, quem septimum habuit vir sanctissimus eo die dominico, quo neophyti suas candidas deponebāt, vbi & mulierum meminit: sed quia longum illud foret: satis fuerit istud adscribere. *Hoc itaque admoveo, fratres dilectissimi, ut quotiens paschalis solennitas venit: quicunque viri, quacunque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiussores apud Deum extitisse: & ideo semper illis solitudinem vera charitatis impendant, & admoveant, ut castitatem custodian: virginitatem usque ad nuptias seruent: à maledicto, vel periurio lingua refranent: canica turpia, vel luxuria ex ore non proferant: non superbiant: non inuident: iracundiam, vel odium in corde non teneant: anguria non obseruant: phylacteria, & characteres diabolicos nec sibi, nec suis aliquando suspendant: incantatores, velut ministros diaboli, fugiant: fidem catholicam teneant: ad ecclesiam frequentius currant: contempta verboſitate lectiones diuinās attentis auribus audiant: peregrinos accipient: &, secundum quod ipsis in baptismo dictum est, hospitum pedes lauen: pacem & ipsi teneant, & discordes ad concordiam reuocare contendant: sacerdotibus, & parentibus honorem amore vera charitatis impendant. Hoc ergo omnia, & his similia si filios, & filias vestras admonere contenditis: cum ipsis ad eternam beatitudinem fēliciter peruenietis. Nemo se circumueniat, fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo vivat: & sicut frequenter suggesti, quamvis unque aliquis exemplo sancta vite edificauerit: cum tantis, & pro tantis mercede beata vita retributionis accipiet: & quantiscunque exemplum mala conuersationis, etiam si non eum illi sequantur, præbuerit, pro tantis se malis rationem noverit redditurum. Et ideo, sicut iam suprā suggesti, neophytiis nostris, auxiliante Domino, exemplum bona conuersationis, quānū possumus, debemus ostendere: ut non pro illorum destructione pœnam recipere, sed potius pro adificatione ad indulgētiā peccatorum mereamur*

*Quales netesse  
fit esse id omnes  
patrinos.*

*Serm. 163.  
eo. 10.*

*Burchar. lib.  
4. ca. 18. 27.* fierit antiquitati. Extat Vvormacensis 4. concilij canon primus, qui iubet neminem recipi, qui memoriter nesciat symbolum, & orationem Dominicam. Parisiensis autem concilij cap. 2. multò plura requirit: neque tantū vult memoriter eam recitare posse: sed etiam intelligere, & coram presbytero decantare: ut omnes intelligent pactum, quod cum

Deo pepige

Deo pepigerunt. Hāc si diligenter expendantur, non quemuis: sed perfectum catechistam ad hanc functionē canon iste postulat. Sunt tamen adhuc ista vulgaria. Si autem referamus oculos ad ea nomina, quā dudum ex Areopag. protulimus: nescio an millefimus quisque hoc calamitosissimo tempore sit futurus idoneus. Dicit enim is Pauli discipulus eum, qui christianæ religionis teneatur desiderio, deligere ex omni fidelium, qui tunc viuebant doctissimi, & sanctissimi, numero, quem haberet sacræ sua salutis ἀνάσταση fidelem, initiatum, prædictumque iis virtutibus, quas epitheta suprā denotarunt: qui non sibi duntaxat vni in rebus fidei rectè sapiat: sed agere possit optimum paedagogum, & alios, quid religio, fides, sacramenta requirant, docere: virtutum, virtorumque discrimina, & quicquid ad morum integritatem pertinet, piē tradere possit: qui denique sit diuinus quidam pater, ac nutricius. Hunc vbi natus erat candidatus, sese totum illi tradebat in manus, dabātque fidem in omnibus obtemperaturum: dignaretur tantū hanc illi nāuare operam, adquā ecclesiam ducere, ac suo nomine fidem dare. Longum esset cætera persequi, quā pulcherrima tradit. Ait enim exhorrere suscepторem, qui sic compellatur, ac munera ardui consideratione terret: deinde summi boni imitatione, diuinaque bonitatis perpensione metum vincere, deducere ad Episcopum, dare nomen, Episcopi questib⁹ respondere, tintillum vñā cum sacerdote vestire: ac deinceps creditum, inquā manus veluti traditum recipere, & multa alia, quā prolixè commemorantur. Sed in ca. 7. licet videre plurima, quā magis nostris temporibus congruunt, cūm omnes baptizamur infantes. Cūm enim tunc infideles christiana mysteria deriderent: quia ore alieno infans eiurat satanam, datque fidem Deo: Dionysius, quid ea verba sibi functio patris vñā. spondeo me daturum operam sedulis adhortationibus meis, vt puer, cūm ad sacram intelligentiam venerit, abrenuntiet omnino contrariis: profiteaturque, ac peragat diuina, quā pollicetur. Hāc est functio. Hāc Ecclesia hodie quē recitat in infantum baptismo: nisi quād olim pueri à suis parentibus permittebantur penitus curæ, diligentiaque suscepторum: vt illorum arbitrio, semoti à corruptela parentum, religiosius instituerentur. Nec deerat iustissima causa. Quis enim vellet periclitari pro alieno? Itaque Apostoli, cūm baptismum paruolorum reciperent: hoc lege latum esse voluerunt. Sed hodiē omnium immemores profilimus ad susceptionem puerorum, nec præter nugas quicquam videmur ageare. Nolim equidem quemquam effici superstitionis: scio parentes plerosque non libenter liberos aliis datus: at multum esset, si nos ingrereremus, nec pro susceptoribus obtruderemus: sed prius humeros, virisque consuleremus: & denique, si aliud nil, curaremus filiolos vitis bonis, ac doctis alluescere: vt, quam à nobis nequeunt, catechesim ab aliis edificant.



Vm postremo conuentu de causis rebūisque necessariis penè omnibus cursim dixerimus: iam dicendum est de finibus, qui nihil aliud sunt, quām quidam effectus: proinde promiscuē de vtrisque sumus acturi. Erit autem disputatio vtilior: quod hinc non tantum propria bona Christiani nosse: verum etiam præsidia, quibus à se turpissimam queant ingratitudinis notam depellere, sequē Deo approbare poterunt. Baptismus igitur tantis nos cumulat, beatque muneribus, vt vel sola enumeratio iustissimum præconium habeat. Et ne quis me rhetorici putet: suspendere velim catechumenos sententiam tantisper, dum capita tantum enumerauero, ac tribus verbis aliquid lucis attulero: & non dubito fore, quin mecum sint factū. Primum igitur remissionem efficit peccatorum, non tantum originalis, cuius nomine infinita cōprehenduntur: sed etiam illorum, quæ cuiusque peruersitas adiunxerit, quātum cunque multa, grāvia, & diuturna. Deinde gratuitam offert veniam. Scimus enim quanta pœnitentia, compunctione, contritione sit in reliquis sacramentis opus: nec tamen in iis aliud, quām sperare licet. Hic verò postquam accessisti, tantum credens in Christum liberatus es. Præterea hoc in sacramento homines teguntur, ac vestiuntur omnibus virtutibus: dantur omnia dona spiritus: cōfertur fides, spes, & pro colophone, charitas infunditur. Quid amplius? Iustitia cum omni sua sobole. Quis percéseat cætera? Accedit prudentia, cum recordatione solutorum omnium præteriorum; adest temperantia, cum suis filiabus; adiuuat fortitudo cum patientia, longanimitate, & reliquis. Neque hæc sufficient. Illabitur Deus pater, filius, ac Spiritus sanctus, vna cum omnibus charismatibus. Infunditur donum sapientiae, quo intelligimus vniuersa, quæ ad benē, beateque vivendum faciunt. Datur consilium, quo homo refugiat malos, confiliarios, & salubria sectetur. Fortitudinis donum, quod reliquam virtutem perficiat: pietatis, quo valeamus obire quæcumq; ad Dei cultū pertinent: Scientiæ, quo iuuenimur in rebus externis: postremò saluberrimum timoris Dei munus accedit, quo sine nemo iustificatur, vel in accepta sanctificatione perseuerat. Omitto baptismum non tantum ad istum modum nos excolare: sed etiam armare aduersus omne peccatum: ideoque vocatum diximus phylacterion. Et hæc omnia sunt certissima pignora promissa, iamque traditæ quodammodo cælestis hereditatis. Sed hæc cursim enumerata resumamus in manus. Principiò dicimus hominem liberari ab originali labe, qua primus pater nō nos infecit. Et fortassis non abs re fuerit istud paulò magis explicare. Igitur semper catholica creditit Ecclesia malum istud, & peccatum, quod hominem ab æterna vita coerceret, nisi baptismū suisset expiatum. Et post multos Africanos canones, Tridentina synodus sessi. huius rei fidem nobis Apostolum facere de-

*Remissio peccatorum effectus bapt.*

*Venia gratiæ tuita.*

*Virtuties.*

*Spiritus sanctus cum suis donis.*

*Baptismi ar- ma christiana suppedi- sat.*

*Baptismo de- letur originalis labes, ei- que aut tollitur, aut mi- nuuntur in- commoda.*

cere decreuit: sic interpretata locum cap. 5. ad Rom. Sicut per unum hec minem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors perireans: in quo omnes peccauerunt. Itaque de re ipsa iam dubitare non licet. Cæterum quia in explicazione ipsius fuit magna difficultas: queritur qui fieri potuerit, vt in Adamo peccauerimus. Nec defuerunt, qui peccatum in Adamo duntaxat, non item in nobis vitiosum dicerent: verum Ecclesia secùs sensit, docuitque quemadmodum Leui à Paulo dicitur decimatus in Abraham: ita nos, qui velut in Heb. 7. sémine iam tum existebamus in Adamo, peccasse: malumque in nos redundasse: ac proinde reatum, & infelicem mortis hereditatem cunctis obtigisse: quemadmodum, si persistisset in innocentia, fueramus vna cum illo bonis omnibus cumulandi. Credendum est igitur omnes nasci peccatores: tametsi proprio consensu nostro nil actum fuerit: nec liberari posse nisi sanguine Christi. Nam circumcisionis remedium abrogatum est, posteaquam Christus edixit. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, &c.* Et Petrus: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Et ne quis originarij mali condonationem, & ablutionem ingratus non magni faciat: agnoscere debet, quod, qui illud nominat, omnia nominat, tanquam vniuersorum, quæ latissime in vitam mortalium exundarunt, peccatorum radicem multò fecundissimam. Huic omnia debemus, famem, sitim, æstum, frigora, vulnera, mortbos, ipsam denique mortem: huius est progenies mentis nostræ cæcitas, ac superbia, qua præter malū ferè nil adlubescit. Hoc pro luce tenebras infudit: inuexit incredibilem, & inexplabilem rebellionem: memoriam sic hebetem reddidit, atque retudit: vt in bonis obliuiosa, dura, stupidæ: res noxiæ, malasque pertinacissimè retineat: denique, ne sim prolixus, nos imbuīt lue, & hydra, quam maiores nostri partim somitem, partim concupiscentiam vocant, inquietū malum, & quod nullas homini permittit inducias, nunquam nō in rupes, salebrasq; pertrahens. Ab his erco cladibus uno baptismo partim liberamur penitus: partim ne amplius noscere queant armamur. Tollitur enim peccatum: ac mortis æternæ chirographi disrupitur: fomes ita sedatur, & eneruatur, vt iauitos nequeat superare. Nec sacramenti factū est imbecillitate, vt nō prorsus extingueretur hostis: sed Dei voluntate: ne omni bello sublato, vel ingratib; bene- ficiarum obliuionē irreperere: vel otiosi virtutes elanguescere pateremur. Quid enim possit quies, & nimia securitas, Romani, Carthagine æmula imperij sublata, docuere, libidinibus, & intestinis bellis absulti. Et ne *qua Deus* *providetia fo-* *mitem origi-* *peccati in ho-* *mine reliquo-* *rit.*

externa tantum cōmemorem exēpla: Chananæos ad Iudeorum exercitium relictos scripturæ testantur. Itaq; domestico noluit nos Deus hoste carere: vt sciremus suam opē nobis esse perpetuā necessariam: & fortiter depugnando præmiis haberemur digniores. Ex his opinor & baptismi summā vtilitatem, & aucti huīus peccati grauitatē elucere. Si ad cætera veniendū esset, quæ maior ætas ingētibus cumulis addidit: credo magis etiam effulgeret Dei hoc in sacramēto benignitas. Si quis enim adole-

T scientiae

**Peccata-** scientia temulentiam, roburq; iuuentutis prorsus diabolo **consecravit**: si eius laqueis vsq; ad decrepitam etatē irretitus Venerē, Comum, Mammona, stygiosq; reliquos lemures veneratus fuerit: totq; peccata cumulauerit, quot ipse Manasses, qui dicitur Ierusalē cōplesse sanguine usque ad os; vbi tamē credēs in filiū Dei acceſſerit ad baptismum, cū mediocri scelerū, & antē acta vitæ detestatione: en tibi vno momēto purgatū, iustum, ac sanctū, hæredē, ac filiū Dei. Si præterea nil cōferret: an non effet cur merito per totā vitam ageremus gratias? Nūc post virus ablātū, lumen pro tenebris infūdit in omnes animæ facultates: & intellectū fide: voluntatē charitate, ac spe reddit cumulatissimā, expurgat, illustrat, exoriat deniq; omnia: hominē prorsus perficit: nec solū euacuat malis, quod olim sunt impij ausi blaterare: sed omne genus bonorū iuuehit, iuxta illud quod Apostolus, enumeratis horrédis flagitiis, inquit Corinthiis: *Et hac quidē aliquando fuisti: sed abluti es, sed sanctificati es, sed iustificati es.* Hæc porrè iustitia, instar cuiusdā animæ rationis participis, suis viribus, & functionibus, egregiè distinctā habet fidē, qua credimus, adsequimur, tenemus, quicquid nobis est necessarium. Nostro enim intellectui adduntur quidā oculi, & clarissima lumina, quibus obtueri queamus illud quod aliās est inadspectabile: vnde & vocari *τὸ φάτιον μα* diximus hoc sacramentū. Deinde fidei donū non est quid euānidum, fluxum, caducum: sed tale, quod in intimis fibrīs animæ tā fortē agit radices: vt in simplicissimis, & idiotis, pueris, virginibus nec hæretica pœueritas, nec tyrannorū seuitia, nec omnis dæmonum machinatio quiuerit illud extūdere. Voluntati autē additur spes, quæ, post grauissima licet peccata, non dubitat Dei misericordiam apprehendere, sibiique polliceri: & quamuis electorū audiat paucitatem oleis, sicibus, ac inīisque compari ex toto prouentu relicti: sese tamē inter paucos numerat: & in media desperatione fortissimè sperat. Accedit, quæ sola facit regni cœlestis heredes, quæ sola beat, charitas, quæ carnē, & sanguinem in Deū transformat. Et quia multiplex, & varia est hominis vita: coim̄eant aceruatum dona, ac virtutes, quibus cū proximis iuste, innocenterq; versari, Deum perpetuò colere, parentibus obsequi, præteriorū obliuisci, ferri in anteriora: mundum, carnem, ac diabolū superare possit. Et ista quidem omnia, ne sacramentū functiones, & effecta misceamus: sacramentū baptismi confert ad innocentia, & sufficientia: quæ deinceps auctiora, perfectioraque tradet confirmatio. Nunc tribus verbis de charactere. Nam quemadmodū baptismus σφραγίδη, & signaculi normē obtinet; ita consignat hominē Deo, vt ne in inferno quidē signaculum oblitteretur; quin sint orinibus conspicui desertores, & malè frugi mācipia. Prōpter hanc notam nō licet repeterē lauacrum; sed, qui peccando se à Deo fecerūt alienos, per penitentiam ad eum reuertātur oportet. Huius autem experte characteris, neque reliquorū sacramentorum valē fieri participes: illo autem prædicti, præterquā quod ius perfruēndi factamētis omnibus promereantur: eminēt inter mortales reliquos: & insigni gestamine diuinæ militie

militię noscuntur adscripti: & si quidem illud non obscurarint vitiis: sed potius virtutibus, & pietatis exercitio splendescere fecerint, liberati ab omnibus malis originalibus, habent spem certissimam fore: vt pugnis, & malis omnibus, quæ ob merita relinquentur, ablatis, cum Deo regnent aeternū. Hæc tam ingentia confert baptismus. Supereft, vt simus acceptorum memores, & in orationibus nostris ea sedulò reponamus: & si quid negligentia, malitiāve dilapidauit: recuperare studeamus, quæ liberalissimè sunt semel in nos effusa.

*Baptismi effecta pergit exponere: tum inter Ioannis, Christi, & discipulorum baptisata distinguit.*

### Catechesis 108.



Ebus effectis sacramenti baptismi nuper sic satis declaratis: proximum erat, vt de destinatis, ac baptismi candidatis ageremus: sed remoram iniiciunt homines, qui Euangelij, & gloriæ Christi adsertores appellari gaudent, qui aquam æquant spiritui, & baptismum hominis, baptismō Christi. Quocircā necesse est, vt inter Christi, & Ioannis, & huius iterum, & Apostolorum ante Christi mortem baptisata, quid sit discrimen ostēdamus. Et licet, quid utilitatis ab hoc sacramento sperari debeat, audiērimus: exigit tamen ista disputatio, vt de proprio effectu non nihil dicamus præterea. Quod igitur attinet ad christianum baptismum, nobis est certissima fide tenendum continere, & conferre gratiam iustificationem ex opere operato (vt loquuntur) idque non vni, aut alteri: sed omnibus, qui aduentanti spiritui peccus non occulerint. Neminem verò tam ineptum arbitror, qui putet gratiam harere vel in elemento, vel in aëre: sed quia certissimè nobis à Deo promissum est, vt quotiescumque materia adhibebitur, & forma ab ipso dictata prouintiabitur, gratia hæc hominibus capacibus infundatur: ideo gratiam continere baptismus dicitur. Nec debet quisquam offendī hac sermonis formula (ex opere operato) quæ Patribus, & scholis christianis non est ignota, quasi dicas, opere consummato, perfecto. Volunt enim Tridentini Patres tam esse efficacem baptismum: vt ipso peracto opere, cætera ipse perficiat. Nec requirit, vt homo multū cooperetur, conteratur, plangat, lugeat: sed, si tantum se accommodet, nec ponat obstaculum, facit quod suarum est partium. Hoc igitur in opere operato intelligendum est, quod ex Christi cruce, sua vi hominibus valeat infundere gratiam, simulatque opus fuerit factū, quod liquet in baptismō fatuorum, dementium, & aliorum intelligentia destitorum, in quibus non requiritur fides: neque vt accommodent se, & credant: sed tantum ne se se opponant: quod & de paruulis est statuēdum, de quibus infra copiosè. Nec aliud profectō fieret in adultis: nisi originali peccato multa alia superaddidissent: quāvis

*cur baptis-  
mus gratiam  
continere di-  
catur.  
Quid sit ex o-  
pera operato.*

ne in istis quidem plurimum requiratur opera. Si enim tantum non sint vel haeretici, vel hypocrita: si non resideat in animo peccandi libido: si tantum se permittant spiritui gratiae: baptismus vim suam exeret.

*Error quo rur  
dan; damnata  
tus, qui ad  
bap ne pani-  
tentiam qui-  
dem exig. b. 6.  
Sess. 6. ca. 6.  
& 14.*

Hæc autem incredibilis facultas, & energia quibus iam scholasticis persuasit, ne poenitentia quidem, id est, detestatione priorum peccatorum opus esse: sed tantum quadam animi mutatione: quæ tamen sententia damnata est in Tridentino concilio. Et inerit sanc. Quis enim non ingratissimi esse dixerit velle ablui ab his, quæ adhuc placent? Scilicet, Deus tibi dimittet, quæ tute dimittere non vis. Hoc ipsum clarissima sententia docet Iustinus martyr, hunc in modum. *Quotquot persuasi credunt hac, qua docemus, esse vera, & ad eum modum vivere pollicentur: ante omnia discunt precibies, & ieiunis petere à Deo preteritorum peccatorum veniam.* Nec aliud sibi vult nostra homologia, seu abrenunciatio.

Hæc autem, quæ sunt facilia, & simplicia, quis non videt? Adduntur tamen, ut non impediatur fructum; non ut iuuent sanctificationem. Nec illud est omissendum, quod vehementer ad rem facit: fieri nonnunquam, ut homines accedant spectandi, aut etiam spectaturi; vel ob humanum fauorem: hi nihilominus (ut sacramentorum Christi virtutem intelligamus) insigniuntur nota christianitatis, & postmodum, si poenitentiae remedium efflagitarint, & acceperint: tum baptismus diu obrutus, ac sepultus repertum hominem capacem expiat ab originali, & iis, quæ forte adiecta fuerant. Addam vnum, quod eodem facit, & admiratione dignissimum est: per eundem fieri baptismum, ut cætera sacramenta in nobis operentur. Ut enim medicina redditur inefficax: nisi consipiret ipsa natura, sequitur adiutet, ita poenitentia frustra instituetur: si baptismus non præcesserit, qui, instar naturæ, progeneratum hominem, vitiosque posteà debilitatum, & lethali vulnere confossum, nisi prima illa sua vi sustentet: inutiliter poenitentia pharma, & curationes admouebuntur. Hinc dicitur ostium sacramentorum, & Augustinus illi salutem hominis ex ase fert acceptam. Neque Caluiniani dubitant illi remissionem peccatorum tribuere. Talis est christianus baptismus. Nunc Ioannis baptismum conferamus, qui ab ipsomet in aqua fieri dicebatur, cuius denique scopus fuit, ut Christus manifestaretur in Israël. Quid igitur? nihil omnino contulit? Imò (inquit Gregorius Nazian.) quia dabatur in remissionem peccatorum: deerat tamē perfectio: quia sine spiritu, & igne. Ergo illud erat adiiciendum. Sed Euangelista verba sunt probè intelligenda. Neque enim Ioannis baptismus contulit remissionem peccatorum ex opere operato: sed ex opere (ut loquuntur) operantis: has enim voces catechumenis velim esse familiares. Est autem opus operantis id, quod fit ab homine suscepturno baptismum. Itaque homines per obedientiam, & fructus dignos poenitentiae consequuti sunt remissionem, hoc est, idonei facti, qui hoc beneficium à Christo perciperent. Ergo Ioannis baptismus reuerat non plus faciebat, quæ hodie facit illud, quod Hominem commouet, excitat, & inducit ad hoc, ut agat poenitentiam. Erat

*Docet in quis-  
bus differat,  
quóque mo-  
dis Ioannis  
baptisma ab-  
eo, quod Chri-  
sti est.*

*Oratione de  
baptismo.  
Lucæ 4.*

enim ege

enim egenum elementum, quod homines prouocabat, ut crederent, doloréntque de peccatis, pérque sudores, magnosque gemitus, saccos, ac cineres viam sibi facerent ad Dei misericordiam: atque sic instructi tandem ad Christi baptismum peruenirent, ubi plena manu remissionē consequerentur peccatorum. Dementes, parvulos, expertesque rationis extpiare non poterat: sed tantum erat ifagoge quædam (ut vocant Athanasius, & Iustinus) ad Christum. Et, si Patrum commentaria libeat con- Ad Antioch. sulere: non deerunt confertissima suffragia, quibus Ioannis baptismum *q. 33.* Iustinus nil effecisse constabilire liceat. Ego tantum præcipuos indicabo, partim ad refellendos haereticos, partim ad probandum canonem Pa- *q. 37.* Sess. 7. cap. 1. trum Trident. Omittam igitur disertissimam ipsiusmet Ioannis distinctionem, & ad Iustinum veniam, qui superius indicata quæstione testatur sibi fuisse persuasum Ioannis baptismum remissionem peccatorum minimè contulisse. Subscribit Athanasius ad Antiochenes: Et Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. & 6. Cyillus quoque Alexandrinus in cap. 3. Ioannis, orta quæstione de purificatione, dicit Euangelistam illam subiecisse, quod Spiritus sanctus præuideret quosdam futuros indoctos, qui dicerent inter baptismum Ioannis, & Christi nullum esse discrimen. Huic adiiciamus Tertullianum non uno in loco huic opinioni patrocinantem lib. de poenitentia, de baptismo, contra Marcionem. lib. 4. Nec desideramus Hieronymi calculum, quem posuit in disputatione contra Luciferianos. De Chrysostomo, Theophylacto, Euthymio nil dicam: qui ita suffragantur, ut nulli fortius, quod etiam agnoscat ipse Calvinus. Istud tantum adiiciam, ex 19. acto- rum hanc rem certissimè deprehendi, ubi tinctos à Ioanne Paulus in- *A. 19.* trepidè baptizat: quem locum ut nobis interuerant, Brentius, & Caluinus sudant mirabiliter: ita tamen rem gerunt, ut orthodoxæ negotiū promoueant. Aliunt non à Ioanne: sed ab illius simia baptizatos. Et quid hoc est, obsecro? An non ad istum modum licet infinita comminisci: si neque Patrum autoritate, neque scripturarum testimoniis huiusmodi probari non debeant? Atqui Patres eo ipso loco vtuntur, tanquam fortissimo telo, & aptissimo: ut Ioannis baptisma nil effecisse doceant. Et, ut vnum pro mille producamus testimoniū: D. Ambrosius in hanc loquitur sententiam. *Ist quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus sancti baptizati fuerant: non poterant accipere baptizati sacramentum. Baptizati sunt itaque in nomine Iesu Christi, nec iterum est in his baptisma: sed nouatum. Unum enim baptisma. Vbi autem non est plenum baptismatis sacramentum: nec principium, vel species aliqua baptismatis estimatur.* Vides Paulum Anabaptistam futurum: si Ioannis baptismus talis fuerit efficacia, qualem volunt haeretici nostræ tempestatis? Idem habet contra Luciferianos D. Hiero. Sed in re satis probata non est diutius immorandum. Nunc uno verbo de baptismo dicitur, ante Christi mortem, an ille fuerit efficax, & an fuerit ineptus Christi baptista. Nec enim Patres inter se satis conuenienter: *De bap. disci-  
pularum ante  
christi mor-  
tem. & de eius  
efficacia.*

Tract. 5. in proinde non videtur esse res certæ fidei. Augustinus dicit Ioannis quidem baptismum infirmum fuisse: discipulos autem christianum habuisse baptismum. Cyrus quoque videtur obscurè fauere, quod quidem ad Ioannis baptismatis infirmitatem pertinet: mihi tamen haec tenus visus est baptismum discipulorum, & Christi distinguere. Sed si videamus scripturas alibi citatas, & locum epistolæ ad Ephesios, vbi Christus dicitur seipsum tradidisse, ut emundaret sibi Ecclesiam: apparebit ante Christi mortem discipulos nequaquam nostro similem baptismum habuisse. Et in hanc sententiam loquitur Tertullianus: *Itaque tingebant discipuli eius, ut ministri, ut Ioannes antè precursor, eodem baptismo Ioannis, ne quis alio putet: quia nec extat alius, nisi postea Christi, qui tunc utique à discipulis dari non poterat, vi pose nondum adimpta gloria Domini, nec instructa efficacia lauacri per passionem, & resurrectionem. Quia nec mors nostra dissolui posset, nisi Dominii passione, nec vita restitui, sine surrectione ipsius.* Vnde statuere licet Ioannis, & Christi discipulorum idem baptismum fuisse: nisi quod illius eminens Christum ostenderet: istorum autem ad iam præsentem facilius deduceret. Huc omnes Græci pedibus concedunt. Itaque videtur magis scripturis, & traditioni catholicae consentaneum, discipulos, quemadmodum & Ioannem, ifagogicum baptismum habuisse. Augustinus omania viribus humanis tribuentes ut vehementer, quod faciebat, vrgeret: nullum in scripturis ait exemplum haberit iterati eius baptismatis, quod à discipulis datum fuisset. Hæc nostris catechumenis visum est impartiri, quæ sanctiora, & rationibus christianis magis consona iudicauit, tantisper dum Ecclesia de iis rebus quicquam itatuet.

*Baptismum parvulorum cum ex scripturis, tum ex Patribus adversus hereticos grauiter tuerit.*

### Catechesis 109.

Ioān. Stobi  
serm. 2. de  
malitia.



Elebratur illud Anacharsidi apophthegma, nil æquè homini infestum, quæ ipse sibi. Hoc dicto nil magis barbarum, ac Scythicum putarem: nisi nostro ætumnofissimo tempore verissimum esse nostro maximo malo disceremus. Videmus enim lupum lupinam non esse: leoni cum leone conuenit: serpens à serpente tutus est: solus homo, diuinum illud animal amicitia, ac societati natum, secum pugnat, & Vatinianis odiis atrocissime conflictatur: quæ re nil admirabilius, & indignius inueniti posse arbitror. Nam, ut omittam communem omnium conditorem Deum: ut non adferam eandem ex viro, & muliere deductam originem: quæ sunt vincula familiaritatum, ac necessitudinum, quæ feritatem omnem detrahere & debellant, & poterant: si non penitus omnem humanitatis

manitatis rationem Lycaonius animus despuitset? Si ad munera christiana veniamus, vix posse fieri credibile est, ut Christiani sibi mutuò sint infensi, quibus vnu est pater coelestis, vna mater Ecclesia, vna fides, vnu baptismus, vna spes, & resurrectio. His tamen omnibus repagulis effractis beluina credulitate desauimus in eos, qui tam arcta, sanctaque societate nobis sunt coniuncti. Quorsum hæc in catechesi dicet aliquis. Quia noui Euangelici ( si Christo placet ) gratiae, quam redigunt in arctum præcones, non in hostes, non in viros, non denique in mulieres: sed in ipsam innocentiam in pueritiam, & illam grassantur ætatalam, quam crudelissimis hostibus violare maxima semper fuit religio. Et ne Pharaones, Herodesve, aut similes tantum beluas te cernere putas: non corpuscula laniare, aut in flumine vix benè coeptam vitam extinguere parant: sed ipsas animas obruere, & inferno mittente volunt inferias. Sed dicent ( scio ) præclari veteratores, non videri crudele, quod Dei fiat voluntate. Ideo considerandum est, quidnam sit in diuinis, quo se tueri valeant: ac deinde erunt ad traditionem vocandi, quæ sit ab omni fallacia expeditissima: ac postremò rationibus eminens congregiemur. Ut igitur ab eo, quod primum feci, exordiar: nōne credimus omnes circuncisionem typum fuisse baptismi? Non negabunt, vt neque istud, fuisse Iudaicum sacramentum: imò antiquis, cùm non sit ex lege: sed ex patribus. Cùm igitur fuerit sacramentum, & octauo die, vel fortassis prius, si qua virgebat necessitas, exhibitum: quid est, cur Christi crucem, ieiusq; sacramentum fateri nolint præstare infantibus, quod certum est contulisse, vel saltem collatum obsignasse circuncisionem? Nam cùm fuerit signaculum fidei, ac proinde etiam mysterium, eaque fuerit à Iudaicis infantibus suscepta: non est quod nobis obganniant: præsertim cùm nostrum sacramentum non requirat necessarium, quod circuncisioni adesse oportebat. Illa enim ex opere operantis vim habebat suam: nostru ex opere operatio: nec aliud exigit, quam vt ne ponatur obstaculum. Quod si nullus tamen est impius, qui Iudeorum pueros nefariè fuisse circuncisos dicere audeat: erit qui de nostro id sacramento blasphemare nō formidabit? Si dicant aduersarij nos ista confingere: nec veterū Patrium doctrinam consentire: en eos tibi circuncisionis, & baptismi cognationē palā declarantes. Cyprianus in hoc ipso negotio ( quartius nō sit tam propria eius sententia, quam 66. Episcoporum, imò totius cœciliij) vult circuncisionis typum hoc etiam habuisse, tingendos esse Christianorū infantes in primis à nativitate diebus. Et huic sententiae subscribit Hiero: dialogo 3, extremo aduersus Pelagianos. Addamus alterum ex Cypriano testimonium, qui mirabilem illam pueri excitationem incubante factam Eliso, vult nobis designasse, nullam diuersitatē esse inter hominis adulti, & infantis initiationem: imò hanc esse potiorē, qui propria peccata non habeat. Quin hoc ipsum sibi perfississimum fuisse declarariunt Fidiani heretici, qui ante octauum diem baptismum exhiberi pueris, prōpter circumcisionis ymbram

1. Cor. 1. 10.

non permittebant. Sed quid hos profero testes alienos? Expendamus exitium populi Israëlitici ex Ægypto, quem certum est nostri baptismi typum fuisse. Quid ibi factum est pueris? An soli liberati sunt adulti? Videor mihi concessa sumere: vnde quis non immitto, colligat infantilem tunctionem tantò feliciorē: quanto maiore Dei beneficio patribus interemptis soli infantes terram sunt promissionis ingressi. Venio ad nouum testamentum. Atque hic unum caput Matthei totam quæstionem posset absoluere, ubi Christus redarguit Apostolos, quia prohiberent eos, qui infantes oblatum illi veniebant: & addit causam grauiſſimam: *Taliū est regnum celorum.* Si enim Christi debet iudicium nobis merito videri grauiſſimū: consequens est hos vel maximè baptismō idoneos, quos voluit ille exempla, & prototypa esse vitæ cœlestis, ut inquit Epiphanius. Si enim ad parvulorum imaginem redire oporteat eos, qui regnum olim capiunt intrare cœlorum: est indubitatissimum illo maximè dignos à Christo censem, quos in exemplum proponit. Atqui nulli potest illud cōtingere, nisi qui tehatus sit ex aqua, & spiritu. Omitto integras: Cor. 1. & 16 actorum baptizatas narrari familias, in quibus minimum est, si nulli fuerint infantes. Nec illud virgo, Deo nil immundum habet, & regenerationis beneficium illius esse miserentis: nec adūtōs hīc ius habere maius, quam pueros: cūm ytrisque gratis impendatur à Deo: Iam, vt veniamus ad certissimam traditionem: antiquissimos unum, aut alterum nō nominasse satiſ fuerit. Igitur Dionysius, qui primas hīc obtinet, dicit: *egō et s̄ a s̄ suos, hoc est, P̄tifices, Apostolos, edoc̄tos fuisse infantūm, baptis̄mū esse sacrosanctūm, & religiosissimū,* additique duas causas admodum graues, quae utinam in tanta abusum liberitate recte perpenderētur. Prior est, ut ad quandā sacramētū perueniant: altera, ut omni errore liberām, & imputatis exortem vitam tueri possint. Quæ duo nescio quomodo in hominib⁹ baptizatis hūc tam rārō deprehēdantur: nisi quid, & parentum, & susceptotum damnanda negligentia, pueri priūs corūmpātur quād per aetatem virtutum igniculi se promere queant. Hoc igitur sit catechumenis persuasum, fieri per baptismum, ut homines sacris habitibus cumulētur, & ad omnem perfectionem, ac sanctitatem deducantur. Huic adiungamus ferē æqualē Iustinum, qui 56. quæstione dicit infantes assequi fructus, utilitatēque baptismi propter fidem eorū, qui eos ad baptismum offerunt. Tertullianum, & Nazianz. prætereo, qui extra necessitatem nō multū latidant, malēntque balbutire, & fidem nonnihil exprimere cogatos: ut periculo tamē nolunt prohiberi. Venio ad Cyprianum, qui hanc rem tractat elegantissimē: nec vnius, sed 66. Episcoporum, ac totius Africæ testimonium habet epistola ad Eridum, quam tali claudit epilogō. Idecirco, frater charissime, hac fuit in concilio nostra sententia: *a baptismō, atque à gratia Dei, qui omnibus misericors, & benignus, & pius, si neminem per nos prohiberi debere.* Quod cum circa uniuersas obseruandam sit, atque retinendum, magis circa infantes, ac recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de-

Matth. 1. 9.

Hæret. 67.

Ecc. Hier.  
cap. 7.

Lib. 3. epist. 8.

ipso de ope nostra, ac de diuina misericordia plus merentur: quod in primo statim nativitas sue oru plorante, ac flentes nil aliud faciunt, quam deprecantur. Sed & Hieronymus non patitur infantilem aetatem ab isto lauacro arceri. Si enim ( inquit ) quantumcunque graues peccatores credimus hīc expiari: quid ni & infantes, quibus non sua, sed aliena nocuit perfidia, expiari, & inseri corpori Christi credamus: cūm præter originale nullum malum habeant? Hæc ab aliena pietate pendet: hæc infantia est omnibus iniuriis obnoxia: si à nobis contemnatur, non possimus non videri parcidæ. Scilicet, tam misericors, & clemēs Deus tam miserabilium infantum non miserebitur? Omitto, quæ habet Cyprianus in sermone de lapsis: ubi non tantūm baptismi: sed Eucharistia data pueris sacramenta manifeste declarat. Possent his adiungi Eugenij, Siricij, Martini, seu Martiani Pontificum testimonia: sed post vetustissimos illos non arbitrör necessarium. Vnum est, quod nolo prætermisum, contra eos, qui ex Augustino multa se habere credunt, quibus hanc orthodoxyæ partem euertant: illum admodum puerum correptum ægritudine matris opem implorasse, ut hoc impenderetur illi sacramentum: quod illa pro sua pietate non erat neglectura: nisi mox recreati baptismum maioribus criminibus expiandis differendum putasset. His omnibus Tridentinam definitionem adiungeremus: sed nil est opus.

*Pergit contra hereticos pugnare pro infantium baptismo.*

### Catechesis 110.

**N**uper pro infantum baptismo catholicas copias produxi-  
mus: pilaq; Romana, in hostilem phalangem conieci-  
mus: unc rationibus pugnare libet: ut nostri catechumeni non  
tantūm plagas inferre: sed iactus, & hostium iacula norint  
cautē vel declinare, vel excipere. Ante omnia autem viden-  
dum est, quis sit haereticorum aduersus baptismum infantum syncretif-  
mus: itaque totam illorum colluuiem in geminam turbam diuidamus:  
& vtriusque tumultuosum aliquem delectum ineamus. Hi igitur Pela-  
gianam reuocant impietatem, quæ docebat infantes haeredes esse Dei, produntur, ac  
& quæ facta est Abrahæ, promissionis: baptismum tantūm esse inutile refelluntur.  
fignum, & egenum elementum. Has blasphemias in orbem primi reuo-  
carunt Buceriani, quos deinde sequuntur Caluiniani, dicentes, paruulos  
non habere peccatum, ob quod excludantur à regno: ac proinde, siue in  
uteris matrū, seu quoconque alio pacto sine baptismō extinguantur, re-  
gnū adipisci cœlorum propter fideles parentes. Idcirco enim non pa-  
titur Caluinus mulieres admouere manus baptizandis pueris. Hac in  
sententia demiror calliditatē diaboli, qui ex uno ore contrarias euomit  
blasphemias: ut nimis securi parentes negligat parvulorum salutem.  
Sed quæram ex istis. Cur tantoperè execramini nobiscum Anabapti-  
tas, siue Hysterobaptistas, qui volunt infantes aduersari, donec pro fe-  
lib. 3. adu. Pe  
lag in fine.  
Iuo. 1. parte  
decret.  
Vide Bur  
char. li. 4. de-  
cret.  
Lib. 1. confess.  
ca. 11. contra  
Donat. & Pe  
lag. & ad  
Marcellinū.

respondere valeant: Nō si mora non obest, & sola fides hauriat gratiam: cur vultis adhiberi baptismum infantibus? Cur non expectatis adiutri cem fidem? Sed hac de re dudum egimus in originali peccato. Addam tantum concilio Trident. sess. 5. Carthaginense, cuius canon 66. conservatus est ab omnibus conscriptoribus iuris pontificij Iuone, Burchardo, Gratiano: estque in decretum Tridentinum ad verbum relatus. Præterea quæ est impudentia, receptam vbiq' fidem, & symbolis manifestissimè declaratam conuellere? Credimus enim (vt etiam Constantinop. synodus decreuit) baptismum in remissionem peccatorum: quem proculdubio superfluum esse infantibus oportet: si nullum, quod diluatur, peccatum habeant. Suprà ex Cypriano retulimus Africani concilij sententiam: hoc tantum addam, Areopagitam huic hæreti obscurè quidé: sed, si attendas, validè repugnare, cùm dicit infantes per baptismum fieri ab omni errore liberos, & vitæ exortes impuræ. Nā si non tolleretur originales malum: perduceret eos ad contrariam (vt ipse loquitur) vitam. Ad eundem modū Iustinus martyris in 2. apolo. distinguēs inter generationē, & regenerationē: illā dicit ignoratię esse, & necessitatis, quæ nec sciētibus, nec volentibus nobis obuenit: hanc electionis & sciētiae, & remissionis peccatorum: obscurè innuēs priorē illam generationem aliquid adferre, quod sit posteriore diluendū. Sed hæc sit fatis indicasse: quoniam hæretici Patrum istorū testimoniis abutuntur. Altera pars aduersariorū est multiplex, variisque distincta cohortibus. Primum locum obtinent Hieracitæ, qui diris deuotos infantes arbitrantur, quos ante contingit abripi, quām ad rationis vsum perueniant: etiam si pro Christo morte oppetiissent. Hanc autē vnam erroris causam habet illi, quod non videantur infantes legitimè certasse, nec iustiagonis implesse tempora: contrā quos vnicā sufficerit Ecclesiæ consuetudinē adferre, quæ infantes ab Herode quondam interemptos veneratur, & colit. Sed hic nobis hærendū non est: cū Epiphanius Hieracem fortissimè contuderit: & actior pugna nobis supersit cum iis hæreticis, qui adeò in infantibus non requirunt meritum: vt ne in adultis quidem vllum esse cōtendant. Neque nobis est sermo de Iudæorum, aut infidelium infantibus, quos Ecclesia compelli non vult: sed de Christianorum liberis. Cur hos, hæretice, baptizari prohibes? Num deest illis corpus: & Manichæa spectra nos tingere putas? aut Fidianorum illud sigmétum tueberis, qui usque ad octauum diem corpus inmundum credebant? Nec Manichæi sumus, nec quicquam solidum existimamus, quod à Deo recens creatū est. Nū deesse credis animam suis præditā facultatibus? Si igitur sint puerorū animæ participes voluntatis, intelligentiae, memoriae: cur eas à Christi beneficiis præcipis arceri? Si dicas voluntate quidem esse prædictas: sed nil velle, vt nec intelligere: respondebo id merito querendum ab iis, qui propria voluntate Deum offenderunt. Infans autem aliena peccauit malitia: itaque mirum non est, si Ecclesia satis esse dicat, si sacramentum Christi aliena quoque voluntate suscipiat. Sed pergunt aduersarij. Etsi (inquiunt) non sit

non sit necessaria voluntas: intelligentia, & docilitas abesse non possunt. Id quidem negandum esse nemo non videt. Verum quia res est cum refractariis hominibus: cōferamus pedem, atque à India traditione pro-grediamur. Iudei circuncidebant paruos: putas illos intellexisse, quid rerum ageretur: aut illius mysterij, quod portendebatur, rationem perspectam habuisse? Nihilominus liberabantur, iuslificabantur, seruabantur. Viden insipientis esse ab infante rerum petere cognitionem, & intelligentiam? Adhuc fatentur omnes efficacem esse baptismum, qui de mentibus, & furiosis adhibetur: ne rusticos, idiotas, & alios in medium proferam, qui à spongis nil differre videntur. Etiam hos excludemus à regno cœlorum? Deinde, quid dicti sunt ad illud, quod refert Nicephorus de Iudeo puer à Christianis itē pueris in littore baptizato: quod puerus. ratum esse sanxerunt Episcopi? Certum est puerum illum non intellexisse, quæ per ludū fieri putabat: nihilominus ingentem consequitus est gratiam, adusque Nicophori statim agebant ecclesiæ sacerdotem, & auditum. Nec dissimile in gestis narratur Athanasij: nec rescissus est baptismus à ludicro Episcopo pueriliter exhibitus. Et vt quærendi finem faciam: num oblatos Christo paruos intellexisse dicent, quæ circum se Christus amplectendo, & benedicendo operabatur? Non opinor: cū in suis commentariis ad hunc locum hæretici dicant illud Christi factum non caruisse mysterio: sed, quod externis ritibus p̄ se ferebat, intus peregisse regnique cœlestis heredes instituisse. Sed istud leue est. Neminem puto tam male versatum in antiquitate, qui ignorat virginem, hoc est, apostolicam illam, ac primævam Ecclesiam non tantum baptismo, sed etiam Eucharistia dignatam infantes, nec unquam hæc sacramenta separasse: vt apud Areopagitam, & Cyprianum videre est, quorum iste queritur infantes perdidisse baptismi gratiam: propterea quod à nutrīculis fuissent ad idola delati. Et hæc consuetudo durauit ad tempora usque Augustini in Latina ecclesia: apud Græcos autem ad trecentesimum ab hinc annum, vt appareat ex Nicophori testimonio. Num igitur, vt baptismi perfectam habuerint intelligentiam: statim Eucharistiæ quoque mysteria omnia tenuisse credibile est? Hanc enim per antonomasiā τὸ μυστήριον, τὸ τελέθηρον vocari nemo nescit: vt, si quid sit Ioan. 3, usquam difficile, inscrutabile: si quid, quod magna opus habet intelligentia: huic mysterio nequeat comparari. Adeò autem verum istud est: vt ipse Christus differens cum Nicodemo baptismum non dubitet vocare terrenum: cœlestiumque nomine Eucharistiam intelligat, vt cap. 6. videre licet. Dabatur nihilominus tam reconditum sacramentum puerilis. Omitto iam à Paulo requireti probationem suipius. Taceo, quæ habet Augustinus ad Paulinam, esse votum quoddam in huius mysterij susceptione: & tamen Ecclesiam errasse dicere non possumus: proinde multo minus necessaria futura est intelligentia regenerandis infantibus.

*In dei pueri  
mirabilis ba-  
ratum esse sanxerunt Episcopi?*  
Ecc. Hist. li.  
3. sap. vi.  
Niceph. i. 8.  
Ecc. Hist. ca.  
44.

*Eucharistia  
olim pueris  
concessa.*  
Ec. Hist. ca.  
7. Sermon  
de la pia.

*Li. 3. hist. Ec.  
cap. vii.*

*Epist. 5.*

Prosequitur cæptam cum hereticis pugnam, grauiſſimis & ratio-  
nibus, & exemplis ostendens fidem propriam in paruulis ad  
baptismi ſuſceptionem non eſſe neceſſariam.

## Catechesis III.

Heb. vi.  
Fides ante ba-  
ptismum non  
eſſe pueris ne-  
ceſſaria.

**B**Am ad eos progrediamur, qui fidem exigunt à pueris: scilicet, quoniam absque fide impossibile est placere Deo. Imprimis possem negare fidem requiri: sed, vt res melius intelligatur: quæro, de quo tempore fit quæſtio. Si dixerint in infantibus ante obitionem huius sacramenti fidē nullam eſſe, libenter concedā. Sic Lutherū Coelus rogarat, quam fidem agnosceret in pueris: qui respondebat per exorcismum, & catechesim fide infundis: sed illud eſt commentū. Igitur ingenuè fatendū eſt fidē non requiri. Sed illā Deus requirit A quo? A tingendo, & iuſtificando: atqui, dum infans initiatuſ, ipſo momento fides, ſpes, & charitas infunduntur (ita enim mater Ecclesia definiuit in concilio Viennensi) tametsi illis habitibus tūc temporis vti nequeat. Nec diſſentanea protulimus nō ſemel ex Areopag. ca. 7. Ecc. Hier. His teſtibus, & rationibus freti, dicimus in ipſo momento initiationis non tantūm fidem: ſed & reliqua dona infundi. Quid igitur refert? Si durum iſpis hoc aduersariis videatur: prouocabo ad ſcripturas, maximè ab iſporū magiſtris explicatas. Quā fidēm habuit ille paralyticus, cūm fidem baiulorū Christus reſpexiſſe dicitur? Seruus centurionis: filia Iayri, & Syrophoeniſſe: multi plerique, & ſurdi, quos omnipotenti virtute Christus à variis morbis liberabat, quā attulerunt fidem, vt diuinā expiriēntur opem? Quid si gratia hiſ infundi potuit ad preces aliorū: quid ni etiam paruulis? Verūm (inquiet) ſcripturae fidei actū, & exercitationem poſtulare videntur, cūm ſalutem creditibus duntaxat, baptizatiſque promittunt. Hic pŕimum quid fiet, ſi contingat inter initiaſta c.atechumeni mentem aliis in rebus occupatam euagari? Erit sacramentum interandum, an non? Si probent ſacramētū: vbi erit actio fidei? Sed iſta mittamus: & ex ſcripturis probemus tantam huius ſacramenti eſſe virtutem: vt etiam infideles valeat perficere. Prætero dæmoniacos, quibus adeò nulla fides inerat: vt Dei dona deprecarentur, ac refugerent: & nihilominus diuina misericordia non diſtulit libera- re, & gratiam infundere. Quid de Paulo loquar, quem cædes, carceres, mīnas, ſanguinemque toto efflantem peccatore, rabie percitum, odiōque ſurentem christiani nominis, manus Dei quodammodo inuitum, & re- luſtantem ad ſe pertraxit? Quidni magis hoc fiat per iſtud ſacramentum ad hoc iſtitutum: cūm infantes nil aliud poſſint, quām miſerando ciu- latu noſtrā opem implorare? Præteribo (tametsi non exigui momenti) quid olim impij milites inueneti ſpiritum acceperint, & prophetiæ do- no afflantur, psallerèque incipiunt ad Samuēlis, Dauidisque cantionem. Hec enīm abludere videntur à baptismo. Refert diuinus Cyprianus quoſ- dam dæmonas eos, quibus iſfederant, viſque ad fontem baptiſmi perfe- quitos: ac, ſimilatque olfeciſſent aquas, effugile, & cum Pharaone ſubmersos in vndis. Quis illic poterat eſſe fidei locus? nedū illā in paruu- lis neceſſariam credibile eſt. Notandus eſt prætereà canō Laodicenus 47. cōtra iſtos infanticidas: qui in extremo halitu ſacramentum deſideran- tibus denegari verat. Sed & Patres Carthaginenses nolunt eos deſide- rato baptiſmo fraudari, qui, etiamſi fidē eātenus ignorati in ipſa mor- te tingi ſe poſtulant. Sed iſtud arbitror efficacissimū, quod ſum dicturus. Antagoniſtae maximē laudant Auguſtinum: hunc igitur audiant. Erat il- li quidam conciuſ, & æqualis, quem (vt fatetur iſple) ſeduxerat. Iſ cum Tagastæ ageret cum Auguſtinō, iſcidit in morbum grauiſſimum: &c. cōfess. cūm ita iaceret penē exanimis, vt omni ſenſu carere videretur: neque cernere: neque audire iam, ac ne cogitare quidem poſſet: ibi aderat proximè affidens Auguſtinus, cūm æger ſic affectus baptizaretur. Quid factum eſt? Erat homo Manichæus fabulator, qui ita morbo obſtupue- rat: vt, quid circa illum gereretur, penitus non ſentiret. Quid (inquam) factum? Vbi ſacramētū eſt peractum: cœpit redire ad ſe, & oculis, aper- tis Auguſtinum agnoscere: à quo cūm derideretur propter christianum baptiſtum: reſpondit ille: Si de cætero amicus eſſe velis, talia mihi deſi- ne dicerē. Dicant, obſcro, conculcatores gratiæ Christi, quid in pueris futurum putent: ſi tantā energiam in Manichæi diſcipulo, ac desperato prodidit aliorum pia diligentia collatum ſacramētum? Habemus hīc inſigne teſtimoniū doctoris celeberrimi, qui ſuum hac in re crimen fatetur. Adiiciam, quod ſcribit eloquentiſſimus Synesius, quid ſibi acci- derit, cūm baptizaretur, imò cūm fieret Epifcopus, in epiftola ad fratrem Euopium. Homo erat Platonicus: cūm baptizaretur, dicebat pertinaci- ter nolle ſe à Platoni placitis diſcedere, quaē cum Christianorum fide repugnant. Nihilominus doctiſſ. Theophilus non dubitauit hominem & Christianum, & Epifcopum facere, gnarus tam potens eſſe ſacramētum, vt inſideles, & reclamantes ſub iugum facilē mitteret: quod mox cōtigit: nec temere deinceps quisquam tam acriter euerit Academicorum iſtias, christiana[m]que reſurrectionem afferuit. Hæc cūm ita ſint: quis ferat iſtorum crudelitatem, qui iſnocentissimam etatem à Dei miſericordia prohibere conantur? His addatur & iſtud, olim rem iſtā adeò ſi cōtemporibus error huic no- ſtrorum her- eicorum pror- fusi cōtrarius.

Matt. 9.  
Matt. 8.  
Marc. 5. & 7.

Ante baptiſ-  
tum non ſen-  
per aetate fidei  
candidatio ne-  
ceſſaria.

Matt. 8.

Aet. 9.

Reg. 9.  
Li. 4. epift. 7.

dam dæmonas eos, quibus iſfederant, viſque ad fontem baptiſmi perfe- quitos: ac, ſimilatque olfeciſſent aquas, effugile, & cum Pharaone ſubmersos in vndis. Quis illic poterat eſſe fidei locus? nedū illā in paruu- lis neceſſariam credibile eſt. Notandus eſt prætereà canō Laodicenus 47.

cōtra iſtos infanticidas: qui in extremo halitu ſacramentum deſideran- tibus denegari verat. Sed & Patres Carthaginenses nolunt eos deſide-

rato baptiſmo fraudari, qui, etiamſi fidē eātenus ignorati in ipſa mor- te tingi ſe poſtulant. Sed iſtud arbitror efficacissimū, quod ſum dicturus.

Antagoniſtae maximē laudant Auguſtinum: hunc igitur audiant. Erat il- li quidam conciuſ, & æqualis, quem (vt fatetur iſple) ſeduxerat. Iſ cum Tagastæ ageret cum Auguſtinō, iſcidit in morbum grauiſſimum: &c. cōfess.

cūm ita iaceret penē exanimis, vt omni ſenſu carere videretur: neque cernere: neque audire iam, ac ne cogitare quidem poſſet: ibi aderat proximè affidens Auguſtinus, cūm æger ſic affectus baptizaretur. Quid factum eſt? Erat homo Manichæus fabulator, qui ita morbo obſtupue-

rat: vt, quid circa illum gereretur, penitus non ſentiret. Quid (inquam) factum? Vbi ſacramētū eſt peractum: cœpit redire ad ſe, & oculis, aper- tis Auguſtinum agnoscere: à quo cūm derideretur propter christianum baptiſtum: reſpondit ille: Si de cætero amicus eſſe velis, talia mihi deſi- ne dicerē. Dicant, obſcro, conculcatores gratiæ Christi, quid in pueris futurum putent: ſi tantā energiam in Manichæi diſcipulo, ac desperato prodidit aliorum pia diligentia collatum ſacramētum? Habemus hīc inſigne teſtimoniū doctoris celeberrimi, qui ſuum hac in re crimen fatetur. Adiiciam, quod ſcribit eloquentiſſimus Synesius, quid ſibi acci- derit, cūm baptizaretur, imò cūm fieret Epifcopus, in epiftola ad fratrem Euopium. Homo erat Platonicus: cūm baptizaretur, dicebat pertinaci-

ter nolle ſe à Platoni placitis diſcedere, quaē cum Christianorum fide repugnant. Nihilominus doctiſſ. Theophilus non dubitauit hominem & Christianum, & Epifcopum facere, gnarus tam potens eſſe ſacramētum, vt inſideles, & reclamantes ſub iugum facilē mitteret: quod mox cōtigit: nec temere deinceps quisquam tam acriter euerit Academicorum iſtias, christiana[m]que reſurrectionem afferuit. Hæc cūm ita ſint:

quis ferat iſtorum crudelitatem, qui iſnocentissimam etatem à Dei miſericordia prohibere conantur? His addatur & iſtud, olim rem iſtā adeò ſi cōtemporibus error huic no- ſtrorum her- eicorum pror- fusi cōtrarius.

Apud Ni-  
ceph. lib. 14.  
cap. 55. hift.  
Ecc.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

Primiſ Ecle-  
ſiæ temporibus  
error huic no-  
ſtrorum her-  
eicorum pror-  
fusi cōtrarius.

mum, quod aduersarij dicunt, opus esse exercitatione fidei: nec debere infantes baptizari, qui hanc præstare non possunt. Quid ni enim aliena fide, & exercitatione salutetur, qui alieno malo merito perierunt? Visum est Deo Opt. Max. vt quemadmodum Adami perfidia nobis fraudi fuit ita fides offerentium opituletur. Si dicant istud esse neotericum, & scholiarum ihuentum: si non propterea exciderunt, quæ inter officia susceptorum diximus ex Areopagita, quomodo infidelium irrisiones explodens accipendum esse docet, quod susceptor, & diuinus ille via dux pro infante stipulatur: iam satis liquebit hanc veterem esse theologiam. Ne cui tamen illud videatur obscurius: prodeat in medium Justinus martyr, qui dicit per fidem illorum, qui offerunt, infantes euadere bonorum baptis.

*Quest. 36. m. participes. Cyprianum alio loco produximus, qui hoc ipsum afferit. Ep. 8. li. 3. dicitque adeò alteri alterius bona opera prodesse: vt aliena quoque maternia non tardè infantes post baptismum inquinetur. His adiungere licet Sermone 5. Ecclesiae columnen Athanasium: qui non tantum ipse infans pueros baptizauit: sed in oratione insuper, quam inscriptis de mortuis in Christo, cuius bona pars, alioqui interitura, seruatur apud Damascenū lib. item inscripto de quiescentibus in Christo: ostendit apertissimè sibi fuisse persuasum orthodoxos religionem; fidèque sua posse infantibus succurrere: vt etiam inde probare contendat iis atque aliis, quæ cruciantur in purgatorio: viuorum precibus, ac piis operibus parari solatia. Si, inquit, susceptores efficaciter offerunt, infantes Deo: quomodo non valebunt adulterum bona opera iis operem adferre, qui etiam in flammis expiantur?*

*Idem docet non inutiliter infantes ad sacra loca deferri, & sisti martyrum reliquis. De Augustino quid dicam: qui hac de re nominati libros integratos edidit: & lib. ii. cap. 19. & 20. de peccatorum meritis, & remisi: atque in epistola ad Bonifacium haric accuratissimè versauit quæstionem. Sed ista fortassis altiori repetita principio minus placebunt, quæ pietas, & infantilis ætatis commiseratio proferte coegerit: cui nunc abunde prouisum est decreto Trid. sy no. 13. septimæ sessionis.*

*Quid adultis in primitiva Ecclesia præstandum esset ante baptismi susceptionem fusè docet.*

### Catechesis 112.

 Vperioribus aliquot catechesibus de infantibus, differimus: nunc veniarhus ad ea, quæ sunt adultis necessaria. Et primù de scripturis agamus, quæ nihil aliud postulare videntur, quam compunctionem, penitentiam, & baptismi susceptionem: vt videre est Actorum cap. 2. alibi: fides sola nominatim requiritur: cuius nomine tamen reliqua ista proculdubio comprehenduntur. Capite autem 18. Petrus requirit conversionem ad Deum viuum. In 19. cap. accedit peccatorum confessio, quæ non est quidem ne-

dem necessaria: si quis tamen ob detestationem anteactæ vita illa præsterit, laudabitur. Porro hæc oratione pulcherrimè tradutæ Areopagita. Ecc. Hier. ca. 2. & Iustinus in apolog. 2. extrema ex scripturis: aiuntque fuisse quæstum ex candidato, nū detestaretur flagitiosam vitam, & quæ Christus præscripsit, omnia crederet. Sed his omissis, nō solù gratius, veruetiam utilius nostris catechumenis futurum arbitror: si in ordinem redigamus ex antiquitate, quicquid hac tēpestate ex vñs esse potest. Supradiximus hominem afflatu diuina gratia iuisse, & quæ fuisse susceptor, à quo deducetur ad Episcopum: quæ ostendunt non leviter, ac futiliter profiliendum ad baptismum. Quid hic siebat? Episcopus eū, quem videbat sincerè vel le accéseri albo Christianorū obuiis vñnis excipiebat: & haud secus gratulabatur, atque is pastor, qui perditā, ac moribundā ouem latus ad causas humeris impositā reuexit. Et mox erumpet in gratiarū actionem, quod hanc Deus ouiculā ex luporum fauibus pararet, liberare. Nec id solū: sed pergebat ad altare, hoc est, Eucharistiam, & illam, meo quidem iudicio: aut, si mauis, ipsum altare defensulabatur. Hinc *diabolus* *in* totam Ecclesiā conuocabat: vt pro tanto beneficiō referret Deo gratias, & candidati salutem inchoatam stabirilent: confluerebant omnes ordinates, & pro uno membro corpus uniterum laborabat. Tunc propheticum quendam hymnum decantabant, quod Pachymeres, & aliis scholiastis de cantico fororis Mosis interpretantur, vel de psalmo 33. Nam illud canticum veram continet gratiarū actionem, quod Iudei mare rubrum, sicco vestigio, tui, & illæsi permeant, & Pharao cum exercitu fuerat vltione dimina submersus: quæ Cyprianus atypis ad veritatē transferens interpretat de Christianorū liberatione, & expiatione, quæ fit per baptismum, in quo spiritalis Pharao suffocatur. Itaq; vt hoc ad mores traducamus: quoties vel honoris, vel officij causa adsumus baptismum, veniat in mentē istius cantici: & induamus (vt iubet Athanasius) parvolorū, siue adulterū, qui baptizantur, personā: & quod illi nequeunt, agamus Deo gratias: quod eos ab Aegypto liberare, & ad terrā promissionis transferre dignetur. Eodem modo dicendū esset de psal. 33. cuius hæc est summa. Propheta ex persona Ecclesiae letatur ad tantū se peruenisse beneficium: & eius cupit omnes fieri participes: id est ad laudes Dei prouocat. In medio ostendit, quæ sublimes promissiones condicæ sint iis, qui baptismum initiatur. Ad postremū præscribit officia Christianis: quomodo vitæ instituere, malaque vitare debeant. Hæc tūc erat cōsuetudo excipiendi cādidiati. Recepto imprimebatur signū viuificè crucis: nomē referebatur in tabulas, & hactenū erat catechumenus: vt aiunt Carthaginē: ca. 86. & 87, & Braccarē, 3. Dato nomine, vt minimū per trimestre, instituebatur in fide: exercebat sese, ieunabat. Non quod propterea esset necessariū huiusmodi asceses & exercitia ad baptismum adferre: sed quia quod sese præparabat magis: ed se copiosius infundebat gratia, & sanguis Christi penetratus in animum subsidebat. Ab hoc tamen temporis prescripto non nunquam discedebatur: vt in vita D. Petri Clemens abunde testatur,

olim antequā  
reciperetur cā  
didatus decā  
tati hymni.

Exod. 13.

Psal. 33.

Li. 4. epist. 7.

Psal. 33. summa.

ma.

A scriptio ca-  
relium.

Iustinus in 2.  
apol.

Tempus infi-  
tutionis cate-  
chetica.

Clemens li. 3.  
recognitionis.

& epist. 3.

*Et Burchar.* vbi narrat Apostolum Petru, post bidui ieunium, detrectasse Clementis lib. 4. ca. 15. matrem baptizare: sed cum eadem, uno adhuc die ieunasse dicerent, non quodlibet ieunium idoneum esse baptismali preparationi. Cum autem postridie hospitam suam illa secum ad baptismum adduceret: admisit Petrus, hoc apertum verae conuersationis indicium: esse testatus, si quis non satis habeat suae viuis saluti consulere: sed totam secum ad Christum rapiat familiam. Ceterum posterioris aetatis Christiani multum ex illa severitate remiserunt. Nam Laodiceni Patres tantum quadragesimam requirere videtur, cum decernunt, ut, qui post duas hebdomadas quadragesimam nomen dare voluerint, quod in paschia baptizentur: ne admittantur: quia non satis supererat temporis ad institutionem, & exercitationem huiusmodi candidatorum: itaque vel in pentecosten, si quid gratiae fieret: vel in annu alterum, si nulla virgeret interim necessitas, differre coegerantur. Huius rei memoraverunt Tertullianus lib. de poenitentia, & Iustinus in altera apologia: vbi dicit fratres cum baptizandis ieunasse. Vide ut Christi mox abluendis sanguine opera sua impertiebatur. Cum autem adesset vicefimus dies a baptismō futuro (ut Bracarense tertius canon ostendit, catechumeni veniebant ad templū, sequē subiiciebant exorcistis, a quibus ad tempus usque baptismi erubiebantur: cuius rei Dionysius quoque meminit, saltem huius institutionis: reliquorum Cornelius in epistola ad Antiochenum Episcopum disertam facit mentionem, ne quis supra credat inuenta. His itaque peractis, cum iam esset in foribus pascha: quinta feria hebdomadæ magna instituebatur catechumenorum examen: nec solum, quam recte crederent: sed quam exacte intelligenter quarebatur. Huius rei nobis fidem faciunt Laodicensis canon 46. ac Trullianus 78. & Balsamon, qui dicit toto anno catechizatos illa feria profectus specimen habuisse. Itaque minus pigere debet nostros catechumenos, more veterum, christianam ediscere catechesim. Vbi iam adesset festus dies, adducebantur ad baptismum: ille recitatis nominibus prolixissime orabat, & cum eo tota collecta christiana: vt Deus dignaretur copiosam gratiam infundere. Quæ fuerit oratio, non satis habeo compertum: suspicor fuisse missam catechumenorum, cuius concilium Carthaginense: meminit, & D. Augustinus. In sua autem illa missa accipiebant catechumenis τὸ ἄρτον τὸ περιστόλιον, seu sacramentum panis, hoc est, benedictum panem, ut moris est Gallianis & Anglicanis ecclesiis: cuius etiam meminit idem can. Carthag. salem autem benedictum die dominico acceptum, testatur etiam Augustinus. Deinde, vbi promisissent omnia se facturos ex Christi praescripto: tunc conuentus cantabat psal. 23. quo primum celebratur Dei omnipotentia, qui vocat vocandum, & seruat seruandum, tyrannos autem, ac persequeutores, hominesque prorsus ineptos ad fidem, quos cedrorum, montiumque nominibus propheta significat: deturbat in exitium: prædicatur insuper christiana fides, usque verbi diuinī, quæ homines pellicit ad se, cum specie abiecta, deridiculaque videatur ac postrem stabilitas, permanitura.

*Burchar. lib.  
4. cap. 8.*

*Euseb. lib. 6.  
cap. 43. Ecc.  
hist. Examen  
catechumenorum.*

*Oratio, ser-  
missa catechu-  
menorum.  
ca. n. 87.  
Li. 2. de pcc.  
merit. ca. 23.  
& li. 3. ca. 16.  
adquer. Dona.  
lib. 1. cap. 11.  
confer. Atta-  
men in nomo-  
can. cōc. car-  
thag. 37. cap.  
mei. & Iac.  
benedictū cer-  
ta benedictio-  
ne appellatur  
τὸ τῷ πν-  
πνῷ πνγ-  
γιον.*

*Vide & Ter-  
rat. lib. de co-  
rona milit. &  
xcōtra Marc.  
& Hierony-  
contra Luci-  
frian.*

mansuraque integritas Ecclesie monstratur. Hæc ita gerebantur, ac mox Hieronymo contra Luciferianos.

*Caluinianos in baptismi administratione ritus enumerat, & eius-  
dem signatim confutat.*

### Catechesis 113.

**P**roximum est, ut de haereticis ritibus nonnihil dicamus: non vt eos imitemur, sed vt haeretica petulantia, quæ omnia prophanan, cognitam melius execremur, & refellamus. Et si igitur ea sit authoritas, ac maiestas verbi diuinī cum scripsi, tum eius, quod mente, & confessione traditur, ut nulla contradicatio, seu Caluini, seu cuiusquam haeretici sit audienda: ne dum recipienda: tamen si placuisse cum aliis haeresiarchis nostri seculi, tum Caluino, eiusque discipulis ita ridere nostra, id est, apostolica, ut nil suum ingessissent, videri potuissent alicuius tuendæ veritatis patrocinium suscepisse: nec ego præter orthodoxyæ adsertionem mihi quicquam altius putasse inquirendum. At nunc cum non satis habeat vetustissimos, & sanctissimos ritus explodere: sed noua quædam somnia pro christianis, orbi venditent: veritatem potius prodere, quam tueri videntur: nobisq; superest non tantum nostrorum defensio suscipienda: sed etiam extenorum aggredienda confutatio. Sed prius expendorum est catechumenis, quas in baptismō Caluinus usurpari velit cæteronias. Principio igitur in eo libello, quem inscripsit formulam administrandorum sacramentorum Ecclesie Genevensis, baptismi Caluiniani ritus occurunt: ac in primis vetatur, ne instituatur baptismus alio tempore, quam concionum, & catecheseon: nam alias non habet collectas. Lutherani volunt prætereà campanæ signo populum conuocari, quandò baptismus est administrandus. Deinde iubet idem author ministrum querere, num infans offeratur baptizandus: ac tum exordiri mysteria. Et ne nil additum christianum: minister invocat opem diuinam, dicendo: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, &c.* Deinde sequuntur compellationes, in quibus grauitas, & indignitas peccati originalis mirum in modum exaggeratur, nec id pessimè: cum expedit illius morbi contagium esse notissimum: sed ibi notandum est, quod dicitur per huius sacramenti administrationem illud expiri: nec minorem esse vim sacramenti, quam verbi diuinī. Hæc enim catholicis erunt ex usu. Postea subiungitur quædam à Caluino excogita-

*Ritus Calu-  
niani baptis-  
mi proponit,  
et statim re-  
fellat.*

*Impudētis-  
ma arrogātia  
Caluini.*

*Caluinus ipse  
ritus baptis̄mi  
sui nomine  
caluini digna-  
tur r̄stituto fa-  
stu ac noua  
effe commenta  
prodit.*

tata precatio , vbi nulla filij Dei mentio : sed solius patris prædicatur , laudaturque maiestas æterna. In eius fine orat minister , vt sacramen- tum sit efficax : quasi verò illud nostra precatione indigeat : nec sit sa- tis à Christo fuisse semel ad hoc institutum. Mox ( vt intelligas quām si- bi nunquam constat hæresis ) orat , vt sacramentum vim suam exerat in candidatum. Vides pugnam ? Quam enim tu vim narras , si sacra- mentum per se non sit efficax ? Hinc sequitur oratio Dominica ( vt vo- cant ) nos Caluinianam rectius dixerimus. Lutherani volunt hanc re- citari flexis genibus , & impositis manibus capiti infantis. Post hæc a- gitur cum susceptoribus , ac sponsoribus , à quibus percunctatur mini- ster , sintne diligentem operam daturi , vt tingendus instruatur omni doctrina tum veteris , tum noui testamenti : vt non tantum fidem ha- beat: sed & vitam secundum illam instituat. Tunc recitatur symbolum: post cuius recitationem , more catholico nomen inditur : ac postremò tingitur puer. Hæc sunt omnia mysteria , ritusque Caluiniani. Atidet ta- men impudens post ea , quæ recitauimus , dicere , quicquid habetur in illa formula , esse vel à Christo institutum , vel ab Apostolis tradi- tum , vel in antiquæ Ecclesiæ moribus positū. Itaque percurramus om- nia , & hypocrisim huius hæresiarchæ renudemus. Principiò igitur , ve- lū in porta cantherius , in ipsa inscriptione formulæ impingit , atque ab hac sua magnifica antiquitatis ostentatione diuariat , dum Caluinianum nomen adscribit. Quorsum enim tu mihi Caluinum authorem

nominas eorum , quæ vel à Christo , vel Apostolis , vel præsa Ecclesia trædita narras ? Ergo nouitia est institutio Geneuensis , non apostolica cæremonia : hæreticum commentum , non christianum. Valeat anti- quitas : & catholici relinquunt ritus , quorum nec ætatem , nec au- thores reperias. Quis enim vel Episcopus , vel Pôtifex : quod concilium , quæ ecclesia orthodoxorum formulas admittunt ? Cuius institutoris no- men præferunt ? Ergo his verius vetustatis titulo gloriai licebit : qui- bus successit hæretica nouitas interpolata mendaciis. Sed inquietus esse consona veteri Ecclesiæ , scripturis , & apostolicæ traditioni. Primum , quod scripturas iactant : vnde habent paedobaptismum , si non ad au- thoritatem confugerint Ecclesiæ ? Quis Paulus probatum dabit ? Et si missis scripturis veniant ad Ecclesiam : quam , cedo , nominabunt ? Au- gustinum credo , & eius æquales. Sed cur aliis in rebus non ferunt istorum censuras ? cur non integrōs recipiunt ? Nec enim licet , quod libet , credere , & cætera daminare. Nam aliud nihil est hæresis , quād ad credendum quædam eligeret , cætera respuere. Ut verò nominent Diohyios , Panthænos , & similes , nunquam inducent in animum. Sed & illud habet questionem. Cur tu veteris Ecclesiæ iactator , qui doces infantes esse regni celorum hæredes etiam dum maternis clau- duntur veteris , propter eam , quæ Abraham facta est , promissionem : non in certa tempora differs baptismum cum Ecclesia veteri ? Cur non pascha , vel pentecosten expectas ; cùm tua credulitate pueri non egeat ?

Nana

Nam vetera concilia eos adegerunt ad pœnitentiam , qui , præter ne- cessitatem , in aliis temporibus baptizarent. Nazianzenus , & alij ma- luissent ad 6. aut 7. annum seruari : non quod dubitarent de efficacia- te baptismi : sed ad maiorem decentiam. Cur tu vis primo statim mo- mento baptizari ? quod recte fieri non negamus : sed tibi , quæ fuerit veteris Ecclesiæ consuetudo , demonstramus : ne tuæ nouitati prætexas illius canitatem. Vult præterea Caluinus fieri tempore concionis , & ca- Temerè calu- nus baptismo

techeseos : laudo religionem. Interim consulamus oracula. Nonne cla- concionis , aut

mant paſſim baptizatos magna hominum solitudine ? Quæ erat fre-

quentia cùm eunuchus baptizabatur ? Nam si comites itineris adfuisse

dicas , respondebo ex tua lege testes esse non posse , quicunque nō sunt

initiati. Itaque vt non damno , quod velis adesse celebritatem , splen- dorēmque , & frequentiam : eam tamen præscribi nullam habet proba- tionem. Deinde quæ scriptura tradit , quod ministrum tuum querere

præcipis ? Ipse puer clamat se baptismum querere. Quid simile

fecit Christus in illorum parvulorum complexione ? Quid tu igitur

oblatos statim non recipis : sed percunctionem iubes institui ? Vides

quād procul absis ab illa præclara ostentatione , qua dicas te nihil tra-

diturum , nisi quod Christus , & Apostoli tradiderunt , & quod Eccle-

sia pro more habuit ? Sed libuit tibi sic dicere. Iam illud , vnde vis in-

choari mysterium : Adiutorium nostrum in nomine Domini : qui nescit

esse papisticum , vt soles nostra vocare ? Quid tibi homini ( si Christo

placet ) apostolico venit in mētem , vt papisticis , hoc est , christianis vta-

ris ? Sed est scriptura sacra. Fateor. Cur eam torques ? Nec enim psalmus

ille poscit auxiliū : sed agit gratias Deo , cui omnipotētia periculū auer-

terat. Tu verò ad opē implorādā v̄surpas : ac proinde neq; ex psalmo mu-

tuatus es : nisi te torsisse fatearis. Nō libet cōsuetum Tertulliani expo-

stulationē adsumere : ne quis tamē eā desideret , sic habeto : Nō Christiani

( inquit ) nullū ius capiunt christianarū literarū : ad quos merito dicendū est , b̄aret. contra

qui effis ? quādo , & vnde venisti ? quid in meo agitū nō mei ? quo deniq; Mar

Marcionem.

ciō , iure sylua mēa cedis ? qua lietitia , Valentine , fontes meos trāsueris ? qua

poteſtate . Apelles , limites meos cōmouis ? Mea est poſſiſio . Quid hic cæteri ad

volūtatem vestrā ſeminatis , & paſciuiſi ? Mea est poſſeſſio . olim poſſideo , prior

poſſideo , habeo origines firmas ab iphis authoribus , quorū fuit res . Ego sum ha-

res Apostolorū . Sicut cauerūt teſtamēto ſuo , ſicut fidei cōmiferūt , ſicut adin-

rauerūt ita teneo . Vos cæteri exbare dauerūt ſemper , & abdicauerūt , ut exira-

neos . vt imīnicoſ . Vereor ſacrilegū cōpellare , qui Ecclesiæ , hoc eſt , hostis

ſuę vtitur bonis , & armis . Vides igitur te aliud nihil , quād electorē eſſe

( patere vt ſic te potiū , quād hereticū vocē ) q; partim ex ſcripturis , par-

tim ex canonib⁹ quād retines , cetera , q; libito reiicis ? Sequitur plixa o-

riginarij peccati vituperatio , quād nō poſſu nō laudare , niſi q; omnē exe-

ceret nouitatē . Cæterū ſubiūcta oratio petit , vt illud infantī remittatur ,

Bene habet . Quomodo ergo heredē eterne vite ſtatuis rāto peccato ob-

noxii . Cur vetas in mortis periculo mulierculā ferre perituro ſuppetias :

Quād ſibi in- festus , ac re- ḡis in his ri- tubus ſit cal- ninus .

Toto baptismo deprecari Deum, ut hanc culpam ignoscat parvulo: nec nullum putas periculum, si non expiatus moriatur? Miror tantam in tanto mystagogo contradictionem: immo tantam in Caluino crudelitatem obstupesco. Illud verò quām ineptū est, quid petis, ut sacramētū sit efficax, ut eluat tabē originis, ut vim exerat suā? Quid? Ita excidit sacramētū esse merū signū? Quas tu mihi vires in puro puto signo somniās? Sētis

*quām preponet.* hāc esse rātā & s̄v̄ḡatā, parum excocta, tantique legislatoris indigna manuētate? His omnibus dominicam subiungut orationem. Recte. Sed quo

*caluinus suam oratio.* exemplo oratio Caluini praecepsit, Christi sequitur? Scilicet, christianā doctrinā antiquator Christo preferendus. Sed altera magis ad insti-

*huīus bap̄fis.* tutum facit. Esto. sed cur omnino baptismō praeponitur oratio domini-

*mo preponat.* ca? Quae scriptura hoc docet? quis Apostolus? quae vetus Ecclesia? D.

Hierony. lib. 3. aduersus Pelag. dicit statim recitatam fuisse, postquam ex aqua emersissent. Vetus Ecclesia subiungit: tu præmittis: quae tibi, Caluine, traditio, immo quae reuelatio facta est: ut omnem v̄squeadē

*simiolus, cūm scripturā non habeat, hīc caluinus in sumendis pa- trinīs, in nomi- nis imp̄fisiōne, affersione sola, & forma iniiciatur ferē catholicos.*

contemnas antiquitatem, cuius nihilominus venditas autoritatē? Hinc compellantur suscep̄tores, num sint parati infantem instruere. Quām sunt hīc multa, quae non modō curiosus, sed fanus quiuis reprehendat: Quis vel typus in tota scriptura, quis locus, Apostolusve hoc sugges̄tit? Non audebis dicere te sequutum pontificios canones.

Quid igitur dicturus, nisi quia sic libuit? Omitto quid vtriusque testamenti cognitionem stipulentur, hoc est, futuros perfectos theologos. Sequitur nominis impositio recte, & apostolicē. Sed quem ipse sequitur Caluinus authorem? Video olim factum in circuncisione: sed hoc

fuit legale: nobisque probro vertunt Caluiniani, si Mosaicum aliquid imitemur. Ad postremum infans aqua perfunditur. Demiror te, Caluine, qui soles alioquin verba trutinare, nec τὸν βαπτίζειν proprietatem, nec veteris Ecclesiae morari consuetudinem, solāmque effusio-

nē probare, quā neq; Christus, neq; Apostoli, neque veterū quisquam præcepit: v̄squeadē delectari visus es assidua quadā electione. Sed &

*forma*, quam usurpas, nostra est: qua in re miror nihil nouum exco-  
gitatum fuisse. Quid si hīc liberet pluribus agere: hoc vnum ostende-  
ret necessaria esse traditionē Ecclesiae, quae simul cū effusione, vel im-  
mersione hāc pronuntiat formā. Et tamen noui homines partim nobis-  
cū, partim novo more clamāt ex Christi præscripto se omnia agere: cūm

illud præscriptū sic illis præiudicet, ut nihil æquē. Hæc igitur vel sola possent illis opponi, qui nostra nituntur conuellere: vt

sua nobis obtrudant, quae certē prius probanda illis  
fuerant: nisi tam dementes nos iudicent: vt reli-  
ctis antiquis, probatis, v̄suque receptis, noua  
quædam recipiamus, nec ætate, nec

veritate, nec maiestate cum  
nostris comparanda.

\*\*

Ceremo-

Ceremonias, & ritus baptismi catholici apostolicos esse docet, & ab ha-  
reticorum calumnijs vindicat.

## Catechesis II.4.



Esterno die, auditores, retulimus, & ( ut benè confido ) refutauimus hereticam peregrinitatem, quam inuehunt heresiarchæ pro catholicis ritibus sacroſancti baptismi. Verū, ut nostrorum rituum præstantia melius intelligatur, paucis aperiendum est à sanctis maioribus nostris ita profectos, ut certum authorem adsignare non possis, nisi ad Christum, vel Apostolos referantur. Ut autem id fiat commodiū: velim ante omnia stipulari, satis debere videri, si iisdem rationibus nostram orthodoxiam confirmemus, quibus aduersarij suam nouitatem stabiliunt. Si enim illis abundē cōfirmata sint, quae vel à Christo ducta, vel ab Apostolis tradita, vel ab Ecclesia veteri usurpata persuasum habent: cur nos iisdem legibus vti non permittant, & ea cōfirmare, quae ipsis probari posse nulla ratione videntur? Damnant igitur in nostris ritibus exorcismū, aquæ baptismalis ( ut vocant ) incantationem, & consecrationē. Hinc cæreū, vnguenta, chrismata, & insufflationē irridēt: maximē verò omniū sputū execrantur: quae si nō esse neoterica, sed apostolica valuerimus demon-  
*De exorcis- mo.*

strare: tū sanè erit de aduersariorum nouitate satis pronuntiatum. Quid igitur ad exorcismum attinet: miror posse inducere animum, ut hanc negent, qui volunt nobis ex veteri testamento præscribere. Nā Ambros. vel quisquis fuit, qui edidit cōment. in epistolam ad Ephes. ad cap. 4. di-  
*lib. 8. cap. 2.*  
*antiq. Iud.*  
*Lucas 10.*  
*Eccl. Hier. c. 2*  
*Vilhelmus*  
*Lindanus.*  
*Till. Gode-*  
*fridus Guis.*  
*ielmus.*

*Morelius in e-  
ditione greca.*  
*Euseb. lib. 6.*  
*ca. 43. Nic-  
ea 43. Nic-  
eph. lib. 4. c. 31*  
*Ecc. Hist.*  
*Tertull. lib. de  
nos.*  
Cornelij epistolam conseruatā ab Eusebio, ac Nicephoro præter-  
mitto: nec illius fratrem spiritalem Cyprianum ex lib. 4. epi. 7. proferam.  
Nam si instituisse omnes cōmemorare, qui vel ad baptismū, vel alibi  
meminerunt exorcismorum: non video quē finem habitura esset oratio.  
Tertullianus enim lib. extremo de anima: Minutius Felix libro contra  
gentes: Seuerus Sulpitius lib. 3. de vita Martini, testimoniorū infinitam

copiam subministrans, quibus accedit Epiphanius, qui in Ecclesiæ charactere exorcistarum describit officium. ut alienum esse oporteat ab Ecclesiæ, qui istud characteristicum nolit agnoscere. Nunc de catechismo, non eius generis, quæ nunc tractamus, de quo mirabiliter inter nos, aduersariosque conuenit: sed de eo, quem iamiam baptizadis sacerdos impendebat: qui constabat certis quibusdā precibus, quarū meminit ipse

*missa catechumenorum.*

Ecc. hic c. 1. *solis cōsecratio.*

canon. 85. *lib. 1. cap. 11. confess.*

Dionysius sub εὐχῶψ appellatione: quæ siebat, cùm interea catechumeni procuberent in genua, vt Deus eos dignaretur à machinis, & molitionibus dæmonis conseruare. In hoc etiam continetur solis consecratio, de qua si verbo dicendum sit; Patres Carthaginenses iubet catechumenos suo sacramento esse contentos, id est, sacramento solis, qui inferebatur in os, quæ admodum Augustinus sibi factum testatur, & hoc nomine gratias agit Deo. Igitur catechismus iste nihil aliud est, quam missa catechumenorum, quæ passim collaudatur à vetustis scriptoribus, cuius hodiè in missa D. Iacobi, & aliorū forma visitur. Nec tacet Augustinus lib. 2. de peccatorū meritis, & remissione, c. 23. & li. 3. c. 16. cōtra Donatistas. Exempla sunt insignia, si quis ea moretur, in vita D. Bonifacij, & in epistola 1. Alexadri VI. à D. Petro Rō. Pōtif. Iā si de aquæ cōsecratione pauca dicēda sunt, de qua superius multa dicta sunt: siue ex novo testamento, siue ex veteri, seu ex apostolica traditione probationes quis adferre velit: nihil est magis decantatū. Quis enim ignorat vitulæ cineres iniectos in aquā, initiationis speciē habuisse? Quid in zelotypiæ remedium factum olim fuerit, quâve ratione vxores pudicitiam suam maritis approbarint, notissimum est: nec putabatur nefas elementum aquæ sacræ vel rebus, vel iudicii adhibere ritu vario consecratum. Venio ad nouum testamentum, vbi ipsimet hæretici legentes 1. ad Timotheum 4. sanctificari creaturam per verbum Dei, adeò non vituperant nos propter panum, & aliarum rerum benedictionem, vt laudent magnoperè. Quod si id rectè circa panes, vinum, domos, lignaque fieri credunt: cur idem in aquis factum reprehendunt? Deus (inquiunt) non præcepit. Ergo traditionem consulamus. Et primus Areopag. suffragatur, dicens infusum in aquam chrisma fuisse: & (quod pessimè habet aduersarios) psalmos decantatos, eamque sancta prece, & inuocatione sanctificari. Quod si Clementem Rom. addere libeat: is lib. 3. recognitionum, & epistola ad Iacobum fratrem Domini prædicat perennes aquas, mirificisque ornat epithetis, quod vim habeant ad parandam vitam æternā: vt quæst. 26. ad Genesim inquit Theodoretus. Adde librum de vita D. Petri interprete Peronio. Abdiam Babylonum, nisi vehementissimè suspectū haberem: ex vita D. Thomæ produceret, vbi meminit aquarū consecrationis. Diuus autem Ambrosius hanc rem maximoperè commendat, vbi ex professo de hoc sacramento disputat, aitq; eas aquas sanare, quæ Christi gratiā habent: mox precis, & inuocationis meminit à sacerdote perfectæ: vt sanctificetur fōs, & adsit presentia Trinitatis æternæ. Quod sincerius, candidius, robustiusque testimonium expectatur? Non paulo tamen

men disertius haberi potest ex Cyrillo Ieroſo. catechesi 3. qui in hunc modum suos alloquitur catechumenos. Non tanquam aqua simplici studeas huic lanacro: sed vt spirituali gracie, quæ cū aqua datur. Nam vt illa, quæ in delubris idolorum offeruntur, cùm sint pura natura, innoſatione demonum reddūtur impura: sic contrà aqua simplex, per sancti Spiritus, Christi, & patris innoſationem accepta virtute, sanctitatem consequitur. Hæc satis declarant, quæm sancte, & religiosè Patres hanc obierint quondam *cæremoniā.* cæremoniam. Nā vt longius decurrat per eorum Patrum authoritates, *ptismali.* quibus aduersarij minorem habent fidem, adduci non possum. Iam de cereo videamus: cuius qui meminerit equidē vetustiore nō habeo magno illo Hieronymi præceptore Gregorio Nazianzeno, qui haec tamen fuit authoritatis, aut (potius dixerim) maiestatis: vt Hieronymus nullum fuisse dicat ausum resistere. Is ergo, cùm multa dixisset de institutione baptizandorum: huius cæremoniæ commendatione vocat euāgelium: debeo, inquiens, præterea yobis hęc euangelizare. Deinde venit ad candelā, quam lampada vocat: aitq; significare lumen, quod hominibus inditur per hoc sacramētum illuminationis: quod, vt exteriū representetur: infanti nuper mundum ingresso datur in manum ardens cereus eius lacis symbolum, quæ gressus illius in hac rerum caligine dirigat, vsque dum ad summā, & omnimodam perfectionem perueniat. Et hoc adfert virginum illam parabolam, quarum alia bonis operibus fidei lucernam egregiè fountes nuptias ingredi meruerūt; cæteris dormitantibus, & atatemque suam in rebus nihili prodigētibus, extincta lápade, quam bonis actionibus curate neglexerant, foris remanētibus. Ita Gregorius. Omitto illud exemplum, quod nuper ex Nicephoro protulimus, pueri Hebræi per ludicrū puerile baptizati, cui in manum dabatur *Ecc. Bīf. lib. baculus præcere:* vt pueris etiā nō ignotam cæremoniā pudere debeat *3. cap. vii.* nostros aduersarios ignorare: vel, quod est deterius, conuitiis incessere. Prolixum esset adferre, quæ habet contra Vigilantiū Hieronymus, omnem cereorum, & lampadum in ecclesiis vsum condonantem. Tametsi enim initio non magnoperè laudet, quod interdiu accendantur: postea nihilominus dicit Ecclesiastia cōsueisse accendere lumina, dum Euangeliū legitur. Quod si reuerā laude dignum illud sit: quidni magis in baptismō tādas, cereosq; liceat adhibere: præsertim cum Euangelijs pars aliquā cōsueuerit recitati: Burchardos, Bedas, & alios, quia recentiores inter numerantur, omitto: quāmuis non suam, sed veterū vel Patrū, vel conciliorū hac de re sententias referant. Cyrillum Ieroſolymitanum præterire non possum: qui eōdē alludens catechesi prima, sic alloquitur suos. *Qui fidei lápades nuper accendi stis: nunc non extinetas easdem manu tenendo, custodite.* Sequitur exsufflatio, quam præ cæteris dampnant. Sed iis locis, quos supra citauimus, Areopagita, Cyrillusque tradunt non simpliciter factam hanc exsufflationem, sed adhibitis gestibus, nimirū facie ad occidentem conuersa, & manibus eōdem pretensis. Quos rittis in Ieroſolymitanā ecclesia seruatos agnoscet, qui

Cyrillum Ierosoly. consuluerit catechesi mystagogica secunda: vbi, inter alia, dicit insufflationes sanctorum, & diuini nominis iuocationem, tanquam vehementissimam flammatum, vrere dæmones: eodem quoque alludens in præfatione in suas catecheses, vocat inspiratum, & exorcizatum neochristianum. Verum fac nobis nullam authoritatem suppetere: quis tamen iuste reprehendat, si, quantum possumus, execramur: verbisque, & nutibus faceſſere iubemus infenſiſſimum hostem generis humani? Habemus tamen antiquū præterea Tertullianū, qui per summi abominationem iubet nos in ipsum diabolum, nedum insufflare, sed expuere. Si igitur maiores nostri hoc habuerunt in more, quidni postmodum recte à posteris usurpetur.

*Reliquos baptiſmi catholici rituſ ab impiis hereticorum conuitijs liberat: Et breui epilogo baptiſmi commendationem complectitur.*

### Catechesis . IIJ.

*Vnclio baptiſtiſ malis.*

**D**Emporis angustia nuper exclusi, non potuimus reliquos ritus catholieos ab heretica petulantia vindicare. Nunc igitur veniamus ad vinguētū, quod propudosissimis nominibus, & epithetis insectetur, quæ referre non libet: ne christianas aures offendā. Sed pergamus nostri agere negotium. Dionysius loco tunc citato dicit Pontificē trinam vunctionem in crucis formam facere (locum non designat) moxque à sacerdotibus toto corpore perungi baptizandum. Cyrilius autem penè tota catechesi tertia dicit nares quidē inunctas, vt Christi bonum odorem spirarent, & discernerent à foeculentis hereseō, & superstitionē: aures vero, vt auditioni verbi diuini cōſecraretur: pectus quoque, vt induitus homo thoracem iuſtitię fortiter aduersus iuſſientē diabolū cōſisteret. Illa vna catechesis, ne cætera persequar, hunc rituſ catholicū abunde & cōmendare, & tueri posset: si deſſent reliqua Patriū testimonia. Chrysostomū autē quid cōmemorē, qui hāc ipsam cæremoniā enarrat, laudatq; mirabiliter, velut certissimū indiciū christiani roboris? Laodicē cōciliū cano, fīd. cap. 10. & 48. vocat ἐπαγάντος χριστού. i. supercoeleste chrisma (nā de hoc agere testatur cū adiūcta, tū Balsamō) vt pudeat aduersarios, tot Patribus cōtemptis, vocare putidū oleum, quod ait Damascenus nos christos, seu vincos efficere, Deique misericordiā nobis annuntiare. Ambrosium, qui lib. i.c. 5. de sacramentis habet plurima non poenitenda: Bedam, & alios prudēs omitto: ne de re testatissima ipse ambigere videar, si plures ad eius confirmationē aduocauero. Iā de ſputo quoq; nonihil: in q; cōuictiorū plaufra, & naues exonerat. Et fateor hāc rē esse prioribus illis obſcuriorē: nec dubito studiosos plura inter legēdū reperturos. Mihi imp̄r̄ſetia ū occurrit Bēda venerabilis, qui ad ca. Marci. 7. dicit ſalūā ſignificare ſapientiam,

*Homil. 6. ad collōſſ.*

*lib. 4. orth. fīd. cap. 10. & 48. Ambros. lib. de initianis myſt. cap. 6. De ſputo. quod ceteris b. ſputiſmi ritibus additūr.*

*In comment. ad Marc. c. 7.*

sapientiam, Christique efficacem diuinitatem, quæ infantum prius ora iaxat ad Dei prædicandam potentiam: quibus verbis indicat aperte maiores nostros hanc cæremoniam à Christi miraculo mutuatos, qui, vt eo ritu dæmoniacum liberauit, ſic Eccleſiam in spiritualibus hiſce actionibus peſſimos dæmonas abigere docuit. Certum eſt enim aures, ante baptismum, obturatas malitia diaboli: oculos clausos: lingam vinculis proſrus adamantinis ligatam. Quid ni igitur maiores nostri viſparent, quod Christum geſſile viderant? Quid eſt piaculi, ſi nostros exorcismos ad eam formam componimus, quam iſtitutam à Seruatore referunt euangelia? Ipsiſmet aduersarij, vt pædobiaptiſtum tueantur, dicunt ſibi præſcriptum à Christo, qui paruulos oblatos non repulit: tamſi vocent præſcriptionem: cur non eundem redemptorem noſtrum nobis præſcripſiſſe dicamus, dum hanc cæremoniam exigendo dæmoni adhibuit? Quod putidū eſſe vociferantur: nil eſt: ſi enim pueros in maternis vteris volutari: ſi nutrices etiam regiis infantibus cibum premanſum in os inferre non exhorrefſimus: quid mali habet, ſi fæderos ſaliua ſua os infantis attingat? Ergo faceſſat inuidia: nec item nobis fruſtrā moueant aduersarij ob ea, quæ & sancta ſunt, & tam antiqua: vt tametſi in antiquitate deprehendantur eorum vefigia: nusquam tamen authores prominentur. Nos autem has formulas, rituſque ſacerdormis religiosiſſime ſeruemus: & Ponticorum (quos Basilius, & Gregorius Nœocæſariensis eo nomine laudant) hac in re pietatem imitemur, qui haec ad amuſſim mordicū retinenda putauerunt. Veniat in mentem, quod Socrates lib. 5. ca. 22. ac Nicephorus lib. 1. ca. 34. aiunt non omnes vbi que easdem ſeruari traditiones: cū cuiusque gentis Apostoli quædam, integra tamen fide, ac religione, à cæteris diueſi: tradiderint. Et hīc eſt finis eorum, quæ de hoc ſacramento erant dicenda. Nam licet initio promiserimus nos aliquid encomiaſticè diuſtos de baptiſmo: tamen cū id variis in locis obiter egisse videamur, dum ſacramentorum vtriūque testamenti collationem iſtitueremus, dumque noſtrorum ſacramentorum, & potiſſimum baptiſmi efficacitatem commendaremus: eſſet profecto actum age, ſi nunc huiusmodi quippiam tentaremus. Si quis tamen aliquem epilogum requirat huius tam prolixæ diſputationis: age, circunferamus oculos, & quæ prima occurrit, antiquitatē in iſtud compendium traducamus, reliqua mox eodem adducturi. Si igitur quicquam præclarum, quia antiquum: magna profecto laude dignus eſt baptiſmus: vt qui cum ipſo mundo cooperit. Nam in ipſa rerum creatione Spiritus sanctus hoc ſacramentum tantum non iſtituebat. Deinde altero ſeculo diluvium huius typum habuit: ſicque ſingulis ætatiibus voluit Deus certis figuris, & ænigmatibus iſtius rei in mentem reuocare: vt in transiſtu maris rubri, Iordanisque factum eſt: ne quid de Isaiae, Ezechielis, aliorumque vaticiniis dicam. Si ab authore Exod. 14. lib. 7. & 8. libeat operis dignitatem intueri: Deo quid nobilias, ac præſtantias? Pulchritudinem ponet ob oculos Iudaicorum, & infidelium rituum

collatio. Quid enim decentius ablutione vel ipsius corporis: nequid hoc adferam de illa inadspectabili criminum emundatione, quæ ex foedissimo pulcherrimum, ex hoste Dei filium reddit? Quæ in limpidissimo vnguento, in mundissimo sale, in splendente cæreo, in pellucidis aquis sordities? Neque turpe lucrum, aut auaritia quicquam impuritatis offundit. Deus enim omnia gratis operatur: cuius liberalitatem summā ministri pro viribus æmulantur. Vtilitatis tanta copia, & vberitas: vt facilis ingressum, quam exitū inuenias. Nec enim solum hominē liberat à satana, expiat omni criminis contagio, soluitq; ære parentalis noxæ: sed fidem, & integrum virtutum chorum aduehit, infundit, facitque planè domesticum. Sed ista non libet repetere. Ipsum etiam corpus mirabiliter vegetum reddit: morbisque, si salutis ratio id postulalet, liberat: vt in Constantino videre licuit, qui foedissimam lepram, vna cum peccatis, reliquit in vndis. Sed quid ipsius aquæ vim exaggero: cùm illius votum idem non semel præstiterit? Nam alías arenarium illud baptisma Iudei morbo desperato correpti, retulimus, quo receptis viribus, & sanitate, nostri huius sacramenti quanta sit virtus, demonstrauit. Rectè igitur, post Gregorium Nazianzenum, & Cyrillum Ierosolymitanum catechesi tertia, dicit Damascenus aquam non tantum animos à peccato liberare: verum etiam corpus ab iniuria corruptionis eximere. Semel enim Christi sanctissimo contactu sanctificata, promittit nostris corporibus immortalitatem, & dum mens, pro cuiusque capacitate ( vt Patres illi volunt) expiat: ipsa caro per aquam ad primigeniam incorruptionem quodammodo reuocatur. Nec ullus est hac in re labor, nullæ molestiæ: adsunt patrini: fidem suam interponit Ecclesia: aqua inspergitur: & tanta commoda non sentientibus tribuuntur. Internum autem illud animi gaudium quis explicet: præsertim si homo sit illuminatus, & quid rerum geratur, intelligat: Imbuitur enim oleo exultationis, & cum reliquis spiritus fructibus gaudium pacisque recipit homo: vt Augustinus fatetur se tunc temporis suauissimis lacrymis incredibilem sensisse, ac testatum esse lætitiam: quibus immori dulce putabat. Quæ tamen si deessent omnia: tanta est huius sacramenti necessitas: vt Seruator noster magna cum autoritate decreuerit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Istud tantum adiiciam ex hæreticorum placitis: qui, quum alibi non semel negent hanc Christi legem intelligendam de hoc sacramento: iidem tamen in formula Genevensi bis, aut ter dicunt sacramentum baptismi, propter autoritatem istam, esse prorsus necessarium. Et hactenùs facta baptismi tractatio, suum hinc finem accipiat. Deinceps transibimus ad sacramentum confirmationis.

*Niceph. li. 7.  
ca. 33. Ecc.  
hist.*

*Idem lib. 3.  
cap. vlt.*

*Lib. 4. ca. 10.  
orthodox. fid.*

*Lib. 9. cap. 6.  
confessio.*

*In commen-  
tariis ad E-  
vangelia, &  
in actus.*

\* \* \*

*De nominibus, ac typis confirmationis differit, eoque sacramento definitionem quadrare ostendit.*

### Catechesis 116.



Ic eandem prorsus viam, rationemque sequemur, quam in superiori sacramento: ac primum nomina, typos, naturamque nostris catechumenis proferemus. Igitur nomina vel vtilissima, vel creberima in scripturis haec ferè sunt.

Primum vocatur per metonymiam Spiritus sanctus: vt cùm Paulus in actis interrogat, num credentes accepissent Spiritu sanctum. Eorundem autem actorum 8. ca. videmus instar proprij nominis impositionem manuum, quæ est huius sacramenti antiquissima nomenclatio. Notandum tamen ex Aug. vocari etiam ῥητορια, id est, signaculum. Iam quodd attinet ad veteres Theologos, noster Dionysius sapissimus Petil. mē τὸ μῆρος, siue vnguentum vocat (tametsi non sit vnguentum propriè, sed quiddam ex oleo confectionum) alías chrisma, & τελεστὴν χρήσιμον. hoc est, perfectiu[m]unctionem: nonnunquam, per synecdochen, superuentionem, seu aduentum Spiritus sancti nominat, partem effectus pro toto, accipiens. Interdū τελεστὴν χρήσιμον, id est, perfectionis operationē, & perfectionē, appellat. Reliquis penè eadem nomina usurpatū, vel chrismati, vel τελεστὴν χρήσιμον, hoc est, perfectiū chrismati. Nonnulli quoque sacrum oleum: Latini nostri confirmationem, mediaz etatis scriptores consignationem, spiritale signaculum vocant: vt Ambrosius, qui non minus eleganter, quam eruditè. Vnde repete, inquit, Amb. de iis, quia accepisti signaculum spiritale, spiritum sapientie, & intellectus spiritum qui init. cap. confilij, atque virtutis spiritum cognitionis, atque pietatis spiritum sancti timoris: & serua quod accepisti. Signauit te Deus pater: confirmavit te Christus Dominus, & dedit pignus spiritus in cordibus tuis: sicut apostolica lectione dicitisti. Item alij septiformem gratiam Spiritus sancti, donum, dona, chrisma, inuocationem, aduocationem, & traditionem Spiritus sancti vocat: Cyprianus unctionem. Si igitur contingat nunc istud, nunc aliud nomine audire: nos minimè turbari conuenit: cùm diuersitas nominum sacramentis inditorū, illorum vel ritus, vel multiplices effectus indicet. Iam quodd ad typos, quibus hoc sacramentum vel promissum, vel ostensum fuit: negant scholastici Theologi vllū extitisse symbolum, rogati causam hanc adferunt, quod gratia plenitudinem conferat: quæ cùm in veteri lege non esset: ne illius quidem typum esse oportuit. Verum quanti sit ratio ista momenti, aliorum esto iudicium: certè multum interest significeturne, an etiam conferatur ista gratia. Nouimus enim noui testamenti beneficia legalibus vmbbris præmonstrata: & Iudæorum pueri tam rerum simulacris detinuisse, quarum veritas à Christo demum est

Y 2 inuecta.

*Schola-  
stico-  
rum opinio.*

annecta. Quam enim habebant Iudei Eucharistiam? Et quot, obsecro, illius in illo mundo cæteromialium imagines? Sed nos maiores nostros, scripturâsque consulamus, num huius in lege veteri typos fuisse declararent. Nam Tertullianus de baptismo, & confirmatione iunctim differens, dicit nos secundum priscam inungi disciplinam, vetus innuens testamentum, cuius sacerdotij meminit eodem loco. Esto, cessauerint legalia: nec quicquam ad nos pertineat: quis tamen ignorat Christianos quoddam habere sacerdotium, quo vitulos labiorum suorum, & spiritus contriti sacrificium offerant Deo? Quidni igitur sacerdotum, regum, ac prophetarum veteresunctiones dicamus hoc sacramentum designasse, quod baptismum, in quo sacramur Christi & sacerdotes, & reges, perficit, eiisque gratia complet? Petrus, cum retunderet impietatem Iudeorum Apostolorum ebrios esse dicentium, cum Spiritum sanctum, & sacramentum istud accepissent: ait illam impleri prophetiam, que à Iohanne facta fuerat: in qua, interprete etiam Apostolo Petro, confirmatio visionis, prophetiae, & somniorum variis vocabulis intelligitur. Quocirca propter huius perfecti baptismi cum prophetia, sacerdotioque cognatione: & quia confirmatus Christianus non solum miles: sed rex dicendus: Tertullianus assertit illas unctiones tipum habuisse christiani sacramenti, quod hominem regem, prophetam, sacerdotemque perficit: non quod aequaliter in cunctis illa peragantur: sed, pro cuiusque capacitatem, aliis alia conferantur. Sed haec fuisse, vbi ad efficaciam nos ordo dicendi perduxerit. Nunc ad rei naturam veniamus, quae ab aliis alter nobis modo definiri comode videtur: ut sit Confirmatio sacramentum, quo ad episcopatum manum impositionem benedictionemque cuique, pro sua capacitate, infundatur Spiritus sanctus. Superest ut ista & explicatoria, & confirmationaria, non tantum ex traditione: sed ex scripturis fiant: quia in re non levius est difficultas. Verum, si totam sacramentalis (ut sic loquar) naturam descriptiōnem, ex ipsis sacris eloquiis ostenderimus huic abunde quadrare: concinerimus esse sacramentum: qua in parte maxime laboratur. Et quibusnam oraculis adseritur usque (inquiet aliquis) confirmationem esse instrumentum à Deo solo institutum? Age, inspice mihi caput 8. hist. apostolicae. Ibi Simon Magus cum obstupesceret ad manum apostolicarum impositionem dari Spiritum sanctum, collata pecunia: Date, inquit, mihi hanc potestatem: ut cuicunque manus imponero, accipiat Spiritum sanctum. Videamus manifestissimum instrumentum. Sed fortassis aliunde istud profectum est. Scilicet, credemus Apostolos afflatos Spiritus sancto, & eundem aliis impatientes hominibus idoneis, istud excoigitasse: & ad signum mortuum humum è celo deuocasse: absit. Nam est illud humanatum virium: ac pròinde diuinam agnoscamus oportet originem. Itaque, cum mihi haec plana videantur: non accendam faciem in meridie: nec adferam Clementem ex epistola 4. neque Cypriatum ex lib. 2. epistola i. manum impositionemque sacramenti epithetur tribuentem, atque indubitate sacerdotio baptismi: neque Ambros. ex li. 3. de sacram.

*Ad Iulianum,  
or Iulium.*

cap. i.

cap. i. aientem mysterium supra caput acceptum, esse vnguentum: nec denique 2. epistolam magni martyris, & Pontificis Fabiani, qui dicit (quod magni est ponderis) Christum in ultima cena docuisse Apostolos suos consecrare chrisma, & istud conferre sacramentum. Iam hoc sacramentum hominem initiare, & consecrare Deo, videtur mihi esse plannissimum. Nam cum Ioel, & post eum Petrus, dicant effundi spiritum super omnem carnem: quis non intelligit homines magis intimos Deo fieri, & sacratoriis vinculis alligari? Si quis antiquissimum testem velit audire: Melchiades dicit tantò habendum in maiori veneratione, quantum à maioribus perficitur: & baptismum quidem vitam, hoc autem dare victoriam: in illo ab lui, in isto roborari hominem. Et huc faciunt nomina perfectionis, & τελετογγιας, aliaque ex Areopagita, & Ambrosio producta. Vnde nostri non male adserunt tantum huius esse virtutem initiationis: vt si lateat in animi recessu ignotum peccatum, hac eluatur: & perficiatur, quod in contritione fortassis desideratur. Esse porro signum adspectabile inadspetabilis gratiae, satis notum est ex iis, quae iam diximus. Si queratur authoritas: en ex Ambrosio efficacissimam. Post fonte (inquit) sequitur, vt perfectio fiat quandò ad invocationem sacerdotis Spiritus sanctus infunditur: & posteà virtutes illas enumerat, quas Esaiæ 1. legimus. Tertullianus quoque non dissimilem habet sententiam libro de baptismo. Possem huc adferre Areopag. sed alij seruabitur loco. Conferre autem hoc sacramentum gratiam hominibus ritè comparatis, notius est ex scripturis, quam ut verbo referri debeat: cum impium Simonem ea res potissimum ad tantam vesaniam pertraxerit: vt non tantum charismata: sed illorum authorem pecunia redimere se posse consideret. His itaque breuiter perstrictis, constat confirmationem esse sacramentum, non quodlibet: sed quod episcopatum manum impositione perficitur: vt ex facto Philippi diaconi manifestum est, cui submissi sunt Apostoli, hoc est, Episcopi, vt istud exhiberent Samaritanis. Quin & Paulus simile quid factum est à discipulo baptizato.

*Manum impositionem sacramentum esse docet: eique precem aliquam, formamque sacramentalem semper consueta fuisse ostendit: & licet per synedochen cum in scripturis, tum in Patribus sola nominetur: tamen ei semper adiunctam fuisse unctionem, cuius nomine quandoque integrum hoc sacramentum occurrit: clarum facit.*

### Catechesis 117.



Ost nominum, typorum, ac definitionis tractationem, sequatur disputatio de huius sacramenti formis, & materia. Ceterum quia vox manum impositionis, qua nuper vñsumus, aliquoties,

obseruatio.

Marci. 10.

Ibi 16.

Actorum 28.

1. Timoth. 4.

2. ad eundem 1.

1. Tim 5.

Conc. Car-

thag. 4. cap.

85.

Altera obser-

vatio.

Vnde virius-

que vnguentis

mentionem a-

pad Cyril 1e

rosol. catech.

mystag. 2. &amp;

3.

Quae sub ma-  
nuum imposi-  
tione sint in-  
telligenda.

aliquoties, in scripturis nonnunquam occurrit: nec etiamnum persuaderi potest hæreticis nostræ tempestatis eam habere locum in confirmatione: danda est nobis opera, ut hanc manuum impositionem esse sacramentum ostendamus: quod si effectum dare valuerimus: liquebit nihil esse, quod quidam magno religionis periculo, ne dicam irrisione, trahicem volunt esse consignationem. Ut ergo ab omnibus intelligatur istud commodissimè: norunt in triuī pueri epitheta longè diueria duci à re profus eadem, pro illius varia cōsideratione. Quod igitur in rebus prophanicis vsu venit, est hoc in sacramento, & aliis quibusdam retinendum, ne multiplex nomenclatio rerum quoque varietatem inducat: nisi fortè tot comminiscantur sacramenta, quot nomina: nempe cōsignationem, confirmationem, manuum impositionem, chrisma, & huiusmodi, quas dūdum attulimus vnitis eiusdem rei notiones. Cōtrà verò (quod non est oscitanter obseruandum) idem nomē haud raro rebus inditur diuersissimis. Nam & varium est oleum in scripturis: multiplex manuum impositionis, & consignatio. Legimus enim Mar. 10. Christum imposuisse pueris manus: apud eundem Apostoli manibus impositis reddendæ valetudinis promissionem accipiunt: quod & Paulū fecisse docet Lucas in actis apostolicis. Eorundem actorum capitibus 8. & 19. nostrum istud sacramētum designat. Paulus usurpat aliquoties pro sacrorum ordinum collatione, & aliquando pro absolutione: ut cùm admonet discipulum, ne cuiquam citò manus imponat. Nec minor est in veteribus Theologis diuersitas: nam exempli causa, concilium Carthaginense missam catechumenorum sic vocat: Augustinus li. 3. contra Donatistas, & cap. 16. de baptismo, missam pœnitentium. Hac de re libuit nostros admonere catechumenos. Nunc de vnguento nō nihil quoq; ne incidamus in vulgares catechistarū errores. Maiores nostri τὸ ἐπογύγιον μέρος, id est, exorcisticū, siue adiutoriorum vnguentū appellant, quo, antequā baptizantur, catechumeni toto corpore vngebantur. Cōmemoratur & illud chrisma, seu oleū, quo iā tincti liniebantur. Itaque quod est apud Dionysium Areopagitā Ecc. Hier. ca. 2. in fine, non est accipiendū de chrismate confirmationis: sed de eo, quo iā egressi baptisteriū vngebantur: vbi fuerit licet idē oleū: non eadē tamen cäremonia, vti scholiaſte docent, & ipse met Dionysius tum in eo, tū in 4. ca. Et eodē loco (vt paucis absoluam) vnguenti vsum dicit in omnibus esse sacramentis. Itaq; diligenter vbiq; peruidēdū, quo loco, quod oleum Patres velint intelligi, & vtrius sacramenti, baptismi an confirmationis vunctionē indicent. Sed nunc ad rem ipsam veniamus: & ostendamus eos errare grauissimè, qui putāt nos, atque Apostolos diuersum habere sacramētū: quod eos proptereā credere contigit: quia sola manū impositione ab Apostolis administratū arbitrantur, pro qua nos olei inunctionem usurpemus: quæ opinio multa suppeditat hæreticis, vt in nostrā religionē fortius inuehātur. Igitur manū impositionis, quando ad hoc sacramentum pertinet: nō eā tantum cäremonia cōplectitur: sed simul consignationē, & vunctionē. Qui autē inter veteres

ter veteres manū solius impositionis meminerūt, non carent synecdoche: quemadmodū nec illi qui ab aliis ritibus vel cognitionem, vel vunctionem appellarunt. Hæc si sunt probanda: primum ex scripturæ sacrae interpretibus est annotandū τὴν χρονεταὶ preces, sacramentales, quæ formas cōplete. Nam cùm dicat Paulus, vt Timotheus excitet gratiam, quam acceperat per manus impositionem: patas nihil precationis tunc adiunctum fuisse? Quod si dubitas: Ambrosius, vel quicunque author fuit æque vetustus scholiorum ei hactenū, etiā ab hæreticis adscriptorū in Paulinas epistolās: Manus, inquit, impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus. Mystica autem verba, latine sacramentalia dixerimus: quandoquidē mysteriū nihil sit aliud, quam sacramentum. Sed & Ioannes Zonaras, & Balsamon ad primum, & 36. can. Apost. dicūt impositionē manū notionē habere sacramenti, precum, & invocationis Spiritus sancti. Ex quibus abūdē docemur vsuperati hanc appellationē, pro tota congerie cäremoniātū. Verū vt in istis impositionē manū indicatur invocationis ritus: ita apud Tertullianum lib. de bapt. cū benedictione iūgitur. Ait enim ille vetustissimus Latinorū Theologus non solā per se impositionē manū: sed per sacerdotalē benedictionem aduocare, & invocare Spiritū sanctū. Eodē modo Hieronymus in disputatione contra Luciferianos, cùm dixisset per manū episcopaliū impositionē dari Spiritū sanctū: mox imprecationi hoc ipsum attribuit, quasi hæc duo sint eadem. Sed ne prætermittamus inunctionē: huc in primis faciunt veteris legis vaticinia, quæ simpliciter vnguentum appellant totū hoc sacramētum. Nā Daudis verba psalmi 22. Impinguati in oleo caput meū, cùm produxisset Eusebius lib. i. demonstr. Euāge. ca. vltimo (quo opere nil eruditius, vel ad germanā scripturarum intelligentiā vtilius) subiunxit palam in his mysticam vunctionem significari: quam interpretationem videre est etiam apud Cyrillum Ierosolymitanum mystagogica 4. qui catechesi mystagogica 3. alterū psalmū ad eundē modum interpretatur: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis: nec ferē aliter, quam Eusebius, mysticum chrisma nuncupat: vt de sacramento agere palam constet. Rursus idem Eusebius eodem ca. profert Iaiā vaticinum, quo Deus mirabilia quædam, & inaudita bona se gentibus donaturum promittit: vt bibant vinum, & vnguantur oleo ( tametsi Hieronymus nonnihil à Septuaginta recesserit, quos ille citat) aīque ἐνδιλαί αὐθήν, καὶ μῆρα χροτην. id est, bonam fragrantiam, & vnguentū, seu vnguenti vunctionē significari: & disertissimè mysticum chrisma. Penè ad verbum eadē refert Cyrillus Ieroſo. eadem catechesi, differens de vsu, ac materia huius sacramenti: & sequente catechesi mixtim agens de confirmatione, & Eucharistia, pulchram instituit duorum sacramentorum cōparationem: quinimō ca. 9. Ecclesiastē Salomonis adfert: atque in hanc interpretatur sententiam, vbi Salomon suos iubet discipulos inunctos esse semper vnguento fraganti. His addi posset cap. 62. Isaiae: sed longum esset omnia proferre.

Inunctionis con-  
firmationis af-  
firatur.

Psal. 22.

Psal. 44.

Isa 25.

Cum igitur haec scripturę disertamunctionis, & olei mentionem faciant, nostrique maiores suis interpretamentis præscriperint, ne alio, quam ad istud sacramentum, defleuantur: quis inducat in animum, ut ne credat Christum ita instituisse: & Apostolos edoces à coelesti magistro sic administrasse: ut oleum nunquam defuerit? Agamus aperte. Fabianus martyr testatur Christum in ultima cena docuisse ad huius sacramenti collationem cōscire vnguentum, & Apostolos ita factitasse. Si quis tamen Ioannis locum inspiciat, videbit Euangelistā solius collati Spiritus sancti meminisse: hancque cæremoniam præteriisse, quam hic Pontifex ex apostolica traditione tunc afferit institutam. Addit illinc etiam permanasse, ut vetus chrisma comburatur: nec morem esse hunc Romanæ ecclesiæ potius, quam Ierosolymitanæ, Antiochenæ, Ephesinæ, & aliarum: vnde liquet Apostolos ubique gentium constanter hoc ipsum tradidisse. Iam Areopagitæ calculus accedit, qui de hoc vnguento disputans ca. 4. Eccl. Hier. dicit Apostolos istud sacramentum in summo pretio habuisse. His addit Cyprianum nunc impositionis manuum, nunc unctionis, nunc consignationis vocare sacramentum. Nam lib. 1. epistola vltima unctionem: lib. autem 2. epistola i. manuum impositionem, cum agat proflus de eadem re, nuncupat. Nec debemus existimare antiquissimum scriptorem, & martyrem aliter istud appellasse, quam ferrent eius temporis cæremonię. Iungatur istis D. Augustinus, qui lib. 2. ca. 104. contra Petilianum huic sacramento nunc vnguenti, alias chrisma. Donat. Iuo p. 1. ca. 237. & 242. Ep. 42. Ep. 43. Leo ad Nicet. Episc. Cap. 47. sicli s. ca. 20. cōtra eosdem. Bruch. lib. 4. & 6. & 7. & 42. & 43. Quod sibi non vixerat caput oleo. Sed licet ita loquatur Dionysius: maiores nostri tamen ita sentire videntur: ut balsami fragratiā adhibeantur. quod huic sacramento bellissime quadrare doctores scholastici abunde docuerunt. Quæ enim illata sunt balsamo, diutissime ferunt atatem: hoc autem sacramentum in eum usum adhibetur potissimum: ut homines reddantur invicti, nec molestis hostium insultibus deiciantur. Porro de huius olei consecratione, quam exagitant aduersarij, quicquid dicendum erat, superius expediuerunt Fabianus, Cyrillus, ac Tertullianus. Nunc ad alteram huius sacramenti partem formam. Et quidem ea est huiusmodi: *Ego consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate saluis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quibus in verbis menti confirmat spectare, quæ sit eorum, quæ adhibentur, significatio, qui scopus, & mens.* Etenim inter omes, qui his de rebus differunt: bellissime conuenit, eam laudabilem esse formam, in qua neque desint symbola: neque vis, & efficacia dissimuletur, nec authoris nomen omittatur. Hic igitur, cum dicitur, *consigno te signo crucis*, veluti porrigitur in manum ducis, & imperatoris, insigne crux nimis, cuius neminem pudere debet, qui militia christianæ sacramenta suscepit. Authorem, divinatum personarum indicat enumeratio. Vix autem declarant, quæ media sunt, & maximè confirmandi vox: quæ, quam latè pateat, erit postea dicendum. Illud iam sufficit: hoe sacramento hominis ante baptizati virtutes omnes augeri: & christiani nominis rationes omnes impletas.

habere nobis persuadeamus: non est necessarium: vt, si credamus Apostolos à Christo nullo visibili sacramento Spiritum sanctum accepisse: credere quoque debeamus eosdem per solam manuum impositionem sacramentum istud contulisse: atque ad postremum rem eò deductam: ut sola consignatione, & inunctione in fronte perficiatur: cum vtrumque sit falsissimum: si quidem religiosum fuerit suprà nominatis Patribus fidem non adhibere.

### D e m a t e r i a , f o r m a , & e f f e c t i c e c a u s a s a c r a m e n t i c o n f i r m a t i o n i s

#### Catechesis II8.

Osteaquam ultimo conuentu satis demonstratum est fruſe semper idem sacramentum confirmationis apud Christianos: sequitur ut de illius materia & forma differamus. Veteres Theologi designarunt oleum, quod sit naturales cui fragrantia causa balsamum admisceatur. Sic ille Fabianus, sic posteriora concilia, Florentinum, & alia. Tametsi vero haec ita recepta sint: ut nefas sit dubitare: non inutile tamen fuerit obseruare Dionysium in explicatione huius materiæ dicere, collectionem esse quandam suauiter spirantium materiam, quæ in se habeant affatim odoratas qualitates. Ideoque μῆρον vocat: quod ab oleo differre, testatur etiam Ambrosius ad ca. 7. Lucæ, vbi Christus exprobrat Phariseo, quād sibi non vixerat caput oleo. Sed licet ita loquatur Dionysius: maiores nostri tamen ita sentire videntur: ut balsami fragratiā adhibeantur. quod huic sacramento bellissime quadrare doctores scholastici abunde docuerunt. Quæ enim illata sunt balsamo, diutissime ferunt atatem: hoc autem sacramentum in eum usum adhibetur potissimum: ut homines reddantur invicti, nec molestis hostium insultibus deiciantur. Porro de huius olei consecratione, quam exagitant aduersarij, quicquid dicendum erat, superius expediuerunt Fabianus, Cyrillus, ac Tertullianus. Nunc ad alteram huius sacramenti partem formam. Et quidem ea est huiusmodi: *Ego consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate saluis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quibus in verbis menti confirmationis.*

pleri, ac perfici. Quod ad symbola ipsa pertinet: oleum representat i-  
lam pinguedinem, & copiam Spiritus sancti, qui adunctionem, & vi-  
sibilium signaculorum collationem illabitur. Quod reliquum est bal-  
samum, indicat integerimam famam, qua boni, malique trahuntur ad  
Deum laudibus percelebrandum. Iam si de antiquitate verbum sit fa-  
ciendum: fatebor ingenuè in ipsis Patribus (nec enim de pontificalibus,  
aut agendis loquor) vel parum, vel nihil esse, quod hanc formam referat;  
tantum D. Ambr. qui non obscurè videtur, vt & supra attigimus, libro  
de iis, qui initiantur ca. 7. extremo, alludere *Signauit te Deus pater*  
(inquit) *confirmauit te Christus Dominus*: satis manifestè, quæ apud Me-  
diolanensem Ecclesiam forma vigeret, ostendens. Eodem facit Gra-  
corum nomen σφαγιδθ: vt quid fieri vel soleat, vel debeat, intelli-  
garthus. Id verò non præterierim, quod in epistola D. Cornelij ad Fabia-  
num Antiochenum, penè isdem verbis apud Eusebium, Nicephorum  
ac Russinum de Nouato dicatur, quod non fuerit consignatus signacu-  
lo chrismatis. Nam quamvis Eusebius, ac Nicephorus σφαγιδα tan-  
tum habeant: Russinus tamen addidit chrismatis vocem, vt consigna-  
tionem istam non caruisse vñctione demonstret: quæ vehementer cor-  
roborant superius à nobis in nominum explicatione tradita: nec abs re-  
tamen hic referuntur: vt titus, qui ad formæ prolationem iam olim ex-  
hibiti fuerint, agnoscantur. Si quis autem hoc nomine putet formam  
explodendam: quia ad verbū eam non commemoret antiquitas: is  
memini: maiorum nostrorum religionis cùm in aliis, tum in tegendis  
mysteriis formisque sacramentorum: cuius rei videre est singulare præ-  
ceptum in præfatione catecheson Cyrilli Ierosoly. vbi & proditorem  
dicit esse, & condemnari euulgatorem mysteriorum: & eum, qui audit,  
in quandam animæ phænesim incidere. *Cave* (inquit) *ne quid effutias,*  
*non quod digna non sint narratione ea, quia ibi dicuntur: sed quod indignus*  
*est ille audire cui referres.* Alterum huius religionis exemplum est apud  
Innocentium, qui, rogatus ab Eugibino, cùm ad cætera respondisset: vbi  
ventum est ad formam sacramentalem: *Verba* (inquit) *dicere non possum:*  
*ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.* Hinc igitur  
maiores nostri, nè sancta darent canibus, & infidelium irrisio bi chri-  
stiana sacramenta prostituerent: diligentissime canerūt, ne sacras ευχας;  
id est, preces, seu formas euulgarent: adeò vt Græci veteres inter alia  
apologetica, istud quoque adferrent Deo pro grauissima ratione: vt vi-  
derelicet in eorum liturgiis: *Non prodidi tua mysteria cum preditore Iude.*  
Hanc igitur habeat tergiuersator certissimam causam, quod ad hanc  
formam pertinet, veterum patrum silentij. Et de forma haec tenus. Nunc  
ad causam potissimum effectricem: in qua erit expediendū, quis proprius  
minister: cui tractationi accedet nō nihil de susceptoribus. Inter theolo-  
gos iam à quadringentis annis fuit magna controversia & disceptatio;  
nec etiam nū penitus sublata videtur, de huius ministro sacramenti: aliis  
Episcopum; aliis quemlibet sacerdotem hanc habere potestatem dici-  
tantibus:

*Euseb. lib. 6.  
ca. 4.2. Ecc.  
bist.*

*Nicepho.  
lib. 6. ca. 3.*

*Ecc. H.  
Ruff. lib. 6.  
ca. 3.4.*

*Cur rara hu-  
ius sacramen-  
ti forma apud  
antiquos ex-  
tent vestigia.*

*Innocen. 1. ad  
Eugibinum  
epistola 1. ca.  
3. & 8.*

*De hanc sa-  
cramenti ad-  
ministro dis-  
pacio.*

tantibus in utriusque parti defuerunt luculenta argumenta ex antiquitate  
petita. Nam scriptura solos admittit Episcopos, dum narrat missos A-  
postolos, qui Samaritas hoc iniarent mysterio. Pontifices, martyresque  
vetustissimi rem tradunt eandem Fabius, Melchiades, Innocentius I. epi-  
stola ad Decentium, Damasius, Leo, & alij: quo inter Innocentius putat  
irritum esse sacramentum: si ab alio, quam Episcopo, tribuatur. Hierony-  
mus tota disputatione contra Luciferianos, huius sententiae videtur ad-  
sitione instituisse: itque hanc honoris prærogatiuam Episcopis esse  
seruatam. Quin Epiphanius in Acrianis cætera non inuitus fatetur esse  
paria sacerdotibus, & Episcopis: sed penes solos Episcopos esse manuum  
impositionem, qua partim sacerdotes, partim alios clericos proge-  
nerarent. Alij contra Gregorium adferunt, qui lib. 3. epistola 26. refert  
quosdam offensos, quia vetaret nonnullos sacerdotes consignare, aperte  
ostendens in manu sua esse id, quibus visum esset, permettere: quæ ad-  
modum Florentina synodus sensit sedem apostolicam simplicibus sa-  
cerdotibus hoc ipsu inuidisse ex rationabili, & virgente admodum cau-  
sa, testata prius ordinarium ministruum huius sacrameti esse Episcopum:  
& cum cæteras vñctiones simplex sacerdos valeat exhibere: hanc nō  
nisi Episcopum debere conferre, vt octauum actorum caput de Apostol-  
is doceat. Canon verò 3. sess. 7. Trid. concil. *Si quis ait, Ante confor-  
matiōis ordinariū ministrū non esse solum Episcopū, sed que quis simili-  
cē sacerdotē dixerit: anathema sit. Quid igitur?* Pugnant inter se concilia?  
Audi. Florentinum concilium designat ordinarium, propinquumque  
ministrum Episcopum: Tridentinum verò nil damnat aliud, quam eo-  
rum opinionem, qui functionem hanc nolunt ordinariam, & propriam  
Episcoporum esse: quiq; nefas absit à nostris catechumenis. Est enim tu-  
tissimum ab Episcopo suscipere. Sic autem dicit Pontifex Innocentius, &  
alij, sacramentum istud à simplece sacerdote nō esse ratum, quod Acria-  
na præsumptione præbeat: quia Ecclesia non est talium administratio-  
nem approbatura: quemadmodum nec olim multa matrimonia appro-  
babat: quæ tamen rata persistere, veramque sacramenti rationem habue-  
re. Itaque tametsi sacramentum istud olim in necessitate, anniente sum-  
mo Pontifice, collatum à simplece sacerdote sciat Ecclesia esse efficax:  
vt satentur Florentini Patres: tamen Tridentinis, & eidem Ecclesiæ dis-  
plicet: quia temeritatem volunt damnatam, & explosam. Vt catholicis  
duorum conciliorum fidē sequutis, certum esse debeat Episcopū esse or-  
dinarium, certissimum, & aptissimum huius sacramenti ministruum: inte-  
rim si summorum Pontificum permisso cuipiam istud sacerdoti conce-  
datur grauissimis de causis, confetendam reuerā gratiam: quemadmo-  
dum si quis infantem initiare præsumeret nulla concessione fretus: ille  
quidem gratiam perciperet: hic autem grauissimo se adstringeret faci-  
legio. Ad effectricem quoque causam pertinent susceptores: quia nec  
dum virile robur adepti sunt candidati, egenitq; ductoribus. At verò, ne  
quis se ad hoc munus temere ingereret: cauerunt maiores nostri in Ma-  
patrinis. *In decreto En-  
genij.*

*Sententia au-  
thoris, & pu-  
gnantium in  
specie cœilia-  
rio.*

*sess. 7. can. 7.*

*Deconferma-  
torum suscep-  
toribus, &  
patrinis.*

Decret. cap. 10. Burch. li. 4. cap. 24. guntino concilio cap. 2. ne quis vnum in confirmatione teneret, qui ipse confirmatus non esset, nec perfectè in christiana fide instructus. Et quid mirum? Vidimus penè angelum esse debere eum, qui in baptismō adhibetur sacramoris viæ dux: quantò magis vbi baptismi colophon imponitur? Alteram quoque iis legem dixit Hyginius: ne ad confirmationem susceptor accederet, qui fuerit in baptismō: licet hoc priscę religiōni videatur refragari, potissimum Orientis, & Græciæ, vbi fere semper vtrumque sacramentum coniungebat, nec susceptorum siebat villa mutatio: vt in Areopagita liquet, qui Hierotheum vocat suum ἡρόθεον: quasi tantum vnum agnouerit. Hyginius autem videtur eo tempore flouisse, quo primū ea sacramenta separari cœperunt.

*Confirmationis dignitatem, & effectus ostendit præclarissimos: in ea nihil pudendum, aut inhonestum esse docet: ac denique infantibus, & pueris conferendam demonstrat.*

### Catechesis 119.

Vnc superest, vt differamus de confirmationis rebus effectis, deque vi, & donis, quæ ritè comparatis mystis infunduntur: de quibus non solum operæ pretiū: sed & fore gratum spero nostris catechumenis, si non nihil mutato stylo demōstratiuam orationem instituamus: non quidem artis lenocinia, pigmentavé in christianam scholā inuehentes, quæ catechistæ potius dissimulanda sunt: sed ea capita tantum, & locos percurrites, qui ferè à magistris dicendi proponuntur. Principio igitur, vt confirmationis encomium auspicemur: quemadmodum senectus, & canities veneranda maiestate præcellit: sic huius sacramenti vetustas miram dignitatem præ se fert. Diximus baptismum antiquissimum, & penè coequum terum creationi: tantamque illius adorauimus antiquitatem: cui tamen hac in parte non cedit confirmatio. Spiritus enim sanctus non dicitur tantum: sed est huius effectus, id est (quidni explicemus, quod lucidissimam rei sacerrimè commendationē inuoluit?) per hanc non solus Spiritus: sed vniuersa simul donorum congeries effunditur. Is autem, vt incubasse fertur aquis, ac typum habuisse baptismi: sic in columba spiritus eiusdem symbolo, ramusculum oleaginum (& hic spiritum mysticè designabat) deferente in arcam post illum totius orbis baptismum, porten-debantur sacræ confirmationis mysteria. Si hęc videantur obscura: & firmissima quā primū de promere oporteat: Iacobus, dum transpositis, cancellatisque brachiis filii Iosephi bene precaretur: ostendebat & cui inniteretur, & quid conferret nostra manuum impositio. Referebant enim cancellata brachia crucis imaginem, cuius vis hoc labro distillat in animas. Vis aliquid adhuc sublimius, quodque magis inflammet? Specta, queso, Aaronem, cum primū sacerdotio diuinis planè ceremoniis iniciaretur,

*Quæ veteris instrumenti figura huius sacramenti effectus, & præstantiam commendat.*

Genes. 2. Ibi. 8.

Ibi. 48.

Exo. 29.

initiaretur, prius lotum, deinde verò etiam vñctum: nōno refer oculos ad Christianorum initiaimenta, in quibus (vt rectè Cyrilus Ierosolym.) homines primū abluuntur baptismo: ac deinceps chrismate, seu confirmatione perunguntur: vt, si antitypa fuerint ex figuratum dignitate censenda: merito videatur istud præstantissimum sacramentum, cuius typus gessit id, quod in synagoga fuit augustissimum: imd, quod maius est, quicunque huius facti sunt participes vñctionis, nō quolibet Iudaico sacerdote: sed ipso primo, & omnī sacerdotum principe Aarone se potiores dignitate iudicabunt: qua re, quid magis ad Christianorum nobilitatem faciat, equidem non facile reperio. Ne quid tamen desit rei per seipsum commendatissimæ: Solomon eam ipsam ad vñnum expressit, qui regiam vñctionem in Gihon non prius exceptit: quām mystica ablutione baptisimi nostri specimen edidisset. Atque hęc laus sufficere potuisset, quæ planè regium, ac pontificale sacramentum declarat: sed generosus catechumenus optabit genus, & stirpem huius consignationis demonstrari. Ignitur non ad angelos, multò autem minus ad homines refert originem: sed ab æterna Dei sapientia Seruatore nostro prodiit hęc (quid ni dicam?) panoplia. Is enim apud Ioannem Spiritum veritatis, & paracletum remissum Apostolis pollicetur: & ne quis parcum, minimèque liberalem promuna condum intelligeret: apud alium Euangelistam dicit futurum: vt propediem induantur virtute diuina. Rursus, vt vim, & effectum nostri sacramenti pleniū intuenda præberet: vos (inquietabat Apostolis) *baptizabimini Spiritu sancto*. Qui enim baptizantur, accipiunt, fateor, Spiritum sanctum: sed non dicuntur eo baptizati, vt hīc, vbi cumulatissimè, & immensa copia tribuitur: vt ipsi gratiæ totus immergatur candidatus. Alibi, vt diversis metaphoris solent res eximiae figurari, dicitur instar vnguenti defluere idem Spiritus in barbam Aaron: quod de nostra consignatione Augustinus lib. 2. contra Petilianum cap. 104. & lib. 15. de Trinit. cap. 16. Ambrosius lib. de initianis cap. 6. & Cyrilus catech. 3. mystag. interpretantur. Quæ omnia vt magis pertinere intelligentur ad nostram confirmationem: notanda sunt loca, quæ superius attulimus: & maximè cap. 8. act. vbi referuntur Petrus, & Ioannes profecti Samariam confirmasse omnes tinctos à Philippo. Hoc enim factum instinctu diuino, & institutione Christi testantur hi vetustissimi, & maximi theologi, Hieronymus in longissima disputatione contra Luciferianos, & ante illum clarissimus Pont. idemque martyr Eusebius, Innocentiusq; eius nominis primus, merito suo multum ab Augustino laudatus. Idē quoq; Augustinus dicit hoc ipsum perfici, quod tunc ab Apostolis factitatum est: dum Ecclesia fideles baptizatos inūgit. Nec ab horum sententia recessere Florentini Patres, eandem scripturam eūdem in modum interpretati. Quis tot incorruptissimorum testium sententias cōtemnere, nisi impiissimus, audet? Quis tam insanus, qui post tantam antiquitatem, tantaque numerosos calculos sanctissimorum Patrum sibi persuaderi sinat Apostolos, martyres, summos Pontifices, om-

*Huius sacramenti author.*

Ioan. 16.

*Petrus, & Ioannes confirmat. acto. 8.*

*Ioel. 2.  
Act. 1.*

*Patres hoc sacramentum cum Eucharistia commitunt.  
Ecc. Hier. init. cap. 4. & in theoria.  
Catech. mystag. 3.  
Ibidem.*

*2. Parte Pa-  
nop. 20. Da-  
maſſi. 4. cap.  
12.*

*Collatio fru-  
ctuum, ac vi-  
litatis baptif-  
mi, cū huic*

nem Ecclesiam usurpare, quod Christus non docuit, non instituit, non ore sanctissimo propalauit: Venio ad ea, quæ magis ad rem faciunt, & magis necessaria nostris catechumenis. Vis huius rei sumnam & honestatem, & utilitatem intueri? Memento, quæ haec tenus dicta sunt, omnium. Fit enim homo non solum Christi miles: sed in euestrem ordinem adscribitur: imò verò in prophetam euadit. Nec meum istud est: Ioclem interroga, qui dicit Deum effusum super seruos, & ancillas suas spiritum suū: & illos prophetaturos, somniaque, & reuelationes visuros. Quod minus autem istud nunc experiamur, nostra culpa sit. Si enim donum istud semel acceptum rite conseruaremus ( inquit Chrysostomus ) fieri non posset, quin sentiremus. Quis autem prophetam non semper maximi fecit? Quid, quod reges, Pontificesque faciat, ad spiritales victimas immolandū Deo? Sed hæc dicta sunt. Si autem christianū nomen nō iniuria maximi astimatur: adeò vt ipsimet hæretici, qui in alienam trāsiere coloniam, illud, tanquam maximum ornamentū, mordicās retineant: sine vocatione Christianus efficitur nemo. Quis autem non videt, quantum ad dignitatē faciant præstantes illæ nomenclationes, quibus maiorumbus vīsum est sacramentum istud insignire? referrem: ni metuerem, eas huic reuehendo, actum agere. Illud certe prætereundum non est, quod Areopagita videatur in eodem gradu cum Eucharistia, cuius sublimitatem angeli quoque reuerenter adorant, constituere: quam eius sententiam penè ad verbum sequutus est Cyrillus Ierosolymitanus: vsque adeò temperare sibi non poterant, cùm illapsum illum copiosissimum Spiritus sancti contemplarentur: vt excelsissimæ, nullique comparandæ tremendorum altaris mysteriorum dignitati conferre non formidaret. Adhuc tamen pro dignitate se celebrare non posse queritur Dionysius: & posteaquam τὸ μέρος τελέσην, καὶ τελετισγύλην, καὶ τελέσην, principiūque deitatis appellavit: dicit esse prorisus ineffabile donum, ac sacramentum. Non libet, quæ Cyrillus habet plurima, referre. Quid enim opus? cùm integrum ille catechesim tertiam mystagogicarum in huius vocationis encomiis consumperit: Inter alia porro sic scribit, ἐξικνωθεῖσης τανεύεται οὐ σώματος φυλακῆς ήγιον, καὶ ψυχῆς σωτήριον. id est, Est enim hoc ( sacramentum ) sancta spiritus corporis custodia, & anima salutare. Quid, obsecro, potuit maius dici? Ergo nil hoc in sacramento pendendum: neque velamen, aut crucem erubescimus. Olei verò adeò nos non pudet: vt nil præstantius, nil sacratus, nobilissime nobis contingere posse credamus: quo & reges, & pontifices, Christi denique consecratur: quodque impenetrabile corporis, & animæ munimentum esse cognoscimus. Denique, vt Euthymij, Damascenique grauissimas omittam sententias: neque illud turpe est, quod leuiter datur alapa: tametsi nihil simile occurrat in antiquitate, penè dixerim, nimirum operosa in celandis fidei, religionisque mysteriis. Iam si quis amplius utilitate moueat: celebraimus ingentes baptismi fructus: qui tamē tantum absunt à consignationis perfectione, quantum est inter virum, & infantem discriminis;

discriminis: quantum interest inter militū delectum, atque fortissimam sacramentū pugnam, seu potius victoriam: quantum denique inter ius adeundi quandoque hereditatem, & ipsam possessionem. Postremò ( vt consultus olim respondit Melchiades ) *Spiritus sanctus in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam: & quia in hoc mundo tota etate virtutis inter inuisibilis hostes, & pericula gradiendum est: in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluiamur, post baptismum roboramur. At si continuo transituris sufficient regenerationis beneficia: virtutis tamē necessaria sunt confirmationis auxilia: regeneratione per se saluat mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatione autem armat, & instruit ad agones mundi huius, & prelia riferuandos. Denique in baptismo donatur iustitia, quæ deinceps per consignationem mirabiliter augetur, & perficitur. Confluunt principes illæ virtutes in animum eius, qui baptizatur: non tamen tanto cumulo: vt non fiat ingens per sacramentum istud accessio. Nam quæ prius erant veluti pueriles, delicatae, ac teneræ: sunt militares, regales, ac pontificales. Arbitror superuacaneum de charismatibus sancti Spiritus quicquam dicere, quæ hic incredibile accipiunt incrementum. Qui enim consignatus est: nihil habet, quod amplius ingenij tarditatem, mentisve caliginem accuset: nam, si per ipsum non ster: Θεοδίδαντο, id est, docilis Dei efficitur, & idoneus ad recognoscenda, docendaque omnia, quæ sunt homini Christiano ad salutem necessaria. Redditur præterea tam consultus, prudens, ac circumspectus: vt meritò dixerit D. Ioannes vocationem docturam de omnibus. Nunc tamen istud consilij donum ferè negligitur: & Pelagiana temeritate, humanaque prudentia geruntur omnia: nec precibus, & orationibus sapientiam æternam consulimus. De labore, ac fortitudine iam audiuimus Melchiadis testimoniū. Nam qui hoc sacramentum ritè suscipit: inuictus nusquam trepidat, ipsique diabolo medium porrigit vnguem. De dono scientiae, quid attinet dicere: quo si vteremur: nunquam quereremur hanc nobis vitam difficile transfigi: sed experiemur illud Apostoli: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quid cætera persequar: cùm dixisse sufficerit vniuersa, velut ex cornu copia, liberalissime per hoc labrum diuinæ gratiae misellis hominibus suppeditari? Verum si desint sibi ipsis: non debent cum Deo expositulare, si horum comodorum nihil percipient. Quid verò quod, si quispiam accedit obligatus aere mortiferi, criminis, quod tamen ex ignorantia censeret inter naturas: per hoc sacramentum liberatur? Et ne terreamur veluti difficultate, & rerum insupportabili mole: infantilem atatem pondus non excedit. Nam, vt pudeat viros, & adolescentes non suscipere: debet hoc sacramentum etiam pueris, infantibusque conferri: de quibus pessimè merentur, qui in septimum, vel decimum annum differunt. Cùm enim ea vis, quam diximus, exerat sese in eos omnes, qui non obtulerent riuis fluētis gratiae: profectò iis omnibus charis;*

*Roman. 8.*

*Infantibus,  
pueris que de-  
bet dari hoc  
sacramentum.*

Vide Bur-  
chardū li. &  
cap. 59. & se-  
quentibus.

Psal. 44.

magnatū-  
bus sacra-  
menti omni-  
bus ne-  
cessitas.

Verma-  
cien-  
sis ea. 2.

Lia. 2. epif. 1.

rismatibus infantes spoliat: tantumque celestis glorie detrahit, quibus hinc properata morte præceptis noluit hoc dari sacramentum, quantum beneficiorum Christi per hoc labrum eis communicari vult. Eset, fateor, valde præclarum: si possent sese accommodare: verum cum sint infinita pericula, & maiores nostri noluerint baptismum, confirmationemq; separati: manifestum est dilationem esse discriminis plenam. Adde quod ferè, ubi adoleuerint, nihil: melius instructi, imò plurimis cooperi peccatis accessuri sunt: quibus eti tū liceat diligenter expiatione pristinam innocentiam recuperare: multo tamen consultius dum vigent, florentque fructus baptismi: dum nulla cicatrix nouum hominem fecerit: nulla candidam labes infecit, adhibebitur ætati innocentissimæ beneficium consignationis. Quanta autem hic alacritas, qua lætitia, quam inenarrabile gaudium, mentem, sensus omnes, totumque hominem corripiat, quid attinget dicere: cum isti vñctioñi peculiare hinc epithetum tribuatur à Davide? *Unxit te Deus: Deus tuus ( inquit ) oleo exultationis pra participibus tuis:* quod oraculum, tametsi principaliter de Christo proditum sit, qui vñctus est oleo exultationis, hoc est, Spiritus sancto, qui est author, & causa veræ lætitiae: quid nam de Christianis intelligatur, qui eundem Spiritum hoc in sacramento percipiunt, euaduntque Christi consortes: ac proinde mirabili perfunduntur exultatione? Nam & hoc in actis Apost. est videre, in quibus, in mediis etiam perseguitionibus, erat perpetuum quasi conuiuum. Neque de necessitate prolixius est agendum. Fatemur non esse ita necessarium: ut sine eo regni spes nulla supersit: iij. tamen ( inquit Melchiades ) qui victuri sunt, quibus pugna supereft, è confertissimis hostium cuneis hoc sine vix queunt euadere: & si semineces effugient: perfectos inter locum nunquam reperient, neque ad Christianam perfectionem poterunt aspirare. Adde huc Gratianum, Iuonem, Burchardum, alios ex maiorum nostrorum referre placitis, requirendas à parentibus eorum animas, qui fuerint eorum negligentia, vel contemptu hoc præsidio distituti. Quod si adulti paruipendant video Theologos veteres de eorum salute conclamatum putare. Itaque Cyprianus, post Christum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto ( inquit ) non potest intrare regnum Dei.* Tunc enim demum plane sanctificari, & esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur: parumque sit alterutrum tantum suscepisse. Quocirca, cum tam antiquum sit hoc sacramentum, tam honestum, profusque diuinum: cum tantas secum adferat commoditates: absit à religiosis animis: vt se vel ad horam hoc exarmatos permittant: aut aliis in longa tempora differendi sint authores.

\*

Nouum

*Nouum hereticorum de manus impositione commentum omni-  
antiquitati aduersum dissoluit, & quas aduersus hoc sacra-  
mentum congerunt obiectiones aliquot.*

## Catechesis 120.

 Vspicor nonnullis minus gratum fore, si ad hereticorum obiectiones velim respondere: quoniam ratione quavis vulgata heresis damnum inferre consuevit. Nec ignoro Areopagitam Polycarpo authorem esse: vt suis alumnis nudā proferat veritatem: verū, quominus hoc sequar cōsilio, in causa est, quod in ea tempestate inciderimus, qua oporteat quemlibet esse theologum. Neque enim satis est hodiē fidem habere: si nescias illius, ac spei, ceterarūque virtutum reddere rationem. Propterea dabūt veniam, qui ad hæc subsellia cum nostris fortis catechumenis conuenere. Obiectiones igitur proponam: simileque confutabo: vt & minus noceat venenum, propter adiunctam panacem: & rectius utraque pars intelligatur. Principiō autem vehementer expedit cognoscere, quā ipsi, Caluinus nimis, & Beza ( contra quos potissimum nobis erit concertatio, qui aliorū inuenta in sua scripta retulerunt ) confirmationem repositam velint pro ea explosa, quā à Christo, & Apostolis maiorum nostrorum manibus accepimus. Aliunt igitur confirmationem apostolicā alīd esse nihil, quam catechesim, & institutionem publicam, seu potius examen puerorum recēs tinctorum: qui, ubi ad decimū sextū, aut circiter, ætatis annū peruererant, adducebantur in tēplū, ibi quā nobis heretici pro hoc ratiō sacramēto fab. illi supponant.

A a  
menta

Ecclesiæ pri-  
me institutio-  
repugnant,  
dum inter ba-

*ptismum, & menta necessitudinem: vt præsente Episcopo separari non debeant. Hoc  
confirmatio vnū est, quod vetus possit. Theologia. Deinde Cyrius ostendit moris  
nō aliquo la- fuisse, vt statim egressi fonte orarēt: ac deinde cōsignarentur. Quæ cūm  
fria præscri- būt, heretici. ita sint, & multa huius regionis obsequialia rem istā ante trecentos an-  
Ad Episcopos nos sic se habuisse testentur: diuusque Burchardus hoc ipsum multis in  
Hispan. ca. 6. locis præscribat: cūm ipsi adeò hereticī fateantur distincta non fuisse  
Laodic. c. 46. baptis̄mum, & confirmationem in primitiua Ecclesia: quomodo non  
Trullia. 78. nō catechesis, & instructio esse potuit hęc manus impositio? Qui sit, vt  
Rotomag. s. pugnare nos dicant cum antiquitate? Diximus quidem aliās maiores  
nostros in more habuisse: vt qui adulti Christo nomina dedissent ad  
Pueri olimba baptismum, non solum disserent fidem: sed apud catechistas perceptae  
pizati simul fidei singulis feriis quintis rationē redderent: hoc tamen nihil ad con-  
& confirma- fimationem: nisi fortassis eam toties iteratam, quod nusquam vel audi-  
ti, p̄tinique adhibiti com- tum, vel lectum est, fateantur. Sed & ex Vyormaciensis concilij cap. 2.  
mentum her- notauimus nutritios, & præceptores diligenter admonitos: vt infan-  
reicorū dis- tes ad Episcopos deferrēt confirmādos: qua in ætate hereticā huius in-  
ſtant. structionis proculdubio capaces esse nō poterant. His accedit præterea  
constare ex antiquissimis Theologis, nominatim Hyginio decreto 10.  
Leone, & Maguntiaco conc. c. 5. feruatum fuisse in cōfirmatione sus-  
ceptores adhicerentur, qui deinceps, quæ in confirmatis desiderabantur,  
docendo, & instituendo supplerent: quod si Caluinianum commē-  
tum obtinuisse: quis hīc locus patrinis: cūm ipsi pueri vel publicè in-  
stituerentur, vel ipsi edocti fidem suam profiterentur? Ex his arbitror fa-  
cilē videri, aliud fuisse cōfirmationem, aliud instructionem, & cateche-  
fim: quam equidem non damnamus: sed pro catholico sacramento no-  
bis obtrudi non patimur. Iam ne nihil agere videantur, huius rei facere  
mentionem (vti sanè disertissimam facit in Luciferianis) aīant Hieron-  
ymum: sed, quem testem citarunt, nouo more aiunt hallucinari. Qua  
in re, quælo? Quia (inquiunt) dicit hāc rem esse traditionis apostolicæ:  
quanquā (iterū excusant) sit ille aliquo modo extra noxā, & videri queat  
agere de episcopali benedictione impensa Samaritanis act. 8. Sed neque  
reprehēdendus est hac in re Hieron. neque pro hereticis facit: sed suam  
potiūs fidem orthodoxę consentaneam declarat, dum vīm huius sacra-  
menti episcopali tribuit benedictioni. Nam Tertull. etiam in libro de  
baptismo, eius efficaciam eōdem refert: nec vñctioni, sed manuum im-  
positioni illapsum Spiritus sancti fert acceptum: quemadmodū Mel-  
chiades, & concilia: vt contrā D. Areopagita Eccl. Hier. cap. 2. extre-  
mo vocat vñctionem τελεωτικην μήγε χρήσιμην, id est, perfectiuam vñ-  
guenti vñctionem. Et Clemens Romanus apud Burchardum lib. quarti cap. 15. consecrationem tribuit vñctioni. Igitur Hieronymus non ob-  
scure significat in ista seu manuum impositione, seu benedictione, cru-  
cis signaculum (sic enim τὸ ἐν λογοτύπῳ usurpatur à Theologis, vt in litur-  
giis patet) & efformationem, quæ suam quoque habuerit precationem.  
Est enim Patribus familiaris synecdoche, dum in sacramentorū tracta-  
tionē*

*impudenter  
relictit ab  
hereticis, &  
impudentius  
est atque eodē  
vno loco. Hiero-  
nymus.*

tione verfantur. Itaque hoc in sacramento D. Hieronymus mystica ver-  
ba, ritumq̄e demonstrat, quē isti vnicē cupiunt explosum. Sed supereft  
scrupulus, qui tātos spiritus Caluino suggestit: vt nō deprecetur vel spu-  
tis obrui, si secūs se res habeat. Profert enim Augustinum contra Dona-  
tistas lib. 3. ca. 16. dicentem manuum quidem impositionem repeti pos-  
se: baptismum nōn ita: quod illa nihil sit aliud, quām oratio. Hinc ni-  
mirūm creditus est Hieronymus fauere Caluino, quasi benedictionem  
episcopalem, orationem intellexisset: itaque scopus Augustini nobis est  
inquirendus. Erat illi disputatio cum Donatistis, Cypriani quondam  
errorem amplexis de efficacitate baptismi ab hereticis collati: ac pro-  
pterēa retinētibus eos, qui in suas partes transierant. Augustinus autē  
peruersum hoc eorum dogma refutans, adserebat hereticorum baptis-  
ma verum esse, verēque baptizatos infantes ab hereticis: quamvis in  
heresi, posteaquā adoleuerint, aliquantis per sint versati: ac propter-  
ēa redeentes ad Ecclesiam alio modo, quām per iterationem baptis-  
mi, recipiendos: nimirūm manuum impositione. Iam Caluinus cum  
suis hanc interpretatur nostram confirmationem: quod si ita sit, lice-  
bit Augustini iudicio frequentius ad eam recurrere. Sed meminerint  
catechumeni manuum impositionem sinuosum esse vocabulum: & in-  
terdum pro ordinum collatione: nonnunquā pro benedictione, vel ab-  
solutione: interdū pro missa catechumenorum, ac pœnitentiū usurpari:  
& videāt, quām valida sit aduersariorum ratiocinatio. Quām igitur nos  
harum significationum accipiemus? Iam certum satis est cōiuncta fuisse  
baptismum, & confirmationem: nisi mors repentina alterū exclude-  
ret: cūm verò vbique suos Episcopos habuerint etiam heretici, qui suos  
& baptizabant, & confirmabant: absurdum est credere eadē fuisse ma-  
nuum impositione receptos, quorum baptisma ratum habebatur. Quae  
est igitur ista, quam Augustinus repeti testatur? Inspice initium cap. 17.  
eiūdem libri 3. & videbis Augustinum agere de pœnitentia eius, qui cā-  
didam baptismalem sequutis criminibus maculauit. Et vt res sit cer-  
tior: reuelie libri quinti cap. 22. vbi inter cetera, dicit hominibus cor-  
rectis dari veniam, absolutionem procul dubio indicans: vt intelligas  
in altero illo capite actum fuisse de pœnitentia, quæ absolutionis gra-  
tiam præcedebat: Sed instat Caluinus, & mira impudentia ca. 23. eiū-  
dem libri nobis obicit: qua in re haec tenus demirari satis non potui  
hominis cāxitatem, qui non viderit eiusdem capitū initio sacrum  
hunc authorem liberrimē, religiosissimēque pronuntiantem vñiuera-  
sa, quæ incerta origine per totam seruantur Ecclesiam, solis Apo-  
stolis accepta esse ferenda: quæ sententia, Caluini, & omnium her-  
eticorum vires, conatusque frangit, eneruat, iugulat. Audiamus  
tamen, quid heresiarches impudentissimus obicit. Ait August. in  
fine eius capitū scribere, maiores nostros noluisse simpliciter admit-  
tere baptizatos ab hereticis in Ecclesiam: sed manum imposuisse:  
vt vel hoc signo cognoscerent se spoliatos gratia Spiritus sancti suffragium.  
A a 2 vtque

*Profertur, &  
retunditur  
Achilleū cal-  
uniū tēlū, red-  
diturque sibi  
Augustinus.*

*Quibns cum  
Aug. fuidis-  
putatio.*

*Manuumim-  
positio variū  
accipitur.*

*Perfricta frōs  
infantis cal-  
lini.*

*Hieronymus fren-  
santi excuti-  
tur August.  
suffragium.*

vtque charitas illis infunderetur per Spiritumsanctum. Sed quemad modum Carthag. 4. conc. can. 85. iubentur catechumeni in sua missa vini, & carnium abstinentia, & manuum impositione explorare id, quod erant suscepturi baptismum: ita iam antea confirmati, & agentes penitentiam, dum secundum ecclesiasticam disciplinam satisfaciebant: reddebat apti, qui ad postremum per absolutionem donarentur Spiritussancto. Itaque loquitur Augustinus de illa penitentiae parte, in qua erat manuum impositio. Nec enim statim post peccatorum enumerationem imponebantur manus: sed praescribebatur laboriosa satisfactio, quae non immerito ab Augustino vocatur oratio. Et si de missa penitentium nolis intelligere, sed de absolutione: ipsius forma (ut sappè monui) εὐχὴ Græcis dicitur, id est, precatio, in qua sacramenti mens, & scopus continetur. Nec erit ignota synecdoche, si rei consummationem virgeas. Sed, ut plenior fiat huic rei fides: alius Augustini locus est adducendus, ubi manuum impositionem, seuunctionem manifeste vocat sacramentum: quod Caluinus negat in vlo veterum reperiri. Libri igitur secundi contra litteras Petilianum cap. 104. interpretatur psalmi versiculum: *Sicut unguentum in capite, &c.* de vnguento chrismati, quod sacramentum nuncupat. Et quale est (inquit) vnguentum? Quod est in genere visibilium signaculorum sacrosanctum, sicuti est baptismus, &c. Quid clarius, & pro hoc sacramento euidentius dici potuit? En quod Caluinum viri pessime; si quando audiat Pontifices in suis rescriptis hoc sacramentum appellare, & aliis conferre: Augustinus Caluino (ut hic sibi fingit) amicus, apertissime pronuntiat: nec cum quolibet, sed cum baptismo sacramentorum, totiusque salutis, ac vita christiana ianua comparat: tantum abest, ut meram esse velit orationem. Rursus hoc ipsum apertius libri 15. ca. 26. de Trinitate tractans illud: *Vnxite Deus, Deus tuus oleo letitia pre participibus tuis:* dicit Ecclesiam habere ex Apostolorum traditione: ut per visibilem unctionem conferat inuisibilem Spiritum. Haec igitur omnia credo nostris catechumenis persuasisse vanissimum esse contendere confirmationem aliud nihil olim fuisse, quam prius baptizatorum catechesim, cuius rei nullum in antiquitate vestigium: cum & infantibus daretur hoc sacramentum, quos erudire fuisse aliud nil, quam cum ratione insanire: & adultorum fuerint olim creberrima progymina facta: & coram diaconis, vel presbyteris rerum, quae ad fidem pertinebant, exercitatio: ut omittam viæ ducem, & susceptorem, cuius erant partes erudire puerum, ubi adoleuisset. Vnum addam Tertullianum: ut, quod diximus de illa synecdoche, qua nunc manuum impositionem, nunc consignationem, vel unctionem Patres hoc sacramentum vocant, magis constitutum sit: qui hanc nominum variationem in unam sententiam concludens, inquit: *Caro abluitur: ut anima emaculetur: caro vngitur: ut anima consecretur: caro signatur* (en tibi

*Liber de Refut.*  
carnis.

(en tibi consignationem) *ut & anima maniatur: caro manus impositione adubratur: ut & anima spiritu illuminetur: caro corpore, & sanguine Christi vescitur: ut & anima de Deo saginetur.*

Prosequitur hereticorum conuictiorum, circa confirmationis sacramentum, confutationem.

Catechesis 121.

**K**uper conati sumus aliquot obiectiones hereticorum dilueri, nostrisque catechumenis illorum vel imperitam cætitatem, vel impudicem malitiam prodere, qui sese omnibus retro seculis audent opponere: sed, quia secunda pertueritas plura parturit, quam ut omnibus queat una homilia responderi: videamus quid præterea nobis adferant aduersarij. Aliunt in primis sibi *improbabiles*, qui sibi *obligato*, qua & scripturas mēdias, quod homines præditos Spiritussancto commendaret Deo. Quid igitur cum ve- niunt Apostoli Samariam, cum orant, cum imponunt manus: ut acci- perét Samaritani fideles Spiritumsanctum: frustra tumultuantur, cum isti iam eo prædicti fuerint? Quis hoc ferint? Cui tam patientes sunt au- res, ut scripturis sacris apertissima mendacia patiatur affingi? *Nor- dum enim in quenquam illorum venerat*, inquit illa: at Caluinus: *Imò iam omnes eum habebant*. Scilicet, neglecto D. Luca, Cal- uino credemus. Abiit Paulus tinxit quosdam discipulos, qui prius à Ioanne baptizati ne nomen Spiritus inaudierant. Iam tinctis im- posuit manus: illapsum est Spiritussanctus, & loquuti sunt variis linguis. Quid apertius desiderari potest? Ne quis tamen haec ad visibilia illa charismata detorqueat: redendum est ad D. Petri con- cionem: ex qua perspicue intelligemus, quicquid est hoc in sa- cramento præcipuum, fuisse Christianis omnibus commune. Allo- quens igitur ille Ierosolymitas, hortatur eos agere penitentiam, huius sacra- credere, & accipere Spiritum sanctum. Quid autem postremum menti effonen- istud sit, ex sequentibus redditur manifestius. *Vobis enim est repro- missio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt, quoscunque ad- vocaueris Dominus Deus noster.* Superius vero ex Iocle dixerat: *Ef- fundam de spiritu meo super uniuersam carnem.* Et ne quispiam illud, *Acto. 2.* quod habent Septuag: *απὸ τοῦ πνεύματος*, ad gratias (ut vocant) *Ioel. 2.* gratis datas reflectat: obstat Ioel Hebreus, qui habet οὐ πάντα quasi dicat, integrum ipsum Spiritumsanctum effusurus est, non in so- los Apostolos, non in Samaritanos, aut eos denique solos, qui apo- stolica vixerunt ætate: sed super uniuersam carnem, ut ipsem Petrus enarravit, dicens factam promissionem Iudeis, eorumque filiis, & iis, qui longè sunt, quos ex gentibus ad fidem Deus erat con- uocatu

uocaturus. Cùm tristiguit omnium sit hoc donum: nequaquam cessasse credere debemus, futuri alioqui miserrimi: si, quem habuerunt nostri maiores ducē, & paracletum, non habeamus. Tantum istud notemus, olim fuisse quædā dona, & quasdam τὰς φανερώσεις τὸν τρέψυματος, seu manifestations spiritus cum interno munere distributas: que, et si nunc tētur, semper virtus fundatur, in corda nostra. Ecclesia vigebunt: vt per manus impositionem (vt loquuntur Aureliani Patres) accipiant fideles Spiritum sanctum, nō iam ἡ φανερωσίς (nam illa iam euanuit) sed ἡ άγραμματία, id est, potentias, & facultates, vt Iustinus in Tryphonē, & Damascenus lib. t. ca. 14. orth. fid. appellant interiora illa munera. Hinc Tertullianus dicit Spiritum sanctum nobis esse perpetuū datum: cai sanè potius, quam Caluīo credendum est. Hoc ex præsidio depulsus hostis iubet nos expresso Dei verbo vnguentum istud confirmare. Nam, vt illum nil pudet suæ cæcitatatis, ait præter oleum se nihil cernere: ac postremò queritur nos iuriarum facere baptismo, cui putidam (sic vocat sceleratus) vocationem comparemus. Vt igitur hac etiam in parte nihil reliquum faciamus, quo se perfidia tueatur: Non deest, Caluine, nobis eloquium, quale duntaxat postulare videris. Nam Augustini sermonem illum vñfūpas, atque adeò in hortulos tuos transplantare conatis: Accedit verbum ad elementum, & si sacramentū: quæ sanctissimi Patris sententia non de alio verbo intelligenda est, quam de forma, cum intentione ministri. Addit enim: Non quero verbum, quod dicitur: sed quod creditur. Tale porrò nos verbum habemus: Ego te consigno signo crucis, &c. Nam quicunque formam istam pronuntiat in Ecclesia catholica: procul dubio credit: itaque habes verbum, & quod dicitur, & quod creditur. Sed dicet versipellis hæresiarum nequaquam se de Augustini sermone: sed de eo, quod perpetuam habeat promissionem intelligere. Age, non habet promissionem, quod factas expectenti benignè indicat plurimas.

*Caluino promissiones de hoc sacramento in scriptura expediti benigne suffragia.*

Ecc. ca. 9. 22. & 44. & 132. meminit: aut quod Isaías cap. 11. 26. & 62. non semel inculcat? Quis vñquam propheticas predicationes nihili fecit, & Christianus est habitus? Non libet repetere, quæ alias ex Solomone produximus. Nā Iōelema certè non poterit repudiare: cùm in eius prophetiā Petri cōmentarium habeamus adserentis non tantum Iudeis, sed eorum filiis, & iis, qui lōgē sunt, manifestations illas Spiritus sancti, ac potissimum latentes in animis hominum spiritalis facultates à propheta diuinis promitti. Quam sententiam, cùm ipsimet Genevenses hæretici in sua, quæ vocat, catholica scripturarū explanatione recipient: non est, quid negent nos habere promissionem, eamque perpetuam, Spiritus sancti, qui (vt Hieronymus loquitur) nō habitat, nisi in téplo suo, id est, in mente christiana per remissionem peccatorū expurgata, & quod antistitē habet orthodoxū. Si igitur nō nisi in tali templo habitat, qui non nisi,

nisi, per sacramentū datur: impudentis est interpretari Iōelema de externis tantum donis (vt hoc superius dictis addatur) quæ nunc aut nūs, Iōel. 2. quam, aut rarissimè cernuntur. Verū, inquiet Caluīus, nihil audito de pingui, & crasso oleo. Primum videamus, quæ sit hoc modestè dictum: & potissimum ab homine Sacramētario. Quid est in pane tuo? Quid etiam in nostris tremendis cernitur mysteriis, præter panē, & vnu? Noui interdū ad infidelitatē sanandā quidam sacratius, ac diuinus apparuisse; præmisce tamē sumētibus aliud nihil appetet. At verò Caluīus in suo pane ne coactus quidē posset ostēdere, præsertim extra cœnam. In aqua baptismali, quam incantari dicis à nobis, quid sentis præter elementum? Eam tamen dicis, & verè dicis habere præmissionem: & vociferaris indignum facinus (iam tamen id mendaciter) si quandò à catholicis comparetur illi, aut etiam præferatur confirmatio? Non est igitur hominis Christiani sensile oleum execrari: & sacrilegis scriptiōnibus in Turcarum, & religionis nostræ hostium manus deuenturis christiana sacra prophanare: sed erat veterum imitanda religio, nec prodenda mysteria: ne riderentur ab infidelibus. Sed tamen nihil te hīc præter oleum videre clamare pergis: nec ego in cœna tua præter panem quicquam intueor. Verū sanctificandi panis habere te præceptum inquires, vicissimque rogabis, quonam scripturæ loco iubetur oleum consecrari. Respondeo autē, etiam si nullum esset præceptū, nec antiquissima traditio suffragaretur: Ecclesiæ legibus pridem hac in re nobis esse præscriptū, quas in disputatione cōtra Luciferianos, ac Donatistas Hieronymus, & August. adferunt, & pro oraculo volunt haberi: vt non præferam vetustissimum Tertullianū ex libello de corona militis: quæ res, vt omittantur cetera vel facta, vel testimonia, vel præcepta: cuius hæretico debet os obturate. Nunc autem, quamvis non possimus disertè (quidni enim id ingenuè confitear?) proferre, vbi hoc Apostoli in scripturis factitarint: suppetunt tamen monimenta sanctorum Patrum, & Ecclesiæ, quæ id factum ab Apostolis clarissimè testantur. Primus igitur Areopagita, quo nihil vel sanctiu, vel eruditius, vel antiquius habet, post Apostolos, Ecclesia, cap. 4. Ecc. Hier. vbi ex professo tradit huius olei consecrandi ritus, & eorum explanat mysteria: dicit alibi quidem sanctos præceptores nostros istud quasi æquali ordine, & officio sacro synaxeos mysterio coniunxisse: alibi scribit traditione diuina sanctos facerdotalis nostræ functionis duces, honestissimum istud vnguenti cōsecrandi manus τελετὴν appellasse: interdum consecrationē. Quos tu vel duces, vel præceptores, si nō Apostolos, intelligis (qui & nomine impoſuerunt, & Eucharistiæ cōiunixerunt) proculdubiō eodē vñs mysterio? Hinc si descendamus, Tertullianus occurret, qui in libro de baptismo dicit oleum iussum esse consecrari, & benedictionem impedi iis, qui eo inungerentur. D. Cyprianum quid attinet cōmemorare, non in sermone de cœna Domini, quem inter eius libros non agnosco: sed in vlt. epist. lib. 1. vbi scriptum reliquit sanctissimus Pontifex, & martyr oleum,

*Aug. lib. 5.  
cōtra Donatistas cap. 23.  
de baptismo.  
Olei sanctificatio antiquissime, & apostolica traditione esse multi probatur patrum testimoniorum.  
Ecc. Hier. c. 4.*

oleum, siue chrisma debere prius sanctificari in altari: nec esse Christianum, qui hac inunctione illitus non fuerit? Alia occasione Hieronymus dudum est productus. Ex Eusebio Pamphili nihil addam, qui lib. i. c. vlt.

*Fab. epist. ad omnes Orient.* demonstr. Euangel. rem eandem se agnouisse, & sacram habuisse testatur. Omnia tamen prolixissime, & accuratissime Cyrillus in catech. *Euseb. in fine mystag.* tertia, & quarta, ad quas nostros remitto catechumenos facturos, si p̄c, ac diligenter aduentant, maximum operæ pretium. Pontifices *Epistole ad Episcopos.* Fabianum, Eusebium. Melchiadē satis est vel meminisse. Postremum *Episcop. Tuſcie, & capa-* addam Augustinum ex lib. 5. c. 20. contra Donatistas, qui negabant hominem hereticum vel baptizare, vel confirmare, vel ullum sacramentū posse conferre. *Melch. ad. Epis. Hisp. ca.* Quid (inquit) sentitis de fure? Qui vero potest homicida super aquam inuocare Spiritum sanctum, eāmque sanctificare: qui autem super oleum inuocare sanctificantem spiritum? Vidēn hos omnes non putidum oleum impietate Caluiniana nuncupare: sed sanctum, diuinum, Spiritusque sancti energia præditum? Horum si quis reiicit testimonia, facile patimur nos quoque ab illo contemni. De vi nil aliud dicam. Quis enim dubitare possit de illius rei virtute, cui presto est Spiritus sanctus? Nunc illud tantum audiant catechumeni, hos homines, qui tantoper oleum detestantur, prodere satis, quo spiritu impelluntur: eo nimis, quem hauserant olim Archontici, quos ita tradit Epiphanius execratos fuisse baptismum: vt huius quoque contempti ab eis sacramenti non obscura prodat indicia. Adfert enim Ecclesiastæ parabolam: *Musca morientes perdunt suavitatem vnguenti.* Reuerā, inquiens, muscae sunt interficientes, ac mortificantes, putidūq; facientes aromaticū, & odoratū oleū, corruptentes ipsa sancta mysteria in lauacio nobis in peccatorum remissionem collata. Itaque vt Epiphanius illud genus hereticorū comparat scarabeis, pillulariis, qui simum, ac fortes habent pro maximis delitiis oleum autem & vnguenti fragrantiam fugiunt, tanquam præsentissimam mortem: ita liceret osores vnguenti Caluinianos putare scarabeorum educatos, & natos in antris: nisi non tam irritare crabrones, quam nostros catechumenos ab illorum consuetudine penitus absterrere decretum esset.

*Heresi. 40.*

*Ecclesiastæ 10. Accommodatiſimè mafſi hereticos christiani hoſtes comparat ex Epiphano.* Musca morientes perdunt suavitatem vnguenti. Reuerā, inquiens, muscae sunt interficientes, ac mortificantes, putidūq; facientes aromaticū, & odoratū oleū, corruptentes ipsa sancta mysteria in lauacio nobis in peccatorum remissionem collata. Itaque vt Epiphanius illud genus hereticorū comparat scarabeis, pillulariis, qui simum, ac fortes habent pro maximis delitiis oleum autem & vnguenti fragrantiam fugiunt, tanquam præsentissimam mortem: ita liceret osores vnguenti Caluinianos putare scarabeorum educatos, & natos in antris: nisi non tam irritare crabrones, quam nostros catechumenos ab illorum consuetudine penitus absterrere decretum esset.

*Reliquas aduersariorum obiectiones, quibus in confirmationis sacramentum inuochuntur, diluit.*

### Catechesis 122.

 Orum, quæ aduersarij huic sanctissimo confirmationis sacramento obiciunt, multa diluimus, multa supersunt: & quia semel cœpimus ea refutare, quæ isti solent aduersus sacramentum hoc blatterare, quibus infirmi offendit, lēdiique possent: audiamus quid habeant præterea. Ajunt igitur

igitur nos esse intempestiuos simios, & frustra eos ritus imitari, quos Christus non præscripsit. Nam quemadmodum ( inquiunt ) flatus ille rediuiui Seruatoris, peccatorum remittendorum potestatem tradentis, non fuit postmodum exprimendus ab iis, qui eam potestatem certis ceremoniis cohonestare voluerunt: ita non erat imitanda manuum impositione ei, qui Spiritum sanctum erat collaturus: nisi cum illius præsentiam externa signa testabantur: quibus nunc ablatis, eandem quoque sublatam esse oportuit. Huic veneno paremus antidotum. Evidem, quod de flatu dicunt, posset nobis fucum facere: si Caluinianam temeritatem imitaremur, & scripturas nostropte marte ( vt aiunt ) interpretari, nec maiorum vestigiis insistere vellemus. De flatu ergo Christi non dubitamus semel duntaxat usurpatum: manuum autem impositionem, quia non semel, aut bis: sed usque ad nostra tempora viguisse, & Ecclesiae perpetua traditione præscriptam, ex iis, quæ superius retulimus, certissimum est: hereticorum conuicta pro catholica veritate libenter perpetimur: nec illorum iniuriis ad horam cessuros nos esse denuntiamus. Si enim quilibet arreptam temerem scripturam adhibitis in consilium ignorantia, & audacia versaremus: mirum esset, si non igneum baptismum haberemus: si non & Apostolicos, & Valesios, & id genus pessimos hereticos pro Christianis agnoscemus. Sed quia nec Origeni cessit impunè suimet exercitio: nec quouis modo licet Apostolos imitari: & baptismi spirituales flamas, & ignem internum Ecclesia prodidit: idcirco scripturas sobrie, & germane intelligere oportet. Nec indocte age dicendi sumus: si omnibus in rebus ad ipsum, legesque columnæ veritatis, Christique sponsæ Ecclesiae collimamus. Verum ad Caluinianum argumentum propius accedamus. Itane verâ ais, manuū impositionem non debere diutiū in Ecclesia retineri, quam externa dona viguerunt? Aio, inquit. Mirum est sanè sacræ osores pinguedinis, tam putidis, & crassis argumentis vti. Nam docent ipsi iidem nobiscum symbola, & elementa non usurpanda: nisi ob latenter, & inuisibilem effectum: vt nimis abluamur, quia interior ablutio non cadit sub aspectum: panem sumamus ( aiunt de sua coena ) in signum spiritalis roboris, quo mens constabilitur. Hæc non omnino malè, si panem illum pistorium mutent Eucharistia. Quorsum igitur nunc obliti suorū: immo nostrorum ( hæc enim ab Ecclesia usurpserunt ) dogmatum conantur adstruere manuum impositionem præpter externa signa, & aspectabilia, quæ aliis non egebant signis, fieri solere? Cur non constanter internum effectum, sub oculis cadente ceremonia, docent repræsentari: vt est fides, & potissimum charitas, quæ in corda diffunditur, ceteraque latentia spiritus charismata? quæ, vt nunquam tolluntur ab Ecclesia: ita perpetuo signo referri debuerunt. Nam si hanc χερο τονια, id est, manuum impositionem facessere oportuit: equum fuerat iam tu exoleuisse, cum absque extero ritu Spiritus sanctis in Cornelium, eiusq; cunctam familiam illaberetur. Cum autem Apostolos dinceps eam nihilominus adhibuisse sit

B b

certo

A.C. 10.

*Hereticorum inconstancia.*

certo certius:qua<sup>e</sup> est inuidia, si ab iis traditā mordicūs adseruemus? Sed (inquiunt homines mirè callidi) apostolica manuum impositio iam pri-  
confugatio  
crucis in frōte  
nunquā sīpa  
rata fuit ab  
impositione  
manuum.  
Ephel. 4.  
Balsam. ad  
can 36. apost.  
Zonar. ad. 1.  
Vide epistolā  
cornelij apud  
Ensebium li.  
6.ca. 46. Ecc.  
Hist.  
Genes. 48.  
Aet. 2.8. 10.  
19.  
Videri potest  
olum frūsse tan  
tum vnius ma  
nus impositio  
in rīsu.  
Lib. de bapt.

dem desit: pro qua Papistæ nunc confirmatione, & vñctione vtuntur. De vñctione quidem satis est dictum. Sed nec illam crucis in fronte consignationem à xp̄o b̄o vñquam fuisse separatam, imò vnam, & eandem fuisse ex Apostolo, & Hippolyto lib. de Antichristo quoque manum. doceri potest, præter ea, qua<sup>e</sup> à nobis illata sunt. Huius autem r̄ns ēmble-  
στεως τῶν χριστῶν, siue χριστοῖς, quomodò etiam sacramentū ordinis à  
Græcis Patribus appellatur, siue χριστοῖς, quod est eiusdem illius or-  
dinis sacramenti peculiare nomen: hanc hæretici putant rationem, non  
quod manus cuiquam imponerentur: sed quod in comitiis manū, vel di-  
gitum plebs attolleret. Quod si tantoperē probent: quid ni nos sic ap-  
pellatum credamus: quod inter benedicendum ab Episcopo crux vel in  
fronte candidati, vel certè super eum pingeretur: vt innuunt Zonaras,  
Balsamon, ac Damasc.lib. 4. cap. ii. & 12. orth. fid. Verūm leuioris hoc  
momenti censembitur. Itud est fortius. Septimiūs Tertull. in lib. de ba-  
ptismo: vbi incidisset disputatio de sacramentis, & potissimum de duo-  
bus primis, inter alia dicit huius sacramenti typum fuisse gestum illum  
Iacobi cæcellatis manibus nepotibus bene precātis. Illa enim manuum  
dispositio indicabat futuram per Christum benedictionem, & eius cru-  
cis consignationem: qua homines Christi nomine, merito, & instituto  
confirmarentur, non secūs, quām Græci in actis apostolicis ēis τὸ δικαιο  
τὸν χριστὸν inos interpretātur homines fuisse baptizatos. Si igitur debet  
veritas suis responderē figuris: quam in manuum impositione crucis  
imaginem deprehendemus, quā Iacobi transuersis, atque in crucis mo-  
dum obliquatis manibus respondeat: nisi ad crucis in fronte efforma-  
tionē nos conferamus? Propterea vel in à nostris catechumenis diligenter istud obseruari, in veteribus Theologis non manuum, sed manus  
impositionem dici frequentissimē: quia vnius tantum manus opera ad  
crucem effingendam requiritur. Sic eodem in loco Tertullianus dicit  
manus impositione carnem adumbrari. Augustinus quoque libro 3. ca.  
16. contra Donatistas (quo potissimum Calujnus abutitur) non semel di-  
cit manum imponi, quemadmodū. & Hieronymus duobus locis contra Luciferianos. Melchiadem ( quem nobis exprobrant hæretici) Pon-  
tificem, & martyrem, Eusebium, Mogintiaci concilij can. 5. Leonem, &  
omnes denique, quos Gratianus, Iuo, Burchardusque producunt huius  
sacramenti testes, non attinet prolixè referre: hoc modo de confirmatio-  
ne loquuntur. Si quis tamen nolit à communi plurimorum opinione di-  
scedere, nō repugnabo pertinaciter: nisi quod ita sit geminę manus ope-  
ra recipienda: vt si episcopus, dum crucem pingit, alteram tantum ad-  
moueat: non fuerit idcirco minus ratum. Sed redeamus ad quiritationes  
aduersariorum. Clamat igitur indignissimē factum, quod sacramen-  
tum istud, post duos Pontifices, audeamus aliis p̄fereſſe sacramentis.  
Nos verò contrà horramur, vt scripturas perpendant, quid illæ hac de  
re pro

re pronuntient. Erant Apostoli baptizati priusquam reciperent Spirito, baptif-  
mo p̄fessiōr  
copiōſor  
tum sanctum. Hoc enim videor mihi iure sumere: ne dicam, quod hære-  
tici, ante Christi mortē initiatos, seu Christiano, seu Iohannis, qui, iisdem  
iudicibus ( si quis putet horum standum sententia; quod non arbitror) Act. i.  
tantundem valebat, baptismo: nihilominus dictum est illis à Christo, vt  
federent in ciuitate donec induerentur virtute ex alto, qua sine, minimè  
tutum fuisse obiici eos periculis. Hoc porro quid est aliud, quām quod  
nos catholici dicimus, confirmationem hominibus pugnaturis baptis-  
mo utilem? Absit tamen, vt hunc afficiamus iniuria. Habet ille vim  
suam ad innocentiam, & iustificationem vbi tamē alterum sacramen-  
tum accedit: perfectus efficitur Christianus, & vniuersis veluti adobru-  
tus charismatibus. Iudicent, quās, catechumeni vtri nostrum elecent  
magis gratiam Dei. Rursus nos duplīci telo, sed arādineo prorsus addi-  
tiuntur. Aiunt enim Donatisticum esse, quod ministri dignitatem hic  
respiciamus: Pelagianū autem, quod adseramus necessariā esse gratiam  
pugnaturis: & ( si Ch̄risto placet ) citant concilium Arausicanum, nunc  
primum religiosi ecclesiasticarum legū obseruatores, qui vniuersa con-  
cilia scelerato pede conculcant. Sed ad rem. Fata m̄ Episcopos esse hu-  
ius sacramenti administros: sed execratur Donatistarum insaniam, quā  
hominem malum nil agere credebant. Nos enim & schismaticum, &  
hæreticum, & ( si volunt ) pestilentissimum omnia facere, consecrare,  
ordinare dicimus. Istud nihilominus regale, & sacerdotiale sacramen-  
tum à praefantissimis Ecclesiae ministris, quales sunt Episcopi conferen-  
dum adserimus, & episcopali dignitati ( vt inquit Hieronymus ) adser-  
uatum. Quod nugantur de Pelagianismo, indoctum est. Aiebant enim  
errones illi hominem seruari posse sine omni gratia Dei: postea scripturis  
conuicti eātenus necessariam gratiam dicebant: vt hominē perueniret ad  
baptismum. Deinde, vt inconstans est hæresis, contendebant quidē ho-  
minem baptisatum nullo egere præsidio: si tamen conferretur illi gra-  
tia: adiuuare quidem, vt facilius seruaretur non tamen esse necessariam.  
Quid simile nos catholicī? Quid vñquam in Ecclesia baptismi gratiæ  
summam esse necessitatē negavit: sine qua neminem intrare in regnum  
celorum fatemur omnes? Ingenuè fatemur hominem nihil esse, nihil  
habere, quod ad salutem sit satis: sed tam fragilem, ac miserum: vt ne le-  
uissimam quidem hostium impressionem sine Dei gratia ferre queat.  
Cūm ista liberè catholici fateantur: ostendunt dubio procul hæretici  
se, quid sit Pelagianismus, non intelligere, aut potius eo se laborare  
declarant, qui solū baptisū volunt sufficere: cūm nos magnam gra-  
tiæ accessionem per consignationis beneficū fieri oportere contendamus:  
vt Christianus athleta peccet iniquitus. Addamus & istud: quia per-  
negant isti mysteriū hoc vñquam vocati sacramentū, quod in superiori-  
affirritur co-  
firmatio; sa-  
cramentorum  
numero scri-  
ptura, & Pa-  
tribus.

**H**ebr. 6.

mi, & cœnæ dominicæ mentionem faciunt: semper istud interserunt. Sit Paulus huius rei primus testis, qui sexto capite ad Hebreos, post baptismum, ac doctrinam, statim manuum impositionem attexuit. Illa verò Tertulliani sententia, quam ex libro resurrectionis carnis dudum protulimus, nec denuò pigebit repetere, quām habet egregium huius rei testimonium? Mox enim, vbi de baptismo dixisset carnem ablui, vt anima emaculetur: addit: *Caro vngitur, vt anima consecratur: caro signatur, ut & anima muniatur: caro manus impositione adumbraatur, ut & anima spiritu illuminetur*: tribus verbis triplicem effectum huius sacramenti commonstrans. *Quin & de cœna Domini caro (inquit) corpore, & sanguine Jesu Christi vescitur: vt anima de Deo saginetur.* Ad eundem modum, libro primo aduersus Marcionem, trium sacramentorum uno loco meminit, refellens impostoris illius mendacia. Sed ille (inquit de Christo) usque nunc, nec aquam reprobauit creatoris, qua suos ablit: nec oleum, quo suos ungit: nec mellis, & latris societatem, qua suos infantat: nec panem, quo ipsum corpus suum representat, etiam in sacramentis egens mendicitatibus creatoris. Et ne sim æquo prolixior in re manifesta: discipuli testimonium prætermittam, quod ille prodidit lib. 2. epistola 2. Sed nec Augustinum fusiori sermone profaram in medium, qui similem horum sacramentorum contexit catalogum lib. 2. contra Petiliani litteras cap. 104. & libri 5. cap. 20. contra Donatistas. Sed & Eusebius libri 1. cap. vltimo demonstrat: Euangel: insignem huic rei locum suggerit. Hi igitur, & plures alij concordi sententia afferunt, quod haeretici negant. Vtris credemus?

*Quæ sent partes, & officia cum susceptorum, tunc candidatorum in sacramento confirmationis edocet, & quid alios praesentes præstare deceat, ostendit.*

### Catechesis 123.

Ecclesiast. Hieron.  
cap. 2.

**R**efutatis adiectionariis postremis conuentibus: superest, vt candidatorum huius sacramenti susceptores instruamus, qua ratione queant laudabiliter munus suum exerci. Quia in re cum primis tenendum, fuisse vetustissimi moris Ecclesie: vt unus in baptismo, & confirmatione susceptor adhiberetur. Nam ex Areopagita diximus eum, qui erat initiandus baptismo, spopondit futurum se morigerum per totam vitam duci, & susceptori suo. Huc adde (quod sèpè dictum est) ista sacramenta rariissime olim diuiditrita vt unus pro altero nomen sacerdotem ponatur. Haec quamvis ita sint: tamen, si io. decreto Hyginij Rom. Pontif. credamus: fuit alia Romanæ ecclesie consuetudo, nempe vt essent diversi in baptismo, & confirmatione susceptores: tametsi fateatur unum, & eundem esse

dem esse posse. Leo autem Pontifex etiam susceptricum meminit. Postremò, conc. Maguntiacum admonet, ne quis ad confirmati susceptio- Burch. ca. 25 lib. 4. nem admittatur: nisi confirmatus. Sed ista à nobis ex parte priùs dicta sunt: non leuis tamen est hæc prouincia. Nam vt in baptismo duci, seu susceptori multa esse præstanta diximus: profectò non minora requirit confirmatio. Imò verò, vt facilius est adolescentem adscribere militiae, quām strenuū, & inuictum reddere: ita multò difficilius est Christianum equitem erudire, ac versantem in acie sartum teatum seruare, quām educare, & alij perficiendum tradere. Quapropter, qui tenent confirmados, ne putent se ad rem nullius pretij, vel laboris obligatos: sed norint dādam sibi omnem esse operam: vt in illa gloria Christianus miles per- sic vorma- feueret: vt concionibus, & catechesibus instruatur, siatque plenissimè ciente, & mo- conscientius rerum, quæ in confirmatione geruntur. Neque hoc tantum: sed guntiactu con- cil. os ingerant. Neque istud prætereundum, quòd can. 5. Aurelianen. præci- Meldensi cap. 6. pit & candidatos perfectæ ætatis, & mystagogos ieiunos accedere: &, si antegressa vita peccatis inquinata fuerit, exomologesi quicquid est sor- Burch. lib. 4. dium eluere: ne Spiritus sanctus animo recipiatur impuro: aut potius ne instar Iude malignum cacodæmonem suis inquinamentis dignū hos- pitem sortiantur. Et ne hoc susceptores ad se non pertinere credant: imi- tentur veterum Christianorum diligentiam, ac pietatem, quos enixissi- mè pro aliis orasse author est cum plurimis aliis Iustinus Martyr. Legant Apostolos ad Samaritas aduententes orasse pro ipsis: vt acciperent Spi- ritum sapientum. Nam si hoc administrari faciant Apostolico exemplo do- cēti: multò magis debet susceptor pro suo alumno esse sollicitus, ne quid felicem illum influxum impedit. Non libet nostrum οὐεμόνα pluribus impræsentiarum onerare: quia in sacramento baptismi multa diximus hoc facientia. Sed nec, quæ sint candidatorum partes hac in re, copiosius est inculcandum: cum partim ex iis ipsis, quæ iam diximus, partim ex tota huius sacramenti tractatione facile sit omnia colligere, quæ ad beatitudinem perfruendam his mysteriis possunt. Nam ieiunium, & expiationem in adultis desiderari, quid opus est repetere? quæ tamen si ritè fiant: non dubium est, quin sentient peculiarem gratiam, cuiusmodi in septem Spiritus sancti charismatibus superius indicauimus. Cæterū istud præteritum nolim (cum haereticivelint esse metam catechesim) illud vehementissimè placitum, si pueri insigniter examinentur, antequā hoc pertrumpendi fiat facultas: si quicunque hinc rei destinantur, sic à tenebris instituerentur: vt, quam antè capessuerint, disciplina specimen aliquod edere possent. Nec illud incòmodè accedet: cum Dionysius Areopagira contendat Eucharistiam omnia perficeret: &, quod sumum est, omnibus adferre sacramentis: per opportunè futurum, si adulti non tantum ritè priùs purgati: sed etiam tremendis instruèti mysteriis accedenter, aut postea saltem iisdem donarentur: vt, quod forsitan necessaria de- fuerit præparationi, hac ratione perficeretur. His ita pertractatis, lice- B b 3 ret iam

*Quid à specta  
toribus sacra-  
menti huic  
requirat offi-  
cij charitas.*

ret iam recta nobis ad ipsam sacerdiam Eucharistiam concedere: ac fessos animos illius iucundissima contemplatione recreare: verum; ne quid omittamus, visum est iis quoque, qui spectatum confluunt, ne inutiliter intersint, suas etiam partes adsignare. Hodiè enim nil aliud, quam spectamus, & ritus obseruamus, quasi si in scena, vel theatro consideremus. Longè tamen diuersa fides, sancta communio, fraternus amor postulabant. Nam quemadmodum legimus olim in baptismo praesentes omnes comprecatos: ita cum in perpetuum consitum Christianus miles proditurus armatur, &, penè dixerim, extruditur coram nobis: quæ est nostra impietas: si non mouemur alieno periculo: si non, quod in nobis est, ardentibus votis, precibusque profquamur euntem? Proinde, vt olim diximus Apostolos in Samaritarum initiatione non segniter orasse: sic omnibus catholicis spectatoribus danda est opera: vt, quod in candidatorum officio deesse potest, instauretur. Quod si quis in hunc usum formulam sibi dari petat: iuuabit nonnihil Areopagita, qui non tantum in confectione chrismatis olim: sed etiam in vnu dicit acclamatum haleluia: quod interpretes non de ipsa tantum voce: sed de ipsis psalmis, qui eadem pro titulo insigniuntur, accipiunt. Nec immerito hos iudicarunt maximè idoneos, qui pro diuinis beneficiis gratias agunt: inque bellis, & periculis diuinam partim implorant, partim sibi promittunt opem. Addit Areopagita dictio nesciam significare (quod res est) vel Dei laudem, vel laudate Deum: hincque vult omnes discere totos esse debere, dum administratur hoc sacramentum, in contemplatione, & grata recordatione beneficiorum Dei, ac potissimum in nostrum genus collatorium. Nam Apostoli vocarunt istud mysterium τὸ μῆρα τελέσην, id est, vnguenti sacramentum, sive perfectionem: quæ appellatio significat partim τελείωσις id est, effectuè, seu efficaciter, partim ἐνθάδινῶς, id est, secundum eventum. Pertinet enim ad vim, & efficaciam diuinitatis, qua vel uicta est Seruatoris humanitas, vel qua vngimur per huius susceptionem sacramenti, vt illud, τὸ μῆρα perinde significet, atque τὸ Χρον. Fuit enim assumta in Christo natura sanctificata: vt porrò nos per illam sanctificemur. Ex quibus liquet, hanc nomenclationem admonere nos esse oportere sollicitos: ne ingratisimus erga operaticem Dei virtutem, quæ delibutam omni gratia, atque adeò tota diuinitate reddidit nostri redemptoris inferiorem naturam: vt illa deinceps per istud sacramentum eiusdem gratiæ nos confortes efficeret. Et in hoc argumento ferè illi psalmi versantur: ex quibus & candidati, & eorum susceptores, & quicunque spectatores copiosissimam orationis, meditationisque sylluam pro suo quique deligent arbitrio. Et haec tenus de sacramento confirmationis.

*De Eucha-*

*De Eucharistia Sacramento.*

*De cœna hereticorum, & loco Pauli, quem pro se adferunt: dèque  
Eucharistie nominibus aliquot differit.*

### Catechesis 124.



Acramentum hoc tale est, auditores: vt religiosius, augustinus, diuinius neque singi, neque cogitari, neq; dici, ned hum à nobis: sed nec ab ipsis angelis quicquam possit. Itaque decet nos huc adferre linguam, aures, ac mentes purgatissimas. Nam si vsquàm locum habeat: *Procul hinc, procul este prophani:* hinc maximè quadrat, vbi non quælibet sanctissima: sed ipse omnium sanctificator Deus (horrendum dictu) tractandus, expendensq; nobis proponitur. Cæterum quia catechesim instituimus; & alibi de huius amplitudine sacramenti dicendum erit instar cuiusdam velitationis sacerdormis eius appellations, ac typos nō tā enarrabimus, quām enumerabimus. Est autem in primis necessariū dicere de heretico nomine, priusquām ad ea, quæ in scripturis, nostrisque traduntur maioribus, veniamus. Nomen igitur, quo vno, ac solo heretici suū nuncupant sacramentū (si sic vocare licet panem, & vinū, quæ ferè sola habent, cum sint acephali) est cœna dominica: in qua re atténdant catechumi quantum stultizie sit, ac veneni. Primo sic vocant: vt nostrura intuerunt̄ sacrificium. Si enim coena sit: ergo non est locus rei diuinæ: ergo fecimus hactenus præter diuinum institutum. Si sit (inquam) coena, quam instituit Christus: ergo nefas est adseruare: quia prandij, aut cœnæ reliquia non sunt cœna. Sed neque licebit circumstare. Ad haec, cœna poscit cibum: cur igitur ieuniū accedamus amplius: licet saniores heretici ieuniū nobiscum agnoscant. Denique valeat cultus reliquus, & reverentia: quæ omnia hoc vocabulo recepto exploduntur. Sed inquit se Pauli hac in parte esse imitatores, qui sic appellavit: videamus. In II. I. Cor. xi. 1. igitur cap. i. ad Cor. Paulus eosdem reprehendit: quod in cœnæ dominica obitione non vitarent temulentiam, & intemperantiam. Ut autem intelligeremus, quenam esset haec cœna: ait: *Non quisque suam cœnā præsumit ad manducandum* Paulò pōst: *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum?* Ad postremum: *Cum conuenitis ad manducandum, inuicem exspectate.* Ex toto capite, si quis paulò diligentius attendat: videbit nū aliud cœnam vocari dominicam, quām coniuivium à diuibus, in gratiam tenuiorum, apparatum ob gratiæ mentis indicium, & institutionis tremendorum mysteriorum reficandam memoriam. Quod ut melius intelligent catechumeni; audiant quid Syrus Paulus habeat, *וְאֵת שְׁנָה בְּרִית מְנוּחָה תְּמִימָה*, Lau ech dezodek leiaumeh demorat̄ oclim anthoum veschothein: ybi ne cœne quidem vocabulum habet: sed ad verbū: *Non prout decet diem dominicum comedentes vos, & bibentes.*

& b. bentes. Pro eo, quod habemus: *Iam non est dominicam cœnam manducare.* Hortatur Syrus: vt pro eo, ac dignum est in iis conuentibus, qui In 2. Apolog. siebant, teste Iustino, diebus dominicis, modestè se gererens, & sobria agerent conuiua, quemadmodum decet illorum dierum religionem. Neque verò tantum veterum hæc est sententia: sed ipsiusmet Caluini, non agi de Eucharistia: sed de iis conuiuiis, quæ ἀγάπας dicuntur. Et quis adeò stolidus: vt credat clerum Corinthiacum in illo feroce religionis permisurum: vt quisquam Eucharistia ingurgitaret sese, & inebriaret calice dominico? Certo enim scimus nunquam cuiusquam arbitrio permisam Eucharistiam: sed eius administrandæ potestatem penes clericum fuisse: atque adeò ( si credamus Tertull. lib. de corona militis ) omnes ab ipso præposito suscepisse: cui Ignatius epistola 7. & Iust. in altera apologia ad Antonium Pium subscribere videntur. Qui

*Cur Paulus  
inserat domi-  
ni corporis  
mentionem.*

*socrates li. 5.  
cap. 22. Ecl.  
Hist. Nicop.  
lib. 12. ca. 34.  
Ecl. Hist.  
Calvinista ad  
novo nomini  
cœna ritu re-  
tunduntur.*

Tertull. canu-  
las, ac consu-  
tua dominica  
nominat.

*clem. Alex.  
ἀγάπας  
non patitur  
vocari, lib. 2.  
pad. cap. 1.*

*Luc. 5. & 14.  
Ignat. epist. 7.  
ad Smyrnæos.*

quilibet, pro sua facultate, eò dona mitteret. Eiusdem rei est mentio in canonibus latinis concilij Hamnetensis apud Burchardum, ubi reprehenditur clerus, quod in calendis non tam cœnam dominicam instruerent, quām ebrietati darent operam: itaque consuetudinem, quæ in abusum degenerarat, Ecclesia sustulit. Illud tamen diligenter obseruandum: eo in concilio cœnam vocari dominicam conuentum hominum. Quod igitur putat Caluinus, illas ἀρχές iam tum ab Apostolo profligatas ab Ecclesia, verum non est. Nec enim illud: *Iaque fratres mei, post Apostolum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate, hominis est abrogans, sed corrigitis.* Et mos ille diutissime post obtinuit: vt videre est in Gangreno concilio, can. II. quo prohibentur contemni. Vbi tamen abusus in immensum succrescerent: posteriora concilia sic abstulerunt, ut vix superstit vestigium. Nam Carthaginensis can. 28. & Laodicen. 27. & 28. priors celebrari prohibent: & cum non tantum die dominico: sed etiam eo tempore, quo instituta sunt à Christo tremenda mysteria, ἀγάπας fierent: uidem Patres Laodiceni hoc ipsum veterū cano. Et ex his igitur, quæ per antiquitatē properanti occurserunt, clarū euasissle puto cœnæ, & conuiuiorum dominicorum, ἀγάπας, & ἀρχές appellations Eucharistiae nequaquam conuenire: sed iis epulis, quibus à ditioribus pauperes excipiebantur. Itaque nominent haeretici sua, ut volent, mysteria: in quibus præter panem, & vinum nihil est: nos verò, qui Deum & habemus, & credimus præsentē, absit ut tanto receptissimorū nominum fastidio laboremus: vt heretica nouitate nostra polluere, quām sanctissimis, & antiquissimis, appellationsib⁹ cohonestare potius eligamus. Sed quænam illæ sunt? Scripturæ quidem vocant τὴν κοινωνίαν τὸν σῶματος χριστοῦ: communionem, seu participationem corporis Domini: interdum panem, alias calicem Domini. Quod si ad traditionem veniendū: Areopagita dicit Apostolos tribus potissimum vsos fuisse nominibus: & nonnunquā vocalē τελετὴν τῷ τελετῷ deinde κοινωνίαν, ratiōnē apostolac postrem τὴν οὐρανὸν. Ipse tamen Dionysius frequenter Eucharistiam nuncupat. Sed liber apostolica illa nomina paulisper intueri. Et in primis illud τελετὴς τῷ τελετῷ cuperem retineti in tanta à nobis usurpatorum nominum græcorū turba. Notio nominis est (vt ille tradit) quia nullum sacramentorum perficeretur: cui nō Eucharistia, veluti suprema manus accessisset. A baptisterio, mox ad hanc ducebatur initiatus. In matrimonio, & in sacris ordinibus, ac monasticis initiamētis appendix erat sacra communio, quæ suo pondere cumulabat vniuersa: vnde Cyprianus multis in locis narrat primos illos Christianos, post omnē exaltatam pœnitētiæ carnificinam, hoc vnum optasse, ut his mysteriis confortes euaderet. Alterius autem vocabuli κοινωνίας significatio accessum ad diuinā similitudinē, atque confortiū indicat; ostendens non esse satis diuina signa percipere (Nā Seruator, inquit Dionysius, eū, Iudam nimis, qui secum non pie, neque cōcorditer sacra perceperat, à contuberniū forte iustissimē separauit) nisi per istam communionem deiformes efficiat.

*Zib. decret.  
Burch. 2. cap.  
164. Vocat  
autem concil.  
Hamnetense  
ex eius can. 4.*

*Diutissimē  
post Apostolū  
ritus con-  
gantis, sed corrigitis. Et mos ille diutissime post obtinuit: vt videre est in Gangreno concilio, can. II. quo prohibentur contemni. Vbi tamen abusus in immensum succrescerent: posteriora concilia sic abstulerunt,  
abrebar. li. 3.  
decret.*

*Nomina, quæ  
sunt hoc sacra  
mentum scri-  
ptura deco-  
nit.*

*Cap. 3. part. I.  
Ecl. Hier.*

*τελετὴς  
τῷ τελε-  
τῷ.*

*Zib. 3. epist.  
14. 15. & 16.*

*lib. de refus.  
zell. carnis.  
obvafis.*

mes efficiamur. Non igitur est omnium, qui mysteriis participant, sancta communicatio: nec vulgo satis exacte dicuntur communicare, qui cuncte dentibus premunt sacramenta: cum maiores nostri, ipseque Seruator eos duntaxat *τοὺς οὐρανὸς*, hoc est, cōmunicatores censuerint, qui per adspectabile sacramentum in diuinæ naturæ consortium transeunt: quique sic vescuntur corpore, & sanguine Domini (vt nuper loquebatur Tertullianus) vt & anima intus saginetur. Supereft tertium nomen *τὸν οὐρανόν*; quod non facile queas interpretari. Posset vocare coactionem, vel collectionem, vel alio quoconque magis placet modo: sed D. Dionysius, atque adeò sacrarum authores scripturarum habent sibi persuasum, & res est, hominē per mūdi, & satanæ machinationes, per carnem denique, & sanguinem in mille distrahi partes: vt neque secū ipse fatis conueniat, neque cum proximis, ac multò minus cū Deo suo: adeò vt, quando est ad illud, quod verè vnum est, redeundum: multa sit opus collectione, & coagmatione. Hoc verò sacramentū, quia præditum est ea vi: vt hominem ex plurimis diuisionibus retractū primū redintegret, nec sinat extra diffluere: deinde coniungat fratribus reliquis, & spiritali compage adglutinet Christi corpori: ac postrem ad ipsum unitatis caput Christum, Deumq; transferat: hoc propterea nomen accepit. Idcirco esset ingrata quorundam excusatio, varias rerum occupationes, quò minus frequenter accendant, accusantium. Quid enim? Nescis, ingrate, propterea dictum *σύραφη*, quodd vniat, & cōiungat? Quin tu hoc potius utere remedio: vt mentem aliis in rebus occupatam, ne dicam alienatam; ac perditam, tibi recuperes, totāque vendices.

*De nomine Eucharistie, mysteriorum, sacramentorum, metalepsens, & quibusdam aliis antiquissimis huius sacramenti appellationsibus differit, eiusdemque typos breviter enumerat.*

### Catechesis 125.

**V**ere equidem, auditores, istam nominum explicationis moram non fore absque quorundam catechumenorum fastidio, qui fortassis ( vt sunt hominum diuersa iudicia ) hæc paucioribus & posse, & debere tradi sentient: attamen mihi haec tenus imperare nō possum, quin de aliis antiquis nominibus differam: vt melius intelligamus aduersariorum inscitiam: & quorundam indoctis rationibus non abducamus, qui his de rebus ita nonnunquam disputant: vt fidem magis exponant hæreticorum ludibrio. Addamus igitur Eucharistie, sacramentorum, seu mysteriorum, ac μετάλλης nomina, priusquam ad typos progrediamur. Est quidem Eucharistie vocabulum scripturis nō ignotum in hoc etiam arguento. Nam i. Cor. 14. vbi noster interpres habet: *Qui supplet locum idiota;* Eucharistia. quomodo dicet *Amen, super tuam benedictionem!* Græci legunt ἐν τῷ οὐρανῷ εὐχαριστίᾳ

*ἰνχαριστίᾳ*: quæ vox non quamlibet gratiarum actionem: sed, quæ fit per hoc sacramentum, cum luo toto apparatu, significat: vt ex subiunctis manifestum fieri potest. Nam & ex liturgiis græcanicis, & vitiis Apostolorum, & ex Iustino martyre 2. apolo. in fine, est in confessio, fuisse quondam confessi sacramentis conclamatum ab vniuersis Amē: quod accinere non posse idiotam Paulus ait, nisi quid rerum geratur intelligat. Hæc autem non refragari hodiernæ Ecclesiæ consuetudini, quæ illud non seruat antiquum, alibi dicendum erit. Istud porr̄ nomen familiare fuisse Areopagitæ & superiū diximus, & cap. 2. Eccl. Hierat. conuincit, vbi non semel repetit, & vocat εὐχαριστίᾳ λέξιν σταύρον, sic olim tristis id est, quæ sacra ratione maximè perficiat hominem: quasi rei dignitatem conaretur vocis amplitudine referre. Iustinum in 2. apolo. ad Antoninum, Ignat. epist. 7. & 11. Clement. Alex. lib. 2. Orig. lib. 8. contra Celsum, & alios quorsum attinet recensere, quibus hoc nomen summa cum religione in vsu fuit: cum hac etate non sit aliud notius? Nec id quidem inutiliter: cum & utilissimum sit, & sanctissimum: vt perspicue liquebit ex eius notione. Igitur scholastici Theologi, & penè scriptores omnes catholici, ab etate Isidori etymologi, contendunt significare bonam gratiam. Certè Clemens Alex. non procul discedens, vocat χάρις ἐπανάμενην, καὶ καλήν, honestam nimurū, ac laudabilem gratiam: nec ab hac præceptoris sui sententia discedit Origenes: nec nos huic rei nomen illud competere sumus inficiatur: attamen nominis notio necdū innotuit. Si ergo Græcis etymologis Iulio Polluci, Eaphorino, & Hesychio credimus: Eucharistiæ, & eius generis voces nullam habet gratia significationem: sed magnificentiæ potius, & liberalitatis: quibus ipse Philo suffragatur. Vulgus tamen hodie sequitur diuersam, hoc est, Isidori sententiam. At verò qui magis antiquissimis Theologis, quām prophanicis credunt hominibus: qui malunt eos imitari, qui ex Apostolorum ore suixerunt rerum Christianarū appellations: quā ex idololatriarum impietate earum rationes emendare: nunquam inducent in animum (sat scio) vt hoc loco gratiarum actionis recipient significationem: cum apud Irenæum in Marcōsis, Iustinum in 2. apolo. & in Tryphone, Epiphanius in Manichæis habeant vim huius nominis expositā. Nam cum Iustinus Martyr dixisset Apostolos hoc sacramentū vocasse Eucharistiam: mox, quid hoc sibi velit exponens, vocat τὴν δι εὐχαριστίαν τῷ πατέρῳ εὐχαριστίαν τροφὴν, quod periphrasi reddere licet, escā, quæ gratiarum actione sit. Ibidem vocat μετάλληρα πάπο τῷ εὐχαριστέω, id est, participationem ab iis, quæ sunt gratiarum actionis functione consecrata: & superiū εὐχαριστίαν λέξιον, & οἶνον, id est, panem, & vinum consecrata eadem gratiarum actionis functione: vt sit quidem εὐχαριστέρ fungi gratiarum actione, aut potius obire huius τοῦ εὐχαριστίας: seu panis τοῦ εὐχαριστέων & consecrationem. Nam sic Iustinus in 2. apolo. loquitur: εὐχαριστίαν δὲ τῷ πατέρῳ λέξιον, καὶ επεφημίσαντο τῷ πατέρῳ τῷ λαῷ, οἱ καλόμενοι τῷ πατέρᾳ οἰδάκοντες διδάσσονται εὐάγγελον τῷ πατέρᾳ.

*Fuit hoc no-  
men, ut nunc:  
εὐχαριστίαν σι oīm tristis-  
simum.*

*Isidori, & se-  
quacium ety-  
mologi, huius  
nominis.  
Videlicet cap.  
2. pædag. a.  
Quorundam  
Græcorum alia  
etymologia.*

*Vera huius  
voci significa-  
tions origo,  
& nominis.*

*Mysterium.*  
Lib. 5. contra  
gentes.

*In divi. de-  
cret. cap. de  
bapt.*

*Iustinus 2.  
apol extrema  
Alia aliorum  
locorum, aut  
Patrum uoni  
na huic sa-  
cramentis, seu  
gratia, seu la-  
tina.*

παρεῖται μεταλαβεῖ πέπο τοῦ εὐχαριστίου οὐ δέξεται τοῦ εὐδαίμονος, id est, Postquam gratiarum actione functus fuerit praefectus, populisque totus fuerit bene precatus: ij, qui apud nos diaconi vocantur, cuique eorum, qui adsunt, dant participare per gratiarum actionis functionem consecratum panem, & vinum, & aquam. Vnde perspicuum est in ipsa Eucharistia, si syllabas perpendamus, nullam esse penitus actionem gratiarum: sed in ipsa re, & eius obitione. Et, si licet apertissimè dicere: nomen habet Eucharistia ab eo, quod consecratur ritu quadam, & sacramento, quod complectitur in se quendam Deo acceptissimam gratiarum actionem: quia Christus, noster legislator, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quoniam igitur hac in re sita est animi grati declaratio: ideo hoc sacramentum Eucharistiae nomen tulit: quod si quis optet interpretari, erit consecratio, quæ grati animi in Deum habet indicium: qua ex notione vocabuli hanc in nomine capimus utilitatem: vt quare Deus nos gratos esse velit maximè, cognoscamus. Iam ad mysterij quoque nomenclationē accedamus, in qua non minus est caliginis. Et plerique putant hāc vocem significare quidam arcani consilij, secreti: sed qui in Græcis Theologis versantur, norunt τὸ μυστήριον, τὸ μυστῆριον idem esse, quod initiamētum, initiare, initiatos. Et sic Arnobius mysterij vocem pro re diuina usurpat. Ceterū illud obseruandum: veteres Theologos hoc mysteriorum nomen pro Eucharistia frequentissimè sumere: cuius rei causam plerique hanc non rectè coniiciunt, quod sit multiplex vini, panisq; symbolum. Sed quid dicent, vbi singulare numero audient Epiph. in Collyrid. & Theodoreum in baptismo mysterium appellantes? Rursus cùm idē vocabulum, numero plura significante, aliis tribuitur sacramentis: quid tū rationis excogitabunt? Est igitur factum per enallagm: quia nimirū istud reliqua penè sacramenta in se complectatur: vt eius dignitas, ac præstantia commendetur. Idcirco ferè additur epithetum aliquod τὰ φρεάτα, id est, horrenda. Dionysius ἡτα μυστήρια, τὰ τελείωτά, hoc est, diuina, &c, si liceret dicere, perficientissima. Noster Nazianzenus τὰ ἀθύατα, quasi dicas, à mortatione aliena: ne quid ibi cruentum geri intelligamus: vnde & ἀναμνηστα ab aliis dicuntur, non quod desit sanguis: sed quod cruenta non sit hostia, vt quondam in cruce. Quæ appellations ostendunt: quanta cum religione, & animi submissione tractanda sit Eucharistia. Quod autem de mysteriis dictum est, hoc ipsum est repetendum ad nomen sacramentorum; quo ferè vtitur Ambrosius ob amplitudinem, & excellentiam. Supersunt & alia plurima, quæ non libet persequi. Est autem μετάληψις, quia in hoc sacramento participes euadimus non tantum corporis, & sanguinis Domini: sed Deitatis quoque consortes efficiuntur. Alij, vt Clemens Alex. lib. 2. cap. 2. pædag. Origene's lib. 8. contra Celsum, χρεῖον appellant: tum quia maxima Dei clementia, & liberalitate fuerit mortalibus derelictum: deinde, quod totius bonitatis, & gratiarum fons continetur Deus, qui plenis horreis suam in genus nostrum

C A T E C H E S I S C X X V . 389

nostum φιλανθρωπιαν effundit. Nec defunt, qui ἀγιαστέα, id est, sanctificationem vocarunt: rursus τὰ ἄγια, id est, sancta. Quæ imitati Latinī vel sancta sanctorum, vel sanctitatem, vt Cyprianus, dixere. Huius autem τῶν ἄγιων, seu sanctorum vocabuli rationem expendit diligenter Ioannes Zonaras, ad can. 8. Apostolorum, vbi alterum quoque nomen indicat τὸ ἄγιαν: non solum quod, qui in eo exhibetur, Deus sit omnium sanctissimus, ipsaque sanctitas: sed etiam quod sacramentum istud homines sanctificet, diuinaque imbuat, translatos extra humanam conditionem, sanctimonia: quæ res, si à nobis ritè perpenderet, vel sola torpore excuteret, nōque ad frequentius accendendum inflammaret. Hic eram nominum finem factius: adquæ ipsos typos transiitrus: sed iam abeuntem reuocat magnus Ignatius, iubetque ut suam ad Ephesios adeamus epistolam, in cuius peroratione ad istud sacramentum, huiusque diuini panis fractionem inuitans, primum istam adfert rationem, δέ τι φάγεσθον ἀθανατος, id est, qui sit medicamentum immortalitatis. Rectissimè. Christus enim suos eodem provocans: *Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis viam in vobis:* & eodem capite: *Qui manducat hunc panem viuet in eternum.* Vnde qui ritè hunc panem sumit, & potissimum sub vita exitum: optimo iure sibi vendicat immortalitatem, vt pote qui iam in eius transierit consortium, qui est vita. Addit autem Ignatius in eandem penè sententiam ἐγι αντίθετο τοῦ μὴ ἀποθανεῖν ἀλλάζειν τὸ θεῖον, id est, est antidoton, vt quis non moriatur: sed viuat in Deo. Tam est certa spes gloriose resurrectionis condita rectè usus hoc sacramento, vt ne morituri quidem dicantur. Addit porro καταφέγγιον ἀλεξιανον, purgatorium auertens mala: quod sic expiat omnem culpam, vt omne interea propulsat periculum. Quod utinam nobis persuasum esset, qui, vt labimur quotidie: ita non tantum expiatione: sed & addito robore indigemus. Hunc in modum Damascenus ad nostri iustificationem hoc sacramentum institutum esse declarans, vocat βλάβην τανόδαπον ἀμενινήγιον, καὶ πύρον τανόδον καταφέγγιον, omnis noxæ amuletum, & maculæ omnis purgatorium. Vis igitur thoracem tutissimum, imò panopliam impenetrabilem: vt vndeque tectus medium vnguem ostendas hosti? Indue te ἀμενινήγιον: sit Eucharistia & clypeus, & hasta. Sed si ita pergamus in istis nominibus philosophari (quod fortassis non iniucundum esset) nunquam innenemus exitum. Itaque vincum sumus tantum additum: vt queamus fidem contra Oecolampadianos defendere. Magnus Basilicus, & eius in Christo frater Nazianz. passim ἀποτελεῖ vocant: quod nomen Damascenus, & Euthymius, & alij de panis, vniq' speciebus ante consecrationem interpretantur: negant vero, vbi ea peracta sit, ita posse vocari: sed ipse Nazianzenus in Gorgia ostendit rem se aliter habere, vbi ait sororem agrotam, ex relictis forte huius sacramenti (vtitur autē voce antiqui) minutiis in pallis altaris, confecisse medicamentum, & affecto

*ignat. ad  
Ephes.*

*Ioannis 6.  
Lib. 4. ca. 14  
orib. fid.*

*conc. 7. act. 6  
antilogico  
romo 3.  
Basil. in missa  
sua.  
D. Gregor. in  
Gorgia.*

*Damascenus.* loco imposuisse, imitata hemorroiss fidem mulieris. Ex quo loco mihi persuadeo Nazianz. *Euthymius ad. 26.* vocare id, quod secutum est consecrationem. Igitur sic appellatur cum propter typos veteris testamenti, de quibus mox: tum maximè propter beatificam communionem, quæ solos manet electos in vita beata. Vnde veteres Theologi dicunt *et iurant* *et iurant* *et iurant* *in fine.*

*Damasc. lib. 4.* *tau μελέτην:* eò quod vestita symbolis, & inuolucris nunc sumiamus, quæ olim retecta facie dabuntur electis: atque ita equidem puto semper in Patribus hanc vocem *et iurant* accipiendam. Huc pertinet, quod idem Damascenus, & ante illum Cyprianus in orationem dominicam, Cyrilus in catechesi 5. mystag. & D. Augustinus volunt panis quotidiani nomine Eucharistiam intelligi: non solum quia nostræ addatur substantia, nosque in se transmutet, sed etiam quia est pignus illius panis, quo ve scuntur in cœlis, qui ad beatitudinem peruererunt. Atque hæc fortassis nimis multa: si rerum faciem sacramentorum vlla apud pios valeat oriri satietas. Iam ad typos, qui sunt admodum varij. Primus tamen est panis, & vinum, quæ proposuit Melchisedec Abrahamo. Nam licet ibi sacrificium fuerit (vt ex antiquissimis loco suo sumus demonstratur) tamen ipsa potissimum victimæ, & oblatio, quam ille sistebat Deo, hoc est, panis, & vinum, habebat symbolum nostri sacramenti. Non nitar totius Ecclesiæ testimoniis, & ipso canone: nisi omnis hoc ipsum testetur antiquitas. Sic Hebraeorum vetustissimi: sic Philo, cum in libro *τριπλάσια τριπλασία εποποιεῖται*, id est, de conuentu disciplinarum causa, tum in Abrahamo, clarissime ostendit Melchisedec prius obtulisse sacrificium, ac postmodum epulum præbuuisse. Ad istum modum Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 11. meminit epularum, & conuiuij. Si his vetustiores cupias, eos perquirito apud Petrum Galatinum lib. 10. cap. 6.

*In latinis co-dicibus est cap. 18.* Quin Augustinus ipse suam hanc prodit esse sententiam libri 16. ciuitatis Dei cap. 22. & ad psalmum 50. vt de Epiphanio nil dicam, ac Theodoreto ad quæst. 63. Iam alteram nostrorum sacramentorum figuram gessit agnus ille paschalis, quem (iuxta Pauli doctrinam 1. Cor. 5.) Theodoreetus non solum typum: sed etiam archetypum Christi mysteriorum fuisse contendit. Hinc manna Iudaica castra perpluens eadem adumbravit: in cuius miraculo fusiùs euoluendo non laborabo: cum ipse Christus Ioan. 6. & Apostolus 1. ad Corinthios hoc abunde præstiterint. Progredior ad illa sacrificia, in quibus offerebatur farina, quæ ab Hebreis *μίνχων* minchot, vel menachot vocabantur. De quibus Moses in

*Leuitico 5. 6. 7.* Leuitico multa præscribit (vnde Malachias hoc nomine vtendum sibi putauit, cum de catholico sacrificio vaticinaretur) vt quidem teatur Damasc. lib. 4. cap. 14. orth. fid. & typum hunc vel euidentissimum putat. Huc ex 25. Isaæ licet adiungere conuiuum illud mysticum pinguium medullatorū, & illud Assueri regia planè luxuria instructū, denique quod sapientia apud Salomonem dicitur apparasse. Rem eandem porrò designabat Eliæ inexhausta farina, quæ viduam cum hospite, cæteris fame perclitantibus, alebat. Sed paulo clarius, & magnificenter idem præ-

*Heres 5. 0.*  
*Exod. 12.*

*1. Cor. 5.*

*Leuitici 5.*  
6. 7.  
*Malach. 1.*  
*Isa. 25.*

*Ester. 1.*  
*Sap. 9.*  
3. Reg. 17.

idem præstitit panis ille subcinericus (vt noster habet interpres) ad eiusdem fugitiui prophetæ caput depositus: quo ille pastus tā prolixum iter aggredi, & emetiri non dubitauit. Quo loco notare velim catechumenos pro eo, quod vertit interpres subcinericum, Hebræis esse *τριπλάσια* retsaphim, quasi dicas, placent̄ ardentium carbonum: vt intelligent nostrum panem, hoc mysterio designatū, vehementer accendete: si pium, & aptum animum offendat. Omitto farinam ab Elisæo coniectam in ollam: vt insipidum, & mortiferum holusculum condiret, ac persanaret. Quis enim cunctas huius principis sacramenti vel enumeret imagines? 4. Reg. 4. Itaque canā receptui, si illud addidero, quod est apud Isaiā, vbi prophetam vocatum ad vaticinandi munus: & cōquestum de labiorum pollutione, vnuſ de Seraphim arrepto ex altari *τριπλάσια*, (quod Hieronymus calculum, Septuaginta *τριπλάσια*, recentiores prunam vertunt) & labris admoto perpurgasse refertur. Hunc enim calculum, & carbonē Iustinus Martyr quæstione 44. dicit typum habuisse sanctissimæ, & purgatricis Eucharistia, atque in eius abeunt sententiam omnes posteri. Omnia autem ingeniosissime Euthymius: quem admodum, inquit, carbo partim lumen præbet, partim adurat: ad eundem modum Eucharistia adurit maximè prophanos, & indignos: pios autem accendit, illuminat, incendiumque charitatis supra modum arget: vt qui ritè communicant, magis peruideant, altiusque perierent mysteria. Vnde Origenes, totaque posteritas vult hoc ipsum adumbratum Emauntinga cœna, siue merenda, quæ discipulorum catenæ clausos oculos aperuit. Et de typis quidem ita breuiter.

*Eucharistie definitionem tradit, eamque explanat: tum corporis, ac sanguinis Domini realem presentiam in hoc sacramento contra hereticos ex scripturis probat.*

### Catechesis 126.



Vnc ad huius sacramenti naturam, definitionemque veniamus. Eucharistia est sacramentum, quod sub specie panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi conuenerorum totum Christum continet, & eo ritè perfruentes in ipsum transformat, atque unit. Sic enim arbitror breuissime, & conuenientissimè definiti. Quia tamen in eam tempestatem incidimus, qua deus hoc christiana religionis, & culmen vocatur in dubium: rationibus, & authoritatibus pôsto nobis est hæc definitio confirmanda. Quod igitur ad nomen sacramenti pertinet, non est nobis magnopere laborandum: cum sit etiam appellandum existiment, qui illud summa afficiunt contumeliam. Si tamen hoc probatum velit quispiam: sic maximo compendio ex scripturis id præstare licebit. Nam cum sacramentum sit instrumentum à Christo institutum (vt supra traditum est) Cc 4 quo is,

quo is, qui illud suscipit, Deo consecratur: idque ita, ut simul existat signum adspectabile inadscriptibilis gratiae, quam conferat ritè compatriato mystæ: facillimum fuerit ex scripturis demonstrare, quo pacto haec omnia Eucharistiae competant. Nam etiam aduersarij per suam coenam à Christo institutam, atque adeò per nostrum sacramentum dari hominibus vitam adserunt: vti apud Ioannem habetur. Itaque superfluus esset haec amplius probandi labor. Iam autem ex loco ro. ca. i. epistolæ ad Corinthios, cùm Paulus vocet *κοινωνίαν*, id est, communionem, & participationem ( vt habet noster interpres ) corporis, & sanguinis Christi, quæ proculdubio tale quid est, quod Deo, & Christo nos initiat: nemino non videt, quid istud sacramentum iis præstet, qui ritè accedunt. De signo adscriptibili adeò nulla est controuersia: vt aduersariorum plurimi nil præter signum in ea velint agnoscere. At vero inadscriptibilis gratiae significationem ex parte concedunt iidem omnes, vt pote qui ad huius sacramenti usum perinde volunt hominem affici: ac si particeps euaderet corporis, & sanguinis Christi confidentis ad dextram patris. Itaque mysticam nobiscum communionem agnoscunt. Cæterum quamvis hanc videantur soli Deo adscribere: neque quicquam huic instrumento tribuere: tamen eorum plerique in suis formulæ, & institutionibus ( vt vocant ) fatentur per hoc sacramentum illum hominis cum Deo coitionem fieri: sed nostram fidem habere aliquid amplius tum demonstratum erit, cùm ostenderimus hinc non tantum gratiam contineri: verum ipsum totius fontem, & authorem gratiae. Sed isti hoc pernegant. Itaque nobis porro, non dico demonstrandum ( quî enim id fieri possit? ) sed saltem credendum, & , quoad fieri licebit, probandum: qua in re, si quid minus humana consequantur ingenia, fide concoquendum erit. Igitur cùm indigeant nostri catechumeni munimentis aduersus canes, qui hoc sacramentum dilacerant: vt, quod ab Apostolorum usque ætate fuit necessarium, fidei, & spei suæ reddere queant rationem obgannientibus: tamen hac in re omnium obscurissima, & secretissima priusquam progrederi, iterum, atque iterum, censeo ad probandum, discendum docendum humili, constantique fide

*Malè hodie* plus profici, quam perspicaci intelligentia, & orationis splendore. Et sane inter plurima huius ætatis mala primum, & summum illud arbitror: abditis mysteriis promiscue disputatur. Saltem æmulemur Gallicorum Druidum superstitionem, Julius Caesar lib. 5. de bello Gallico. qui tormenta quæuis, & mortem ipsam prius adire parati erant: quam suas nugas in vulgus, & prophænorum conscientiam efferre. Atque adeò Gregorius Nazianz. lib. 1. de Theologia nostram hanc tanti facit irreligionem: vt, si in tremendo iudicio cæterorum omnium queamus, huius viuis nequeamus reddere iudici Christo rationem. Sed nunc tandem ad rem propriam. Proba igitur mihi ( inquiet aliquis ) realiter, ac præsentialiter ( dissimilant, quæso, Romanæ aures ad hæc vocabula ) hinc eum esse præsentem, qui ipse sacramentum hoc instituit. Ego vero contra querero,

Ioan. 6.

querero, vnde tu, hac de re ut dubitares, in animum induxisti: Si videotur impossibile: si indignum: si denique scripturis parum conueniens: habeo quod respondeam. Nam christianum peccatum adeò moueri non debet absurditate: vt ipsa stultitia ( si sic loqui licet ) vel imprimis fidem hinc mereatur. Elegit enim Deus infirma, abiecta, & stulta huius mundi: vt euerteret fortia, sublimia deiiceret, sapientiæque pudefaret. Denique per stultitiam crucis visum est illi genus humanum redimere. I nunc superbe philosophi: & quia rationem istorum non assequaris, nos insinare dico. Imò vero, ne te perditum eas: audi Tertullianum christianæ religionis ingenium mirabiliter depingentem. Filius Dei natus est: pudendum, inquit Marcion: imò pudet minùs, inquit Tertullianus, quod magis pudendum. Filius Dei in crucem actus ac mortuus est.

Quid tum? Marcionita contendit hoc esse incredibile, quia ineptum: at contrà veritatis adseritor, quia ineptum, propterea credibile. Postremò, filius Dei sepultus est, ac resurrexit. Quis fieri posse credat? At tamen certum est: quia est impossibile. Considera mihi, quæso, diligenter, quænam

*Paradoxis in  
habet sides.*

hæc sunt probadæ veritatis argumenta: & fidei nostræ, sacramentorum, totiusque religionis tales esse naturam agnosce, quæ hominibus animalibus, & spiritus expertibus mera semper videatur stultitia. Itaque si minùs adsequeris: ne propterea statim ab orthodoxia discessionem patres: sed audi, quid idem eloquentissimus Tertull. dicat in præfatione lib. de baptismo. Quid possum ergo aliud de Deo meo Opt. Max. quam id, quod omnem captum supererit? Si vile quid esset, ac facile peruidetur: non videretur tantæ congruere maiestati. Sed, inquires, scripturæ hoc non tradunt, sine quibus nihil est credendum. An vero huic capiti refraganatur scripturæ? Quam in loco liceret aduersus homines istos illa Christi vti præscriptione: Erratis nescientes scripturas, neque viriutem Dei. Sed

*Matt. 1. 22.*

vt scripturas petentibus satisfaciam: en apertissimam: *Hoc est corpus meum: Hic est enim calix sive sanguis meus noui testamenti, &c.* Ipsa veritas Deus ita docuit: ita me credere voluit: ita meæ consulere decrevit infirmitati: quid dubitem? Scio quonam rapturus sis illud (esse) nemppe ut designare, quemadmodum aliis in locis, significet. Esto, tu hoc velis: & reueras sic alibi veniat interpretandum: num idcirco à semel recepta fide mihi resiliendum? Tu ais, nego, & quoties assueris, toutes me negantem audies: itaque si non aliunde petamus yterque præsidium, lis nunquam finietur: nosque puerorum instar semper doctore indigebimus. Adeamus ergo Apostolum Paulum rem eandem apud suos Corinthios apertissime tractantem. Is igitur dicit eos, qui non re-

*Matt. 2. 6.**Luc. 1. 2.**Marc. 1. 4.**1. Cor. 1. 1.*

et preparati accedunt ad istud sacramentum, reos esse corporis, & sanguinis Domini. Quid erat causa, vt tam grande piaculum admitterent quam huic sacramento inustum egissent in cruce? Tantumne facinus probabile est admitti propter vinum, & panem non satis reuerenter sumptum: si hinc nihil sit aliud? man' impens' d' apostoli. Si tu mihi typum, & figuram proferas: ad ea ipsa te reuoco. Vtque ad

*nino, pene, si- nauseam olim pascebantur manna : quis eorum corporis , & sanguinis quoque am- Domini factus est reus? Et tamen aliis in rebus Moses erat mirè religio- plius quid ei subesse demō- fuisse. sparo.*

*Archetypus nostri sacramēti fuit agnus paschalisi, à quo video peregrinos, & aduenas exclusos: audio statū mā- ducationis tempus: lege mirabile obsonium, gestum, sitūmque eorum, qui manducabant: neminem tamen Israélitarum coercitum usque adeò certum est: vt piacularē fuerit non interfuisse. Fuisset quamvis sceleratus , impius , inquinatus : modò Iudeus , fruebatur agno. Cur istos ad tantum facinus legislator impulit, si futuri erant Christi parricidæ, cuius typum in dignè comederent ? Aut si concedas usque insontes, quos legis adigebat necessitas, vt signum illud vorarentur: cur, si præter signum subsit aliud nihil in Christianis mysteriis, tantum imponis flagitijs. Pau- le: nisi velis & Iudeis hoc ipsum impingere Vide ergo præter vini , pa- nisque figuras quiddam arcanum, & ineffabile subesse oportere ? Quid igitur, inquires, sibi vult Paulus eodem in loco, sese velut interpretatus, per illam corporis, & sanguinis Domini communicationem? Itane cre- dis, heretice, nos vel stultos, vel patū versatos in sacris litteris, aut etiam prophanis: vt, quid sit pleonasmus, nūquā inaudiuemus? Nota est phra- sis hebraea: & si nō aliunde, plus satis cōperta foret ex 8.c.2.ad Corinth. vbi agens causam pauperum Apostolus, & Macedonum liberalissimas sportulas prædicans, quod simpliciter dicere poterat, ministerium, quod fit in sanctos, pro idiotismo vocavit *κοινωνίαν τῶν διανοίας*, id est, cōmu- nicationem ministerij. Ad eundem modū in ea quæ est ad Philip. *κοινωνίαν τῶν τρεπόματος*, id est, communicationem spiritus , vocat. Num tu hīc audebis Spiritum sanctum in frusta concidere: vt ita disceptus in Paulo, Philippensib[us]que fuerit? Atqui habent hoc pro maximo pri- uilegio Christiani: vt templum Dei appelletur, in quibus ille inhabitet. Denique maiores, nostri, ac nominatim Basilius contra Eunomium hoc ex capite, demonstrat Spiritum sanctum esse Deum: quod in uniuersum orbem se diffundat, ac totus in omnibus sanctis existat. Vt igitur, si non Eunomianus esse velis, communicationem , seu, vt noster. habet inter- pretes, societatem spiritus eo loco debes Spiritum sanctum intelligere: sic isto loco, corporis, & sanguinis Domini cōmunicationem per pleonas- sum aliud nihil, quām corpus, & sanguinem cogeris interpretari. Et si tertius adhibēdus sit locus: eum inuenies epistola ad Philemonem, vbi *τὸν πλεόνασμαν κοινωνίαν*, id est, cōmunicatio fidei nihil aliud, quam f. dē ip- sam significat. Quod si hēc à me configi putas: cōfer te ad Chrysostomum, & alios veteres interpres, qui huius rei maiorem fidem facturi sunt. Sed vt, quod res est, ingenuè fatear: nō existimo vel hac, vel, si quæ sunt, euidentiores scripturas posse iis satisfacere, qui Dei gratia prædi- ti non sunt: quia surdo capit, vbi fides non est. Quocirca rectissimè, & grauissimè Iustinus martyr , in lib. de Trinitate , dicit cum infidelibus non esse congregendum, nisi prius credere se fateatur. Nam si instituas demon*

demonstrationē, priusquam fide assentiatur, actū egeris. Hactenū tamen breuissimè perstrinximus id, quod accommodate ad fidem ex ipsis scri- pturis dici posse mihi visum est.

*Fluctuantes animos confirmat, & variis autoritatibus verita- tem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia probat.*

### Catechesis 127.

**T**Ameti non dubitem, quam nuper attulimus probatio- nem è scripturis, piis omnibus sufficere: utpote , qua neq; proferri, neq; sperari possit fide dignior vlla: nihilominus, quia nostra hēc petra, nescio quo hominum vitio, veluti cera deformatur in mille figurās: danda nobis erit venia, si illis rationibus aliās quasdam adiiciamus: & in primis ostendamus, quid non solum hac in quæstione: sed in vniuerso fidei negotio fluctua- tes animos sistere, & conscientiæ tranquillitatem adferre valeat. Istud vbi dederimus effectum: eadem cùm perspicuitate, tū-pondere in Christianorum, hoc est, nostris mysteriis existere revera corpus, & sanguinem Christi fusiūs docebimus. Ac postremò, quia Patrū quasdam tentias aduersarij depravant: eosque à suis partibus stare iactitant, ostēdemus quid in Patrum illorū lectione tenendum sit: & quasdam regu- las præscribemus, ex quibus euadet perspicuum lectoribus. Patres illos in nostra fide firmiter acquieuisse. Primum igitur, vt anchorā præbeamus fluctuantibus mentibus in violenta hæroseon procella: reuocandum est in memoriam non ita conditū hominem: sed à primis corruptū parentibus: vt illi congenita sit, & coaluerit superbia, ad quem experiū- tur omnes, humanum ingenium esse valde proclive , cui tantoperè sua priuatis sentētiās, commētāque perplacent. Hoc enim si quis serio expendat: suas opinōes valde suspectas est habiturus: nec facile propriæ innitetur sententiæ. Adhæc, vbi ad alios cogitationem quis conuerterit: quamuis rari stultitia: quam tutum nūquā pro- priatis sentētiās, tamenē hæ- reticorū ini- flatos superbia, partim flagitiis multis coopertos: ac tū subeat animū, qui scripturæ clamitant: *In maleuolam animam non introibit sapientia*. Sapient. 1. nec habitabit in corpore subito peccatis: & Paulinū illud occurrat: *Anima- lis homo nō percipit ea, qua sunt Spiritus Dei*. Quin & obuersentur animo veteres, ac præstantes illi primi Christiani: quibus tamē præcipiendum putabat Apostolus, ne sublime saperent: sed humilibus consentirent. Hæc cùm ita sese habere quispiam sibi verè persuaserit: mirum est, si omnes veritatis professores habiturus est suspectissimos, reiectūs, execraturus. Nam in nouis dogmatistis præter arrogantiam, & supercilium nihil appetet. Quid enim aliud: Est futor aliquis, aut cer- do , qui à foro , aut sutrina modo producit ad suggestum: audebit ho- mo sacrilegus adorandam antiquitatem, Patres vniuersos, omnia dam-

nare concilia: superstitionis, vanitatis, imposturæ accusare: etiam si bi  
vni iactare in popinis, aut ganea reuelatam esse omnem veritatem? Scilicet, quis non iudicet illicò fidem vniuersam doctissimis, sanctissimis,  
& antiquissimis illis viris detrahendam, qui partim sanguine proprio  
sua dogmata consignarunt: partim miraculis, & insigni vitæ puritate  
habitatorem suum Deum non obscurè declarauerunt: & huic olio  
lurconi assentiendum? Nemo sanè Christianorum sic desipit: quibus e-  
quidem viuam fidei scintillam conseruet Deus. Norunt enim veram  
fidem talem esse: vt non nisi maximo Dei beneficio in nobis salua  
consistat, eiusq; dogmatibus adhæreamus. Faciunt igitur prudentissimè, &  
tutissimè, qui ab iis reuelli se nō permittunt, quos & virtus, & vita san-  
ctimonia, & doctrinæ posteris relicta monimēta manifestissimū iā pri-  
dem effecerunt, vera fuisse spiritus habitacula. Sed quando ad tradi-  
tionem deuenit oratio: non in maiotum nostrorum hæremus apicibus,  
ac literis: sed in his Ecclesiam catholicā agnoscimus: & usque ab Iero-  
christian Eu-

*Tradicionem  
in presidium  
corporalium  
presentia  
christian Eu-  
charistia ad-  
ducturus pan-  
eula premis-  
tit.*

huic vni fidem habendam docuisse: per hanc Christum reuelare sua  
mysteria: illam esse rectissimam, fortissimamque columnam, firma-  
mentumque veritatis: à qua qui discedunt, aberrent, labantur, pereant  
neceſſe est. Et quid mirum, si Ecclesia doceat homines: cùm Paulus di-  
cat principes, potestatēsque cælestes ab ea edocatos, quæ eret sapientia  
Dei abscondita, qua per stultitiam crucis Deus erat saluös facturus cre-  
dentes? Quantò magis filios suos instituet in omni veritate, quā Chri-  
stus diuinæ sapientiae suæ cellis veluti promum condum apposuit: cui  
semper se præsto futurum est pollicitus? Quod si cognoscere cupiant  
noſtri catechumeni, quid Ecclesia parens, ac domina (vt elogio Tertul-  
liani vt̄r) hoc de sacramento æternū ſenſerit, ſimpliciter accipiant.

*Lib. ad mar-  
tyres initio.*

Tantum enim attingam præcipuā illius ora. In hoc igitur decurſu oc-  
currit prima omnium ecclesia Ierosolymitana, cuius extat fides in li-  
turgia D. Iacobi. Et quia omnia inde proferre, quæ ad hanc rem faciūt,  
nimis prolixum foret: ſufficiet vnuſ testis, & illius interpres Cyrilus.  
Deinde scriptum Achaicæ Ecclesiæ, quod omnibus doctis probatum  
ſemper fuit, de martyrio beati Andréæ tam diſertis verbis noſtram  
transubſtantiationem adſiſmat: vt hæretici, cùm nihil adferre contra  
valeant, qua ſunt impudentia, librum totum reiſiant. Tertius testis  
futurus eſt Clemens Ro. in 2. epiftola ad Iacobum: & has epiftolas,  
ne quis velit explodere, agnoscūt Damafus, Theodoret. Gelaf. Iuo, But-  
char. Grat. & poſt Lombardum omnes ſcholasticorum familiæ. In hac  
igitur tam apertè fidem hanc noſtram, ſuam quoque, ac totius Ecclesiæ  
fuiſſe teſtatur: vt nihil ſuperſit, niſi vt liber pro ſuppoſitio cōdemne-  
tur. Non libet horum ipſas proferre ſententias, quas ſuo quique mar-  
te facile ex illorum libris, qui ſunt in omnium manibus, conquireret.

*Ignatius.*

Ignatius equidem nihil habet apertissimum: liceret tamen ex ii. epift.  
non nihil elicere, in qua prætantissimis epithetis noſtrum exornat fa-  
cramētum,

eramentum, de quibus aliás copiosè dictum eſt. Quis enim, ſi fit Eu-  
chariftia ἀντιλογία τὸ μὲν ἀπολαύειν ἀλλὰ γῆρας θεῶν, διὰ ιησοῦ χριστοῦ, ne-  
get Christum eſſe præſentem huic instrumento, quo generetur in nobis  
vita diuina? Non progediar longius. D. Theodoret. tertio dialogo, *supra*.  
quem ἀπάθη, ſeu impatibilem inſcripsit, citat Ignatij ad Smyrnæos e-  
pistolam, vbi omnium clarissimè orthodoxiam conſirmat. Tametsi  
autem in nullis vel Græcis, vel Latinis exemplaribus Ignatij in ea epi-  
ſtola quicquam ſimile inueniatur illi, quod habet Theodoreti dialo-  
gus: non debemus hoc teſtimonium idcirco contemnere: cùm procul  
dubio aduersus hæreticos id proferre non potuerit, ſi illius ætatis exem-  
plaria id non habuiffent. Quid enim ſi hæreticus quispam eraverit  
quid ſi in citatione loci fuerit erratum? quid ſi ad nos non peruenierit?  
Ex hoc igitur orthodoxiæ capite Ignatius conſutat Ebitonæos corpus,  
& ſanguinem Christi non agnouentes: utpote quem non crederent  
pro nobis natum, aut paſſum: uſqueadè fuit ſemper maxima cogni-  
tio inter hæreses, quæ vel de incarnatione, vel de corpore, & ſanguine  
Domini ſecūs, quam Christiani, docuerunt. Dionys. Areop.  
Dionys.  
Areop.

coniicere , quid hoc de sacramento senserit religiosissimus Dionysius. Est præterea non nihil, quod Pachymeres, & alij adnotarunt. Ingressurus enim Areopagita theoriæ huius sacramenti enarrationem, inuocat sanctissimam Eucharistiam, rogans, vt appareat ipsa lectori, velitque in eū usum ponere amicula, & *ἀμφιστελέα*: vt cerni possit. Cur enim hoc petit: nisi persuasissimum habuisset Dionysius Deum adesse in Eucharistia omnis luminis authorem? Rursum paulò post inducit Eucharistiam alloquenter eos, qui ad spectanda: vel etiam percipienda symbola indigni conarentur accedere. His subiungam Iustinum martyrem, qui in Tryphone, quod satis est, dixit: sed in 2. apolog. ita fidei nostræ caput euulgat: vt mirentur eruditæ, qui ausus fuerit sanctissimus martyr de re omnium sanctissima tam liberè loqui. Fecit tamen hoc: vt amoliretur inueteratam infidelium opinionem: & Christianos reuearet inuidia, & infamia, qui credebantur pueroru carnem, & sanguinem deuorare.

Inst. martyr.

Clem. Alex.

Irenæus.

Tertullianus.

Iustino coniungendus est Clemens Alex: qui lib. 1. ca. 6. & lib. 2. ca. 2. paedagogi, quām his in rebus nobiscum senserit, edocet. Ireneum præteriū, qui tamen nō postremus est agnoscendus inter nostræ fidei præcipuos adsertores. Legant nostri catechumeni aduersus Marcosios ca. 1. & lib. 4. cap. 32. & 34. & videbunt ita constitui dogma Christianum: vt haec tenus nemo potuerit refellere. Tertulliano autem, quem fortè superstitiosum, papistamque vocabunt, non video quid clarius queat adferri. Et si dicant hunc non fuisse hominem Ecclesiæ: proferemus librū de resurrectione carnis, quē antè discessionē certū est fuisse conscriptū: in quo ait, quod caro vescatur corpore, & sanguine Christi: vt & anima de Deo saginetur. Quid singi potest euidentius? Caro vestitur, inquit: nulla est hic hæretica mentis figuratio: nō ait spiritu, ratione, intellectu, sed carnē vesci. Quibus? Corpore, & sanguine Christi. Neque hic signa, & significaciones, vel tropos audimus. Imò, vt caro vescatur: opus est dentibus, qui cōminuant: lingua, quæ deglutiat, atque per guttur in pectus transmittat: vt anima Dei fiat habitaculum. Sed quid tantoperē vnicum huius præmissus testimonium: cùm æquè aperta depromere liceat ex aliis eius opusculis: In libello enim de idolatria, cùm eo nomine quosdam reprehendat Christianos, qui infidelibus idola sculperent: rogat quomodo admoturi sint manus corpori Domini, quæ matres sunt idolorū. Cùm verò tales adleguntur in ordinem ecclesiasticū: dicit toties corpus Dominicum ab istis violari, & toties, quam semel à Iudeis accepit, iniuriam perpeti: quoties istiusmodi homines sacrificat: & ad extremum exclamat: O præscindendæ manus. Quid ita, nisi quia præsens Christi corpus? Sed præstat, vt ipsas voces illius vehementissimi spiritus apponamus. *Tota die* (inquit) *ad hanc partem zelus fidei pererabit, ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire: de aduersaria officina in domū Dei venire: attollere ad Deū patrē manus matres idolorū: bis manib⁹ adorare, qua foris aduersum Deum adorantur: eas manus admeueri corpori Domini, qua demonis corpora confundunt; nec hoc sufficit.*

Parum

*Parum sit, si ab alijs manib⁹ accipiant, quod contaminant. Sed etiam ipſa tradunt alijs, quod contaminauernnt. Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices idolorum. Proh scelus. Semel fudat Christo manus intulerunt: iibi quotidie corpus eius laceſunt. O manus præscindenda. Viderint iam, an* Matth. 5. *per similitudinem dictum sit: Si te manus tua sc̄andalizat, amputa eam. Quia magis amputanda, quam in quibus Domini corpus scandalizatur? De huius discipulo Cypriano nulla est quæſtio, qui, si vel vn⁹ effet nobis reliquus, abunde ſufficeret. Nam in sermone de lapsis, quem Aug. vocat epistolam, inter cætera, quæ de hoc sacramento tradit, dicit maximam eſſe similitudinem inter Christum in terris olim conuersantem, & Eucharistiam: atque in eam ſententiam habet plurima lib. 2. epiftola 3. lib. 3. epiftolis 14. 15. 16. & quibusdam aliis. Hæc cùm ita ſe habeant: & vetustissimorum catholicam ſententiā ex iis, quos produximus præstantissimos, affatim perspectam habeamus: licet hīc nobis ſiftere gradum, nec pluribus recentendis pergeſte eſſe moleſtis. Addere tamē libet amicissimum Cypriano Cornelium, cuius epiftolam Euseb. Pamph. lib. 6. ca. 43. Eccl. Hist. conseruauit: illi qua ſcribit ad Fabium Cnornelius, quid in Romano concilio actum fuifet aduersus Nouatum, qui eos, quibus corpus, & sanguinē Domini in manum dederat, non ſinebat compreſſis eorum manib⁹ percipere sacramenta, priuquam iureiurando ſeſe ab illius ſchismate nunquam diſcessuros confirmarent.*

Cornelius PP.

*Pergit cùm ex Patribus, tum ex concilijs veritatem corporis Christi in Eucharistia probare: Patrum auſoritatem tuerit, iſg, legendis cautiones ponit: poſtremo fidem nostram de Eucharistia decet conuenientissimam.*

## Catechesis 128.



Vpremæ catechesis duæ partes integræ relictæ ſunt, ſolum enim tum per antiquitatem decurrimus ad mediā uisque ferè ætatem, quam D. attigit Cyprianus. Hanc igitur ſi aliquantulum delibare velimus: ab Hippolyto ſumatur initium, qui duos habet insignes locos in eodē opusculo de Antichristo. Nam initio, vbi vehementiſſimo ſtylo prosequitur calamitates grassaturas & tēpeſtate, dicit redactum iſi Ecclesiæ in formam tuguriorum: nec uisquā in diebus illis (inquit) pretiosum corpus, & ſanguis Domini extabit, ἀναφαινόμενος, vel cōſpicuum erit: hoc enim potius Græca voce designatur. Atque ſecundum Sacramentariorū deliria, ſiuſ grefſetur Antichristus, ſiue non: nunquam nō licebit mentis figuratiōnibus illudere corpori, & ſanguini Seruatoris. Sed alia eſt mens Ecclesiæ: diuera Patrum doctrina: Christi denique ſententia prorsus iſorum hominum commentis refragatur. Itaque idem Hippolytus in fine libri tractans caput Matthæi 26, inter cæteros à Christo vocandos

in regnum, numerat Pontifices, & legatos, quibus iudex dicturus est: Venite, qui quotidiè meum corpus, & sanguinem immolaatis, & mactatis, & (ne ad concionem, aut quidpiam aliud detorqueas). *Si λατεργόντοι οἱ τέρπεται μεταποίησις καὶ νυκτός*, id est, seruiustis mihi celebratis missis itreprehēsibiliter nocte, & die. Sic maiores nostri loquuntur de

*Dionys. Ale.  
Lib. 7. cap. 9  
Eccl. Hist.*

*Athanasius.*

*Nicenae syno.*

*Basilius.*

*sexta synod.*

*ca. 32. 7 syn.*

*Aet. 6.*

*Grego. Nazian.*

*Grego. Nyss.*

*nus.*

*Vide Enchy-*

*rium parte*

*2. lib. 21.*

*Bilarius.*

*Ambrosius.*

*Theodosius*

*lib. 5. cap. 19.*

*Ecc. Hist. Ni-*

*ccephorus lib.*

*12. cap. 41.*

*Eccl. Hist.*

liturgia nostra. In Caluiniana autē contéplatione, nulla est immolatio, vel mactatio: sed imaginatio, segmentū, mendacium. Hippolytū sequatur magnus Dionysius Alex. epist. ad Xistum, cuius fragmentum conseruauit nobis Euseb. Pamph. vbi non solū veritas corporis Domini liquidō monstratur: verum tam nostri huius sacramenti stupenda vis,

& energia. Simile quid est in epistola ad Serapionem apud eundem Eusebium. Et de Dionysio satis. Prodeat Athanasius columna religio-  
*nis, & orthodoxæ, cuius insignem sententiam conseruauit Theodore-*

*tus in 3. dialogo, cui nom dissimilem videre est in extremo libro de cru-*

*cifixio Beryteni. Et si leuis est Athanasij, piis alioqui grauissima, autho-*

*ritas: accedit Nicenæ synodi alterius calculus act. 4. adserens nullum alium usquam in mundo extare Christi sanguinem, nisi quem commemo-  
rat Athanasius, & qui in ara altaris per manus sacerdotum quotidie*

*spiritualiter efficitur. Quibus ista nō sufficiunt, legant caput Eusebij vlt.*

*lib. 1. demonstr. Euang. quo nihil ad hanc rem cōfirmandam inueniri po-  
test efficacius. De D. Epiphanio aliud nihil adferam, quām quid dicat in ancyroto eum fide, & spē excidere, qui dubitat in Eucharistia sitne*

*aliud præter id, quod certinatur: quique persuasum non habet illum esse*

*præsentē, qui dixit ipse: *Hoc est corpus: & Hic est sanguis meus.* Sequitur*

*Basilius, cuius, vt sexcenta loca præteream, vnicæ liturgiæ mihi satis est*

*authoritas: de qua si quispiam ambigat: licet sextæ, & septimæ synodorum*

*suffragiis omnem scrupulum remouere. Huius frater spiritalis Nazian-*

*zenus in carmine de sacerdotio, & oratione de sancto paschate, ac pro*

*sorore Gorgonia hanc suam, sororisque fidem fuisse tradit. Nyssenus au-*

*tem Basilij frater germanus, qua parte Messalianos refutat, ita figurarum*

*p̄æcones retūdit: vt mirū sit, non pudere: postque tam apertam senten-*

*tiam, audere panis in Christi corpus transubstantiationē in dubium re-*

*uocare. Sed quosdam tam numerosa suffragianisi vt pudore suffundan-*

*tur, qui se antiquitatis studio ferri iactitant aduersarij? Superfunt tamen*

*plurimi, quorum maximè illustres perstringemus. Non aliter docuit Hi-*

*larius lib. 8. de Trinitate. Non diuersum suis vel scriptis, vel concionatus*

*est Ambrosius in off. lib. 1. cap. 41. vbi sententia sua adiungit pondus ex*

*pientissimō Sixti martyris, ac Laurentij colloquio. Omitto libros de*

*sacramentis, quos heretici suspicantur esse adulterinos. Sed oratione fu-*

*nēbri dicta fratri Satyro, vt nihil magis germanum, ita nihil apertiū,*

*ac neruosius. Postrem generosissimus ille congressus istius Episcopi*

*ter sanctissimi cum magno Theodosio, quid aliud sibi vult: nisi vt in*

*Christianorum mysteriis verē Christum adesse præsentem cunctis per-*

*suadeat? Quomodo (inquit) imperatori Ambrosius) extulit manus,*

*qua cede*

*que cede iniqua diffundunt? Quomodo etiam diuinū Domini corpus excipes?*

*Quomodo sanguinem pretiosum ad os efferes, per quod ira transuersim actus*

*tantum effudisti sanguinis? Quām longissimē igitur absit, neque tibi ipsi chrysostomus.*

*peccatum ad augendo iniquitatem conduplica. Iam est omnibus in prom-*

*ptu Chrysost. liturgia eiusdem synodi testimonio, & Procli successoris*

*ipsius nixat verò in lib. 3. cap. 4. & lib. 6. cap. 4. de sacerdotio, tam co-*

*piosè hac de re differit: vt modestiores hæretici valde laborent, vt ad*

*schemata, troposque reflectant: impudentiores autē aperte vocent ido-*

*lolatram. Nam inter alia dicit sacerdotem immolare Deum, tractare*

*Christum, imicubere illius corpori, & sanguine rubere. Si quid istis*

*addendum est: legant, quibus nil est satis, epistoāl eiusdem ad Innocentiu-*

*m, in qua deplorat, quiritatuque miserabiliter milites Arianos in sa-*

*crā ædem irraſſe, corpusq; & sanguinē Domini dispersisse. Et si placet,*

*quia adhuc hæremus in Græcia, adiiciant Cyrillum Alex. in comm. ad*

*Ioannem lib. 4. cap. 14. & lib. 10. cap. 13. Nam Ierosolymitanum satis, su-*

*perque aliis in locis produximus. His, si videatur, nostrum addere Hiero-*

*ronymum licet, cūm ad 20. ca. Matt. & ad 1. cap. epistolæ ad Titum, tum*

*epistola ad Heliodorum, & quæst. 2. ad Hedibiam. Quin & August. (quo*

*viro penè gloriātur hostes nostraræ fidei nō dissentane) his, quæ hactenius*

*dicta sunt, scripta reliquit in pref. ad Ps. 33. & in epist. ad Casulanū, alius-*

*que locis innumeris. Possemus descendere ad Damascenos, Theoph. Eu-*

*thymios, & sexcentos alios: sed parcendum est nostris catechumenis:*

*præsertim cum tot recensis Theologiæ principibus: nullus, nisi perdi-*

*tissimus, & impiissimus, autoritatem ausit detrahere. Quod si concilia*

*petantur in nullam partē plura adferre licet. Est enim Nicenæum vtrum-*

*que, & 6. synodi can. 32. & Carthag. in Nomocan. Ephesinum porrè in*

*Secundū fess. Prius cap. 4.*

*epist. ad Nestorium sic ait: Annuntiantes, sicut secundum carnem, mortem*

*6. 3. 10. anti-*

*vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionē eius, & in calos ascen-*

*sionem pariter consentes, incruentiam celebramus in Ecclesiis sacrificijs ser-*

*vitutem; sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, par-*

*ticipes sancti corporis, & preciosi sanguinis Christi omnium nostrum redem-*

*ptoris effecti, non ut communem carnem percipientes (quod absit) nec ut viri*

*sanctificati, & verbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut dini-*

*nam possidentis habitationem: sed vere viuificatricem, & ipsius verbi pro-*

*priam factam. Vita enim naturaliter, ut Deus existens, quia propria carni*

*unitus, viuificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos:*

*Amen amen dico vobis, nisi induceremus carnem filij hominis, & biberemus*

*eius sanguinem: non tamen eam, ut hominis unius ex nobis, existimare de-*

*bemus (quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterit*

*hominis?) sed ut vere propriam eius factam, qui propter nos filius hominis*

*est factus, & vocatus. Sic illud. At Nicenū secundum nil facit aduersariis*

*nostri reliqui, qui signa hinc, & figuratas somniant. Nemo enim un-*

*quam (inquit) sanctorum Apostolorum, qui tuba sunt Spiritus sancti,*

*aut gloriosorum Patrum nostrorum incruentium nostrum sacrificium in*

*Ee. memoriam*

Ioan. 6.

Ibidem.

March. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

que patres.  
docent.

avtrituna.

*Patribus piè sāne visum est à vītrūnōy, hoc est, exemplar similis forma vocare, quorum de numero Eustathius, constans is propugnator orthodoxye fidei. & Arianica insanie expugnator clarus, item Basilius eiusdem superstitutionis auerruncator, qui apertam, & planam rectorum, & probatorum dogmatum viam docentes, uno ore, & spiritu loquuntur: hic quidem exponnens dictum illud in Proverbiis Salomonis: Edite meum panem, & bibite vinum, quod commischi vobis, hac inquit: Per panem, & vinum avtrituna membrorum corporalium Christi predicit. Ille vero ex eodem fonte bauariensis, ut omnes sacerdotij myste cognoscunt, in preicatione diuina anaphora (ita Graci missa partem vocant) sic alicubi legit: Confidentes tuo sacro altari appropinquamus. & proponentes antitypā sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te preciamur, & innocamus. Et quia deinceps sequuntur, sententiam Patris amplius confirmant, quod ante sanctificationem antitypa vocauerint post consecrationem autem corpus Domini, & sanguinem Christi, atque ita esse creduntur. Sed generosi isti sacrarum imaginum cūpientes contemplationem obscurare, alias scilicet introducerunt imaginem, que sāne non imago est, sed corpus, & sanguis: verū vafritia, & improbitate confusi, falso sophismate seipso subuerint, hanc sacram oblationem positione fieri dicentes. Verū quemadmodum istud dicere aperta insanis est: sic & imaginem afferere corpus, & crux Domini, eiusdem est dementis. Et præter id, quod est singularis ruditiatis opus, impietatem quoque habet admixtam. Deinde dimittentes mendacium, quād tantus*

*Iconoclastæ  
sacramētarij  
ante annos  
circiter. 800.*

*Iconoclastæ  
sacramētarij  
ante annos  
circiter. 800.*

*memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius sua dispensationis statum, imaginem corporis illius dixerit. Nam is, qui accepit à Domino, sic non dicit, aut confitetur: sed audiunt eum sic dicentem euangelice. Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eitus sanguinem, non intrabitis in regnum calorum: & Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo: Et cum accepisset panem, & gratias egisset, fregit, & dedit discipulis suis, & dixit: Accipite, edite: hoc est corpus meum. Et accepto calice: cum gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Non autem dixit: Sumite, edite imaginem corporis mei. Quinetiam Paulus dominus Apostolus, è sacris Domini verbis bauariensis, dixit: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quia in ea, qua traditus est, nocte accepit panem: & postquam gratias egisset: fregit, & dixit: Accipite, manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in meam recordationem. Simili modo & poculum, postquam coenatus esset, dicens: Hoc poculum novum testamentum est in sanguine meo: hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam commemorationem: quotiescumque panera hunc ederitis, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis. Legas quonque soles, nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres incruentum illud sacrificium, quod à sacerdote offertur, imaginem dixisse: verū ipsum corpus, & ipsum sanguinem. Attamen ante sanctificationis consecrationem, quibusdam Patribus piè sāne visum est à vītrūnōy, hoc est, exemplar similis forma vocare, quorum de numero Eustathius, constans is propugnator orthodoxye fidei. & Arianica insanie expugnator clarus, item Basilius eiusdem superstitutionis auerruncator, qui apertam, & planam rectorum, & probatorum dogmatum viam docentes, uno ore, & spiritu loquuntur: hic quidem exponnens dictum illud in Proverbiis Salomonis: Edite meum panem, & bibite vinum, quod commischi vobis, hac inquit: Per panem, & vinum avtrituna membrorum corporalium Christi predicit. Ille vero ex eodem fonte bauariensis, ut omnes sacerdotij myste cognoscunt, in preicatione diuina anaphora (ita Graci missa partem vocant) sic alicubi legit: Confidentes tuo sacro altari appropinquamus. & proponentes antitypā sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te preciamur, & innocamus. Et quia deinceps sequuntur, sententiam Patris amplius confirmant, quod ante sanctificationem antitypa vocauerint post consecrationem autem corpus Domini, & sanguinem Christi, atque ita esse creduntur. Sed generosi isti sacrarum imaginum cūpientes contemplationem obscurare, alias scilicet introducerunt imaginem, que sāne non imago est, sed corpus, & sanguis: verū vafritia, & improbitate confusi, falso sophismate seipso subuerint, hanc sacram oblationem positione fieri dicentes. Verū quemadmodum istud dicere aperta insanis est: sic & imaginem afferere corpus, & crux Domini, eiusdem est dementis. Et præter id, quod est singularis ruditiatis opus, impietatem quoque habet admixtam. Deinde dimittentes mendacium, quād tantus*

dantenuis veritatem contingunt, confessi diuīnum corpus panem fieri. At si imago corporis est, non potest sane fieri diuīnum corpus. Nunquid igitur buc, illucque se iactantes, inconstititia, & minime firma omnia sua dogmata afferunt? Quemadmodum enim oculus conturbatus non recte videt: ita & ipsi prauarum & sententiarum, & rationum confusione mentem suam perturbant, & peruerunt. Idemque, quod infanti homines, patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: & nunc quidem sanctum, & notabile nostrum salvificum, imaginem sacri corporis Christi: nunc autem sacram, & diuinum corpus afferunt. Hoc autem modo affecti sunt, ut antea etiam diximus: quoa imaginum figurarum contemplationem ab Ecclesia reiicere voluerunt, ecclesiasticarum traditionum peruersio insisteret. Hec, quamvis prolixiora, idē tamen adferre visum est: quia non facile in tota antiquitate testimoniorum reperias, quod cum tanto autoritatis pondere, parem adferat lucem. Deinde cum ante 500. annos Berengarius hanc tragediam excitasset: quatuor fuerunt celebrata adversus eum concilia. Primum sub Leone 9. Vercellense: alterum Romani: successit Lateranense sub Innocentio tertio, in quo profusum est nomen transubstantiationis: ac postrem secutum est Vienense concilium, in quo dominantur, qui corpus Domini in Sacramento aiebant non adorandum. Quid secuta deinceps concilia persequar, Constantiense, in quo Vycleph, & Hus damnati sunt, Basiliense, Florentiense: Postremo nihil reliqui fecerunt Tridentini Patres. Hac omnia universus orbis testatur: neque vel singere quicquam, vel dissimulare licet reclamaturis mox omnibus. Tot igitur Patribus, conciliis, decretis, authoritatibus quis demens fidem abrogare velit: & iis assentiri, quibus neque secum, neque cum aliis unquam conuenit, quantumuis id simulent, ac mentiantur? Audient nihilominus nefarij homines, Patres omnes insimulare falsitatis, & hypocriseos: quasi meliora quidem videant: sed vel metu, vel alia qualibet ex causa in vulgi persuasiōnē se se p̄cipites abduci permisent. Scilicet, vanissimum illud commentum nobis persuadēbunt, qui norimus Athanasium, ob vnicam vocem decenniū p̄secutionem, exiliūque fortissimè pertulisse. Hærebant in sylvis Hieronymus propter dictiōnēm īrōgatōrū, &, si Christo placet, non fuisse ausus dicere esse tantū corporis Christi signum? Quid verò de Cypriano, & aliis sanctis, & martyribus dicendum: qui sanguinem potius fundere, quam fidem prodigere maluerunt? Quid autem Ambrosius timuerit, qui ipsum sic tractaret Imperatorem? Sed enim interdum Patres iidem symbola, signaque vocauerūt: fateor. At, si nolis errare: reduc in animum, quam saepius tradidimus, regulam, nempe hoc mysterium tam tremendum, & adorandum, tot miraculis testatum nunquam Patres eliminare voluisse: sed de eo semper cautē, & religiosè locutos: adeo vt Theodoreetus primis duobus dialogis vetet hæreticū, & catholicū, in hoc alioqui sacramento conuenientes, de illo apertiū agere. Idcirco Augustinus in cōcionē quāpiā, scilicet, inquietabat Christiani, quid dicam: nec

Patres nulla  
unquam in si-  
dei rebus dis-  
simulatione  
peccarunt.

Regula.

dicam: nec aliter exprimit mysteria. Præterea, dum Patres aduersus diuersam hæresim disputant, sic nonnunquam disputationis feroi indulgent, vt in alteram migrare videantur: vtputa Epiphanius, Bafilius, Theodoreetus, Chrysoftomus ita cum Manichæo congregiuntur: vt plus, quam par sit, libertati arbitrij tribuere, gratiāque Dei extenuare videantur: & in Pelagianam impietatem discedere. Rursus, vbi Pelagium premere institutum est: fiunt in liberum arbitrium paullò iniquiores: vnde & serui arbitrij semina hauserunt hæretici huius temporis. Ergo videndum est, quibuscum agant, quāve occasione loquantur Patres. Denique, qui vult securus incedere, non ita vrgeat vnius scriptoris, etiam antiquissimi, iudicium: vt reliquam antiquitatem, & Ecclesiam nolit audire: sed si quis occurrat Cyprianus, qui baptismum collatum ab hæreticis prophanum esse contendebat: sciat dilutum errorem martyrio. Si quidam Hieronimus in laudes virginitatis videatur luxuriari, & nuptias morosius accipere: cogitet, quos habuerit ille antagonistas. Sicubi autem Patres omnes, aut illorum saltem plurimos, & Ecclesiam conspirare, & definire quipiam videat; nihil habet iam, quod excusat: nisi credat: à Christo est alienus. Iam hoc est reliquum: fidem hoc ipsum à nobis poscere, nimis, ut Christi corporis, & sanguinis hoc in sacramento veritatem agnoscamus, & confiteamur. Et, si quis velit curiosius indagare, deprehendet hanc persuasionem esse decentissimam. Nam Iudei vmbrae deseruiebant: sed Eccl. Hier. ca. 5. tradit Areopagita, & res est, Ecclesiam catholicam mede Eucharistia conuenienter in daicas vmbrae ecclesiæm inter Iudaicas figuræ, & cœlestem hierarchiam incedere. Iudeis porro non defuerunt præstantissimæ rerum christianarum imagines: quas tamen nemo sanus iis prætulerit, quibus significandis erant institutæ. At verò si nostet hic panis, aliud sit nihil, quam panis: infra quicveritatem Iudaici manna dignitatem longè subsisteret: nosq; iam vtilioribus vtemur sacramentis: cùm èo sublimiora nostra esse conueniat, quod propius ad cœlestè illud archetypum accessimus. Hanc rem animaduertit Bucerus symmictis, id eoque plurimam tribuit Iudeis, quasi pro Christianismo veterem legem, sepultanique synagogam repetere debeamus. His accedit flagrantissimum Christi desiderium, Desiderio, inquietabat, desiderans hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Quorsum attinebat vulgaris panis tam ardens cupiditas? Quid sibi tanta verborū exundantia? Non erat profectò tanto moluisse commendandum, quod encaret alios, nec ceteris prodebet. Ad hēc, cùm Deus in cordibus fidelium (vt loquitur Paulus) per fidem in ambulet, epuletur (hæc est fidei præstitia) sitque pro nobis factus homo: & qui huic non credit, pereat, quid nisi, sicuti carnem induit pro nobis: ita nobis eandem relinquat: & per eam quoque in nobis inhabitet? Quid verbis opus est? Berengarius, cùm sa- pius recatasset, iam tandem moriens dicebat sese victum partim docto- rum Ecclesiarum constantia, partim vi huius sacramenti miraculorum: ut in eo Christum præsentem agnoscet, quem sibi eodie apparitum vel ad iudicium,

*Quām sit fi-  
des Ecclesie  
Eucharistiæ  
convenienter  
in daicas  
vmbrae ecclesiæm*

*Luc. 12.*

*Berengarij  
iam moriens  
confessio pal-  
nitica.*

iudicium, vel ad remissionem peccatorum præstolabatur. His omnibus ostensum satis esse puto æquis iudicibus, Christum in hoc sacramento reuerà esse præsentem.

*De differentiis, ac materia sacramenti Eucharistie, vbi de azy-  
mo, & fermentato pane, dilutōque vino questiones discutit.*

### Catechesis 129.

**N**unc post naturam, atque definitionem: si filium sequamur dialecticum: proximum est, vt de huius sacramenti differentiis agamus: & (quia sterilis est locus, quod ad institutionem catecheticum pertinet) mox ad materiæ tractationem sumus emigraturi. Igitur videtur maxima, & euidentissima huius sacramenti proprietas, quod existant accidentia (vt philosophi loquuntur) sine subiecto: quod peculiari disputatione adserere neque necessarium, neque opportunum arbitror. Nam quibus nuper commemorata persuaserit antiquitas, nunquam putabunt audierdos eos, qui merum nobis panem obtrudunt: ac multò minus eos, qui vna cum pane id agnoscunt, quod nos solum agnoscimus catholici. Nam si transubstantiatione facta, transit elementorum natura in id, quod utique confitemur: nullam deinceps vel panis, vel vini substantiam residere quis non cernit? Inter ea verò testimonia, quibus vñi sumus, hæc sunt præcipua, quæ vñaḡḡy accidentium luculentissimè probant? Ambros. lib. 4. cap. 4. de sacram: Nysseni catechesis, Damasc. lib. 4. cap. 14. orthod. fid. Theophylac: ad 15. Ioannis, & ad Matthæi 20. eoncil: Lateran: Florent: Præteriū Cyrrilli Ierosol: catech: mystag: 1. 3. & 5. quibus licet addere Cypriani sermonem de lapsis. Nam hi omnes aperièt metamorphosin istam nominant: concilia verò etiam transubstantiationis vocem usurpant. Itaque nihil est, quod ambigamus rerum istarum demutationem, apostolica nixam traditione, à Christo ad credendum nobis esse propositam. Et hac re potissimum non à reliquis tantum sacramentis: sed ab vniuersis omnino rebus distinguitur hoc sacramentum. Adiungitur tamen à quibusdam & alia differentia, quod nimis istud diuinissimum (vt sic loquar) mysterium non in vñi solo, & (si ita dicendum sit) applicatione, quemadmodum cætera, existat: sed in ipsius materiæ confectione. Exempli causa, in baptismo tum non est sacramentum, cùm aqua ritu catholico præparatur: nec dici potest consignatio, cùm Episcopus chrisma consecrat: sed tunc demum, cùm initiatis, sacramenque rebus fit vel ipsa tinctio, vel confirmatio. Hic autem, sacramentum est numeris omnibus absolutissimum, dum ipsa duntaxat consecratur materia, & in pixide conseruat. Nam spe- *In Eucharistia  
accidentia  
existunt sine  
subiecto.*  
*Qæ loca Pa-  
trum maximè  
transubstan-  
tiationem pro-  
bent.*  
*sacramentum  
Eucharistie  
non tantum in  
rūs: sed in ma-  
teriæ cōficiō  
ne exigit.*  
*E e 3 cies signi*

Panis huius  
sacramenti ma-  
teria.

Exo. 25.  
Leuit. 14.

Azymi.

Zi. x. cap. 28.

cies significant, & continent corpus, & sanguinem Domini fontis omnium gratiarum, & authoris sacramentorum: cùm nec in ipso christmate, nec in aqua hæreat Spiritus sanctus. Igitur habet Eucharistia hanc peculiarem conditionem, quod non maneat res, quales antè fuerunt: sed quod transeant in corpus, & sanguinem Christi: cùm in aliis omnibus sacramentis materia aqua, vel oleum nihil sit aliud, quam materia prorsus eadem: tametsi consecratione sanctificata sit, & à prophanis vībus separata. Sed nunc ad ipsius materiæ considerationem veniamus in qua plus futurum est utilitatis. Nemo autem expectet à nobis curiosorum hominum argutias, quæ nec sunt institutæ catecheses, nec tanti fiunt ab hæreticis: vt de iis mouere dignentur quæstionem: tametsi non inutiliter à Iuris pontificij Theologis, & Scholasticis deuocentur in disputationem. Sed nobis potissimum de iis agere decretum est, in quibus à catholicis hæretici dissident. Principio igitur satis conuenit alterius symboli materiam esse panem, eumque coctum, ac triticeum. Quod enim panis nominatur sine additamento, æquum est καὶ ἐξ οὐρανοῦ, id est, secundum excellentiam accipi de nobilissimo. Nec immetit ostiū aduocant in subsidium typos ex Leuitico, vbi propositionis panes ex nobilissima familia siebant. Ceterum hic statim enascitur plane ἀπόστολος, hoc est, irreconciliabile bellum: sitne fermentatus usurpan- dus, an expers fermenti. Latina, seu Romana Ecclesia non patitur suos mystas non expertem fermenti usurpare. Non tamen dissimulandum est, Græcos etiam nunc, iis indulgente Ecclesia, fermentatum assumere ad sua sacra mysteria. Nam in Florentina synodo hoc diu iactatum est: ac tandem ita Græcis concessum est suam retinere consuetudinem: vt Latini morem obtinerent antiquum, & neutri in alterius transirent leges. Nobis ergo necessariò in azymo celebrandum est sacramentum. Hæretici vero, cùm aliis in rebus schismaticam damnent Græcorum impietatem: hic eos laudant vehementer, Romanisque detrahunt: atque adeò Caluinus Alexandrum Pont. ac martyrem iniqua proscindit calumnia, quasi inter tremenda mysteria deliciis locum esse voluerit. Videamus ergo, quo ex fonte res ista profluxerit. Et in primis dubium non est, Seruatorem nostrum azymo esse usum. Nam sic Iudeis præceptum erat vesci agno paschali, à cuius legis præcripto cùm non discessisse Christum, eiusque sanctissimam familiam Apostolos meritò credamus: quid ambigimus hanc ab illo ceremoniam ad nos dimanasse? Sed reclamat Nicephorus in historia sua: Fato- tor. At recens est author: & nescio quid resipit schismatice Græcorum licentiae: ne dicam eum scribere, quæ in sua videbat Ecclesia fieri: ac propterea iudicare rem se ubique sic olim habuisse: quod turpis factum, à quibusdam videmus homiliariis, qui ex suarum Ecclesiarum ritibus orbem censem vniuersum. Non ergo scriptoris neoterici tanta nobis erit authoritas: vt illius gratia deseramus matri Ecclesiæ præcepta

præcepta: cùm prefertim habeamus antiquissimum Philonem in Theapeutis. Marcii discipulos referentem in sancta hebdomada in loco sacro panem azymum esitasse: quæ de nostris ab eo scripta mysteriis copiosus testis est Eusebius lib. 2. cap. 17. Eccl. Hist. Sed cur discessit Græcia, & omnis Oriens ab illa consuetudine? Dicam, quid mihi ea de re cogitanti veniat in mentem: nec enim aliud habeo præterea: tamen dicit Epiphanius Ebionæs peregrisse mysteria ad imitationem sanctorum in Ecclesia, ab anno in annū per azymos. Sed hoc sit in medio positum.

*Quid Græcos,  
et Orientales  
abstrinxerit  
ab usu azymo.*

In huiusmodi mysteriis propter hæreticos multa frequenter immutata diximus in enarratione baptismi: vt de illa tripla missione in Hispaniis tempore Gregorij. Non igitur abs re fuerit arbitrari factum istud propter Ebionæs, Nazoræs, Cerinthianos, & alios Iudaizantes, qui tēpore paschæ volebant à fermentatis abstinere, & ab Mosaicos ritus conuerti: ac proinde Græcos, quibus ea pestis potissimum infidiabatur, induisse consuetudinem: vt nullo tēpore nec in mysteriis abstinerent à fermentato. Quod autem ad Alexandrum pertinet: istud habeo, quod Eusebius Pamph. posteaquam lib. 3. Eccl. Hist. cap. 27. & 28. istorum hæreticorum fecisset mentionem: statim ca. 4. lib. 4. meminit Alexandri: vnde facile colligitur illum Pontificem in hæreticæ contentionis tempora incidisse: & eapropter coactum Romanæ fidei, ac disciplinæ Ecclesiæ Græcis vicinas instruere, ne Græcam imitationem desciscerent ab usu azymorum in mysteriis. Hoc si placeat catechumenis, bene est. Postiores Patres non arbitror operæ pretium in medium adferre, lité iam in conciliis definita. Illud tantum dico, Grægorium in registro vtriusque meminisse consuetudinis, neutrāmque damnare: Latinorum tamen esse laudabiliorem, neminem credo dubitare: quæ à Christo, & Apostolis fuerit usurpata: vt omittam, quod recentiores dicunt, eosdem nostræ religionis primos antistites omne fermentum, vt rem infausti nominis, abstulisse. Postrem tenet est reuerâ perfici sacramentū, etiam si quis nihil moratus Ecclesiæ præceptum, communem panem auderet consecrare, & se grauissimo piaculo contaminare. Verum, vt ad alterū quoque symbolum veniamus: neminem usque adeò nouitatis, & contentionis amantem vivere puto, qui vel ceruisia, vel aceto, vellacete, quam vino vti malit. Est tamen cōtrouersia de admiscenda aqua. Hæretici paulli saiores non inficiantur verisimile esse Christū, cùm hæc institueret, aquā admiscuisse: Brætius tamen, quāvis illud agnoscat: liberè sibi putat à Christi facto discedendū: cùm alibi, vtputā in vtriusq; speciei sumptione, eius exemplum mordicūs retineat. Quod igitur Christus exemplo docuit, quod religiosorum, & sobriorum est, quidni nos imitemur? Sic Cyprianus contra quosdam aquarios, qui, pro sua superstitione, meram aquam volebant offerri, vel Ebionitarum errorem instaurantes, vel Encratias, & Tatianos imitati, qui vinum sanguinem esse draconis somniabant. Hos hydroparaistas Cyprianus confutat producta ex 9. Proverb. scripturæ quem locū Bustathius martyris, citatus à Nycæna synodo.

*Causa con-  
futatio Alex.  
PP. de azymo.*

*De altero vi-  
ni symbolo, &  
aque permi-  
tione.*

*Proverb. 9.  
7. Nicen. sy-  
no. 3. tomo an-  
tico.*

*Vide ipsius di-*  
*atexens li-*  
*b.ii. 8. vbi 10*  
*ratita glia ab*  
*spofolis tra-*  
*dita refertur.*

interpretatus est, & post eum non dissimili modo D. Aug. lib. 17. cap. 10. ciuit. Dei. Sed scripturis non est opus pluribus: cum tota confiret antiquitas. Satis autem fuerit præcipios eius testes nominare. Proclus igitur in fragmento de liturgiis antiquis, dicit Clementem Romanum primum excepisse liturgiæ formaulam à D. Petro quam videntur Græci potius èmuli, quām Latini. Nam Methonensis Episcopus citat formam Clementis, in qua habetur vinum miscendnm. Synodus 6. cap. 32. contra Armenos potissimum instituta videtur, volentes sola aqua vii in mysteriis, idque, vt videri volebant, authore Chrysostomo: cuius liturgia, vt de Iacobi, & Basilij taceam, facile reuincuntur. Sed ne in re concessa prolixius immorer: prætero alteram D. Iustini apolog. & Clementis Alex. pædag. lib. 2. cap. 2. Iuliisque Pont. à Burchardo seruatam authoritatem, qua ostenditur hunc morem Ecclesia ab ipsis obseruatum Apostolis: & Carthaginenses canones, qui aiunt vino Christum, aqua autem populum designari, itaque neutrum sine altero: ne vel Christum sine populo, vel populum sine Christo seorsim constituamus, offerendum. Quocirca Ioannis Carionis perniciofissimum commentum valeat, quod habet sub finem historiæ: nempe Innocentium concessisse Noruegis, vt in aqua duntaxat conficerent hoc sacramentum. Interim si cuiquam vel obliuio, vel hæretica infidelitas imponeret: vt non dilutum vinum offerret: nemo catholicus inficiabitur, quin æquè presentem omnibus exhiberet Christum. Et haec tenus ista sunt à nobis, pa- rum amcne quidem: sed necessariò propter hæreticos, disputata.

*Nonnullis præmissis, catholicas huius sacramenti formas ponit:*  
*earum diversitates, ac sententiam obseruatum per strictis*  
*hæreticis, adiectiæ voculas recenset.*

### Catechesis 130

*Dionys. Eccl.*  
*Hier. cap. 7.*

*Innocentius*  
*cap. 8. ad De-*  
*cenitum.*

**N**unc ad multò iucundiora descendamus; ipsamq; formam sacramenti, quæ materiæ coniungi solet, inter causas facile principem locum obtinet, dispiciamus. Nam quodd ad effectricem huius causam Deum Opt. Max. & ministrorum intentionem, nulla est pugna. Igitur de conceptis verbis, quibus Eucharistia ritu catholico perficitur. Cuperem autem hic nostros catechumenos ea in mentem reducere, quæ dudum à nobis de sacramentorum formis in vniuersum dicta sunt: vt dociliores, & religiosiores adessent. Nam, vt in religiosissimis rebus piè versemur: imitanda nobis est, saltem ex parte, maiorum nostrorum circumspecta cautio, qua olim non licebat ex apostolica traditione formas has in scripta referre, & in apricū producere: vnde non statim de huius rei fide dubitandum, si non ita conferta testimonia produxerimus. Nec enim iā permittunt nos hinc schismatici, aliunde hæretici nostra sacra filatio premere: sed vtrin.

sed vtrinque affilientes hostes, veritas ipsa vel se prodendo, suāmq; maiestatem proferendo conuerat in fugam s̄poret. Non defunt enim inter Græcos scriptores, qui nobiscum transubstantiationem retinent, ac tuentur fortiter: formas tamen non credunt efficaces, nisi sequentes preces adhibeantur. Et hos quidem refellendos relinquimus doctissimo Beſlationi, qui sue gentis errorem pientissimè, simul & eruditissimè ingulauit. Quid ni enim hac etiam in parte Deus optimus patens nobis consuluisse: quemadmodum in cæteris omnib[us] creatis rebus, quæ suas habuere formas, quibus ille suam veluti potentia alligarat, utputa: *Fiat lux, Fiant luminaria; Producat terra, vel aquæ animam viventem, & huius modi;* Gentilium porr[is] sacrorum, & orgiorū formulas quorsum attinet referre? De Iudeis nuper diximus: vnde vehementer admiror hos homines Christianorum solas res diuinæ velle mera constare materia. Quid enim? Principes, notarij, causarum actores, & qui res curant politicas, habent suas formulas: nec nullum, quantumvis elegans, instrumentum admittetur, nisi ex certa formula conscriptum: Christi verò testamen- tum, Apostolorum, ac totius Ecclesiæ opes, diuitiae, thesauri informi rerum mole iacebunt? vnicus inter hæreticos Brentius negat baptismum recepta verborum forma conferendum: & nobis formarum decus ab insanis hominibus eripitur? Absit. Igitur primùm formas catholicas proponemus: illarum varietatem delibabimus: & postrem, quid pro iis ex ploris aduersarij velint in orbē inuehere. Catholicæ itaque formæ sunt huiusmodi: *Hoc est enim corpus meum: & Hic est calix sanguinis mei, noui, & eterni testamenti: qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.* Priori videntur D. Ambrosius, & Alexander eius nominis i. & 5. desacr. quædam præposuisse: salua tamen orthodoxya, nimis: *Accipite, & manducate:* sed non mouetur istis catholicæ veritas, nec dubitat olim addi potuisse, & quædam sic addita fuisse: vt non tamē crederentur ne cessaria, nunc verò sine schismate nemini quicquam tentare licet. Secutus est igitur Ambrosius hac in parte Græcos. Nam forma Clementis, quæ extat in liturgicis authoribus D. Iacobo, Basilio, Chrysostomo, Proclo item, & Nicolao Methonensi, iisdem planè verbis, totidemque proponitur. Hæc est ergo diuesitas, quæ in Græcis, Latinisque reperiatur. Quodd autem ad Syros pertinet, in Matthæo, Luca, & Marco in formula calicis, nihil est, quod latino verbo respondeat: vt neque rursus in eisdem Matthæo, Luca, & Paulo, quodd ad formam panis pertinet: in Marco autem est aliquid simile, nempe *τίθεινται οὐταντοι τιθαύτι*: qua re nil utilius obseruati contra figuristas hæreticos: Nam tale est syriacum istud Marci vocabulum; vt à Syris non usurpetur, nisi in re, quæ verè existat. Et si exemplo sit facienda fides, cap. 1. Ioannis, vbi nos legimus: *Non erat illa lux, & mox: Erat enim lux vera: priori loco est τίθεινται οὐταντοι τιθαύτι* lo hou hauo, ad verbum: Non fuit lux: posteriori autem *τίθεινται οὐταντοι τιθαύτι* hauo. Nam cùm Ioannes lux esse negaretur: non conueniebat huius verbi significatio: sed vbi demū ipfissima lux ostēdebatur. Quod si quis

*Observatio  
ex syro.  
Marc. 14.*

*Gen. 1.*

*Forma huius  
sacramenti.*

*Lib. 4. cap. 4.*

*& 5. desacr.*

ad alterius symboli formam me vocet : age Paulus i. Cor. ii. qui nihil ad panem habuerat simile, vbi ventum ad calicem, habet eandem efficacissimam vocem *νερόν*, quasi diceret : Hic calix est verissimus sanguis meus. Et ista de diuersitate dicta sunt: nunc ad verborum sententiam.

*Quae sit forma huīus catholice circa panem sensen tia.*

Quando audis dicentem: *Hoc est corpus meum*, ne intelligas tantum esse signum, vel symbolum, vel quiduis aliud: sed reuerā illud ipsum corpus, quod natum ex virgine, & in crucē suffixum est. Illud, inquā, quod accipis, quod tibi porrigitur à sacerdote, quod ipse vidēdum, & adorandum proponit, quod traicis in stomachum: illud ipsum est corpus, & sanguis Domini nostri Iesu Christi, cum anima sanctissima, & beatissima Deitatem. Corpus autem, & sanguis nominatur, quod vi consecrationis præsens efficitur: anima verò, & diuinitas non ita: quia duntaxat adefesse creduntur, propter immortale vinculum, seu (vt nostri loquuntur) concomitantiam. Hanc nostram veritatem, & securitatem si conferas cum hæreticorum miserabili inconstantia: miraberis homines non, vel casu aliquo, ad veritatem impingere, qui adeò in suis iactantur erroribus nihil vñquam habentes constitutum: vt Claudio pietate non minus, quam elegantia clarus, horum verborū quintuplicem apud Caluinum, & Brentium interpretationem subnotarit: agentibus perfidis hæreticis: vt, pro aduersariorum diuersitate, varia sint in promptu semper effugia.

*Claudius de sanctis in exame do- Urne calui- niane, & apo logia.*

Interdum enim signum esse contendunt. Hic autem si minus tuto liceat consistere: fugiunt ad metonymiam, quam aliquando illius tantum verbi, alias autem totius orationis esse volunt. Si vrgeas; dicens corpus accipi figuratè: & si neque illud obtinuerint, comminiscuntur illud correlatiuum (quod) propriè accipi debere: quæ interpretationum, ne dicam mendaciorum, diuersitas vel sola cordatos homines à talibus seductoribus absterre debuerat: & facere, vt Ecclesia, hoc est, immotæ pe- træ, quæ sibi nunquam, & nusquam non optimè constat, constanter adhærerent. Postò *εὐχή*, qua vinum consecratur, & transmutatur, est ex maxima parte congesta ex diuersis Euangelistis: ita tamen, vt cuiuslibet Euangelistaræ verba non minus haberet energiæ, si quis abuteretur non sine maximo scelere. Sunt autem dictiones quatuor, quas Euangelistaræ non exprimunt, enim, aeterni, mysterium, fidei: sed præstat explicare singula. Igitur: Hic est enim calix: hanc vocem additam aiunt maiores nostri: vt intelligeremus sanguinem istum non ad quiduis: sed ad bibendum præberi. Nihilominus significat reuerā inesse sanguinem Domini. Noui, & aeterni testamenti. Iam autem vetus pascha comedebat. Ut autem intelligamus testamentum istud non esse momentaneum: nec tantum ad ultimam illam Christi cœnam pertinere: sed quod perduraret donec ipse reuerteretur: additur eternum, quod nunquam habiturum est finem. Obscurare quidem illud conabitur Antichristus: non tamen auferet. Sanguis autem ad eius pacti consummationem erat necessarius, quod feriebat nobiscum Dei filius. Sequitur mysterium fidei. Quidam de re arcana interpretantur quæ sola fide comprehendit: & proculdubio verum

*Vocula 4. ad- dita formis sacra- mienti.*

verum est, fidei oculum in rebus nostræ religionis valere: & cùm sub aspectum veniant panis, vniqüe species: nihil segnior mentis acies per fidem certissime diuinum illud, atque immensum Christi mysterium intuetur: vt quiduis perpeti sit antè parata, quām secūs credere. Est igitur reuerā mysterium fidei quod sola fide affequi possumus: hoc tamen loco non arcanum arbitror significari: sed magis sacramentum, & vnum è septem mirificis riuulis, per quos Christi meritum in creditum animas influit. Additur porro fidei: quia si *vñquam*, hīc est illius locus, & *vñsus*. Nam sacramentum baptismi, tametí nobilissimum, ad istud collatum à Christo terrenum dicitur: istud verò maximè diuinum, ac cœlestē longè superat omnem captum humanum. Quæ sequuntur designant *Ioan. 3.* vñsum, & effecta huius sacramenti, quæ multi, hoc est, à Deo electi, & ritè per Dei gratiam vñentes percipiunt.

**C A T E C H E S I S C X X I X I .** 411  
verum est, fidei oculum in rebus nostræ religionis valere: & cùm sub aspectum veniant panis, vniqüe species: nihil segnior mentis acies per fidem certissime diuinum illud, atque immensum Christi mysterium intuetur: vt quiduis perpeti sit antè parata, quām secūs credere. Est igitur reuerā mysterium fidei quod sola fide affequi possumus: hoc tamen loco non arcanum arbitror significari: sed magis sacramentum, & vnum è septem mirificis riuulis, per quos Christi meritum in creditum animas influit. Additur porro fidei: quia si *vñquam*, hīc est illius locus, & *vñsus*. Nam sacramentum baptismi, tametí nobilissimum, ad istud collatum à Christo terrenum dicitur: istud verò maximè diuinum, ac cœlestē longè superat omnem captum humanum. Quæ sequuntur designant *Ioan. 3.* vñsum, & effecta huius sacramenti, quæ multi, hoc est, à Deo electi, & ritè per Dei gratiam vñentes percipiunt.

*Vñsum forma catholica, ritūmque tuerit: noua hoc loco hæreticorum commenta frangit: nec, nisi initiatis ritè sacerdotibus res peragatur, formam suum sequi effectum traditione apostolica confirmat.*

### Catechesis 131.



Actenūs de formarum antiquitate, de quæ tremendorum mysteriorum differētiis, & formis, seu speciebus, vt sic loquar, quod satis est, dictum videtur: nunc velim nostros catechumenos totidem à nobis expectare: nempe vñsum hatū formarum ex eadem antiquitate: tum, quid vicissim hodiè faciat, qui ab Ecclesia discesserūt: ac postremò, quis sit administret. Vt igitur ex paucis videamus, quid hac de re in veneranda illa veterū canitie lateat: primū, vbi nos legimus apud Lucam ca. 22. *Similier & calicem, postquam cœnanit: Syri habent καὶ τὸ πίνακα* vehocuoth oph al cofo. Et *Luc. 1. 22.* similiter etiam super calicē: vt intelligamus mystica verba nō esse temere effutienda: sed ritu catholico super panem, & super vñs pronuntienda. Sed & illud, quamvis non disertissime: tamen satis indicatur, ed dirigendam sacram orationem, quod forma ipsa demonstrat. Deinde vt de nostra missali formula nihil dicamus hæreticis: nō possumus maiore, quām ex liturgiis græcanicis demonstrationem habere: in quibus, vbi agitur de mysterijs peractione, sic legere est: in liturgia Iacobi quidem *εἴτα διεγένετο χρεῖ τὸ πρόστημα τὸ μεταστάθμητόν εἰσιν* id est, sacerdos manu tenens panem dicit: in Basilij verò *διεγένετο τὸ πρόστημα τὸ μεταστάθμητόν εἰσιν* id est, sacerdos inclinat caput, & tollens dexterā suam cum religione benedic panem. Deinde peragitur consecratio iis planè verbis, quibus constare nostras *εὐχὰς* diximus: non autē alicuius partis euangeliorū, aut Paulinari epistolari recitatione: vt *εἴτα quoq; benedictionē*, cuius meminit Apostolus, inquiens ad Corinth. cap. 10. *F. f. 2 τὸ πρόστημα*.

*τὸν ὁμόγενον τὸν ἐν λογιασθέντα, id est, poculum benedictionis, quod benedicimus, &c. his verbis. Hoc est corpus meum: & Hic est sanguis meus, esse peractam sit manifestissimum: déque eo intelligendam, quod ibi fit, hoc est transubstantiatione: vt Catholici credimus, & copiosè superius est declaratum. Cùm ergo & ex eo Pauli loco appareat ἐν λογιασθέντα id, quod efficitur: & liturgici scriptores doceant hoc fieri pronuntiatione verborum sacerdotum repetitorum: credo iam persuasum æquis iudicibus per formarum pronuntiationem fieri, quod fideles credunt. Si quid his adiiciendum esset: accedit licet Areop. qui per aliquam formam dicit hanc stupendam rerum mutationem fieri: ipsam tamen, pro sua religione, non retulit in litteras. Sed & Cyrillus duabus catech. 4. & 5. mystago. priori quidem formam exprimit: posteriori autem dicit per eam peragi mysteria. Sed omnium apertissimè Irenæus lib. 4. aduersus Valentiniū cap. 32. probat Christum verbis istis, & nos iisdem rem eandem agere. Sed & ipse suis discipulis dans consilium primicias Deo offerendi ex suis creaturis, non quasi indigenti: sed vt ipsi nec infuctuosi, nec ingratii sint: eum, qui ex creatura panis est, accepit: & gratias egit, dicens: *Hoc est corpus meum.* Et calicem similiiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, &c. Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, & simili penè ratione Chrysost. in hom. de Iuda, & mysteriis (cuius sententiam retulit Thomas ad 14. Marci) docent factam à Christo transubstantiationem, dicendo: *Hoc est corpus meum.* Sic Nyssenus in catechetica sua oratione, quæ in 21. parte panopliæ Euthymij inuenitur: & Ambrosius lib. 4. de officiis cap. 4. & 5. Sed, ne sim prolixior: vnuſ Germanus pro mille sufficerit, qui in media ferè histor. Ecclesiast. dicit catholicum neminem debere dubitare, quin exhibeat in sacrificio corpus illud, quod pro nobis est perpeſsum: modò adſit ἀργεῖται, id est, intentio, & ἐν λογιασθένται pronuntietur. His omnibus subiungam vnum Theophylacti testimonium, qui enarrans Marci cap. 14. ad illud ἐν λογιασθένται, sic scribit: *Quum benedixisset, id est, ἐν λογιασθένται: fregit panem, id quod etiam nos facimus, preces adiungendo: Hoc est corpus meum.* Ex his omnibus cui non sit perspicuum Ecclesiam catholicam sacris istis precibus, ac formis hunc semper effectum tribuisse: Et sanè preterquam, quod sunt admodum Deo gratae: fidei nostræ mirabiliter conueniunt, dum illa non hæret in laciniola otatione: sed credit paucissimis verbis id perfici, quod alioquin est creditu difficultimum. Tot igitur nixi testimoniis antiquitatis, certissimè nobis persuademus, nos non alter institutoſ, quæ Dei sapientiæ Christo per hypophetas suos Apoge, aut forſtulos nos instituere vſum est. Nunc, si placet hæreticas nugas intueantur, & quibus hic mihi: & quidem in transcurſu: quia contagiosum est spectaculum. Igitur tametsi non ignorem esse inter Lutheranos, qui, sicuti ingruerit ita necessitas, nostram formam adhibeant: tamen vbi solennitas postulat, & tempus permittit: vt ex præscripto prophanationes suas celebrent: aliud substituunt,*

Ecc. Hier.  
cap. 3.

Deformes ha-  
-reticorum nu-  
-ge, aut for-  
-ſtulos nos instituere vſum est. Nunc, si placet hæreticas nugas intueantur, &  
-abutantur, &  
-breniter dete-  
-guntur.

substituunt, & ex ambone recitant cap. II. prioris ad Corinth. Qua in re quantum sit temeritatis, & quæ procul à Christiana sobrietate discesserint, videamus: & ex illis ( si ita videatur) queramus: Vnde istud habetis, ô boni: Quis veterum scriptorum ita docuit? fortè scriptura hoc vobis persuasit: sed eam proferte: & si, præter Lutherum putidissimum hircum, quempiam habeatis authorem, nominate. Nec enim scripturas ipsi reiiciimus: & verendam Patrum canitiem suspicimus, ex oscularum, adoramus. Num fortassis ea scriptura pars vel potissimum eò impulit, quia hymni speciem habeat? Sed nihil magis alienum. Quid ergo? Itâne excidit vestrum illud topicum: Sine scripturis nihil recipiendum? nisi fortassis vnuſ apud vos Lutherus & scripturarum, & totius antiquitatis pondus obtineat: quod facile adducimur, vt credamus. Nam vester annus Hussus his de rebus non dubitauit: primus ulti- que Lutherus ista commentus est, deceptus (ni fallor) illa appendice non intellecta, neque à Iustino Martyre germanè ipsi exposita: *Hoc facite in meam commemorationem: & Hoc facite, quotiescumque bibetis in meam commemorationem.* *Quotiescumque manducabis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Atque hîc vellem Caluinianos, quid agant, perpendere. Lutherus mortalium confidentissimus, ausus est scribere Argentinensibus dedisse se, quæ maximam potuisset, operam: vt omnia catholica præsidia euenteret, ac deprauaret: sed hæc verba, quibus nimis nostræ mysteria peragimus, nullam interpolationem, aut depravationem admisisse. Quin igitur, Calvine, & Beza, sequimini, quod Lutherus excogitauit: Tu autem, Vvestphale, cur prævaricatorem agis? Cur à magistri placitis euarias? Quid est, quid sacris operandi prouinciam vel cuiuslibet plebe, vel à magistratu lecto ministro defertis? Sed non miramur: siquidem nullum hîc agnoscatis mysterium. Quid enim mirum, si panem pistoris (quidni enim & iste: vt sutor, & agaso?) si vinum ebriosus cenopola tractet? sint igitur hæc vestra: vt habeant similes labra lactucas. Libet autem amplius percunctari. Cur illa scriptura vernacula recitat apud vos? Cur non sufficit sola meditatio: cum tantoperè signis, & mentis figuracionibus vobis placeatis? videmini parum memores instituta doctrinæ, qui phantasiastas nolitis phantasia esse contentos. Quidni enim hîc possit formæ, aut scriptura recordatio, quod in baptismo valere contentit Brentius? Agite porro, & vulgari idiomate scripturas conselerate, quando ita libet. Cur autem istud caput potissimum ex omnibus scripturis vobis delegistis: cùm æquè manifeste aliis in locis de horum mysteriorum vel institutione, vel efficacia, vel commendatione sermo fiat? Respondent se à Deo traditum habere. Quis non miretur diuinę consultos voluntatis? Certum est Apostolum agere de Christi ultima cœna: attamen hoc vos impulit proculdubio: *Hoc facite in meam commemorationem: & quæ in eam sequuntur sententiam.* Atqui ea verba, sanorum omnium iudicio, de Christi perpeſſione sunt accipiēda: nec illius cœnæ, sed acer

2. Apolog.  
extr. ad An-  
ton. 7. P.

fed acerbissimæ mortis à nobis memoriam flagitant. Cur ergo non potius dominicæ illius tragœdiæ ( si sic vocare liceat) partem desumebatis? Et vt magis hominum pectora calefierent, quos putatis proprio idiomate vehementius cōmoueri: debebatis non indoctis, & rudibus committere lectionem: sed vel sophistis, qui certè vobis non desunt: vel turbacibinibus, qui lugubri strepitu suo homines ad planetum emouerent.

*Traditionis  
série integra,  
Patrum que  
testimonia do-  
cet solos sacer-  
dotes conse-  
crare.*

Sed valeat istorum impia temeritas: nos autem catholici antiquum obtingeamus, iisque fruamur legitimè, quæ nobis ab Ecclesia tradūtur. Iam, quia rem istam laicis temere à populo oblatis committunt, ostendere oportet neminem, qui non sit initiatus, etiam si martyr foret sanctissimus, quicquam efficere: sed solos sacerdotes. In hac autem disputatione, præter scripturas, ad primam usque traditionem ascendendum erit: cui deinde Patres illos subiungemus, quos nec aduersarij audent contemnere. Igitur liturgici omnes authores Iacobus, Clemens, Basil. Chrysost. Dionys. Gregor. Germanus, & alij eum, qui sacra verba pronuntiat, τὸν λέγειν & vocant: vt non promiscuum, sed sacram, & initiantemis quibusdam ad hanc functionem præparatum intelligamus. Deinde si quis præmonitus legat Philonis librum extremum de Therapeutis: videbit confectionem, & usum istius sacramenti sacerdotibus, & Episcopis tanquam proprium adsignari: cuius rei causam reddit Areop. Eccl. Hier. cap. 3. haustam procul dubio. ab iis, quibus diuina sapientia Christus reuelarat: qui scriptor aliud nihil æquè, atque huius rei confirmationem tradit. Iosephus autem ( si quis illum sub Eſenorum nomine persuasus sit de rebus agere primorum Christianorum, qui, vt plurimum, erant Iudaici) lib. 2. de bello Iudaico cap. 12. non solam istius sacramenti tractationem videtur sacerdotibus adsignare: verum & mensa communis consecrationem. Iustinus autem ῥωγεστῶτα, id est, præpositum vocat simpliciter: aliás τῷ θεῷ ἀδελφῷ panem dicit offerri, qui deinceps & perficiat Eucharistiam, & aliis porro distribuendam diaconis tradat. Nec diffidet Ignatius epistola 7. vbi dicit sacerdotum esse facere oblationem: non tamen sine consensu Episcopi. Tertull. autem lib. de corona militis cùm multas traditiones recenset, tum ait Christianos iussos à Domino Eucharistiam & publicè, & priuatim accipere: sed non nisi de manu præsidentium, qua in voce procul dubio Episcopos, & sacerdotes intelligit. Hippolytum penè præterioram, qui dicit hoc nomine vocando in regnum cœlorum Pontifices, & sacerdotes: vt aliás memini me citasse. Et si quis adhuc beatum Irenæum in hæresi Marciorum: multa deprehendet hanc traditionem confirmantia. Etsi enim Marcus ille impostor mulierculas huc intruderet: fingebat tamé quasdam initiationes, quibus præditæ illæ, scilicet, recitatis deinde formis vinum candidum in rubrum vertebant per illius magi præstigias. Epiphanius autem quid attinet referre ex hæresi 75. aut initio epistola ad Ioannem Ierosol. versæ à D. Hieronymo ( vt geminum habebat illa testimonium authoris, & interpretis) qui si habuisset persuasum lai

*Latina distin-  
ctio facit cap.  
7 lib. 2.  
2. apologia.*

*De Antichri-  
sti.*

sum laicos posse tremenda mysteria peragere: nunquam sibi putasset in aliena diœcesi sacerdotem instituendum. Ipso autem Hieronymo contra Luciferianos, inquit epistolis ad Euagrium, & Heliodorum nihil est vel apertius, vel ad hanc fidei partem adstruendam robustius. Chrysostomum ex liturgia produximus: at verò lib. 3. cap. 5. de dignitate sacerdotali hanc prærogatiuam ita sacerdotibus sartam testam seruat: vt neget vel sanctissimos angelos, vel Deiparam virginem, vel ullam aliam creaturam efficere posse, præter unicos sacerdotes, hanc admirandam panis, & vini in Christi corpus, & sanguinem demutationem. Nicæna verò synodus usqueadè certum id esse voluit: vt ne tulerit quidem diaconos, qui sacerdotibus porrigerent. Latina autem concilia plura sunt, & notiora, quam vt libeat ad huius rei adscriptionem ea recitare.

*Aperit curiculos, quibus euertere heretici sacrificium catholi-  
cum nituntur: & antiquissima eiusdem sacrificij nomina  
indicat.*

### Catechesis 132.

**P**A M differendo delatui ad finim sacrosanctæ Eucharistiae expositionem, iure ducemus exordium à re diuina, & sacrificio, qui finis est procul dubio maximè inclytus ac principalis, utpote quo exhibetur nobis sacramenti sensus, & usus. Nam ultima sacrificij pars est ipsa communionio: quemadmodum in Mosaicis sacrificiis peracta re diuina discedebant ad epulum: & hoc sibi volunt Christi verba præcipientis: *Hoc facite in meam commemorationem: ut in uniuersæ formula: Græcorum, & missalis Romani ea verba tractant, & exponunt.* Nam vix prolatis formis hæc eadem subiunguntur. Et ipse Dionysius inducit sacris operantem τὸν λέγειν Christum alloquentem, & exclamantem: *Tu dixisti: Hoc facite in meam commemorationem,* quasi non ausurum istud attentare, si deesset illud Seruatoris præceptum. Nec aliter exponunt, canon apostolicus 3. Martialis ad Burdegal. Irenæus aduersus Valent. cap. 32. *Iren. li 4 ad-  
Cyprianus lib. 2. epistola 3. Eusebius lib. 1. cap. vltimo. demonstr. Euang. uers Valentii-  
& alij. Vnde liquet nihil magis ad Christianos pertinere, quam istud augustinissimum sacrificium: & de seipsis pessimè mèreri eos, qui nullis machinis, & adhortationibus possunt ad frequenter cooperandum rei diuinæ, & perceptionem mysteriorem impelli: cùm sit istud præcipuum ( Epiphanius audet unicum appellare, hoc est, nobilissimum ) & maximè insigne labrum Christi perpetuationis. Et propterea Daniel, vir desideriorum, nihil acerbius deplorat, quāna huius abolitionem sacrificij. Cæterum quia in ecclesiastici præcepti tractione satis accuratè roſilymit. hac de te disseruimus: & infra occurrent suis locis multa: nunc super- Ff 4 sedebi*

*Eccles. Hier. ca.  
3 parte 3.*

*Iren. li 4 ad-  
vers Valentii-  
num.*

*Epistola ad  
Iohannem Ie-  
rusolimit.*

edebimus: ne nobis confusa nascatur oratio, si velimus omnia omnibus locis inculcare. His igitur omissis, accingamur ad difficultatem, quae in hoc negotio versantibus solet remoras iniicere. Nam cum ybique sint apprimè cauti, ac versipelles hæretici: hic tanquam ad ipsum caput religionis, ac columen totius orthodoxie euerendum, & opprimendum omnes vires, technas, artesque mille nocendi principis, ac sui parentis sui satanæ exciuiisse videntur: adeò signis omnibus, summoque marte irruunt. Nec enim tantum scripturarum obscuritate nobiscum agunt: non sola antiquitatis nos caligine conantur inuolueri: non tanquam variatis his vtantur nomenclationibus: vt canones Apost. Dionys. Ignat. & authores Græcarum liturgiarum abundè testatum faciūt. Sed pergamus. Haec tenus catholici partim scripturarum, partim Latinorum, & Græcorum testimoniis cum hæreticis non infeliciter sunt congressi. Hi autem veteratores, vbi se fortissimè vrgeri sentiunt, cauillantur catholicos nescire quid vel affirmant, vel negent: sed andabaturum in morem, cæco marte pugnare: cum sacrificij, quod tuendum suscepint, naturam nullus vel cognitam, vel explicatam habeat. Moti igitur catholici quidam initio produxerunt Augustini definitionem ex lib. 10. ciuit. Dei cap. 6. dixerantque esse opus, quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, ad eum boni finem, quo beati esse queamus.

*Quanto con-*  
*tinu, ac verfu-*  
*tiarum testi-*  
*dine sacrifici-*  
*cum catholi-*  
*cum hereti-*  
*oppugnant.*

Rectè: sed non ita exactè, vt cauillatoribus os obstruatur: cum agat Augustinus non de sacrificio propriè dicto, & quod Dei cultui sit peculiare: sed de quibuslibet bonis operibus. Hæc autem è spectant, & à nobis dicuntur: vt intelligent catechumeni quantum negotij supersit assertori fidei, vt hoc caput religionis pro dignitate discutiatur. Igitur adspirante numine, talem visum est nunc adferre definitionem, quæ ita sacrificio Christiano conueniat: vt nulli alteri rei accommodari posse videatur. Sed vt ordine cuncta procedant, primum non nihil de nomenclationibus. Sunt autem præcipua hæc epitheta, quæ in antiquitate obseruauimus: apud Hebræos πνεύμα zebach thodah, quod 70. veterū θυσίας αἵρετος, hoc est, sacrificium laudis. Malachias autem cap. 1. (qui omnium clarissimè hac de re loquutus est) appellat πνεύμα michah, quod Septuag. item θυσία reddunt: noster Hieronymus cap. 3. non dubitat sacrificium interpretari. Ibidè prætereà πνεύμα muclar, & thymama propheta, Septuagintaque vocarūt. David autem Psal. 49. simpliciter vocat πνεύμα thodah, vbi Septuaginta addiderunt epithetum ex 7. Psalm. 49. Leuit. repetitum τῆς αἵρετος. Syri vnicum habent (vt videtur) vocabulum οὐρών courbono, vel οὐρών courban, quorū posteriori Æthiopes in appellanda Eucharistia vtuntur. Græca autem antiquitas his portissimum nominibus appellavit, λευκόγια, id est, publicum ministerium dixeré, qui inde votati sunt liturgici scriptores. Dionysius, & Euseb. ferè λεγογια, id est, sacrificiū, additis insignibus, quibus ab idolo-latricis sacrificiis distingueretur, ἀναιράντος, id est, incruentæ, τονευματικος, id est, spiritualis, & huiusmodi aliis: ne crassum, cruentū, & immobile sacrificiū intelligamus: sed blandū, iucundū, quodque spiritus operatione requirat. Dionysius verò ad Demophilū prætereà vocat τὰ μυστήρια τὰ θεῖα, τὰ θεωτατα. i. mysteria diuina, & diuinissima. D. Chrysost. & in liturgia, & ad c. 10. prioris ad Cor. Nyssenus item in oratione pro defunctis in Christo, vocat μυστηρία. i. ad mysteria adductionē, hoc est initiationē: quasi hoc potissimum sacrificio mysteriis imbuamur Christianis. Et quidni, cum ibi sint & sacrificia, & sacramēta, & preces, Dei rogatio, & sanctorum inuocatio. D. Epiphanius in Actio, & chara-

*τρεσβύτερος* vocent Patres: vt nusquam ἵπεις appellant: cùm nonnunquam variatis his vtantur nomenclationibus: vt canones Apost. Dionys. Ignat. & authores Græcarum liturgiarum abundè testatum faciūt. Sed pergamus. Haec tenus catholici partim scripturarum, partim Latinorum, & Græcorum testimoniis cum hæreticis non infeliciter sunt congressi. Hi autem veteratores, vbi se fortissimè vrgeri sentiunt, cauillantur catholicos nescire quid vel affirmant, vel negent: sed andabaturum in morem, cæco marte pugnare: cum sacrificij, quod tuendum suscepint, naturam nullus vel cognitam, vel explicatam habeat. Moti igitur catholici quidam initio produxerunt Augustini definitionem ex lib. 10. ciuit. Dei cap. 6. dixerantque esse opus, quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, ad eum boni finem, quo beati esse queamus. Rectè: sed non ita exactè, vt cauillatoribus os obstruatur: cum agat Augustinus non de sacrificio propriè dicto, & quod Dei cultui sit peculiare: sed de quibuslibet bonis operibus. Hæc autem è spectant, & à nobis dicuntur: vt intelligent catechumeni quantum negotij supersit assertori fidei, vt hoc caput religionis pro dignitate discutiatur. Igitur adspirante numine, talem visum est nunc adferre definitionem, quæ ita sacrificio Christiano conueniat: vt nulli alteri rei accommodari posse videatur. Sed vt ordine cuncta procedant, primum non nihil de nomenclationibus. Sunt autem præcipua hæc epitheta, quæ in antiquitate obseruauimus: apud Hebræos πνεύμα zebach thodah, quod 70. veterū θυσίας αἵρετος, hoc est, sacrificium laudis. Malachias autem cap. 1. (qui omnium clarissimè hac de re loquutus est) appellat πνεύμα michah, quod Septuag. item θυσία reddunt: noster Hieronymus cap. 3. non dubitat sacrificium interpretari. Ibidè prætereà πνεύμα muclar, & thymama propheta, Septuagintaque vocarūt. David autem Psal. 49. simpliciter vocat πνεύμα thodah, vbi Septuaginta addiderunt epithetum ex 7. Psalm. 49. Leuit. repetitum τῆς αἵρετος. Syri vnicum habent (vt videtur) vocabulum οὐρών courbono, vel οὐρών courban, quorū posteriori Æthiopes in appellanda Eucharistia vtuntur. Græca autem antiquitas his portissimum nominibus appellavit, λευκόγια, id est, publicum ministerium dixeré, qui inde votati sunt liturgici scriptores. Dionysius, & Euseb. ferè λεγογια, id est, sacrificiū, additis insignibus, quibus ab idolo-latricis sacrificiis distingueretur, ἀναιράντος, id est, incruentæ, τονευματικος, id est, spiritualis, & huiusmodi aliis: ne crassum, cruentū, & immobile sacrificiū intelligamus: sed blandū, iucundū, quodque spiritus operatione requirat. Dionysius verò ad Demophilū prætereà vocat τὰ μυστήρια τὰ θεῖα, τὰ θεωτατα. i. mysteria diuina, & diuinissima. D. Chrysost. & in liturgia, & ad c. 10. prioris ad Cor. Nyssenus item in oratione pro defunctis in Christo, vocat μυστηρία. i. ad mysteria adductionē, hoc est initiationē: quasi hoc potissimum sacrificio mysteriis imbuamur Christianis. Et quidni, cum ibi sint & sacrificia, & sacramēta, & preces, Dei rogatio, & sanctorum inuocatio. D. Epiphanius in Actio, & chara-

*Quibus nomi-*  
*nibus sua in-*  
*signierint He-*  
*brei sacrifici-*  
*cia, ac nostra*  
*typici exor-*  
*parint. Leuit.*  
7.

*Quibus appel-*  
*lationibus*  
*Græci sacrifici-*  
*ciumchristia-*  
*numexornat.*  
*Euseb. lib. 5.*  
*Ewang.*

Ecclesiæ δινορομιαρ τῆς λατεῖας, id est, dispensationē cultus vocat, quod tota Christi dispensatio, qua in terris defunctus est, hoc sacrificio in memP.3.1. tem reuocetur: quamobie quoque Dionysius illud celebrat cap.3. Eccl. Hier. ἀγχιστομβόλης, id est, summi signaculi titulo, & τεκόνων λέγων τελετῶν hoc est, imaginem factorum sacramentorum: quia rerum ferè omnium imagines, quas noster Seruator in hac mortali vita ob nostram peregit salutem, ob oculos ponat intuentium. Hac tamē δινορομιαρ appellatio docet Epiphanius non debere quenquam in missa esse otiosum: sed quemlibet sua parte defungi, vt solet in familia quisque dematas operas exequi. Sacerdos est os publicum: sed reliqui, quorum ipse nomine legatione fungitur ad Deum, non debet omnino nihil agere, sed pro eo, vt quondam vocabantur cooperatores, communes preces, & vota coniungere: & quasi à patrefamilias ad signatam latræ portionem diligenter obire. De voce Eucharistiae alias egimus, qua rem diuinam veteres etiā nuncupant: vt Greg. Naz. in orat. funebri patris, Dionys. Alex. ad Xystum Pont. Max. epistola 5. & Tertull. cuius nominis ratio est: quod nulla ratione magis gratos se Christo probare possunt, quam isto sacrificio. Latini ferè missam vocant, interdum solennia missarum, nonnunquam solennitatem, plerumque agenda, sacrificium, & quod proxime ad liturgiæ vocem accedit, obsequia, & officia dominica. Tertullianus alicubi orationes sacrificiorum. Et his nominibus mixtim in progressu nobis erit utendum: quæ hac rudi, & properata enumeratione, si vel mediocriter intellecta fuerint (nisi vehementer fallar) est naturæ rei facilior explicatio, & lux non contemnenda. Patrum testimoniis probè intelligendis inferetur.

*Apud Euseb.  
lib.7. cap.9.  
Ecc. Hist.  
Tertull. lib. 1.  
ad. Marci.  
Diony. in lib.  
Ecc. Hier.  
c.2. extremo.  
Latine huius  
sacrificij no-  
menclationes.  
lib. de orat.  
extremo.*

Propositis aliquot sacrificij catholici typis, aduersus haereticos probare contendit Melchisedecum sacrificium obtulisse, id est, sacrificij catholici fuisse typum: quod & Hebraorum, Graecorum, & Latinorum constanti traditione evincit.

### Catechesis 133.

*Insigne party  
porum sacri-  
ficij catholici  
ex Leuit.* Vper, quod satis fuit, auditores, de utilitate, ac necessitate huius argumenti, simulque de præcipuis elogijs sacrificij nostri differuimus. Nunc erat de typis agendum: verum quia illi communes sacrificio, & sacramento sunt: non erimus graues molesta repetitione: sed tantum, quia Leuiticus habet maximè insignes typos: de iis tribus verbis: deinde ad Melchisedecianum sacrificium transibimus: de quo nonnulla est quæstio, fueritne proprij, & veri nominis sacrificium. Igitur Moses agens de duobus sacrificiis, alterum זבָח zebach schelamim, siue πυρν προ zebach thodah, alterum מִנְחָה minchah nominat. Et prius quidem, quod nostri salutaria, vel pacifica vocant, constabat laginis, vel spissa placenta cum azymis:

azymis; nostri sacrificij eâtenus imaginem gerens, quod esset expers ferméti, ac potissimum esset institutum ad gratiarum actionem; & seruendum Deo. Posterius perficiebatur pugillo simile purissimæ, cui tantum olei, thurisque adiugebatur; & ea omnia simul offerebantur per πυρν cheroumah, hoc est, sacerdos in altum sublatis pingebat crucem, proximè representans, quod vnicum est in Ecclesia: Discedo nunc ad id, quod maximoperè exaggetatur ab haereticis. Nam dicimus cum uniuersa antiquitate, primùm in facto Melchisedec fuisse typum sacrificij Christiani; perne gat aduersarij, nihilque sacrificio simile habuisse contendunt, quod gelissime dicitur sanctissimus ille sacerdos: itaque consistendum; & nonnihil dicendum, quod & 7. capituli epistolæ ad Hebreos, & Gen. 14. germanè intelligendo conducat. Nam catholici hac de re dubitare nō posseunt; cum in intimo sacrificij momento, pro insigni cum Dei pietatis, tum veri cultus, & religionis exemplo, referatur: quod saepe frustra fieret, si Melchisedec non sacrificasse obtineret aduersarij: immo tum ne Moses quidem extra omnem vanitatis suspicionem fuerit, qui sic habet, saltē in interprete: Melchisedec rex Salem protulit panem, & vinum. Quę hic est rei diuinę significatio: audi causam cur protulerit: Erat enim sacerdos Dei altissimi. Vides Hieronymum ita transtulisse; vt non potuerit melius catholico sensui consulere: Sed negant haeretici istam prolationem ad Dei cultū, aut sacrificiū pertinere; & particulā (enim) aiunt non recte additam ab Hieronymo. Rursus haerendū. Quod igitur Hiero. verbo proferendi reddidit, solet alibi clariū vertere per vocē offerēdi; quę admodū in Hebraicis quæst. ad hūc locū, & epi. 9. li. 2. ad Paulā, & Eustochiū (quam etiam ex stylo colligit Erasmus, homo naris emuntissimæ, dictata ab Hierony.) & ad 22. Matth. vbi Christus percundatur, qui David Christū Dominū appellaret. Nec se aliud eo loco intellexisse, quam verissimam oblationē testantur dilucidè Cyprianus lib. 2. epist. 3. Ambr. in Abrahamo, Aug. li. 17. c. 17. ciuit. Dei, & li. 15. cap. 22. & ad Innocētū, & alibi. Deniq; vt Eucheriu, & alios omittamus; parés Ecclesia sic iisdece vtitur verbis: Et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec: Ceterum (inquit) Hebræa veritas aliud postulat, quæ habet verbū πυρν hosti, quod educere significat. Evidē, si obliuisci liceret ruditatis cathechetice; facile hanc obiectiōnem ex Rabinis retunderem: nunc vero vt scripturę scripturas opponamus; legat, qui possunt, ca. Leuit. 16. vbi πυρν iatfa Aaronis post oblationē in sanctuario ad rē diuinā progressum, & opus ipsum significat. Rursus cap. 14. Deut. vbi iubentur Israélitē tertio quoq; anno separare aliam decimā. Ibi enim, quod Hieronymus. vertit (separab) 70. επίστολα, in qua dictione quædā intelligitur sanctificatio, & consecratio: Hebræi legūt πυρν thorfi, vt sacrificale huius verbi quādam agnoscamus significationē. Addat ca. 16. eiusdē li. Leuit. vbi πυρν tribuit ei, qui virtū educit extra castra; vbi statim lectori sacrificij in mētē venire necesse est. Haec igitur viderūt maiores nostri; nec dubitarunt, q; etiā in Septuaginta legebāt, offerēdi verbo reddere. Nā tametsi vox,

quæ hodiè habetur apud Septuaginta, ἐξηγεύεται non tam offerre, quām efferre significet: Epiph. tamē hæresi 55. ac Theodoretus in quest. ad Gé. quest. 63. sic transferunt: vt portiū ad oblationem, quām exportationem vergat. Nam dicit Epiphanius scripturam non habere κατηγορεῖται: sed ἐξέβαλε: uterque autē dicit quod Abrahamus προσηγένεται decimas: cū verò de Melchisedec est sermo, aiunt αὐτόδωκεν. Sed nunc accedamus ad sententiam: si tamen priūs de particula (*enīm*) verbo dixerimus. Adūdit igitur Hieronymus, quod in Hebræo non reperit. Et quis tam impudens, vt Hebraicæ sibi cognitionem arroget: neget tamen vnu omnium instar esse coniunctionū: adeoque hoc ipsum ex ipsis hereticorum Buceri, Bezae, & aliorū interpretamentis apertissimè demōstrari? Ne autem quisquam nos ista reliquo destitutos præsidio putet vrgere, videamus quid hac de re vetustissimi senserint interpres: quos vbi cōstiterit in Melchisedec factō sacrificium agnoscere, adeoque typum, imo nostri præscientiam sacrificij: tunc (arbitror) de toto negotio licebit decernere. Quod si igitur libeat rem altissimo petere principio: possimus Hebræos, qui ante Christum vixerunt, adducere: qui hoc in opere & sacrificiū, & typū agnouerūt. Lib. enim 10.c.6. Petrus Galatinus cūm alios plurimos huius sententiæ, tū Mosen Haderzanū, & antiquiore illo Samuelē nominat, qui Christi sacrificij figuram illud fuisse crediderunt. Extat in Hebræorum ordinaria glossa Salomonis Ioharij commentarius non pœnitendus, qui que magno est in pretio apud ipsos etiam hæreticos: is igitur dicit quidem istud fecisse Abrahām socios: mox tamē adiungit suis maioribus persuasum fuisse, genus rei diuinę, vbi panis fuerit pro victima, vinum autem libamentorū locū obtinuerit. Quis ergo ambigendū putabit nō simplicē panis, vniq̄e prolationē, sed sacrificiē fuisse? Quod si Iudæis infidelibus nolint fidē habere: apud eruditissimos meritō summā obtinet authoritatem Iosephus, qui paraphrastice hāc rē exponēs, addit, quod aduersarij dissimulat, super epulas Abramū collaudasse, & benedixisse Deum, qui illi subdiderat inimicos. Quid istud est, obsecro? Ex eo ipso Iosepho discendum est, qui seipsum commodiū interpretabitur. Is ergo lib. 3. cap. 10. formas tradens sacrificiorum, ait holocausta quidē igne consumi solere: at verò quæ pro gratiarum actione siebant, quale procul dubio fuit istud Melchisedecianum: paucis igne crematis, reliqua partim in usum sacerdotum, partim in offerentium epulationes cestisse. Itaque priūs quidem Melchisedec cecidit victimas Deo, pro fusis hostibus gratias agens, quæ deinceps hospitibus appositæ sunt. Verū ista certius, & apertiū Iosephi στρατος, & amicus Philo: primū quidē obscurius in lib. de puerorum institutione: apertissimè verò in libro, quo Abramū honorauit, in quo tractans factū illud Melchisedec, dicit eū quidē primū Deū honorasse precib⁹: deinde sacrificasse, & immolasse: ac postremū socios omnes lautissimo excepsisse conuiuio, & visceratione rerū sacrificatarū: & cū primis diligenter annotandū, quod asserat nihil aliud se referre, quām quod

lib. 1. cap. 17.  
Antiqui. In-  
dai.  
πρεπα τὴν  
ἐνωχίαν  
ἀντὸν οἰ-  
ταινεῖται  
ἡ αξιά,  
καὶ τὸν  
θεὸν ἐν λο-  
γοῖς.  
Latina habet  
cap. 13.

quod Moses quodā scriptis prodidisset: vt ille Philonis locus habeatur: pro certissimo huius ca. Gé. cōmentario. Quod si nunc descēdēdū sit ad scriptores Christianos, eosque vetustissimos: atque in illis si quicquā vel roboris, vel maiestatis, vel rerū nostrarū Scientiæ meritō pij inesse fatentur: in altera epist. Anacletus Pontif. & mart. & ( si quid hanc ad rē faciat) etiā Græcus, dicit Melchisedec obtulisse sacrificium. Sed quia Papa hic fuit, non plura de illo. Clemens Alexandrinus in 4. Strom. adducit hunc Melchisedec, qui per panem, & vinum nostram præfigutarit Eucharistiam: & ne vulgaria cogites, vocat τὴν ἡγιασμένην τροφὴν εἰς τὸν παρὰ ἐνχαριστόν, id est, sanctificatū alimentū in figurā Eucharistiæ: quod certè ad rē diuinam pertinet: aliās quę sanctificatio in cibo isto vulgaris: Deinde Euseb. in laudatissimis de Eūang. Demonst. libris cap. 3. lib. 5. habet certissimam omnium commentorum securim: qui, polte aquam Aaronis, & Melchisedeci sacerdotium inter se se prolixè commilisserit: tandem cum ipso Melchisedec Seruatorem comparans, inquit: *Quemadmodum ille, qui sacerdos erat gentium, nusquam videtur corporalibus sa- crificijs functus, sed vino solo, & pane, dum ipsi Abramam benedicit (viden', vt cum Iosepho, & Philone conueniat?) ita sancè primus ipse Salvator, ac Dominus noster: deinde, qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus genti- bus spiritale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeuntur vino, & pane, & corporis illius, ac salutaris sanguinis mysteria representant: que sancè mysteria Melchisedec tanto antè spiritu diuino cognouerat: & re- rum futurarum imaginibus usus fuerat, sicut etiam Moysi scriptura testifica- tur, vbi ait: Et Melchisedec rex Salem protulit panem, & vinum. Quid post tantam lucem desiderari potest? Huic tamen penè ad verbum subscrabit Epiphanius in Melchisedecianis, dicens hunc suo factō enigmata no- strū mysteriorum præfigurasse. Tertullianus quoque lib. aduersus Iu- dæos hac de re differens oblationis vocem usurpat. Quid porro Am- brosiū lib. 4.c.1. & lib. 5.c.3. offic. & in comment. ad Genesim, quid Eu- cherium, seu, quisquis fuerit eius commentarij sancè quām elegantissimi consarcinator, qui hoc nomine circūfertur, prolixè attinet commemo- rare: Cyprianum ex li. 2. epistola 3. Hieronymum, & Aug. variis ex locis superiū attuli. His omnibus duos Græcos libet adiungere, Damasc. ac Théodorenum: quorum prior lib. 4.c.14. orth. fid. *Pane, & vino suscepit. Melchisedec Abramam*, inquit, *ex cæde alienigenarum redenntem: illa au- tem mensa hanc mysticam loquitur autē eo-capite de tremendis myste- riis: mensam præfigurauit: velut & sacerdos ille Christi veri Pontificis, & sacerdotis figuram præ se ferrebat*. Posterior autē ad quest. 63. in Genesim respōdet nō obtulisse illum carnē, & sanguinem: sed panē, & vinū, quæ Ecclesiæ catholicæ oblationē significabāt. Hæc est igitur vtriusque gé- tis sententia: sic Hebræi, sic Græci, Latinique persuasum habuerunt, oblata fuisse panem, & vinū, nec eam rē sacrificio caruisse, quod oblationis Christianorum gereret imaginem. Vnde concludamus oportet factū ab Ecclesia rectissimè, quæ suam hanc fidē, & multis hymnis, &*

cātis; inq; ipsi sacrificij penetralibus testatam facere voluerit: quibus ad istum modum constitutis, iam licet de aliqua definiitione cogitare.

*Quid sit sacrificium, quia ad illud requisita, quia eius sint fines.*

Catechesis 134.



I Spiritus sancto, atque alterutri Tridentino conuentui visum foret, inter mille controvexas è medio fœliciter sublatas, & salubriter dissolutas, obscurissimam definiitionis sacrificij questionem ad eum modum illustrare: non solum aduersariis, & scholis orthodoxis melius consultum videretur: verum etiam liceret hic nobis acquiescere, & huius disputationis compendiū facere. At nūc tantū abest, vt id sperare possimus factū: vt (si fas est dicere) simus deinceps iniquiore loco pugnaturi. Poterāmus enim haec tenus aduersariis prescribere ex vocibus attributis, nostro sacrificio, & Patrum testimoniis, vel vti Augustini definitione: vel postremò fateri hoc nostrum sacrificium esse quidem improprium: non tamen illud nomen malè retinere, cūm sit primi illius sacrificij Christi imitatio. Nunc autē in primo statim canone 22. sessionis damnatū Tridentini Patres, imò, qui per eos loquebatur. Spiritus sanctus omnes, qui missam non propriū dicunt sacrificiū: tertius autem canō execratos habere iubet eos, qui adserūt eātenus modō dici missam sacrificium, quatenus est eius, quod in cruce peractum est, commemoratione. Quapropter nobis nihil est reliquū: nisi ipsi conemur partim ex oracularibus litteris, partim ex Patrum monumentis, propriam definitionē eruere, quam deinde nostro sacrificio ad vnguem conuenire liquidō monstramus: quod si effectū dare voluerimus: postea Patrum testimonia delibare, & in amēcissima luce versati licebit. Nūc ad rem. Prius tamen reuocandum est in memoriam sacrificiū Græcis dici partim θυσία, partim ἱερεγέρεια: Hebrais נִזְבֵּחַ zebach. Hoc enim nō minimum nostram iuabit investigationem sacrificij, quod in earum rerum ordine quaerendū est, quia ad aliquid dicuntur. Igitur sacrificiū aio, vel opus, vel actionē. Hoc enim genus indicat Augustin⁹, & posteri probāt: sed plurimi in ipsa expositione cæspitāt. Nā opus per flexum torquēt ad rem sacrificatā: cūm ea sit à sacrificio distinguēda. Sacrificium enim rē sacrificatā exhibet: nō autem est ipsa. Est ergo sacrificiū opus, actus, siue actio. Si quis addubit, adeat ipsa græca nomina: aut, si malit, latina quoque, quæ simili compositione designant actionē, vt lanificium, opificiū, &c. Porro cūm sint multiplices actiones, ne quid adferat questionē: excludamus quicqnid est prophanum: & dicamus esse actionem sacram, idq; non vno modo. Nam siue Deū ipsum authorem intelligas: sacratissimū est, quicquid ab illo sit: si finē spēctes: quid cultu Dēi sacratius? Postremò ipsa materia, tanquam rei diuinæ destinata, aut (vt verius loquar) tanquam diuinissima res, meritō sacra dicitur. Nam & victimæ sic appellantur. Sed exemplū tandem catechumenorum animos. *Est sacrificium actio sacra,* qua

*Quid sacrificiū vide infra.*

qua victimæ siue hostia ita afficiatur: immuteturque: vt à mastatione, & crematione nō sit aliena. Iā ista, si placet, accuratiū perlustremus: Nam omnē genus oblationū cum his, quæ haec tenus exposita sunt, pulcherrimē conuenit: sed in sacrificio, quænam fiat mastatio, diligenter indagandū. Et poterant præstituta nomina ferè negotium absoluere. Hebraicū enim θυσία & syriacum נִזְבֵּחַ deuach à iugulando, mastadóque nomen habere nemo dubitat: sed & græca dictio θυσία deducta fertur ἀπὸ τοῦ θύειν, & tantundem significat (ne dicam Latinis olim sacrificandi verbum sic usurpatum) vt Ammonius, & Ioannes Grammaticus diligentissimi proprietatum scriptores attestātur. Sed vt hæc mittamus: &, si quid scrupuli restat, ad Lactantiū lib. 6. c. 15, diuin. Instit. Euseb. lib. 1. c. vlt. demonstr. euāg. Chrysost. ac Theophyl. ad 8. c. epistolæ ad Heb. remittamus: necesse erat victimam prius iugulari, quām altari imponeretur. Sed cremationem quī (obsecro) necessariam in sacrificio esse docebimus? Huc primum faciunt iā nominati Chrysost. Theophyl. Ammonius, & Ioannes, qui in voce θυσίας partim iugulationem, partim cremationē aiunt cōprehendi. Certè in holocausto nihil opus est probatione. In alterius generis sacrificiis adurebantur cor, armus, renes, iecur, aruima, & caput. Quin imò Lactantiū producto nunc loco, dicit gentes sacrificium appellasse, quicquid in altari concremabat. Ergo intelligenda est crematio siue partis alicuius victimæ. Et poterant ista sufficere: maximè si, si nūm adiungamus considerationem. Primum igitur non quilibet ista actio torquenda est: sed ad supremi numinis cultum, ac veneracionem, cui instar peculij in primis, ac soli debetur: adeò vt Moses morte mulctari iubeat eum, qui vlli alteri, hanc religionem exhibuerit: & barbarus ille Naamā vix eleuans caput ē cæno idololatriæ, se diligētē datum operam pollicetur, ac vouet: vt nulli, præterquam vni Deo, sacrificium offerat. Cuius rei pluribus in locis causam reddit Moses, quoties absterrit Israélitas à cultu idolorum: *Quia Dominus Deus tuus est, ignis consumens Deus emulator: Deus Deorum, & Dominus Dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis: Ego sum Dominus Deus vester.* Ergo accedat hic haec tenus præstitutæ definitioni: vt sacra illa actio, à mastatione, & crematione minimè aliena, fiat Deo soli, ad ipsius colendissimæ maiestatis professionem. Alios porrò sacrificij fines suaserim petere ab Eusebijo lib. 1. cap. xult. de monist. euang. Iosepho lib. 3. cap. 10. antiq. Iudaic. vbi congestum est, quicquid homo doctissimus in tota penē lege Moysica huc faceat deprehendit: & ex Philonis lib. de animalibus sacrificiis, vbi præter iam indicatum, tripli-cem sacræ huius actionis finem ostendit: Et holocaustum quidem ait Deo ob solam eius maiestatem sacrosanctam offerri: ad quādam summi illius dominij professionem, & illud genus esse maximi liberale: cūm cætera videantur propria magis spectare comoda: & quid autem deuergere? Atque hinc catholicī finem re-sibi haberent propositionem. Nam Eusebius, & illum sequtisi

sacrificiū præcipuum finis.  
Exod. 22.

Deu. 4. & 10.  
Leuit. 26.

scholastici doctores omnes certatim ostendat ad huiuscmodi sacrificij oblationem omnes mortales adstrictos: cum nullus ita nouercam naturam sit expertus, aut proprio vitio depravatus, qui non huius rei causas in se deprehendat: & mentis quidem occulto iudicio meliora probet, tametsi deteriora sequatur. Sed nunc ad fines reliquos. Non sat est Reliqui finis sacrificij. igitur, ut homo numen illud supremum admiretur, suspiciat, adoret: sed ab eo fastigio mentis oculos paulisper ad suipius considerationem inclinans, descendat in se, propriamente miseriam agnoscat oportet. Itaque nescio quo spiritu *aner̄spyn̄s* istos, hoc est, osores sacrificij praeditos esse dicam, nisi eius, qui nullum non mouet lapidem: ut nos a nostrummet cognitione prohibeat, reddatque prorsus exoculatos. Proximum est autem, ut posteaquam sibiipsis innotuerint homines, ingenuè fateantur egere se auxilio, & ope Dei, non solum ut peccata fugere, sed ut officium praestare valeant: quod per sacrificium fit commodissime, per quod emendicamus Dei summi parentis benignissimam gratiam, ea nos indigere, eamque nos a solo patre, & conditore sperare professi: qua re nihil illi vel gratū magis, vel sanctius excogitari potest. Postremus denique finis erit: ut pro admissis expiandis partim fiat satis diuinę iustitiae: partim petatur venia, offensaque placetur diuinitas. Eapropter, ut sacrificij vim expiatricem agnoscemus, passim in sacrificiis Mosaicis videri est hanc appendicem: *Ei orabit sacerdos pro peccato eius, & remitteret ei.* Vnde licet coniicere, quām veritati cōsentaneè faciant, qui hæc omnia in animi otiosis figurationibus cōstituant: cum & ipsi sacrificio pias, & religiosas preces diuinæ adiungant litteræ. Et sic sinuosæ definitionis tandem hic finis esto: quam optarim a nostris catechumenis mandati memoriarū futurā proculdubio ad res multas vñsi. Et idcirco licet hīc sepositis omnibus nudam, integrāmque repetere. *Est ergo sacrificium actio sacra, qua victima ita afficiatur, atque immutetur: ut neque ab immolatione, seu maculatione, neque a crematione exsistat aliena offerraturque uni, ac soli Deo, ad sua quidem colendissima maiestatis: nostra autem, hoc est, mortalium sacrificantium subiectio, opis eius necessaria petenda, gratae mentis declaranda, & venia optata, cum per animi votū, tum per religiosas preces, & decentissimas ceremonias sanctissimam professionem.*

Zecuit. 4.12.  
14.15.

Num. 15.

sacrificij defini-

*Sacrificij definitionem missa pulchre per omnia quadra- drare ostendit.*

Catechesis 135.

**N**vidius quartus conati sumus ex antiquitate theologica eruere descriptionē veri, ac proprij sacrificij. Superest, ut, quām exacte ista seu definitio, seu descriptio in vnicū catholicę missę sacrificij cōpetat, quēadmodū recipim⁹, ostendamus. Audax conatus, & quē non sine metu, ne res non satis p̄spere cedat, aggredimur nō de rei veritate ambigētes: sed nostrę conscię

conscię tenuitatis. Quemadmodū enim imperitus nauclerus ad importuosum, vadosumque littus frementibus Euris, neque nauim reducere, neque naufragium effugere potest: cum discriminī rei nauticæ peritiores in tempore se subduxerint: ita nobiscum impräsentiarum actum est. Nam cum hucusque pannis velis scholastici doctores tempestuosæ vitæ comites se præbuerint: hic nos deseruist: vbi definitio ac sacrificium est commodanda. Reliqui Patres apparent rari nantes in gurgite vasto. Nonnulli post conuentum Tridentinum sic rem istam dare affectam conati sunt: ut sua tamen vitia sustineant. Igitur duo sunt necessariò præstituenda, sine quibus quicquam successurum prosperè vix sperandum est: nimirū Christi perpessionem fuisse absolutissimum sacrificium. Hoc enim (ni fallor) libentissimè concedent hæretici: ex quo nobis initium lucis, ac viæ mox affulgere videntes, optabunt fortassis se non tam fuisse liberales. Deinde ne traditæ definitionis quisquam obliuiscatur, quæ futura est veluti cardo, in quo sequens disputatio versabitur. Principiò igitur videndum Missa a. Actio est, sitne missa actio: de qua re tamen laborandum non erit: cum ipsi met aduersarij fateātur veteres Græcos missam *τερπγηλαρ* appellare, Latinos sacrificium: qua vocabula nullus actionem denotare est inficiaturus. Huc accedit totam scholam catholicorum (ut suo loco videbimus) Christi verba: *Hoc faciē in meam commemorationem, de nostra missa interpretari.* Quid illud, quod periti antiquitatis christianæ notarunt, vix vñlum frequentius occurrere vocabulum, quām agendorum, actionis, agere, & huiusmodi? Et si vñus, aut alter sit in medium adducendus: Rom. Clemens epistola 3. semel quidem, atque iterum dicit missas facere: sed sep̄ius agendorum nomen usurpat. Illi comes eat Felix Pont. qui, scribens ad vniuersam Ecclesiam, missa agere, & facere habet pro iisdem: & huiusmodi decretorum immensam copiam adseruarunt Burch. Isid. Iuo. & Gratianus. Quia ipse Sulpitius in elegantissimo opere non detrectauit simplicem, minimēque affectatam Ecclesiæ nomenclationem: vbi narrat D. Martinum data veste in eleemosynam pauperi, iussisse, ut coēmeretur sagum, quo indutus procederet ad agenda solemnia: & ibidem archidiaconus dicit Beda lib. 2. horam appetuisse, qua consuetudo depositebatagi solennia. Omitto Ang. hist. ca. quod in nostris missalibus inscriptum sit: *Infra actionem, quasi dicas breves agendas in media actione.* Ex quibus liquet antiquitatis actionem idem fuisse, appellat. quod missam. Est igitur actio non quælibet: sed facta: quemadmodū ex totius disputationis procursu fiet perspicuum. Et enim siue authorem spectes, siue rem affectam, siue quidvis aliud: rectissimè sacram esse dixeris. Et si quis hæreat: vel prophana Trebatij definitiore cogendus est, qui sacram esse dicit, quod vel Dei, vel Deorum est, aut censem̄tur. Cæterum hanc actionem afficere, seu immutare victimam difficile est probatum: & vt quid mihi sit animi, proferam ingeniuū: mallem doctiores audire, quām apud alios catechistā agere. Sunt enim hic tales. Saturnal. c. 5. Macrob. lib. 3. scopuli:

*In*greditur scopuli; vt eos etiam doctissimi viri vix inoffensè præter legere potuerint; ne dicam plerosque graniter impegnisse. Nam cùm hac de re, primo conuentu Tridentino ageretur, non defuerunt viri præstantissimi, qui hanc immutationem in ipsa iam hostia consecrata se deprehendisse putarent, quam ad postremum frangi cernebant: quod quām sit alienum ab antiquitate, vel hinc doceri potest, quodd fræctio hæc sanorum omnium iudicio sit tantum ipsorum accendentium, quæ sanc corpus non esse Christi, est vniuersis fidelibus persuasissimum. Itaque non possumus, nisi vehementer impropriæ fractionem ad ipsum Christi corpus torquere. Scio Chrysost. sic loqui; vt affectus mōueret; & dicere Christum pati in Eucharistia, quod in cruce non pertulit: sed illa tempori, & perturbationi affectuum seruiebant. Non est igitur, hac in parte quārenda mutatio. Alij ab olla in prunas ( vt dicitur) quia, dum illa laxavitant, in latentes è diuerso syrtes nauigium implicarunt; dixerūtque hanc mutationem inueniendam in corpore Domini considentis in dextera patris, quod momento consecrationis incipiat ratione sacramentali esse in altari: quæ sententia non vnum tantum errorem deuehit secum. Nam tum fatari cogeremur gloriose corpori mutationem accidere, sicque recte docere quosdam, sacrificium istud habere propriam efficacitatem, non è cruce deriuatam: quod impie dicitur, tametsi non impio animo. Sed his omissis, ad id, quod rectum esse puto, veniamus. Nec tamen nocebit errorum cognitio, vt veritas tantò magis diligatur. Vicitima igitur, quam demutandam decimus, non est accipienda de ea, quæ ad postremum in altari residet, quod melius intelligent catechumeni, si antitypū ex typo metiantur. Quando Mosaicum sacrificium verum, ac proprium instituebatur; oportebat victimam ad pedem altaris iugulari, purgari, aptari, pellem detrahiri, secari, & cætera parari; vt tunc demum imponeretur altari. Quemadmodum igitur ibi multa præcedunt ipsam oblationem; sic in isto negotio fieri quisque debet intelligere. Panis enim, & vinum sunt ipsa victimam, quam mutationis non esse expertem adseruimus. Et si paradoxum istud videatur; faxo patris, vt rem ita se habere fiat manifestissimum. Hoc igitur primum esto. Legatur quædam secreta, feria 3. quartæ hebdomadæ quadragesimæ, in hanc sententiam, cùm tamen sacerdos tum adhuc in prima sacrificij parte versetur: *Hoc hostia, quæ sumus Domine, emundet nostra delicia, & adicebrandum sacrificium, corpora nostra, menem & r̄nū offerens.*

*Quid faciat* sacerdos pa-  
emiundet nostra delicia, & adicebrandum sacrificium, corpora nostra, menem & r̄nū offerens. Sed & istud lūdem postulat. Ergo dum sacerdos panem, & vinum offert, maiores nostri aitunt (vt infra patebit) panem illum sisti Deo, tanquam symbolum, figuram, & dñi dñḡp, id est, retributionem omnium corporalium bonorum, simusque postulati, vt nō uis beneficiis corpora nostra cumulentur, in quem vsum gratiæ præcedentibus redduntur benefactis, ne impudens sit postulatio: quod dum fit, proculdubio mundantur peccata: nec solū quotidiani nœui diluantur, sed & grauiorū impetratur pœnitentia, mēnsque hominis erigitur

erigitur in Deum. Deinde dum vinum offertur, agimus gratias pro domis, muneribusque spiritualibus animæ nostræ collatis: & ampliora pertinunt. Vinum enim est animæ symbolum, quod ad sanguinis accedit similitudinem: ac tpm etiam efficit religio, vt mētes, & corpora cooperantur sanctificentur. Sed prolixior sum. Itaque hoc vnum addam, Ecclæsiam ipsam in minori canone disertè hostiam nominare panem, & vinum: quibus etiam metonymicās sacrificij tribuit appellationē, quod facit ipse etiam canon interior: vt Eutychiano PP. & Burchardo persuasum fuisse: testatur eiusdem Pontificis decretum 9. relatum à Burchardo lib. 1. Decret. cap. 9: interrogatione 88. vbi quærendum esse tradit, si viri, & foeminae oblationem, id est, panem, & vinum ad missas offerant professe, suisque omnibus: vt in canone continetur. Pro eadem re vide can. 3. Apostolorum 1. & sextæ synodi 32. & Carthag. 4. in nomocan. Aug. depicit. Dei lib. 17. cap. 6. Cyprianum lib. 2. epist. 3: Greg. Magnum lib. 4. dialog. cap. 55. Albinum Flaccum lib. de diuī off. cap. de celebratione missæ. Hanc igitur hostiam, seu victimam, & oblationem in credibili quoddam modo mutari iam dudum præstitutum est. Itaque fidē in concusa retinendum est, non esse aliud in Eucharistia, quām corpus, & sanguinem Domini, quæ exhibet nobis ipsa consecratio. Verum esto, inquiet aliquis, huiuscmodi sit immutatio: quo pacto autem immolationem, & mactationem inuenies? Hic poteramus nos expedire Trid. conc. decretis, authopitate, quæ apertissime Christū immolari tradidunt: sed recens. Iheronim. fidei minuti apud aduersarios: nec est quoddam, velut in penitentiæ testium, vnius concilij suffragio (quod tamen p̄iis omnibus abunde satiſ est) nitamur: cùm tota antiquitas hæc rem nobiscum agnouerit. Et vnum, aut alterum testem adducam. Chrysost. ad cap. 10. prioris ad Corinth. & lib. 3. cap. 4. & lib. 6. cap. 4. de dignitate sacerdoti, disertissimè dicit sacerdotem adstare, & ipsam victimam immolare: tantaque verborum, vt utrū vehementia: vt sacramentariis bilem moueat. Ignatius ad Smyrenenses dicit non licere sine Episcopo ὑπό τη γενομένη. Huc aduocandi erant Hippolytus antiquissimus martyr lib. de Anti-christo, Nazianz. in carmine, quo Dei sacerdotes celebrat: & ipse Græcorum liturgia: sed hæc non valent litera penitus dirimere: nam & ego fateor esse figurata: præsertim cùm nullum hīc sanguinem videamus; & ipsi metathores, quos nominamus, vocent ἀναμνήσεων. Itaque missis authoritatibus, ex ipsa rei natura sunt demonstrationes assumendæ. Nō fit igitur hic noua mactatio, & iugulatio, quæ citra luculentam Christi sacrificij iniuriam fieri non posset: sed quemadmodum in Mosaico sacrificio ante mactabatur victimæ, quām sisteretur Deo; ad eum modum sufficit, vt hæc victimæ, quæ hīc tempore consecrationis offertur, fuerit semel in cruce iugulata, & pro nobis infamem mortem perpeſsa. Verum, inquietus latum est in hac similitudine: discrimen: nam singulæ hostiae in Mosaico sacrificiis mactabantur. Esto. Respondent tibi Chrysost. Theophyl. & Ambrosius ad 10. cap. Hebræ. istud olim factum propter vi

*Quæ qualis  
eribit in sa-  
crificio cathe-  
lico quærenda  
mutatio.  
Sess. 22.  
can. 1.*

*Nicolaus ca-*  
*basilus Gra-*  
*cus liturgia*  
*chrysostomus inter-*  
*pres lib de sa-*  
*crificio.ca 32*

pter victimarum illarum prelxem virtutem, & efficaciam penè nullam hinc autem, in catholico nempe sacrificio, non repeti mactationem hostiæ illius, quæ semel mactata tantam habuit vim: vt aliud nihil accedere queat, nisi vt euadamus illius confortes. In quam potentissimam (in quam) hostiam, cùm præcedaneæ hostiæ in singulis sacrificiis mutantur ineffabili quadam transsubstatiatione: quis non videt talem victimam, ad postremum à mactatione reuerà non esse alienam? Quod cùm ita sit: habes, Christiane, victimam non tantum immutatam: sed etiam in cruce pro te iugulatam. Supereft probare nostrum istud sacrificium non esse cremationis expers. Evidē in cruce non appareret crematio: vt iure queamus hinc etiam non requirere. Dicit enim Chrysostomus in altari nostro, adeoque in ipsa cruce, non apparere incendium, aut flamas: esse nihilominus sacrificium, ubi sanguis non desit. Quid enim? Summus sacerdos, quando semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorum, utique non ignem: sed sanguinem offerebat: & nihilominus erat verum sacrificium: at in nostro, quia flammarum globos euolui non cernis, negabis esse sacrificij veritatem? Ne tamen nihil sit, quod instar cremationis esse queat: Chrysost. cum suis, adserit Christum pro flammis habuisse Spiritum sanctum, qui totum peruersit sacrificium, quod sacratissimi desiderij diuino cōflagravit incendio. Postremo (ne quid dissimile) videtur mihi Christus, dum illud suis mādaret Apostolis, quod in 3. can. Apostolorum refertur, quem sexta synodus approbauit: nempe vt oleum ad lampadas, & thymiana, seu iacentum offerretur tempore, quo sancta celebratur oblatio, sensibili signo voluisse supplere, quod in cruce defuerat, & aliqui in re diuina requiruntur. Miraberis, si perpendas, quid ante nongentos plus minus annos à Patribus Rotomag: conc. statutum fuit can. 1. quem seruauit Burchardus li. decret. 3. ca. 227. *Vt tempore, quo euangelium legitur, finitique offertorio super oblationem incensum, in mortem videlicet redemptoris nostri, ponatur decreuimus.* Quid enim aliud, nisi cremationis vicem, istud habere dicemus? Adde tamen & illud: in veteri lege disiunctas fuisse partes, quæ Deo offerrentur, seu quæ incenderentur: & quæ in usum cùm sacrificiorum, tum sacrificium offerrentium cederent. Sed de istis præcipuis (ni fallar) & maximi momenti haec tenus.

*Oblationem omni sacrificio adesse oportere docet, & qua parte sa-*  
*cificij catholici ea sit, possumus vero præcipuos eius fines*  
*enumerando probat.*

### Catechesis 136.



Enio ad argumentum omnium difficultimum, quod si in ista catechetica, hoc est, rudi, & extemporal tractatione licuerit, breuiter quidem: sed non infeliciter absoluere: non dubito lucis plurimum accessurum, & iis quæ dicta sunt, & quæ porro dicentur. Ostendimus igitur missam esse sacram

esse sacram actionem mactationis, & cremationis nequaquam expertem: nunc probandum supereft, in eadem veram esse oblationem eius victimæ, quam alias propriam constituimus. Prius tamen uno verbo ostendendum, in omni sacrificio necessariam esse oblationem. Igitur inter omnes, qui de re diuina scripserunt, Græcos, Latinos, fideles, & infideles conuenit, sacrificij genus oblationem esse. Adhuc ignorat nemo sacrificium non in scripturis modo: sed & in sanctorum Patrum libris generali nomine dici τὸν ἀρτοφόρα, η τὸν ἀρτοφόρησα, id est, oblationem, & oblata: & Syro vocabulo κυρβόνι κurban, & κυρβίνη curban. Insuper, ybicumque est mentio sacrificij, ex adiūctis indicatur oblationis ratio: vt Hebræor. II. Υεράλ αὐτὸν τροφήν γέγενε τε, id est, Hostiam Abel obtulit Dœ: & infra τίτλο τροφήν νοχεψ ἀβραὰμ τὸν ιακών, id est, Fide obtulit Abraham Isaac. Sed quid opus exemplis in re nusquam non obvia? Omitto sacrificia interdum appellari dona, quibus proculdubio competit oblationis significatio: cùm donum minimè vocetur, nisi traditum alteri. Si igitur istud constitutum, omne sacrificium oblationem quandam habere. Sed iam nostræ quoque missæ id esse proprium conetur ostendere. Et primùm eò pertinet, quod in nostris, & græcanicis formulis sacrificij, sacrificandi, oblationisque voces frequenter occurunt. Deinde Græci (vt iam diximus) per syncedochen τροφόρα appellant, quod nomen can. 3. & 8. Apostolicis legitur. Adde Syros κυρβόνι κurban, & Malachiam 1. & 3. cap. 11 minchah vocare: quæ ab accedendo, seu apportando nomen habere nemo nescit. Prophetam ep̄im de nostro verba facere sacrificio, vt confessum sumo pluribus ea de fe mox acturus. Si quis Patres citare nos velit: ne nullos habeat, adeat Ignatium ad Smyrnæos, dicentem sine Episcopo non esse fas ἡτε τροφέρειν, Στερεοτροφησαντες. Et vt multos compendio proferamus: adeat Nicæna synodi prioris can. 18. Gangren. can. 1. & 20. & Laodicenæ can. 18. in quo huīs rei luculentissimum fertur testimonium. Quid illud, quod Iacobus in sua liturgia dicit sacerdotem Christi consecrantis gestus, & verba referentem, assumpto pane sic patrem compellare: ἀναβλέψας εἰς τὸν ἔγαρον, καὶ ἀναβλέψας τοῦ τῷ θεῷ, καὶ τῷ πνεύματι, id est, suspiciens in cœlum, & ostendens tibi Dœ, & patri: cui ceremoniaæ Dionys. calculum addit cap. 3. Eecl. Hier. afferens apostolica illa ætate pontificem bis dominum ea, quæ sunt maximè diuina, postquam laudibus esset proscenatus, omnium oculis subiecisse. Sed quid verbis opus est: cùm illud ipsum nobis oblicitant aduersarij: Itud potius inuestigandum, qua in sacrificij parte consistat hæc oblatio. Et quidem, qui hac de re scripserunt, satis esse putant, si doceant semper fuisse à Christianis aliquid oblatum ad missas: quod tamē huic nodo secundo minimè videtur sufficere. Etenim hic necessarium est (vt res nostræ pulchre procedant) ostendi non quidlibet: sed victimam illam isti sacrificio propriam, nempe Christum, offerri: atque dum vel more maiorum panis, vinum, incensum: vel nostro, nūcamulus aliquis offeritur: non listitur Deo patri suis filius: ac ne

H h 3 tum qui

*In omni sacri-*  
*ficio nequaquam*  
*oblationem esse.*

*Adest oblatio*  
*sacrificij ca-*  
*tholico.*

*Prius tamen uno*  
*verbo ostendendum,*  
*in omni sacrificio*  
*necessarium est obla-*  
*tio.*

tum quidem, cùm ipse sacerdos panem impositum calici porrigit. Non est hac in parte querenda missæ oblatio. Non defunt, qui huius rei conficij, putent ibi latere, quod quærimus, vbi sacerdos post consecrationem dicit se vñā cum populo memores diuinorum beneficiorum, quæ tum enumerat, offerre; vbi revera est oblatio quedam: sed ne illa quidem sacrificialis. Nam cùm Cyprianus lib. 2. epistola 3. dicat Christum se Deo patri obtulisse, in institutione tremendorum mysteriorum: in qua certè huiusmodi non est oratione vñus: liquet alibi quærendam hanc oblationem. Et hanc rem melius intelligent, quibus lecta, & diligenter expensa sunt, que Ioannes IX. Pont. ex ore D. Gregorij de illius vita scripsit lib. 2. nimirū Apostolos his functos mysteriis, prolatis tantum formis, & oratione dominica. In hac autem oblationi nihil esse simile, cuius est perspicuum. Superest igitur, vt in illis formis, seu in consecratione consistat, quo cunque tandem gestu, siue sublatis manibus, vt Graeci; siue de pressis pronuntientur ab eo, qui sacris ministeriis sit deputatus: naturamque suæ retineat institutionis: tametsi Graeci pane, & calice sublatis in altum, oblationem magis exprimant; quamvis neque Latini (si quis aduertat) dent obscura oblationis indica. Et si quid sit à figuris praesidijs, addde nullum sacrificium in lege Moses. non aliquam elevationem habuisse, quæ partim n̄ in thenouphah, partim n̄ in theroumah dicitur. Eam verò fuisse instar oblationis, abunde testatum faciunt interpretes Septuaginta, & Hierony. Quemadmodum igitur dictum est de immolatione: sic dum sacerdos facit, quod iussus est à Christo faceret: reuocat in vñsum eam, quæ in cruce peracta est, oblationem: & eandem sifit Deo patri, siue tollat in sublime, siue non. Cæterum quia iam repetiuimus oblationem istam Deo patri fieri: fortassis non decrit, qui illud cupiat magis explicari. Docent igitur Graecorum liturgiæ, & nostræ, preces vbiique ad patrem diligendas: non tamen excludunt filium, & Spiritum sanctum. Tota enim Trinitas colitur sacrificio: sed tamen Christus hunc honorem & ipse patri detulit: & nos idem factitare suo exemplo docuit. Idejusq; Patres Carthaginens. concil. 3. ca. 23. disertè prohibent sermonem nominatum ad filium dirigi. Rem eandem docet doctissimus Chrysost. commentator, Nicolaus Cabasilas libri de re diuina cap. 3. n̄e quis hoc à nobis temerè positum in definitione arbitretur. Porro fieri istud à nobis ad agnitionem diuine maiestatis, affatim inde probabitur, quod Malachias propheta ca. 1. & 3. vocet oblationem mundam: & dicat offerri Deo, qui nomen magnam est in gentibus: offerri (inquit) in iustitia: & placitum Deo, qui fastidit antiqua omnia sacrificia. Quis autem neget diuinum nominis amplitudinem, quæ ista commendatur oblatione, ad ipsius pertinere maiestatem? Sed istorum locus erit rursus, vbi ad fines deuentum fuerit. Iam si & istud probationem requirat, fieri nimirū; vt testata fiat nostra sacrificantium subiectio: huic rei sufficerit, quod Leuit. cap. 1. & 8. Moses iubeat eos, qui hec cultu Deum afficiendum sibi pertinent,

*Quemodo sa-  
crificauerint  
Apostoli.*

*Zenit. 7.8. &  
14.*

*Quemodo di-  
catur Deo pa-  
tri fieri sacri-  
ficium.*

*Sacrificio fit  
ad agnitionem  
supremi domi-  
ni. Dei.*

*Sacrificio ser-  
vitus præsta-  
mus objiciū.  
Eusebius lib. 1.  
demonst. E-  
uangel. cap. pl.*

tarent, hostiarum capitibus dexteræ manus imponere, & ad sacerdotē animal ipsum capite prehensum adducere: quasi pro suis animabus, & capitibus alienum sanguinem offerrent, quibus proprium fundere non licebat, qui ritus præculdubiò continebat oblationem. Cùm enim in nostro sacrificio sit huiusmodi vel oblatio, vel eleuatio, vel repræsentatio: fatetur haud dubiè sacerdos & se, & plebem adstantem Deo esse obnoxios; ac proinde offerre victimam illam pro suo, & totius plebis capite jingenuèque testantur omnes, agnoscere sese verum, viuum, æternūque Deum, ac Dominum, séque illius clientes, & seruos. Super sunt sacrificio pe-  
& alij tres fines, quorum primus est, atque ad sacrificij naturam requiri-  
tur, opis diuinæ petitio, qua re vel ex toto canone, vel ex omnibus ora-  
tionibus, siue collectis (vt vocant) quæ adhiberi solent, quásque Hiero-  
nymo nonnulli tribuunt, nihil colligi potest manifestius. Rerum autem petendarum tanda est diuersitas; vt tradi regula non possit: & quia pre-  
ces & in collectis, seu conuentibus totius Ecclesiæ cuiuspiam fundun-  
tur, & vel omnia, vel certè præcipua congregati populi postulata con-  
prehendunt; collectorum nomen acceperunt. Sed & liturgiæ Grecorum tam minutè poscūt omnia; vt penè nimirū videantur. Ad hæc per sacrificium requiri veniam admissorum probandum non est: cùm ista res po-  
tissimum nostros aduersarios ad blasphemandum impellat, quod in-  
genue catholici prædicet pro viuis, ac defunctis operari se rei diuinæ. Cùm enim per Malachiam clamet Dominus hoc sacrificium sibi per placere:  
qui verum illud esse queat; si irati per peccatum numinis non placet of-  
fensam? Postremò requiritur, vt sacrificantes gratiæ mentem Deo appro-  
bent. Christus autem hanc vnam gratiæ mentis significationem à nobis reposcens: *Hoc facie, aiebat, in meam commemorationem*, quibus in ver-  
bis dicit Irenæus lib. 4. cap. 34. & 32. aduersus Valentiniū iussum esse à Christo, vt fideles sacrificium offerrent, ne sint infructuosi, & ingra-  
ti. Quod etiam pertinet Origenis disputatio lib. 8. contra Celsum,  
vbi scribit Christianorum sacrificio testatum fieri, illos Deo suo esse  
gratissimos; vnde & nomen illi Eucharistiæ. Verum & illud persuasi-  
sum esse oportet, hæreticis nos eo nomine deridentibus; quod pro-  
acceptis à Deo beneficiis celebremus missas de sancto Spiritu. Cæ-  
terum nec illud prætereundum est, quod fieri dicitur per vota, & pre-  
ces. Nam animum esse præsentem opportere notissimum est; cùm ora-  
re, & multa demurmurate nihil profit, mente aliis in rebus occupata.  
Hinc ipso canone Dei veluti appellatur conscientia, cui & fides,  
& deuotio cooperantium cognita sit: vnde quisque, prout est affe-  
ctus, magis, minusve sacrificij fructibus cumulatus abscedit. Quod ad preces, nulla est questio, presertim cùm alias ostenderimus veteres eo  
ipso nomine rem diuinam εὐχὰς, siue preces per synecdochen appella-  
sse. Hinc Tertullianus aduersus Scapulam dicit Christianos pu-  
ra prece sacrificare: Cyprianus autem nihil densius inculcat lib. 1.  
epistola 7. & 11. lib. 2. epistola 4. lib. 3. epistola 1. & sermone de lapis.

*sacrificio pe-  
titiones iungi-  
mus, & alie-  
quimur posse  
late.*

*Orationes mis-  
sales vnde col-  
lectorum no-  
men sortita.*

*Peccatorum  
venia per-  
sacrificium co-  
sequimur.*

*Sacrificium  
gratiarum est  
actionis.*

Et, ut omittam Dionysium Eccl. Hier. cap. 7. Laodiceni Patres cano. 19. vocant εὐχας, quod Burchardus de missis interpretatur lib. 2. cap. 69. Quod hic restare videri poterat de scitissimis nostræ missæ ceremoniis, propterea verbum nullum hoc quidem tempore meretur, quod aduersarij hinc potissimum blasphemiarum suarum materiam mutuari soleant: dum nobis splendorem, per strictionem oculorum, laruas, & histrionicas gesticulationes opprobriare non videantur. His ad istum modum pro catechetica luce, & ruditate delibatis: collataque sacrificij definitione cum nostra missa, atque ad amissim quadrante: nihil erat, quod prolixius hac in parte nobis haerendum putaremus: nisi vellemus haereticis omnem timam occludere. Hos enim quia mirum in modum experimus refractarios, & impudentes, nobisque blasphemiae notam (ut putant) inurentes, quasi Christianæ missæ præconiis obfuscaramus crucis fulgorem, ac maiestatem: idcirco proximo conuentu, priusquam ad causæ assertionem progrediamur: libet illis hanc maledicendi probabilitatem eripere.

*Missam esse verum, & proprium Christianorum sacrificium  
tribus scripturalibus locis, & omnium Patrum ad eadem loca com-  
mentariis, & auctoritate demonstrat.*

### Catechesis 137.

Malach. 1.



Vid à nobis, auditores, vobis expectādum sit, meministis. Itaque nunc aperto marte pugnemus: aliam quoque viam tentaturi, si hac vel non successerit, vel subtilius agere visi fuerimus. Esse igitur Christianis reliquum, præter crucis sacrificium, animus: & probamus auctoritate Malachia, quam primum, & tertium illius prophetæ caput subministrat. Prius autem sic redditum est à D. Hieronymo: *Munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* His, inquam, verbis speramus, reliquum nobis esse sacrificium, perspicuum facere. Nam posteaquam Deus per prophetam Iudeos reprehendisset, propter avaritiam, & sordes: quod claudum, mutilum, deformèque pecus offerrent: & potissimum ex rapinis adornarent sacrificia: itaque meritò se preposteram illorum religionem, & hypocrisim detestari dixisset: mox, pro explosis conseleratis Iudeorum victimis, aliud sustituens adiungit, quæ nunc produximus. Et quidem de antiquatione veterum sacrificiorum nulla est pugna: sed num, post perfectam à Christo rem diuinam, liceat sacrificij genus aliquod iactare, & venditare: quod partim ex prophetæ verbis eliciendum, partim vetustissimorum Patrum testimoniis probandum est. Nam si nostro iudicio scripturas interpretaremur: non detrectaremus, quin leuis, & con-

spuenda

spuenda videretur adsertio: sed cum ad apostolicorum hominum fide prouocemus: quis nisi impius, potest cōtemnere? Ne autem testium turba officiat causæ perspicuitati: satis erit duos, trésve producere. Iustinus ergo philosophus, ac martyr in ea disputatione, quam habuit contra Tryphonem archisynagogum Epheginum, cum incidisset in hanc prophetiam, quam ille Tryphon volebat intelligendam esse de precibus, quas Iudei sparsi per orbem offerrent Deo ( nec enim fas vñquam fuit extra Ierusalē sacrificiis dare operam) & cum de propriè dictis sacrificiis interpretari non posset: configiebat ad fidem Iudeorum exulum, & proscriptorum: qui commentarius hodieque nostris vehementer, ac solus adlubescit haereticis, quibus adeò frontis nihil supereft, vt ipsummet Iustinum suæ sententiae (si Christo placet) adsertorem auferat nominare: is (inquam) Iustinus apertissime dicit certò constare, quod huius nominis sacrificia, quæ Jesus Christus tradidit, hoc est, Eucharistiam panis, & vini, vbiunque terrarum apud Christianos fiant, Deum acceptare, & grata sibi esse hoc oraculo testari. Et vt videamus, quanta fide haeresiarum hunc authorem pro se facere dicant: primum retundit Tryphonis commentum ex eo, quod propheta vtatur sacrificij, & incensi nomine, siue τύπο μυσταρ, & πνεῦ minchah, quæ Septuaginta reddiderunt per Τυμηα καὶ Τυσια, quibus verbis haud dubie sacrificiū intelligendum venit, cum posterius illud πνεῦ vel à sacrificando, vel ab adducendo ducat originem. Sed confugient ad metaphoras: & preces sacrificij nomine dicet interdum significari. Esto: Hoc auté loco subesse tropū probare debuerat, quod nos inficiamur. Vrget & illud Iustinus, quod ab ortu usque ad occasum hunc suum cultum Deus propagandū afferat. Et martyr quidem ille premis Iudeos, quia necdū in omnes terras disiecti fuerant cum illud vaticinium ederetur: nos autē cum haesi. digladiamur, quæ partibus, angulis, & latebris gaudet: & si quandōque pomœria conetur extendere: si Caluinianū nomen aliquantū porrige, nunquam tamen amplissimam Ecclesiæ ditionē, quæ per prophetam exprimitur, est adsecutura. Quin enim, obsecro, in insulis nuper deprehensis Caluinianas præculas, & coenas offerunt? Iam ibi Papistæ crucis vexilla defixerunt: quis de Caluini dogmate vel somniet? Et hoc ipsum de haereticis minorum gentium dictū esto. Postremò, quoniam Iustinus quamobré propheta, veluti nouū aliquod, & prius ignotum, has preces pro libaminibus Moysiacis prænunciariat substituendas: cum nullo tempore tam male sit cum Iudeis astum, vt non superessent septē milia, qui non incuruarēt genua Baal. Quis piétissimos patriarchas hoc genus cultus diuini nō exercuisse credat? Quis non ipsum Davidē sic Deo litasse existimabit, qui tātoperè sibi huius rei consicum se fuisse declarat, vt. in meditatione sua ignem exarsurum sibi promitteret? Scio de Ecclesiæ vulgatū istud vaticinium: psal. 38. tamen cum isti homines omnia ad ipsum Davidē torqueant, quidni suo gladio iugulentur? Quid de reliquis sacerdotibus, quorum precibus Leuit. condicitur. Dei propitiatio? Ergo nouum istud sacrificij genus dici non debuit,

I i debuit,

buit, nec prophetam de futuro vaticinatum: sed vel sui, vel superioris temporis religiosos precatores præ oculis habuisse. Si tamen ad nostra respexit tempora, cur ad hæreticorum potius preculas, quam nostras orationes, & sacrificia? Evidem causa nihil video, præsertim cum ipsi, pro sua impietate, dum preces omnes abrogant, solis concessionibus, & cantillationibus contenti. Et ista quidem ex ipsis prophetæ verbis, ut ad hæreticas preces torqueri nequeant. Verum (inquiet aliquis) nec dum satis ad missam pertinere cerno. Audiat igitur ille, quisquis est interpellator, non me: sed eos, qui ab Apostolis germanam scripturam interpretationem suxerunt. Et quoniam haec tenus usi sumus opera Iustini, huius æquum est demonstrationis auspicia illi tribuere. Is ergo cum Tryphone doctissimo iudeo disputans, dicit Christianos peccatis exutos, ignitosque per verbum diuinæ vocationis, veros Dei pontifices effici: Deumque non, nisi à suis sacerdotibus, accipere victimas, Eucharistiam nimis panis, & poculi, quæ sola facta facienda Christiani acceperunt. Quis non videt non nudas, frigidasque preces illum intelligere, cum & Eucharistia, & panis, & poculi, quæ Christus tradidit, tam apertam faciat mentionem? Et cum paulò post dicat solas puras preces, & gratiarum actiones Deo gratas: nonne illicet, quid sibi voluerit, olfactio licet, nimis, per synecdochen eum sic appellare totum sacrificium, præsertim cum Patres eam ferè partem rei diuinæ consueuerint usurpare? Atqui eodem in loco profert Malachia testimonium, & vel testibus hæreticis, interpretatur. Post illum prodeat Martialis cap. 3. epistola ad Burdigalenses. Sed notham hanc, & confitam clamabunt. Quibus respondeo, primùm Basilienses Sacramentarios in lucem prodidisse, eamq; in antiquis bibliothecis reperi: ut nuper in Vvausellensi, Marchianensi, & aliis vidimus. Quid ille igitur? Sacrificium, inquit, Deo creatori offertur in atra, non homini, neque angelo: nec solum in ara sanctificata: sed ubique offertur Deo oblatio munda, scutus restatus est, cuius corpus, & sanguinem in vitam eternam offerimus: in quibus verbis commiscet Lucæ, cum Malachiæ, testimonium. Quemadmodum fecit Irenæus Pont. & martyr lib. 4. cap. 32. aduersus Valentimum, adeò aperte, vt Euangelistam esse prophetæ commentarium, & è diuerso ad euangeliorum enarrationem utiles esse prophetas doceat. His addatur Hippolitus libello de Antichristo, seu extremo iudicio. vbi, interalia, deplorat abolitum iri sacrificium catholicum, corpus, & sanguinem Domini nusquam in altaribus repertum iri, & placentem victimam, seu (vt loquitur) λαῖς γῆς τε καιροῦ alludens ad cap. Malachiæ 3. non permittit illum fieri. Accedat priscæ totius Theologiae thesaurus Eusebius Pamph. qui lib. 1. demonst. euang. cap. vltimo, indicans geminum esse Christianorum sacrificium, alterum, quod votis, & animorum sola meditatione alterum, quod precibus, & oblatione corporis, & sanguinis Domini constet: ostendit & Malachiam de missa loquutum Christianorum, & veteres, quoties agendum erat cum infidelibus, pre-

Lucæ. 22.  
Malach. 1.

Irenæus

Hippolytus.

Eusebius Pamphili.

bus, precum, & orationis nominibus nostrum obtexisse sacrificium. De Hieronymo, Theodoreto, cæterisque prophetarum interpretibus, cum sit illorum aperta sententia, ne verbum quidem. Iā si locum D. Luca li. beat iisdem authoribus de re eadem interpretari; locus duntaxat leuiter indicatis, erit facile iudicare, non aliò, quam ad nostrâ missam pertinere. Areopagita ca. 3. Eccl. Hier. dicit sacerdotem, &, quod à Deo proditum sit, facere: & se quodammodo purgare, & exclamare: *Tu dixisti: Hoc facio in meam commemorationem tumque perficere diuinissima mysteria, & sacra deinde signa dare conspicienda.* Quid opus est hoc Iustinum reuocare vel in Tryphone, vel in altera apologia ad Antoninum Pium? Nam Irenæi, Martialis, Eusebij, & Cypriani testimonia velle referre, videretur aliud nihil, quam causa bonitati dissidere. Ceterum, quem aduersarij vehementer iactant, Tertullianū nolo præterire, qui lib. aduersus Iudeos, Lib. 2. epistola & lib. 4. aduersus Marcionem, solas preces videtur agnoscere sed conferendus ille est cum eodem Tertulliano, qui lib. 3. aduersus eundem Marcionem precibus iungit Eucharistiam, eamque dicit offerri Deo patri; vt appareat locis illis prioribus synecdochicōs intelligendum. Iam si ad posteriores quoque deueniendum sit, vt multos uno verbo complectar, omnes Pauli interpretes ad caput 10. Hebr. cum expendunt veterum sacrificiorum infirmitatem, nostra sacramenta prædicant, & sacrificium, quod in crucis commemorationem peragit. De Ignatio ex epistola chrysost. cum suis, Ambros. sedulius, Primitius, Haymo, &c. Smyrnæos nihil amplius dicam; cum satis dilucidè probatum sit Malachiam, & Lucam de nostra oblatione, quæ ex Christi in cruce péracto sacrificio vim, energiamque fortitur, verba facere. Nunc si ista probandi ratio minus videatur aduersarios constringere, qui nullius, quantumlibet antiqui, & sancti scriptoris autoritate sibi præscribi patiuntur: altera licet experiamur via. Discimus igitur in scholis pueri relatorum inter se tantam esse necessitudinem; vt alterutrius intéritu tollatur virtus. Christus autem dicit Christianos habere θυσίας γέρεν, siue θυσία, misbeach, seu; vt Syrus vocat Matthæus, θυσία madbecho, hoc est, sacrificiorum, ad quod munus suum deponere iubet offensæ fraternalē conscos. Si de Iudaico putas intelligendum; reclamant Irenæus lib. 4. cap. 34. aduersus Valentimum, & Optatus Afer initio lib. 6. aduersus Donatist. vbi sunt dignissima lectu aduersus luctuosissimum altarium, quæ nuper accidit, extersionem; & Chrysostomus in orat. de perpetione Domini. Si alter locus desideretur; Paulus Hebræorum 13. Hebr. 13. dicit nos habere altare, de quo edere nequeant, qui tabernaculo defuerint. Et ne prolixa narratione fatigemur; inspice omnes Christianos interpretes: & vanum, impostorēmque esse me dicas: nisi de nostris altaribus expōnānt. Nec aliter explicatum deprehendes locum alterum Pauli, vbi mensam Domini, & mensam dæmoniorum contra se iniucem statuit. Solent enim scripturæ mensarum nomine altaria designare; vt Isa. 40. Malach. 1. Habemus igitur altare, habemus θυσίας γέρεν: quid tum poste? Si ita sit; habemus & θυσία, & θυσία, & sacrificium, 1. Corint. 10. Cano. Apost. 3. 8. 31. Dionysius ca. 4. E. Hi.

*Martialis ad ficium, quæ separari nullatenus possunt. Si enim permittatur sacrificatoria; Burdeg. Ignatius ad Tral- tia Eph. & Piladeph. mox aderit sacrificium, hinc sacrificius, hinc sacerdotium templa, & quicquid à Patribus acceptum haec tenus aduersus hæreticam impietatem tuentur Christiani.*

*Christianos habere sacerdotes, ac proinde sacrificium, probat: & quis τριτοῦ τεσταμέντου in novo testamento dicatur, ostendit.*

### Catechesis 138.



Vobis promiseramus, iam satis, superq; præstitum arbitror; nempe nos demonstraturos missam esse verū, ac proprium sacrificium. Attamen quia duo perduelles, Illyricus, & Caluinus, hīc impotentissimè debacchantur: nec eos pudet sacrī nominibus abuti: vt sacrōrum omniam rationes euertant vniuersas: clamantque nos in Babylonicum exilium deductos, nec reliquum habere sacrificium: visum est operæ pretium ex iisdem dictiōnibus, quibus illi mortalibus fucum faciunt, ostendere nobis esse ac superesse, quod tantoperè negat, sacrificium. Et vt statim rem aggrediamut. De vocibus *Ιησοῦς*, και *τριτοῦ τεσταμέντου* est tota contentio. Nam cūm habeant persuasum, & meritō, has voces verum designare sacrificium, qui immolet, mactet, iugulet, verumq; peragat sacrum, adeoque sacerdotium illius esse peculiarem dignitatem; cumq; has nomenclationes non ita manifeste in scripturis noui testamenti apparere certant: mox confidentissimè pernegant nobis vel *Ιησοῦς*, vel *τριτοῦ τεσταμέντου* superesse. Itaque nostrum fuerit ex iisdem scripturis, & Patribus perfidorum istorum hominum, vel impudentissimas fraudes, vel pudendam cœcitatem traducere. Si igitur liberet esse prolixior, premerem caput 10, ad Hebr. & interprētes, vbi Paulus dicit omnem *τριτοῦ τεσταμέντου* (sic enim emendatissima legunt) λαζαρία: id est, sacerdotem ministerio publico fungentem; quam vocem ad missam quoque pertinere alias abunde patuit. Est enim ibi generale propositum, nec videtur tantum ad vetus testamentum restringendum; quamvis de Mosaicis viiūmis potissimum agat Apostolus. Sed quia illud obscurum est; ad clariora, & efficaciora pergamus. Capite 14. Genesios primum Christiani sacerdotij prototypum. Melchisedec dicitur hebraicè *Ἰησοῦς* Cohen, à Septuaginta *Ιησοῦς*: nobis sacerdos altissimi nuncupatur. Quod igitur præcessit in prototypis, necesse est in paragogis inueniri. Nam Dauid Psal. 109. proponens antitypum huius rei, easdē in omnibus versionibus retinet voces *Ἰησοῦς*, *Ιησοῦς*, & sacerdos; aitq; Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec in æternū. Atqui, si in Christo duntaxat illud competere dixeris, quia in ultima coena pane, & vino figuram expresserit: ocurrunt Græci vetustissimi interpres, qui contendunt illud Christi sacerdotium æternū dici non posse: si defuerint, qui illud, quod semel fuit factū à Christo, quo

sto, quotidianis sacrificiis repeatant, & Melchisedecianam oblationem panis, & vini symbolis expiūt. Quid enim alioqui æternū esse potest, quod Christus tantum in cœna perfecit; nisi illius vice fungantur Christiani sacerdotes, vsque ad ipsius ē cœlis redditum? Huc adde Malach. 1. chiam cap. 2. de nostris sacerdotibus vaticinantem, quod labia *Ἰησοῦς*, siue, vt habent Septuaginta, τριτοῦ τεσταμέντου, siue sacerdotis custodient scientiam; & plebs ex illius ore Dei legem requiret. Ne enim ad Mosaicos sacerdotes trahi queant, obstant verba futuri temporis, custodient, requirent; & ipsa nullo pacto id ferre potest antithesis, quæ vbi de Christianis sacerdotibus, quod nunc retulimus, dictum fuisset, adiungitur hunc in modum: *Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege*, quæ utique ad Iudaicos pertinent sacerdotes. Ioannes autem Apostolus adeò non fugit nomen istud *Ιησοῦς*: vt etiam in communionem laicos aduocet celebrantes agnum, qui eos ex omni gente, lingua, tribu, & populo redemerat, feceratque reges, και *Ιησοῦς*. Si dicas hoc ad futurum illud beatum resurrectionis seculum, pertinere: considera vnu esse corpus, & quod hic militat, & quod ibi regnat; eosque pro iis beneficiis Deum laudibus afficeret, quæ etiamnum in discrimine, & in procinctu degentes, perceperunt. Nec illud negligenter prætereundum, quod sese regnatores super terram prædicent; vt, qui acceperint ius supra decē, vel quinque ciuitates. Nam illinc apparet hic, in terris inquam, regnum illud significari; & libentissimè, vt semper adsentior Epiphano hæres. docenti à David successoribus translatam esse regiam sedem in Christum, à quo sit postmodum Ecclesia, vt coniugi, demandata; vt à domo David, & synagoga translata regia dignitas, firmissimo throno in sancta Dei Ecclesia æternū permaneat; felicique copula regni, & sacerdotij à sponso Christo, illa, dignitatem acceperit, quæ penes Episcopos, & reliquum clerum resideat. Et quidni libetē istud Episcopis, & Ecclesiæ principibus vitis concedamus, quod nostri aduerarij volunt in vniuersum vulgus dispergere; vt habeamus repente ex tonsoribus, & nautis sacrificios: Fuit enim istud Lutheranici furoris principium. Cui autē ista non sufficerint; audiat traditionem. Philo Alabarches, in libro de Therapeutis, hoc est, primis Christianis, vt ex nostris originibus monachis liquet, dicit in priore parte templi, hoc est, τριτοῦ τεσταμέντου λαζαρία, hoc est, sacerdotum publicum ministerium. Alter testis esto Iosephus, qui in antiquit. lib. 18. cap. 2. agens de Essæis, id est, Christianis Iudeis: nominat *Ιησοῦς*, & *Χριστόν*; hoc est, manuum impositione consecratos; repetit idem nomen lib. 2. cap. 12. belli Iudaici: & inter illorum officia adsignat, vt prece sacra præcedant, sumendum cibum cum aliis; quod si quis de sacrificio interpretetur catholicis meo iudicio non errabit. Vis tertium testem? Vide Areopagitam toto lib. de Eccl. Hier. Is 5.ca. vocat *Ιησοῦς*, quos dicit sacra facere, illuminare, & reliqua facere, quæ nostrorum videmus esse Episcoporum, & sacerdotum. Hos duo Græci interpres Pachymeres, & Maximus, vocant *τριτοῦ τεσταμέντου*. Sed

*Apocal. 5.  
Sacerdotes  
christiani re-  
gnū cum  
translatō ad  
se sacerdotio  
aceperunt.*

*Ad Patres,  
& traditionē  
procedit.  
Philo.*

*Iosephus.*

*Dionys. &  
Hieron.*

*Ignatius.* *Jesu* Sed Illyricus, ut est impudens, explodit Dionysium, quem unum è Græcia proferri à nobis huius rei testem posse existimat. Sed quid comminiscetur ad Ignatium, qui in epistola ad Philadelphienses nominat quandam ἀγνοεῖσα, hoc est, principem sacerdotum, moxque illi subiicit τὰς πρεσβύτερας. Sentio quos hinc somniabit Illyricus, nimirū senes: verū mox sanctissimus martyr, ne quis fraudi locus, proximo versu eosdem πρεσβύτερας vocat ἱεράς; ut, authore Ignatio habeamus in Ecclesia presbyteros, siue sacerdotes Episcopo subditos. Deinde in epistola ad Ephesios idem peruetustus scriptor adserit illud apud Lucam 10. *Qui vos audit, me audit*, dictum τοῖς ἱερεῦσι: quos euestigio ἀποχρέεται nuncupat. Nobis autem siue ἱεράς, siue ἀγνοεῖσα approbaveris; perinde fuerit: quia si sunt sacerdotum principes; erunt & sacerdotes. Ad hæc, ut constantiam traditionis agnoscas; in epistola ad Heronem vocat Episcopum ἱερά, quemadmodum veteres Latini eundem sacerdotum vocabulo insigniebant. Quæ enim adiungit ἱεράς γρῆσσαι, & χειροθεῖσσαι, & χειροθεῖσσαι hoc est, sacrificare, & clericos ordinare, & eodem ritu (impositionis manuum) confirmare, palam faciunt de Episcopis illum agere. Postrem d scribens Smyrnæis omnem questionē absoluīt, dicens Episcopum esse τὸν ἱερῷτερον θεόν, hoc est, sacramum Deo; ut videoas cognitum habuisse Ignatium rem istam conferri per aliquod sacramentum: & mox illius functionem describens, ἱερωτὸν καὶ ἐπί, inquit, τὸν τάντον ἄγαλμα ἐπὶ ἀνθρώποις ἀνατένει; id est, Sacerdotiū est bonorum humanorum omniū eminentissimum; quod utinam perpenderent, qui passim sacerdotes contemnendos, & fungorum instar esse putant. *Quis non videt impudens Illyrici detectum mendacium?* Progedior. *Iacobus.* Ignatio ad stipulantur Iacobus, Basilius, Chrysostomus in suis liturgiis, in quibus frequenter occurunt ἱεράς, καὶ ἱερωτὸν dictiones. Et quia Chrysostomus nominauimus: scriptis ille τοῖς ἱερωτὸν libros ad miraculū usque eloquentes, & si titulum paruifacias; inspice li. 3, ca. 4. & li. 6. item cap. 4. ubi easdem voces creberimè recinit; committebas cum Iudaico sacerdotio. Si dicas encomiasten agere, impropterq; loquutū; mox liturgiā tibi obiicietur, quæ mens illius fuerit, aperte demonstrans. Hos aequum est Nazianzenum comitari, qui in eo carmine, quod hac de repulcherimum edidit, & ἱεράς, & θυσίας ἀναμένεις nuncupat. Et quia frequenter Iustinus citauimus; nolim hic esse præteritum, qui in Tryphonie, postquam docuit ex veteribus scripturis sacerdotij, legis, & sacrificiorum Mosaicorum abrogationem; tandem ait Christianos esse ἀγνοεῖσα. *Nazianzenus.* *Iustinus.* *Tertullianus.* Id est, pontificale verum genus, ad offerendum θυσίας ἐναρέσεις ἀντο, καὶ μαθητæ, sacrificia ipsi placentia, & munda; & mox addit Deum à nemine sacrificia suscepturum εἰ μηδίκα τὸν ἱερόν ἀντο, id est, præterquam à sacerdotibus suis. His adde Tertullianus ex lib. de præscript. heret. cap. de Acephalis; ubi hoc ipsum ages, quod nos molimur, deridet hæreticos apud quos omnia sint confusa; qui heri laicus, hodiè presbyter; & inversa serie, quem heri presbyterum veterabantur, eras laicum

eras laicum contemnit. Sed nondum nōmēn sacerdotis expressit audi. Nam, pro sua confusione, etiam laicis cōmittunt sacerdotalia: ut nunc faciunt nostri Babylonici, & confusanci, si desit ex nostris desertoribus, qui suas mercede locet operas: Idem in lib. de pūdicitia, veluti certans verborum copia, in una pagina iterat, ut minimū decies nomen presbyterij; in altera toties nomen sacerdotum inculcat, ut liqueat illi fuisse omnino persuasum Ecclesiam non tantum homines annos, & decrepitos habere senes, verū facris ritibus initiatos ministros, sacerdotūque præfectos, & religionis antistites. Cyprianus nō aliud feret, quam Dei *cypr.lib. 2. e.* sacerdotes crepat; quos dicit secūdas post Christum tenere, & eos vere *pistola 3.* sic appellari; qui non tantū aquam, sed & vinum Christi vice offerant. *Origenes.* *s. tra-* *Etatui in mat.* *Ambros.* Origenes vocat Christū Ecclesię caput, sacerdotes oculos, diaconos manus. Possem Ambrosū addere; qui in officiis D. Latrætij verba repetens, martyrem quidē leuitam; Xystum autē Pontificem Dei sacerdotem appellat. Addetem Hilarium, Hieronymū, Augustinum: sed arenam metiar citius, quam illorū omnia testimonia petsequar enumerando. Addatur, quamvis non suo ordine, Eusebius, qui lib. 5, ea. 3, demonst. Euang. dicit creatos ἱεράς, ut pane, & vino Deo Patri sacrificemus. Non libet plures adferre: cū istis authoribus quidū probatum esse possit. Itaque habemus veros sacerdotes, verumq; sacrificium; nec obstat Christi perpetatio, quod minus proprias istic residere in altari victimas nobis persuadeamus. Jam videamus, qui in litteris noui testamenti πρεσβύτερος appellatur, & *Quid in litteris noui testamenti.* πρεσβύτερος doceamus esse reuelata sacrificios. Philo in lib. de expreco *πρεσβύτερος.* Noë, & post eum Anæcletus epist. 2. dicit πρεσβύτερον, presbyterum, non tantum significare hominem senem, vel prouestiotem ætatem, sed grauitatem, & sapientiam, quæ, istis authoribus, nūquam est à religione disiungenda. Et in eam rem vterq; notat Abrahamū omnium primum: *Genes. 24.* non tamen ita senem, hoc dictū nomine: cū ante illū plusimi ad decrepitam usque senectutē vixissent, & supra nōgentos annos vita peregrinent, nec ita fuisse appellat quod Abrahamō dignitatis ergo delatū est: quia & gereret sacerdotiū, & mortaliū esset facile sapietissimus. Et eam ob rem Apostoli hōc nomine gaudet, Tito autē Episcopo præcipit Apostoli Pauli constitutere pectūtates presbyteros, quos siue Episcopos, siue sacerdotes intelligas: nō pugnādo: cū sit certo certius nō oīs Crete ciuitates habuisse siuos Episcopos. Nā, quemadmodū egregiè docet Epiphanius, in maiorib; dūtaxat vrbibus creabātur Episcopi, si qui tāto fastigio reperebātur nō indigni, & simul addebātur sacerdotes, seu presbyteri, si horū fuisse copia: sin secūs, vel soli creabātur Episcopi, vel soli *Hæres. 75.* sacerdotes. Sed pārū refert, cū sit satis presbyteros cōstitui: quales autem fuerint, aindiuimus ex Ignatio, & canon 1. & 2. Apostolorū præcipiunt, ut presbyter, & Episcop⁹ *χειροτονία.* hoc est, maioriū impositione ordinetur. Si hos canones explodas, quos tamē Damascenus tanquā scripturas diuinas agnoscit: scripturis licet idē confirmare, Actoriū enim 14. Paulus ac Barnabas referuntur à D. Luca creas presbyteros, *χειροτονία.*

*προστέρεσσ.* Quod autem haeresiarchæ putant *χειρονακη* aliud nihil, quād digiti sublationem à plebe factam electum approbante significare, est insinuæ simile. Dicant enim, quæso, si hoc ita sit, curnam ista *χειρονακη* ipsis mystagogis, & ordinatoribus tribuatur, quād certe plebis tantum fuisse volunt. Num illi quoque digitum attollebant? Quorūsum Paulus, ac Barnabas dicuntur *χειρονάκηes*, cūm populus erēto dīgīto totum illud p̄stiterit? Quid multis? Balsamon, & Zonaras dicunt *χειρονακη* significare *τελείσης τῷ εὐχόντι*, atque inter benedictum sublatam Pontificis dexteram, dum nimis mūystagogus crucem pingit, quam in sacris s̄emper exprimendam docet. Areopagita cap. 5. Eccl. Hier. Proferrem plures, ni veterer prolixitatis fastidium. Chrysostomus enim cum suis omnibus Oecumenio, Theodoreto, Theophylacto, Ambrosius, Primasius, Haymo, & alij ad 3. cap. prioris epistolæ ad Timotheum, rogati cur Paulus ab Episcopis ad diaconos descenderit, presbyteris ne nominatis quidem; respondent factum, quia, vt tunc habebat regulæ ecclesiasticæ ratio, quæ de Episcopis dicta erant, ea presbyteris conuenirent, vt pote quibus & institutio, & p̄fectura Ecclesiæ, æquè vt Episcopis commissa esset. Istud sit appendix loco, ne quis cauillator h̄ec putet: sophismata, quod ex natura sacerdotij, & eorum, quæ sunt ad aliquid argumentemur: nos exemplo Christi facere, qui ex matre ducis, & militis: subiecti, ac domini necessitudine sese ostendit à dæmoniaci nota alienum. Paulus autem adhuc apertius in epistola ad Hebreos ex translatione sacerdotij à tribu Levi in Iudeæ posteros, colligit legem alio quoque esse migratum. Hæc de sacrificij genere.

Math. 12.

*Missa definit: varias eius appellations prodit: ac denique partes, maxime precipuas, enumerat.*

### Catechesis 139.

*Missa quid.*

Iffæ catholicæ genus esse verum, ac propriè dictum sacrificium, nobisque post fontem crucis relictum, atque p̄ceptum, superioribus homiliis abundè probatum spe-ro. Nunc reliquam illius naturam expendamus. Quod si quis breuissimam cupiat definitionem; ita habeat: *Missa est sacrificium, quo pane, & vino aqua diluto in corpus, & sanguinem Domini per transubstantiationem conuersis, quondam in crucem actus, & immolatus filius suus Deo, & patri: cùm in memoriam perpessio-nis, tum pro viuis, & in catholica pace, seu fide defunctis rite offertur.* Sequebatur vt de singulis partibus ageremus: sed quia de multis iam dictum est; de plurisque constat: deque plurimis ex ordine suo loco dicetur: non est consilium h̄ic immorari; quia ferè ad ipsos fines, ad quos necdum peruenimus, pertinent, quæcumq; supererant exponenda. Vnū istud ad hunc locum per-

cum pertinet, tum ritè fieri, cūm à vero & legitimo sacerdote legitimis, & ab Ecclesia probatis ritibus peragitur. Hinc ad formas digredimur, an sint species, partēsq; huic sacrificio multiplices inspecturi: cuius disputationis utilitas vel hinc perspiciatur, quod ista re ignorata, partim facile nobis persuaderi sinamus, nihil esse in antiquitate commune cum eo, quod nunc usurpat Ecclesia, partim putemus rem esse confusam, sursumque, ac deorsum pro Episcoporum arbitrio, ne dicam libidine, iactantam. Dum igitur audiunt catechumeni nominari missam Clementis, Petri, Marci, Iacobi, Basili, Chrysostomi, dum legunt Ethiopicam, Mediolanensem, Romanam, Gallicam, dum nominatur Gelasiana, Gregorianam, Ambrosianam, & eiusmodi, quoties iactantur missæ nauticæ, siccæ, & p̄fæsanctificatorum: nihil est, quod turbentur. Hæc enim nomina non magis mutant nostri sacrificij naturam, quād vel natio, vestis, nomenque varium hominem ab homine. Quād parum differt Ambrosius à Gregorio, tam inter se conspirant illæ formulæ, nec, si quæ inveniuntur diversitas, ad ipsam rerum naturam pertinet: nisi fortassis inter τῷ προστάτευτα, vel nauticas, siccæs ve missas, & eas, quæ plena, perfectæque dicuntur, comparationē quis instituat. Nam vti superiùs diximus sacrificij, missæq; rationem in momento consecrationis esse constitutam, ita, scibū desit illa, veritatē sacrificij desiderari necesse est. Missæ autem τῷ προστάτευτῳ, p̄pter communionem, nihil habent: cuius generis unicum in die parœscues retinet Ecclesia, & primus meminit, post Eusebium, Nicephorus lib. 12. cap. 34. Eccl. Hist. vbi dicit Origene hoc suis Alexandrinis tradidisse, vt non singulis diebus perageretur sacrificium, sed maxima pars diei in plebis institutione, & cōcionibus insumeretur, quibus peractis fideles p̄fæsanctificata sumerent, quemadmodū & sexta synodus Trulliana cap. 32. vetat, ne quis sacerdos, duntaxat Græcus, in quadragesima, p̄pter sabbathum, & diem dominicum, nonnullaque festa, rebus diuinis operetur, vt aliis diebus erudiendæ plebi sacerdotes vocarent prolixiū. His & illud adiicito, nauticas missas nō carere prorsus antiquitatis cōmendatione. Nam Dionys. cap. 7. Eccl. Hier. inter reliquias Christiani funeris ceremonias εὐχὴ nominat, quam veteres missam verterunt, ac nominatim D. Burchardus lib. 3. decretorum cap. 65. Nam in hac missa, siue εὐχὴ sustinentur catechumeni, & poenitentes: cuius rei causam hanc habent, quod in exequiis non fieret consecratio, sed tantum precatio, nullaque sequeretur communio. Meminit earundem concilium Carthaginense, vbi monitos velim catechumenos non vnicam esse illam synodum, sed ex omnibus conflatam veluti Carthaginensium synodorum ferraginem. Sequitur de partibus disputatio cūm iucundior, tum aduersus istos veteratores vtilior, qui interdum tolerant nomen missæ, & sacrificij, sed tamen quando premuntur, volunt iis nihil significari rerum istarum, quas per manus acceptas à Christo mordicūs retinemus. Principiò igitur, si oculati fuerimus, deprehendemus pri-mam antiquitatem nō semper easdem partes constituiere, sed interdum plures,

*missæ p̄fæsanctificatorum, hoc est, pridiè veletiam ante consecrata historie.*

*canō ss. in fine.*

*De missa partibus.*

plures, interdum paucioris, prout vel ferebat disputatio, vel aduersarij  
*Principue misse* poscebat infidelitas. Sunte enim quādam minutiores, confessio genera-  
*se duas partes* lis, introitus, vt vocant, kyrie eleison, collecta, & sexcentæ aliæ. Sunt &  
*à veteribus signata.* prēcipua, quas enumeratas videre est partim apud Iustinū in Tryphone,  
& altera apologia; partim apud Originē aduersus Celsum lib.8. partim  
apud Tertullianum aduersus Scapulam, contra Iudeos, & libris 3. & 4.  
aduersus Marcionem; partim apud Hieronymum ad 1. & 2. caput Malachiæ. Hi enim promiscuè cum infidelibus, & hæreticis differentes, ge-  
minas sacrificij partes constituunt, alteram psalmodiam, seu ἐν χρόνῳ, alte-  
ram Eucharistiam, seu tremendorum administrationem, quo nomine  
consecrationem, & communionem intelligunt. Nonnunquam solarum  
precum mēminerunt. Ast vbi Christianos instruunt, tum alij alias partes  
*Areop. unde-*  
*cum missa par-*  
*tes assignat*  
*minutulas.* adsignat. Areopagita enim Eccl. Hier. cap. 3. enumerat vnde decim, pre-  
cationem cum suffitu; deinde psalmodiam, quæ videtur esse noster introi-  
tus, tertio loco sequebatur lectio scripturarum: cuius rei exempla super-  
funt in liturgia D. Iacobi, & in cæteris quidem diebus apud nos, sed potiissimum in nostris ieiuniis, cuiusmodi recitationes olim ferè erat par-  
allelæ, hoc est, ex veteri, nouoq; testamento sibi inuicem respondentes. Has  
sequabatur ablegatio catechumenorū, pœnitentium, energumenorum  
qui certis precibus, quæ missa interdū appellabantur, diuinæ commen-  
dabantur misericordiæ. Post hæc decantabatur symbolum. Sexto loco  
manus abluebatur, hinc recitatio viuorum, ac defunditorum, mox con-  
secratio, deinde communio, postquæ de osculatio: quibus omnibus pro  
celophone succedebat gratiarum actio. Quæ cùm ferè in nostra quoque  
missa appareant, merum illorū fucum ostendunt, qui nihil ceremonia-  
*Synodus Lao-*  
*dic. can. 19.*  
*septem consti-*  
*tuit partes*  
*missæ.*  
*Cyrillus missæ*  
*partes memo-*  
*rat septem.*  
*Iustinus mul-*  
*tas missæ par-*  
*tes refert.*  
*i. Corinth. ii.*  
*Eiusmodi*

rum in veteri Ecclesia fuisse contendunt. Synodus Laodicensis septem  
partes constituit, ac primo loco homiliam, hoc est, sacrarum litterarum  
recitationem constituit, mox catechumenos post orationem ab Episco-  
po factam morari non patitur diutiùs: post hos eiici quoque pœnitentes  
præcipit, accepta priùs manus impositione. Hinc trina fidelium  
oratio; postquam ad osculum cùm clerici inter se, tum laici voca-  
bantur, deinde siebat oblatio, & misteriorum distributio. Et si libeat  
Cyrilli mystagogicam catechesim quintam, quæ instar est commenta-  
rij in veterum liturgias inspicere: per spicuum fiet, quām minimū di-  
scessum fuerit à sanctissima vetustate. Adhibet ille plures partes, sancto-  
rum ablutionem, osculum, hymnum cherubicum (nos præfationem di-  
cimus cum appendice S.S.) quartò sacrificium, viuorum, ac mortuorum  
commemorationem, quam sequebatur consecratio, oratio dominica,  
communio, & postremo gratiarum actio. Iustinus Martyr, propter Illy-  
ricum, non est omittendus, qui recenset oraculorū lectionem, & enar-  
rationem, oblationem, consecrationem, & communionem, atque mu-  
tuam Christianorum inter se cohortationem, vt quisque gnauiter  
mortis dominicæ seruaret, ageretque memoriam. Sic enim intelligebat  
Ecclesia Paulinum illud: *Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

Fusius ex Latinis Patribus de missæ partibus difficit; deinde ho-  
rum misteriorum administrum solum sacerdotem ostendit; ic  
postremo quomodo in iisdem serpsum Christus offerat, edocet.

## Catechesis 140.



Ost eas, quas nuper ex Græcis veteribus Theologis partes  
nostrī sacrificij tradidimus; æquum est vt etiam ex Latino-  
rum monumentis, quæ ad hanc rem factura erunt, decer-  
pamus: vt omnibus probè cognitis, & expensis, primū  
quidem discamus missam non esse nomen inane; sed quendam com-  
plexum vniuersi cultus diuinis; deinde, vt ne in rebus diuinis oscitantes,  
aut aliud agentes versemur, ex iis partibus, quid nobis factō sit opus,  
indicabitur; ac postremo diligentí partium consideratione erit perfaci-  
le iudicare, nihil aliad catholícam missam continere, quām, quod fa-  
crai litteræ à nobis exigunt. Ergo, vt de Clemente nihil dicam, déque  
epistolis summorum Pontificum; propterea quod aduersarii, quamvis  
inmerito, sint suspecti; & ad Græcam distributionem magis videantur  
accedere: a Tertulliano ducam principium, qui aliis in locis frequenter  
commemorat hymnos, preces, tremendaque mysteria; sed in libello  
de oratione, siue de missa, addit stationis, manuum ablutionis, mutuæ-  
que de osculationis ceremonias; nec eas modò; sed consecrationem,  
communionem, & gratiarum actionem adiungit. Augustinus, quem ho-  
stes nobiscum faciunt plurimi, rogatus à Paulino de præcipuis nostri sa-  
crificij partibus, respondet epistola 59. tot sibi videbit, quot Paulus prioris  
ad Timotheū ca. 2. enumerat; nimis omnes obsecrationes, orationes, postu-  
lationes, & gratiarum actiones: vt obsecrationes ad consecrationem vs-  
que porrigitur; orationum vero nomine comprehendantur illa eadem  
consecratio, communio, atque misteriorum distributio. Postulationes  
autem vocari docet eas preces, quibus à sacerdote populus Deo com-  
mendatur; &c, quod reliquum est, pertinere ad gratiarum actionem. Sed  
vt eo tempore magis accessit Augustinus ad Græcorū formulasita pa-  
tol diligenter est, quid in Paulinis vocibus lateat, enucleandum; vt tum  
dilucidè pateat nos in missa præstare, quod præcepit Apostolus. Ob-  
secrationes igitur sunt *Actæ*, quas, vt Augustinus, Primasius, aliiq; La-  
tinisi; sic Chrysostomus cum suis aiut, id genus precum designare propriè  
quibus veniam rogenus peccatorum, & à malis ingruentibus, potissi-  
mum spiritualibus, liberationem: habent enim nomen à timore. Nostrī  
autem sacrificij principiū quid, cedo, sibi vult aliud? Generalis illa con-  
fessio, quod vocat; nisi ad peccatorum condonationem? psalmodia vero,  
sue introitus, nonne ferè eandem semper habent veniam petitionem? Cer-  
tè *κύριε ἐλέησο* sapientum non mediocrem misericordiam ef-  
flagitat: deinde angelicus hymnus ex maxima parte aliud nihil agit;

Tertullia. in  
quotu[m] p[ro]a re-  
soluit partes.

Aug[ustinus] de  
eadem respon-  
tentia.  
1. Timoth. 2.

Observationes:

quamvis gratiarum actionem admisceat. Sed nec ipsæ gratiæ aliud sunt, quām petitiones; imò facilimum impetranda opis comendium. Adde graduale, quod olim psalmis constabat integris, qui nunquam non sunt de venia solliciti. De symbolo, quid possumus dicere? quod licet ἐν ἀρχής sit, propter diuinorum beneficiorum commemorationem: tamen ( si Germano credamus ad liturgiam Chrysostomi ) valet plurimum ad fidem, & misericordiam obtinendam. Et haec tenus orationes. sequuntur orationes, sive προσευχαί, quas & Augustinus, & Græci volunt rerum necessiarum esse petitiones. Nos autem si ad nostrum sacrificium redeamus; & , quid post symbolum fiat, intueamur: primū habituri sumus obuiam ipsam oblationem, quām aiunt liturgici interpres, nominatim Cabasilas ad cap. 10. liturgiæ Chrysostomi, aliquid habere gratiarum actionis; & mentem Deo grataam præbere; interim tamen petere noua corpori, & animo beneficia, & maximè sacrificij, quod penè est in manibus, consoitium. Quod superest in minore canone usque ad caput actionis, versatur iisdem in rebus, hoc est, in nouorum petitione, & veterum beneficiorum grata commemoratione. Tertio loco succedunt postulationes, quas Paulus ἐν ἔβεβδος vocat: aésque malunt plerique intercessiones reddere. Has Græci interpres, & Latini significare contendunt intercessionem sacerdotum, ac populi implorationem: vt per Dei misericordiam vindicentur ab iniutorum oppressione: Augustinus tamen mauult ad alieni mali commiserationem spectare. Iam si canonem inspicias; nonne in ipso statim limine commendat Deo vniuersam simul Ecclesiam; tum principes, ac magistratus utriusque ordinis; priuatumque, & publicè omnes, quibus est opus subuentione? Huc tendit ipsa quoque consecratio, quæ totius sacrificij mens, ac vita est, atque complexio. Si longius progrediari; rogatur Deus, vt defunctorum spiritus à flammis vindicet. Quæ adiuncta sunt, partim iisdem, partim viuis suffragantur. Quam autem videamus in defunctis commemorandis disscrepantam in antiquitate, inde natam arbitror. Testatur Areopagita, interprete Maximo, in Atheniensi ecclesia (cui addere licet Ierosolymitanam) primò solos fuisse, qui ex hac luce migrassent, commemoratos; & quidem ante consecrationem. Nam, vt primi Christiani non erant ignavi, & oscitantes in Dei cultu; quisque pro se confluebat ad sacra; vt Iustinus abunde testatur 2. apologia; & ex agris in ciuitatem, vel ubi esset ecclesia, coibat vniuersa multitudo; atque ibi pro se quisque, ac suis erat sollicitus. Soli aberant defuncti, qui ab vniuersis commendabantur Deo. Deinceps allecti sunt in eundem ordinem ægri, & qui iustis ex causis adesse non poterant; quibus per diaconos mittebatur Eucharistia. Postea, ubi calor ille deferuit, & Christi sanguis in Christianorum pectoribus intepuit; cum plurimorum absentium videretur ratio non negligenda, occuparunt tandem viui locum ante consecrationem, & secundas obtinueré defuncti; quamvis non male utroque loco misceri queant, & æque in utroque missa vis

missæ vis exeratur, proque fide, ac deuotione sua quisque multum, parvumve reportet. Communionem verò, & antegressam orationem dominicam eodē, quād cetera, pertinere nemo fidelis negauerit: cùm tremendis mysteriis fortissimè muniamur; & oratio dominica, vt omnium bonorum petitionem; ita malorum depulsionem efflagitat. Iam quæ sequitur communionem gratiarum actio, me tacente, satis ipsa scopū declarat suum; nec puto vel inter cathecumenos quenquam à sacris tam alienum, qui nō animaduerterit, quid illa spectet, aut velit. Itaque pios omnes credo mecum sentire in nostra missa id abunde præstari, quod suo Timotheo Apostolus, & nobis omnibus præscripsit. Hæc de partibus. *Descendit ad sacrificij christiani causas, & ministros.* Sequitur vt descendamus ad causas. Et quidem de effectrice nihil addituri sumus iis, quæ alibi dicta sunt, dum ostensum est, post crucis sacrificium, istud quoque à Christo institutum fuisse. Superfunt aliae causæ; & primū, quis sit administer huius sacrificij, quis verè, & efficaciter illud obeat; qua de re multa quoque Lutheranè confusione respondimus cùm ex aliis, tum ex Ignatio, qui docet non esse cuiuslibet, quemadmodum *Ignat.* hæretici delirabant; sed sacerdotum dare operam sacrificii: itaque nunc tantò partiùs. Ergo pro hac re facit caput 5. ac 3. Eccl. Hier. Dionisij, ybi *Dionys.* ne diaconum quidem illud posse prestare, nedum quemuis è populo cerdonem, adserit. Probandum quoque istud fuerat cap. 3. Malachiæ: sed libenter nunc omittimus, quod alibi in eodem ferè negotio allatum est à nobis. Pauçissimos igitur veteres Theologos produxisse fuerit huic rei satis. Esto primus eorum Eusebius Pamphilus libro 5. capite 5. Euangel. demonstrat. Quem sequatur Epiphanius testis locupletissimus in Nazoreis, in Aërio, in Melchisedecianis, & charactere Ecclesiæ. Chrysostomi autem suffragium tantò hac in re grauius est; quantò copiosius, ea de re toto insigni opere de dignitate sacerdotum disseruit, ac nominatim lib. 3. cap. 5. Adde Nicæni concilij canonem 18. quem ne hæretici quidem audebunt religere. Accedat epistola D. Hieronymi ad Etiagrum, & contra Luciferianos. De Germani commentario ad missam *Nicen. concil.* Chrysostomi. Quid me opus est dicere; cùm omnes isti disertissimè per- *Hieronymus.* sones solos sacerdotes velint esse ius, & facultatem diuinis rebus operandi, & sacrificandi: Cæterum magnum est operæ pretium pios omnes intelligere, quād dicatur Christum esse, qui quotidie seipsum offerat: ne vel inter legendum Patres, & concilia, etiam Tridentinum, turbentur; vel ab hæreticis veluti validissimo percellantur ariete. Nam, vt omittam Augustinum, Ambr. ac reliquos; in græcanicis liturgiis Christo & offerentis, & eius, qui offertur, & suscipiens partes tribuuntur; atque esse dicitur ὁ προσέγεωπος, καὶ προστέρομενος, καὶ προσθέτος, hoc est, offerens, oblatus, & suscipiens. Quid igitur num Christum putabimus altare nostris altaribus; & tem illam diuinam rufus obire, qua semel æternam salutem adiuuenit? An verba, quæ proferuntur, non erunt sacerdotum soni; sed Christi? Res erit clarissima. Certum est enim sacerdotes in baptismo admouere manus, titulus Kk ; exprimere,

*Euseb.  
Epiphani.  
Chrysost.*

*Nicen. concil.*  
*Hieronymus.*  
*Germanus.*

*Quomodo in sacrificio catholico seipsum christus offerat.*

*Ambro. li. 1.  
ca. ro. & 18.  
de officiis.*

*August. lib.  
10. ciuit. Dei.  
cap. 6. prop. extre. Liturg.  
Euseb., &  
Chrys.*

exprimere, verba proferre: & nihilominus clamat Ioaunes ille stator, legisque ac euangelij limes: *Hic est, qui baptizat.* Et hoc ipsum Augustinus millies Donatistis occinit, putantibus pendere sacramenta à merito ministri. Si potes hīc manus sacerdotis distinguere ab operacione Christi; si videre sacerdotem esse instrumentum, & Christum artificem, qui ad illius instrumenti motum expiet hominem, iustitia induat, & omnibus spiritus sancti donis cumulet; intelliges etiam, quod hīc agitur. Dicitur sacerdos hominem expiare, donare peccatorum remissionē: interim clamat Deus apud Isaiam: *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates.* Qui hīc non discreuerit illud, quod foris peragitur, à Seruatoris omnipotentia, quæ intus operatur; qui nescit iustificationem veluti certissimum peculium penes unum Deum remanere; & interea per metonymiam attribui sacerdoti: ne istud quidem assequetur. Nam eodem modo sacerdos verba pronuntiat, adhibet manus; verba tamen sunt Christi, qui tantam illis indidit efficaciam. Ipse transmutat creaturam in suum corpus, & sanguinem eo momento, quo peragitur oblatio; atque adeò ipse est, qui offerit: quia illius virtute perficiuntur vniuersa; nec secūs proferuntur verba, quām si rūsus eadem ille pronuntiaret: *Hoc est corpus meum, &c: Hic est sanguis meus.* Ergo sic habeant catechumeni, has formulas ita accipiendas; quoniam Christus eas cùm institueret, nunquam voluit deinceps illis deesse energiam; qualisunque foret administrer: quæ res intellecta incredibilem adfert consolationem.

Matth. 26.  
Marc. 14.

*Fines sacrificij catholici declarat, & quomodo peccata condonare à Patribus datur, ex quorundam sententia docet.*

### Catechesis 141.

 Xpletis effectricibus causis, & instrumentalibus, ad ipsos fines vocamur; non solum quia nunc ad illos strata est via; sed artis quoque ductus id postulat. Verum quia fines tam sunt multiplices, quām est diuisa rerum necessitas; facturi consultè videmur, si veterum sacrificium ordinem consectemur. Igitur primum de ratione holocaustum; mox ad explicationem finis pacificorum, & aliorum sacrificiorum: ex quorum collatione melius elucebit, missam nostram id genus esse cultus diuini, quo Deum Opt. Max. prædicamus, & intelligimus, quique ad peccatorum expiationem maximum adferat momentum. Et quia maiores nostri hac in parte videntur hyperbolycōs agere; quasi ingentia criminis missae sacrificio expientur: ideo dicendum erit non nihil, quæ, & quemadmodum hīc deleantur peccata; quia re nihil vel ad nostrum hoc calamitosum seculum, quod omnem pro peccatis satisfactionē vel impie contemnit, vel periculosè negligit, vel turpiter ignorat, accommodatus, vel piorum animis excitandis vtilius dici potest. Ergo quod ad primum

primum, præcipuumque finem pertinet, legislator Christus in ipsa institutione hunc præscriptis: *Hoc facite in meam commemorationem,* quæ verba, tametsi clara videantur, mirum est tamen, quantas circunfundant tenebras aduersarij. Non enim deseunt, qui hanc memoriam de sua coena putant intelligendam. Horum autem patriarches hanc dicit esse sententiam: *Quoties estis hāc mysteria celebratur, estote memores ut ego me in hac cœna gesserim, & maximè vbi meum tam liberaliter, & vnicè tractavi proditorem: vt meo exemplo induatis charitatem, qua iniucem peccata condonetis.* Pium quidem præceptum, religiosus finis: sed quem ibi Christus solum minimè præ oculis habuit. Quorsum enim Iudaicam cœnam nobis proponeret, vt eius occasione accenderet ad charitatem: si nihil ibi præterea gestum esset? De cœna autē Christi non ita puto pronuntiandum: Nam Areopagita inter alia, quorum vult agi memoriam, enumerat archisymbolum: pioinde quidam non recte negant intelligendā, cùm sit vel maximè, non tamen sola. In primis enim mortem suam voluit nos in animum reuocare, vti ex Alexandri i. sexti à D. Petro Pōtificis epistola liquet, Eucharistiā dicētis nihil aliud esse, quām perpetuam passionis Christi memoriam: interim tamen, vt Græcorum liturgiæ, & missæ Latinorum ostendunt, cætera quoque Seruatoris beneficia gratis animis recolēda sunt: vt sit hic germanus illius loci commentarius, si dicamus imperatam primò mortis commemorationem, assiduāmque memoriam, quemadmodum fecisse primos olim Christianos ex Iustino diximus, deinde sepulture, descensionis ad inferos, resurrectionis, & cunctorum in symbolo comprehensorum Christi operum, vt docet Areopagita, quod etiam patet ex nostro canone statim post deductam sub aspectum sacram hostiam. Inter beneficia porrò non postremum est huius ipsius institutio sacrificij. Hic igitur finis eximius, ob quem offerendum sit hoc sacrificium, nempe, vt gratam mententi præstems Christo: vt copiosius discere licet ex Irenæi libro 4. aduersus Valentimum cap. 32. & Origenis Adamantij lib. 8. cōtra Celsum. Verum, quia quicquid est donorum, quæ ad corpus, vel ad animum spectant, quicquid vel ad virtutem, animorumq; cultum pertinet, vel sanitatem opes, famā, & reliqua qd genitū, quantum postulat salutis ratio, tuetur, & instaurat: nobis ex vnicæ crucis merito profuit, illique penitus omnia prospera, & aduersa, quæ salutē promouent, accepta ferre debemus: hinc etiam rationē consentaneum est, vt Christo gratias per istud sacrificium agamus, nōsque testemus non ingratos. Et hic finis est prioris appendix, priori dependens. Reliqui sunt magis illiberales, quibus causam suam priuatum agere videtur, qui experti admissorū veniam, aut necessariā. Nunc dispiciamus an hoc idem sacrificium expurget peccata, & quatenus: peccatorum. & an peccatores, & ægerrimæ conscientiæ estimare debeant paramū sibi esse in altari catholico pharmacum, unde sanentur. Et quidem, quod attinet ad istud negotium, qui hactenus contra hæreticos.

Luc. 12.

*Quem velini  
heretici hu-  
ius sacrificij  
finem esse.*

*Ecc. Hier.  
cap. 3.*

*Verus finis sa-  
crificij cathe-  
lici.*

*Alter finis ex  
depen-  
dens.*

*Finis sacrifi-  
cij remisie  
peccatorum.*

**Luc.22.** dimicarunt his pugnant argumentis, quod in ipsis formis dicatur: *Hoc corpus, quod pro vobis frangitur, &c: Hic sanguis, qui pro vobis funditur: quibus verbis liquidò declaratū voluit legislatori, oblationem istam conducere ad obtinendam peccatorum remissionem. Cæterū, cùm rem istam firmari testimoniis oporteat: ante omnia constitui velim, non esse mentis catholicæ, hoc sacrificium per se, suáque propria, & peculiari vi peccata condonare, vt certè neque baptismi, aut pœnitentiae, aut cæterorum cuiusquam sacramentorum tantam licet agnoscere virtutem. Sed quemadmodum illa omnia ex Christi cruce vires, & energiam sortiuntur: ad eum modum sacrificium istud à Patribus Tridentinis labrum vocatur, per quod in præsentium animos immensa crucis virtus defluit. Hoc enim qui intelligit, facilè eorum stultitiam deprehendet: qui periculum esse aiunt, ne fiat iniuria cruci, quæ remissionem nobis peperit admissorum. Nam vt, nisi baptismus accesserit, catechumenus saluari nequit: ita hunc riuum adhiberi oportet, vt hauriamus ex immenso gurgite perpetuationis Christi. Alij fidei adsertores hoc etiam pertinere volunt cap. 17. Ioannis, vbi dicitur Christus sese pro suis sanctificare patri, quod sacrum esse vocabulum, & sacrificandi habere significationem, sexcentis locis videre est in liturgiis græcanicis. At verò nihil magis arbitror genuinum, quamvis obsecrum, ad huius rei demonstrationem, tertio cap. Malachiæ, vbi cùm propheta dixisset Christum conflaturum, & colaturum, hoc est, mutaturum sacerdotium Aaronicum in christianum, addit: *Et erunt offerentes Dominu sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Jerusalēm sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Hic autem agi de nostro, hoc est, altaris sacrificio, dictum est aliás. Nec obest, quod vocetur Iudæ sacrificium: cùm noui testamenti sacerdotes confessores sint, appellenturque tribus Iuda, eò quod fint grati in Deum, illique vni, abrogato veteris testamenti sacrificio, perplacant. Confessionis enim vocem sacrificalem esse nullus ignorat. Adde regiam Iudæ tribum fuisse, quæ dignitas in Christianum sacerdotium ( vt aliás ostendimus ) translata est. Vérum si quis non statim placaturum argutetur, quod prædictum placitum: attendat ea duo tam esse coniuncta, vt diueli nullo modo queant. Sed res euadet modis omnibus liquidior, si veniat in mentem officij sacerdotum, qui prius suo, deinde plebis quoque nomine dicuntur à Paulo offerre dona, & munera, siue sacrificia ad peccatorum remissionem obtinendam, ne dicam tum placere Domino sacrificium, quando dicitur illud odorari in odorem suavitatis, quod fieri nequit, nisi vbi omnis offensa placatur. Adde, quod vehementer ad rem facit, Osee prophetam cap.9. posteaquam dixisset, sacerdotes Aaronicos non amplius libaturos Domino, mox addere: *Et non placebunt ei, quod Hæbrei, Græci que interpretes aiunt designare deinceps ablatum iri sacerdotium Iudaicum, nec in posterum placituros, hoc est, veniam admissorum interpetratus. Ex quibus sacrificium non remittit per se, aut propria peccata, sed in Christi mysterio.***

**Ioannis 17.** *Et ignoscere Deum nostrum peccata voluntaria, & non voluntaria, quæ prudenter, & imprudentes perpetranimus: & post pauca: *Age Domine, exaudi vita Mosis, & orationem meam pro seruis tuis, ignoscere ipsiis in me delictum voluntarium, & lib. Deum esse inuoluntarium. Quid enim aliud, hac peccatorum distinctione, quæ immutabile mortiferorum, & leuiorum discrimen intelligemus: quemadmodum Cyril Ieros. Philoli 2. de**

**Malach.3.** *sacerdotium auctum offerimus: vt & nobis, & illis (népe defunctis) eum, qui est benissimus, propitium reddamus. Adde cap.3. epistolæ D. Martialis ad Burdegalenses, vbi dicit hoc solo remedio nobis vitam præstandam, missa Mart. & mortem effugandam, quod nostræ salutis causa in ara sanctificata taliis in antis proponitur: quæ omnia proculdubio de peccatorum sunt accipienda quis camere purgatione. Si autem Martialem nouum hominem fingant ( vt solent censum misericordiæ illudere aduersarij ) iuuuerit cognoscere in antiquis Cameracensi missalibus ( vt omittantur, quæ de antiquis bibliothecis alibi diximus) ferri missam propriam huius diui nomine, qui, cùm olim patuerint Remensi Archiepiscopo, geminū suggesterunt defensionis ar-*

*gumentum. Nam & Gallicis ecclesiis notum hinc diuum ex ea re per-*

*Burch. lib. 5. spicimus fuisse, vnde minus habet probabilitatis ementita viri nouitas. Fabianus. Martialem sequatur Alexander Pont. cuius epistolam agnoscent veteres Gelasius, Isidorus, Burchardus, Ivo, Gratianus, in qua dicitur oblati*

*Domino sacrificiis remitti ingentia crimina. Ad eundem modum illius successor Fabianus dicit per sacerdotum sacrificia Deum remittere populi peccata. Diuus Cyprianus ferè totus est in hac re lib. 3. epistola 14. 15. 16.*

*& sermone de laplis. Alexandrinus Dionysij epistolam ad Xystum Laurentij magistrum conseruauit Eusebius lib. 7. cap. 9. Eccl. Hist. in qua tam huius rei fidem ostendit ille scriptor, vt velit hæreticum ab hæreticis baptizatum, satis expiatum, quod isti sacrificio interfuerit. Adderem Athanasius.*

*totius orthodoxæ patronum Athanasium ex eius epistola, qui pene similia dicit cum Alexandro, quemadmodum & post illum Brach. & Vvorm. conc. Burcharensi, & Vvortnaciense concilia, vt refert Burchardus: nisi iam satis superque probatum esse videretur. Satius est autem, ne quis iam pro-*

*placituros, hoc est, veniam admissorum impetraturos. Ex quibus euadit manifestum Malachiam, vbi dixit sacrificium Iuda placitum Dominu, aliud nihil yelle, quæ nosra mysteria gratissima fore, & pro diluendis peccatis efficax instrumentum. Verum, si quid etiam nunc lucis traditionis desideretur, hauriédum ex traditione. Et possem hic nostri canonis veterba producere, sed, quia ne mentionem quidem illius ferre possunt aduersarij, supersedebo. Certè non sunt pauciora loca in Græcanicis liturgiis, peccata can. missæ. Li.*

*Concessisti ut offeramus tibi ô Deus, veritatem hoc, & invenientiam sacrificiū pro turgia Græc. nostris peccatis, & quæ populus per ignorantiam admisi: & alibi manifestiū: ignoscere Deum nostrum peccata voluntaria, & non voluntaria, quæ prudenter, & imprudentes perpetranimus: & post pauca: *Age Domine, exaudi vita Mosis, & orationem meam pro seruis tuis, ignoscere ipsiis in me delictum voluntarium, & lib. Deum esse inuoluntarium. Quid enim aliud, hac peccatorum distinctione, quæ immutabile mortiferorum, & leuiorum discrimen intelligemus: quemadmodum Cyril Ieros. Philoli 2. de**

*sacrifice. & Martialis. Martialis. ad Burdegalenses, vbi dicit hoc solo remedio nobis vitam præstandam, missa Mart. & mortem effugandam, quod nostræ salutis causa in ara sanctificata taliis in antis proponitur: quæ omnia proculdubio de peccatorum sunt accipienda quis camere purgatione. Si autem Martialem nouum hominem fingant ( vt solent censum misericordiæ illudere aduersarij ) iuuuerit cognoscere in antiquis Cameracensi missalibus ( vt omittantur, quæ de antiquis bibliothecis alibi diximus) ferri missam propriam huius diui nomine, qui, cùm olim patuerint Remensi Archiepiscopo, geminū suggesterunt defensionis argumentum. Nam & Gallicis ecclesiis notum est hunc diuum ex ea re per-*

*Burch. lib. 5. spicimus fuisse, vnde minus habet probabilitatis ementita viri nouitas. Fabianus. Martialem sequatur Alexander Pont. cuius epistolam agnoscent veteres Gelasius, Isidorus, Burchardus, Ivo, Gratianus, in qua dicitur oblati*

*Domino sacrificiis remitti ingentia crimina. Ad eundem modum illius successor Fabianus dicit per sacerdotum sacrificia Deum remittere populi peccata. Diuus Cyprianus ferè totus est in hac re lib. 3. epistola 14. 15. 16.*

*& sermone de laplis. Alexandrinus Dionysij epistolam ad Xystum Laurentij magistrum conseruauit Eusebius lib. 7. cap. 9. Eccl. Hist. in qua tam huius rei fidem ostendit ille scriptor, vt velit hæreticum ab hæreticis baptizatum, satis expiatum, quod isti sacrificio interfuerit. Adderem Athanasius.*

*totius orthodoxæ patronum Athanasium ex eius epistola, qui pene similia dicit cum Alexandro, quemadmodum & post illum Brach. & Vvorm. conc. Burcharensi, & Vvortnaciense concilia, vt refert Burchardus: nisi iam satis*

*superque probatum esse videretur. Satius est autem, ne quis iam pro-*

*questioni cur ductis*

L 1

maiores nostri ductis testimoniis abutatur ad suam , aliorumque pernicie m , breuiter  
ingenit a pec- declarare , quid sibi voluere nostri maiores , dum non delicta tatummo-  
cata hoc sa- dò , sed crimina hoc sacrificio condonari dixerunt. Inter scriptores ca-  
rificio dicat tholicos sunt , qui restringant ad commerita supplicia pro peccatis , &  
deleri , quæ se- & hoc reuera Cyprianus intellexit. Alij de peccatis iplis interpretantur ,  
quenti cate- & rogati explicationem dicunt non omnino , ac per se sacrificium con-  
chesi absolu- ferre admisorum veniam , quasi debeat quis eo fretus remissionis , absolu-  
tionisque sacramentum , contemnere sed duntaxat impetrare homini  
contritionem , & affectum resipisciendi , quod etiam orationes , elemo-  
synas , ieuniūaque facere certum est , quæ aliud nihil sunt , quād adiu-  
mēta quædam , & causæ , quæ ad alicuius effectus productionem requi-  
runtur : tametsi nō sint illius effectrices , veluti quondam pro Paulo Ste-  
phanus : pro Augustino Ambrosius , & matér orarunt , non quod vel Au-  
gustini conuersio precibus debeatur , sed Deo , qui vult nos hāc ratione  
precum inter nos colligatos . Horum igitur sententia nostrū sacrificium  
prolicit quodammodo misericordiam , cùm pœnitentiæ gratiam im-  
petrat , & resipiscens animum maiore contritione imbuit , ac perficit .  
Et hæc est fere scholiarum opinio . Cæterum multa supersunt in vtrām-  
que sententiam inquirendā : nos tamen in proximum conuentum rei-  
cimus , ne longiori sermone catechumenos oneremus .

*Copiosius de intelligentia maiorum , ubi per sacrificium missæ in-  
gentia etiam crima expiari docent , tractat , illorum tempora ,  
& de peccatis iudicium à nostris diversissima ostendens .*

### Catechesis 142.

Vprema catechesi declarauimus , partim oracularibus lit-  
teris ; partim Apostolica traditione missæ sacrificium per-  
quād idoneum esse ad non tantum leuium , sed etiam in-  
gentium criminum expiationem . Istud autem quomodo  
nostræ tempestatis eruditæ soleant interpretari , diximus ;  
quorum sententiae , et si verae sint , non tamen ita modis omnibus satisfa-  
ciunt , quin maiores nostros plura desiderasse , & voluisse vos ipsi sitis  
mox indicaturi . Mihi igitur semper grauiter peccare visi sunt , qui om-  
nia , etiam antiqua , metiuntur rerum præsentij speculatione : quasi olim  
ad sacrificium temere fuerint admissi manifesti peccatores , quos hodiè  
pronocamus , & inuitamus eò . Cui enim tam parum perspecta vetustas ;  
vt nō inaudierit pœnitentium , energumenorū , audientium , & reliquo-  
rum classès : hæc ( inquam ) qui non animaduertunt , & , vt nunc se  
habent mores , & secula cancta , interpretantur , facile devolucentur in er-  
rores . Fateor missam hac prædicam esse facultatem ; vt hominibus pœni-  
tentiæ laborem ingressis suppleat , quod porrò est necessarium . Sic enim  
decreto .

decretum cit à synodo Tridentina sessionis 22. capit. 2. Docet sancta  
synodus sacrificium istud verè propitiatorum esse , pérque ipsum fieri ,  
vt , si cum vero corde , & recta fide , cum metu , & reverentia contri-  
ti , ac pœnitentes ad Deum accedamus , misericordiam consequamur , &  
gratiam inueniamus in auxilio oportuno . Huius quippe oblatione placata  
tus Dominus gratiam , & donum pœnitentia concedens , crimina , &  
peccata etiam ingentia dimittit : vbi alludunt ad eos , quos supra  
recensuimus , Patres . Itaque si esset ostendendum conferre istud sa-  
crificium ad peccatorum remissionem ; vt se res habent nunc nostræ :  
non aliter certè foret exponendum . Secùs enim accipi dicta maio-  
rum non posse quisque mox iudicabit . Ut igitur de his rectè statua-  
mus ; oportet pauca ex antiquitate theologica delibare , priusquam  
de singulis maiorum dictis signatim , quomodo sint accipienda , do-  
ceamus . Principiò igitur nunquam credidit Ecclesia salubrè , tutum  
que esse hominem sceleris mortiferi consciū non solùm in ipsa tem-  
pla , sed etiam ad ipsas aras prorumpere . Non tulisset , credant mi-  
hi catechumeni , non tulisset , inquam , sanctissima , seuerissimaque  
vetustas scortatores , auaros , periuros , ebriosos , & id genus homi-  
num sacris operanti sacerdoti assistere : ne dicam cooperari : cùm ho-  
die vix liceat nobis in ipso altari tutò consistere , per talium scelerar-  
torum hominum impudentissimam improbitatem , qui pridiano me-  
ro putent , & nocturnam crapulam exhalant in sacerdotem & alta-  
re . Vtinam nasceretur aliquis Ambrosius , qui non religiosissimum  
Theodosium à sacerdotum statione discedere iuberet ; sed gancones ,  
lupas , sceneratores , fuerésque à sanctissimis altaribus reuelleret . Hoc  
igitur esse nefas , docet Areopagita Eccl . Hier . cap . 7 . dicens tantum  
abesse , vt homines mortiferorum consciū à sacrī vlo pacto iuuen-  
tur , vt etiam reliquo destituantur lumine . Nam ea est rerum ista-  
rum natura , vt bonos iuuent , & optimos maximè , malos exæ-  
cent , ac perdant . Notum est , quid Iudea contigerit huc se inge-  
renti . Nemo igitur putet sanctos illos , quos dudum nominauimus ,  
ad mysteria voluisse peruersos , & flagitosos innitare , quos arcebant  
studiosissimè , nec nisi sanctis committenda sancta putabant . Ad hæc  
notandum , quotquot ad sacrificium confluebant , non male affe-  
ctos , compulsose fuisse communicare tremendis ; & maximè cum sie-  
bant legitimi conuentus , vtputà diebus dominicis , quartisque , &  
sextis feriis , nisi iusta causa liberaret , quæ certè peccatum non e-  
rat , sed vel nausea , vel aliquid aliud . Nam confessæ impietatis ho-  
mines , ne ad ipsas quidem fores licebat accedere . Præterea oportet  
meminisse in Ecclesia primitiua vix usquam apparere venialū pec-  
catorum confessionem sacramentalem , sed eorum duntaxat inter fra-  
tres exomologesin , vt quidam volunt ad Iacobi epistolam : In multis of-  
fendimus omnes : & illud Ioannis : Si dixerimus quia peccatum non habe-  
mus , nos ipsos seducimus , &c . Occultorum quaque confessionis non infre-  
mitur .

Quæta prisca  
Ecclesiæ hac  
in re seueri-  
tatis intenſio .

Obseruatio  
circa primæ  
Ecclesiæ con-  
fessionis , in  
vnu huic sa-  
crificij .

Iacobi . 5 .  
I. Ioanni . 1 .

quens in eadem antiquitate occurrit mentio; cuius est exemplum lib. 3. epistola 14. Cypriani: interim tamen pro sua conscientia quisque fruebatur mysteriis: si quidem vita publici criminis infamia non laboraret; vt quemadmodum nostri ordinis, qui sunt religiosiores, vel quotidiè, vel alternis diebus confitentur, priusquam ad sacrū accedant; alij non ita, vt qui se putent satis expiatos; cùm fortassis vel contemptim lectorum precum canonicarum, vel negligenter peractae rei diuinæ peccato sordeat. Ad eundem modum in primitiva Ecclesia omnes ingrediebatur; partim post confessionem, partim nihil tale praestantes: itaque fieri poterat, vt multi sacramentis vterentur; nec nullum fructum perciperet, ob intus residētia peccata. Hæc res multum lucis adferet ad superius relatorum testimoniorū intelligentiā. Verum & illud est obseruādum, quibus verbis maiores nostri de huius facultate sacramenti loquātur; his nimirū: Oblatis sacrificiis redditur Deus propitius, & vt Tridētini Pa-  
22. Sess. cap. 2. tres: *Huius oblatione (sacrificij) placatus Dominus gratiā, & donum pœnitentie concedens, crimina, & peccata etiā ingentia dimittit;* vbi ferē oblationis fit mentio. Vnde nō est recte versatorū in antiquitate Ecclesiastica, putare idem esse offerre sacrificiū, & hominē quoquō modo versari in memoria sacerdotis; vti postea fusiū sumus ostēsuri. Multi enim obuersabantur olim sacerdotum animis; pro quibus tamen offerre fas nō erat. Absit igitur rerū sanctissimarū confusio. Absint ignorantiae, seu potius impiissimæ auaritiae, sordida vocabula emendi, & vendēndi. Non est tuum, quod catholicum est. Nec pretio distrahitur, quod est vniuersale. Tantum quisque reportat, quanta est cuiusque deuotio. Insuper diligēter supputandū est, qua atate, qui Patres vixerint, prima, media, an postrem; qua item tempestate abs templorum foribus ostiarij discesserint; & quando demū propagna turba, sublatis repagulis, ab ipsis aris arceri desierit. Et certe non appetet haec tenus factum ante quadringētos, aut circiter annos. Nam cùm D. Burchardus lib. decretorum 19. cap. 29. iubeat peccatores in ipsa tépla nō admitti: mihi fit vero simile, saltē in Germania, seruatam tunc temporis ostiariorum consuetudinem. Et ipse Thomas in sua summa ea de re disputans, habet non obscura argumēta, eam non ita pridem tum desiisse. Ad postremum oportet non negligenter expendere, quām disparity sint iudicia priscorum à nostris: & , vt res fiat exemplo manifestior; videamus qualiter illi de fiducia senserint, quam post absolutionem valeat peccator de remissione peccatorū cōcipere, qualiter nos. Hodie, vbi de more demurmurauiimus in aurem sacerdotis grauissima peccata, credimus nobis omnia tuta, & salua, iamque pedibus, ac manibus, remis, velisque nauigamus in coelum: scripturam verò clamantem: *De propitiatio peccato noli esse sine metu,* surdis auribus fortissimè contemnimus. Secūs nostri maiores non de sacramentis nostris illiberabiliter, & malignè iudicantes, sed altissimas cordis humani fibras, prauosque recessus formidantes: non Christi sanguinis efficaciam, sed suam habentes suspectam infirmitatem; ac tenuem ad susci-

*Alier de his  
rebus maiores  
nostri iudica-  
rūt, quām ho-  
diē soleamus.*

*Eccles. 3.*

ad suscipiendam gratiam apparatum, metuebat semper ne in peccatorum densa caligine fucus aliquis esset factus. Deinde legenti veteres Theologos occurret lögē diuersum à nostro iudicio de peccatorum grauitate, ex personarum discrimine. Hodiē ebrietas monachi, sacerdos, laici, videtur eodem loco habenda: nostri verò maiores aiunt personam tanti esse ponderis, vt quod alias vel nullum, vel leue censemur runte.   
*Personarum  
discrimina  
prisci Patres  
attentissima  
lancibra-  
runtes.*  
*Deserimus in  
nialibus toto ( vt fertur cœlo ) dissident, vsque adeo, quæ minima, vel nulla credimus, illi maximi ducunt. Nam si quando in Matthæo legamus: Qui dixerit fratri suo, fatue, mirè sumus ingeniosi ad declinandam sententiam, quando pronuntiatur reddendam de omni verbo otioso rationem, fucum facimus intelligētia, & qui nūc temporis de rebus optimè iudicant, confessicula putant omnia expiata, nec prorsus male, cùm post Tridentinam synodum non liceat ambigere, num confessione sacramentali venialia deleantur. Sed quia longum est, ne dicam impossibile, singula recensere, cùm partim lateant, partim excidant, partim nobis non sentientibus irrepant, partim non habeantur peccata: propterea maiores nostri diligenter incumbebant in opera misericordiæ, per eleemosynas, ieiunia, priuilegia, per proprias, & piorum hominum preces dabant operam, vt à surrepentibus vitiis expurgarentur. Quemadmodum Eccles. Hier. cap. 7. docet Areopagita, & Iacobus Apostolus, quando iubet nos orare pro inuicem, nihil aliud vult. Hæc diligēns lector, in veterum monumentis si sedulò subnotauerit, de hac re tota quām optimè statuet. Verum vt vnde lapsa est, redeat oratio, quid interpretabimur, quod aiunt Patres per hoc sacrificium remitti ingentia crimina: Equidē mihi haec tenus persuadeo, vel esse loquutos de peccatis latentibus: vt certe locutum constat Dionysium Alexandrinum accurate dig. epistola 3. ad Philemonem presbyterum Roma. Nam nesciebat ille, de serit, quā criquo retinēdo Dionysius ibi agit, se fuisse malè tactū, priusquam alio ritu in Ecclesia baptismum peragi animaduertit, & paratus erat poenitentiam suscipere. De ignorantis furentis, ac temulentæ adolescentiæ dicat dimiti.   
*Prolixè, ex  
accurate dig.  
minia per sa-  
crificium in-  
gentia Patriæ  
dicat dimiti.*  
*Ab occultis meis munda me Domine.* Nam tametsi mentem effugient huiusmodi scelerata: tamen manent scripta in libro Dei, & angelorū, atq; cacodæmonū, & nisi Dei succurrat benignitas, periclitamur ignorantibus, cui malo res diuina piè, feruenterque frequentata adfert remedii. Hoc primū esto; quod si minus adlubescat, quod tamē cordatis displicere nō arbitror: loquuti sunt Patres de iis, quib' ante legitimę poenitentię tépus absolutionis impēdebatur beneficiū, in quib' nō tātū pœnē, sed etiā culpæ nō nihil, propter cōtritionis defectum, fortassis refederat. Exempli causa, qui ei erauerat, fidem nō prius admittebatur, quām præscripta pœnitentiæ tépora consummasset, si quādo autem vel morbus, vel persecutio*

*censura au-  
thoris de quo-  
dā decreto  
scrip*Fa-*  
*biano.**

persecutio inguebat, absoluiebatur, & si vel martyr, vel confessor ficeret, benè quidem. Si autem in morbo danda esset absolutio, non quidem imponebatur, sed tantum significabatur canonica pœnitentia, quā interdu in seſe cognati recepta, ac mutata in vigiliis, iejunia, eleemosynas obibant. Sed post conualeſcebat, iam peracta à multis pœnitentia liberatus, admittebatur in tēpla, & synaxes: nihilominus veteri poterat nondū dilutas omnes pœnas, quæ desertoribus grauissimæ pœſcribuntur; vt Cyprianus queritur in multis epistolis. Iā in illo veterem Christianorū maximo absolutionis, atque ad communionē, & pacē ſuſcep- tionis ambitu, si quisquam vel deceptis, vel corruptis ſacerdotibus (nihil enim non tentabant accensi matris Ecclesiæ desiderio pij filij) admissus fuifet ad ſacra, nō quidē facile reſcindebatur, quod erat datum, & religioſi Patres iudicabant talibus adhuc eris alieni non tātum peccarum, ſed & culparum pluimū ſuperelle. Itaque de huiusmodi D. Cyprianū interpreter lib. 3. epiftola 13. 14. 16. 18. & ſermone de lapsis, di- centem offerri peccatorum nomina, & eadē in ſacrificio commemora- ri, ipſoſque expiare conſcientiam, & pro illis offerri ſacrificiū: cūm cer- to certius fit eis, qui nōdū erant absoluti ſacrificiis interefſe nullatenus confeſſum fuifse. Hi verò ſic, vel per fraudem, vel per indulgentiā rece- pti ſemineces, cūm aliis, tum ſacrificij præſidiis debent ſupplere, quod in illis desiderabatur. Atque ſic accipiēdos puto Patres omnes, qui ſcri- perunt uſque ad Gregorij Magnum, qui lib. 2. dialog. cap. 25. in vita D. Benediti teſtatur etiā tu coactos fuifſe cōmunicare, quodquot inter- erant ſacrificio. Quapropter mendū reor, q̄ in decretis iſtud adſcribitur martyri Fabiano, quaſi is laicos iuſſerit dieb⁹ paſchæ, pētecoſtes, & na- lis dominici cōmunicare. Nā ſi ad Gregorij Magni tēpora moſ ille penè quotidiane cōmunionis obtinuit: certum est multò id religioſius à pri- mis illis Christianis, ac martyribus obſeruatū. Et vt errorē magis videas, Burchardus lib. 5. cap. 17. decretorū tribuit illud Siluerio. Sed hoc obiter. Iā pio mea fide harū rerū teſtimonia. Igitur Burchardus (qui nobis Bonifacij pontif. & Theodori ex pœnitentiali ſecū ſuffragia defert) lib. 19. capite 21. inter alia ſubleuandæ pœnitentiaſ remedia, iubet hominē ac- cedere ad ſacerdotē, rogarē, vt pro ſe rē diuinā perficiat (neque enim tū erat nota noſtra nundinatio) panem, ac vinū offerre, atque illi in manus tradere, diligēter ad ſalutationes, & exhortationes ſacerdotis respōde- rere, humiliterq; Deū precari, vt oblationē, quā ipſe, & presbyter pro ſe, & peccatis ſuis ſiſtunt, dignetur per ſuū angelū ſuſcipere. Certū est au- tē illum agere de iis, qui mortiferorum pœnis ſunt grauati, qui antē pro viribus eadē defleſſent, & ſe pares oneri desperaſſent: vnde liquet dete- tos mortiferis non ausos fuifſe, aut ſaltē non admissos ad aras accedere. Si ad hunc modū hi de rebus ſtatuum, & Patrū ſententias diſcutia- mus: facilē peruidebimus, quid & quantum miſſa valeat, vt admiſſa pur- gentur, quorū priūs absolutionem petere fuerit cōſultiſſimum, quād ad horrendum ignem ſtramineos, aut plumbeos accedere.

Argumen-

Argumento à minori, probat ſacrificium catholicum defunctis in Christo prodeſſe; ſimulq; per occaſionem, librum alteram Maccabœorum ab hereticorum calumnijs vindicat.

### Catechesis 143.

**N**ter cætera, quæ totū nūc ſeculo docent aduersarij, & ſpargunt in vulgus, iſtud non poſteme videtur impie- tatis, quod, cūm videri cupiat präcones misericordiæ Dei, nobis fingant crucem Chriſti tam malignam, vt non niſi ad paucos premanet hæretica persuasione, fiduciāq; prä- ditos, tam inuidam, vt nullum ferat labrum, aut instrumentum admo- ueri. Itaque nobis hīc latiſſimus campus aperitur, ſi declamitandi pro- poſitum eſſet, non agendi, quod inſtat. Nūc utræque ſcripturæ Moſi legem, Chriſto gratiam, illi metum tribuunt, huic omnem damnatio- nem adiument. Quid multis opus? Malachia 1. Isaia 1. Psal. 39. 49. dicitur Deus fastidire omnia veteris legis ſacrificia, & uincā laudis viſtimam poſtulare (qui nomine fieri Christianam miſſam aliās diximus) Deo placitaram iuxta dies antiquos, qua nobis totis horreis, nullo, penè di- xerim, negoſio, certē nullo labore noſtro, affunditur, quod innumeris Iudaicis ſacrificiis vix poterat extorqueri. Quod cūm ita fit, quād peſi- simē de Chriſti merentur gratia, qui, concedentes Iudeis propitiatoriū, quo ſuis mortuis opitularentur, nobis negant, quaſi tunc illis maior, quād poſt Chriſtu nobis, affuiſſet gratia? Verū, in quiet aliquis, Esto, aequum poſtulas, ſi tale quid habuere Iudei, habeant & Christiani: ſed in antiqua ceremoniarum officina nihil huiusmodi cernitur, ac proinde nulla cum iniuria carebimus. Hīc igitur eſt cōtrouerſia. Et vt rēm aper- to Marte geramus, primū ſi quid lateat in ſcripturis proferemus, & inde traditionis agmen ē caſtris ecclesiasticis producetur. Iudas ergo ſue Asſaſonæus, ſue Maccabœus dicitur miſſe Ierosolymam duode- cim millia drachmarum, vt defuncto militi ſacrificiis ferrent opem, cui, in fide licet vera defuncto, nāuos quodſdam adhæſiſſe verebatur ex inuentis anathematibus. Sed hīc attende, catholice lector, quod machi- nis hoc telum diabolus conetur vel extorquere, vel obtundere. Primò aient aduersarij ſibi libru non probari, vt potè qui ſibi ipſi fidē abroget, ſequē ipſum explodat. Nā lib. 2. fidem historiæ penes ſuos authores effe- vult, quaſi de veritate certō conſtitutum illi non fuerit. Ad hāc profert 2. Macc. 12. nescio quem Iasona Cyrenæum, qui libris quinque res Maccabœorum obiectio- neſſit complexus. Is autem quis fuerit, haſtentus ignoratur: nec tutum eſt incerto ſcriptori ſidem adhibere. Poſtemdō ſibi non admodum conſi- dere videtur, qui quis libros iſtos cōpilarit, vt qui peroraturus inquit: Ego in hiſ faciam finem ſermonis: Et ſiquidem bene, & vt historiæ das proponit.

*lib. 2. ca. 15.* competit; hoc & ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mig-  
darius, inquiunt illi veniam, quam petit: ceterum ut eo libro nobis  
præscribatur, ferendum non est. Hic aduersariorum aries videtur incau-  
tis, & imperitis mirum in modum orthodoxæ vallum quassare: sed si  
quis Græcum fontem intueatur, deprehendet meros esse fumos, & pu-  
dendæ insectiæ turpissimam confessionem. Nam ut hinc exordiamur,  
veritas, quam se dicit scriptor ille sacer authōribus permittere, est æxpli-  
ficiæ, hoc est, accurata diligentia, aut potius *diākriθēa*, id est, perdiligēs  
studii. Sic enim ille loquitur, τὸ ἡ διάκριθη τερπνή τῷ συν-  
τραφεῖ ταραχωσταύτες, id est, accuratè de singulis scribere cōmittētes  
ipſi authori: quæ sit autē sententia in sequentibus aperit insigni simili-  
*lib. 2. cap. 2.* tudine architecti domū à fundamētis exædificatis, & eius, qui iam ex-  
tructa velit ornatum adferre, & mox cōparationem accommodans ὑ-  
τας ἀποτελεῖ ἐπὶ ἁμῶρ τὸ ἡ ἐμβατίνει, καὶ τερπνή τοιεσθαι λέγοι,  
καὶ τολυπραχυοντὸν τετοιητὴ μέγθοι, τῷ τῆς ἤτι μέγθοι, τῷ τῆς ἵσογλας ἀγχοντὸν καθίκεν,  
hoc est, sic puto & in nobis perscrutari, & de omnibus sermonem face-  
re, curioseque agere in singulis historiæ authori primo cōgruere. Non  
cōmittit igitur authori veritatē, quasi de ea ipse nequaquam sollici-  
tus; cū illa virtus fuerit in historicis vel spectata, vel desiderata maxi-  
mè ( quis enim tam impudens, vt historiam scribere se dicat: cū præ-  
ter mendacia nihil habeat? ) sed colorum, schematum, parechaseon,  
cæterorumque ornamentorum, quibus historici placere solent, copi-  
am, diligentiam, imitandique studium sibi ait curæ non fore; sed ab  
authore petēda. Negat enim scriptori sacro conuenire rem ad vnguem  
excutere, & quasi superbè, adhibitisque cothurnis veritatem tradere.  
Quod autem de Iasoni ignoto quiritantur, nihil est. Quid enim: si  
author ille sit obscurus; nūm idcirco reuocabitur in dubium, quod  
noster historiographus consarcinavit? Errauit ille; at nostrum prædi-  
tum numine ab auro scoriā dimouisse, certum est. Scripferunt enim  
de rebus Christianis, & Iudaicis etiam Ethnici ( vt docet Iosephus  
contra Appionem ) multa deprauarunt; quædam excogitarunt; pluri-  
ma etiam vera prodiderunt: num propterea Christianarum historiarum  
nutabit veritas? tametsi Iasoni credam sacram fuisse scriptorem, non  
quidem relatum in arcā; vt qui post Artaxerxem vixerit; sed syna-  
gogæ iudicio dignum habitum archiūs Ierosolymitanis. Sed videtur  
de illius fide nostrum hūc authorem dubitasse. Quasi vero Ieremias ni-  
hil scripsisse sit dicendus, qui dicat se nescire loqui; vel Paulum cen-  
sere oporteat parum spectatæ fidei, qui se imperitum sermone fatea-  
tur; quasi ista de eloquentia, & litteratura sint accipienda; cū di-  
*Act. 26.* cat ille impius: *Multa te littera, Paule, ad insaniam conuerunt;* ac  
non potius de humilitate. Quād igitur vel optat historiam benē scri-  
ptam videri; quam tamen male scriptam non dicit; vel fatetur se par-  
cē, atque exiliter de re potuisse dicere; nec pro sacrarum scripturarum  
dignitate: aliud nihil, quām animi submillionem ostendit. Vel fieri  
denique

denique potest, vt nescierit ille factum hunc suum catalogo librorum Ecclesiæ dignum, sed postmodum id iudicarit Ecclesia. Verū ( vt sunt multiplices substructiones ) non fuit, inquiunt, liber in canonem Hebræorum admissus: a quibus vicissim percunctari libet, cūm nec prior liber Maccabæorum, quem nobiscum recipitis, fuerit in canonem Hebræorum relatus ( quod inficiari, quantumvis impudentes, non audebitis ) si illum, cur non & istum admittitis, cūm vterque illa commendatione careat? Atqui hoc dicit Hieronymus: Refutè, sed ille quo tempore mater, iudexque scripturarum Ecclesia nihil dum pronuntia-  
rat. Nam Origenes ad Psal. 10. vt est conservatus ab Eusebio lib. 6. cap. 25. Eccl. Hist. fatetur in arca non fuisse: nihilominus ad caput 4. Ioan-  
nis citat huius libri fidem, aitque possum in archiūs Ierosolymorum, & ab Hebræis totam Maccabæorum historiam vocatam tradit *וְיַעֲשֶׂה* Sarbeth, hoc est, principem domus, & *וְיִתְּבָא אֵל*, quasi. *Appionem in initio de du-*  
*lib. 1. cōtra*  
*ordine apud*  
*Iudeos.*  
Iudaici populi spectatissimum agebat, fortissimumque principem. Porro ex eo librorum discrimine, fidem illis abrogatam minimè fuisse, ex penè simili Eusebij sententia perspicuum euadet, qui lib. 3. cap. 10. Eccl. Hist. dicit maioris authoritatis creditos libros noui testamenti, de quibus nunquam dubitatum est, vt est epistola ad Romanos, vtraque ad Corinthios, &c: alios autem quorum de authore fuisse aliquando controuersia, secundas obtinere, vtputa Apocalypsim, Iacobi epistolam, & quæ ad Hebræos. Et sit igitur priorum grauiorem censuram iudicauit, num illico veritatem posterioribus ademit, cūm ea scriberet Eusebius? Minimè, sed priusquam Ecclesiæ iudicium intercederet, licebat illis scripturis potiores tribuere, quæ nunquā fuerunt controuersæ, nunc autem perinde, vt olim, dubitare, & ecclesiasticam sententiam retractare perinde impium, atque indoctum est. Ad hunc ergo modum erant quidem libri Macchabæorū sacri, sed ita, vt primam authoritatem non obtinerent, vt neque reliqui post Artaxerxem conscripti. Huius rei cau-  
*lib. 1. Mac-*  
*sub. 9. & 12.*  
sam hanc reddit Iosephus, quād tum nutaret incerta prophetarum suc-  
cessio: quemadmodum in istis libris diligens lector deprehendet, vbi  
sep̄ orituri, quandoque noui prophetæ sit mentio, qui de rebus du-  
biis certius statueret. Iam, si placet, videamus, quid hoc de libro catho-  
lici sentire debeant, & quid sit in vniuersum in hoc sacrorum libro-  
rum examine tenendum, ne fumis, & ventis impostorum circumagan-  
tur. Primus igitur, & certissimus canon est ecclesiastica definitio, quæ  
vbi adfuerit, insanum est velle disputare. Quæ est vero, inquiet aliquis,  
de his libris Ecclesiæ lex. In primis canon Apostolorum 85. tres libros  
Maccabæorum reliquis scripturis accenset, quos etiam nunc Græca bi-  
blia servant. Deinde in concilio 3. Carthaginensi cap. 47. cui interfuit  
Augustinus, dum in viuis etiam tum ageret Hieronymus, de tertio qui-  
dem lib. nihil est additum, priores vero certæ fidei esse, decretum est.  
Idem quoque Augustinus scribens doctrinam Christianam lib. 2. cap. 8.  
Ecclæ ea-  
nonicis libris  
hijst maccab.  
accensit.  
M m. annedit:

annequit catalogo scripturarum Maccabaeorum historiam duobus libris comprehensam, & ipse tanquam sacro scripto vtitur lib. de cura pro mortuis cap. i. Postremò (quid enim opus est multa prōferre?) catholicam definitionem concilij Carthaginensis approbavit sexta synodus, ratamque esse iussit canone. 2. Ab his igitur subselliis totius orbis appellare non licet ei, qui Christianum appellari, & haberis se velit. Nil dicam de Innocentio tertio, aliisque Pontificibus, quorum authoritas haereticis leuior est. Romanum concilium apud Burchardum videtur est, Florentinam, & Tridentinam synodos nullus ignorat, nisi qui salutis curam abiecit, nec contemnit, nisi prorsus nefarius. Nunc itaque, vt ad sacrificium reuertamur, si liber certissime fidei doceat veterem legem non caruisse huiusmodi sacrificio, quo subueniebatur defunctis: quis tam vel inuidus, vel Christi gratiae impotens hostis, vt tantundem nostrae religioni nolit concedere? venit autem nunc in mentem cuiusdam scrupulus indigni, qui nominetur, ex illis libris tale nihil à nobis colligi posse, cū sacrificij nulla fiat mentio: sed missarum dūtaxat, oblatarumque drachmarum. Scilicet, ineptissime mortalium, dicit nos immolare pecuniam, qui eam offerimus in sacrificio. Si religionis, & scripturarum adeò rudit es, vide quid 4. Regum cap. 12. facerdotem Ioa-  
da sacer historicus fecisse referat. Et tulit Ioaada Pontifex gazophylacium  
vnum, aperuitque foramen d' super, & posuit illud in xixia altare ad dexteram ingredientium domum Domini: mittebantque in eo sacerdores, qui cu-  
stodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini.  
Et quibusdam interiectis: Pecuniam vero pro delito, & pecuniam pro  
peccato non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. Daudes  
Kimhius phraseon diligens scrutator ad hunc locum, dicit non esse in-  
telligendum de pecunia, quæ fuisset pro peccatis oblata: sed quæ Iero-  
solymam ad sacerdotes missa fuerit, vt ea comparatas hostias offerrent  
Deo: ita vt ad ipsos sacrificios, præter tergus, & ea, quæ lege præcipie-  
bantur, nihil ex ea pecunia redierit. Ad hunc igitur modum de his Mac-  
cabaeorum drachmis factum est, vt coemptis, oblatisque Deo victimis,  
cum desiderato milite clementius ageretur. Huius autem libri caput  
istud pro nobis hac in pugna vehementer facere, testis est amplissimus  
taetur, librū Ioannes Damascenus in libro de dormientibus in Christo, vbi probatu-  
rus rem nostram diuinam, seu liturgiam iuuare defunctos, non veretur  
hoc vti testimonio. Vnde minus mouere debet, quod superbi quidam  
censores hunc librum Damasceni esse negent. Nam si quis diligenter  
legat caput vltimum lib. 3. & conferat cum isto scripto, videbit rem  
esse extra omnem controversiam. Et quam uis idem scriptor lib. 4. cap.  
18. orth. fidei inter sacros libros non meminit historiæ Maccabaeorum:  
tamen, cum eo ipso in loco velit canones Apostolorum certos habe-  
ri, quorum authoritas huc rei suffragatur, quid est, quod de Damas-  
eno queamus ambigere?

*Ench. lib. 2.*  
*cap. 117.*

4. Reg. 12.

Geminam

*Geminum adhuc aduersariorum obiectionem, quæ Maccabaeorum  
librum alterum impetunt, diluit: deinde cum vetustissimorum  
Patrum; tum conciliorum testimonii, sacrificium catholicum  
spiritibus defensatis prodeisse ostendit.*

### Catechesis 14.



Auctenus videbatur pristinæ authoritati satis adsertus liber alter Maccabaeorum; itaque properandum erat ad traditio-  
nem: sed prius libet aduersariorum geminam obiectionem  
diluere; ne quicquam super sit, quod nostris catechumenis  
damnum adferre queat. Altera perita est ex eodem ipso vo-  
lumine, altera ex D. Gregorio, qui licet vixerit post sexti concilij tempo-  
ra; nihil tamen videtur moratus illius autoritatem. Ut autem à priori  
exordiamur; in secundi libri Maccabaeorum cap. 14. laudatur impenitissi-  
mè quidam Razis, sive Razias, qui ob insignem virtutem, ac præstan-  
tiam, Iudeorum pater vocabatur: cùm tamen ille & lethale vulnus pro-  
pria manu sibi inflixerit, & sponte de muro se dederit præcipitem, sicq;  
perierit; & quasi eam valde præclarā patrasset, magnifice laniibus effe-  
tur, velut suis natalibus quicquam indignum pati, & peccatoribus ser-  
uire noluerint seruitutem; sed, priusquā libertatem amitteret, pulcherri-  
mam sibi mortem consciuerit. Quis illo facinore tanta præconia meri-  
tum credit: cùm sit maximum nefas sibi manus inferre? Vel igitur explo-  
datur liber; vel paradoxū illud recipiatur, nimirū, præclare agere eos,  
qui, quasi sese hac luce indignos iudicarent, laqueo, ferro, præcipito,  
aquis, aut quolibet pacto miseram extrudut animam. Celebratur tamen  
ille ob incredibilē religionis constantiam; seu (vt libet ille loquitur) con-  
tinuentiam; quia nulla ratione à patriis legibus dimoueri potuit, paratus  
animam, hoc est, vitam, corpusque pro autis ritibus, lege, temploq; pa-  
cisci: adeò vt Nicanor duceret summam cladem Iudeis interrogatum iri; si  
hunc è medio sustulisset. Postremò fertur Dominum iam moribundus  
deprecatus; vt quæ in turbas viscera sua dispergebat, in resurrectione re-  
ciperet. Evidem possemus cum Augustino huius aliqui præstantissimi  
virи peccatum agnoscere salua libri authoritate. Nam & in Genesi  
narrantur Noë, Loth, Iude, aliorumque grauia crimina. In libris Regum  
legimus Dauidem adulterum, & homicidam, Salomonem idololatram,  
& alios non leuibus sceleribus celebratos: neq; propteræ metuimus, ne  
libri reiiciantur, quamvis eosue aliis locis magnis ornatibus laudibus. Au-  
gustinus enim lib. 2. contra 2. epistolam Gaudentij Donatistæ, hanc pro-  
priis manibus allatam mortem laudantis, ait scripturam factum illud  
commemorare; non tamen excusare: quæ autem honorificè de viro nar-  
rantur, partim benevolentiae, qua ille ciues prosequebatur, partim huma-  
nis delatū esse iudiciis. Nec enim raro contingit homines, nō vsqueadē  
bonos, valde claros haberi. Nobilis autē mors dici potest, quæadmodum

M m 2. Catonem.

*Prior obiectionis  
haereticorum  
in lib. 2. auct.  
peritur ex fa-  
cto Razie,  
qui laudatur  
in eis.*

*Quomodo  
Aug. ill. obie-  
ctioni respon-  
det.*

Catonem. Ut icensem, aliosque laudamus, qui viriliter mortem oppetere. Nec ego, inquit Augustinus, dicam facile muliebriter; sed tamen non laudabiliter. Quod Deum orauerit, non statim condicit scriptura fuisse exauditum. In summa vult Augustinus non recte factum, interim tamen & eo in loco, & lib. 18. cap. 36. de ciuitate Dei hanc scripturam inter ora- cula diuina collocat. Mihi vero haec tenus, pro huius viri laude, videor aliam videre defendendi rationem, qua nimis idem Augustinus Samsonis memorabile factum tuetur, quod illi obiciebant Donatistæ; ut ille sibi mortem intulerit, quam mox ab hostibus imminere video- bat, edocitus à Spiritu sancto, qui anteā visus erat illi substractus, quan- do per imprudentiam suam perdiderat arcanum capillitum. Si enim Naziræus ille defenditur, quod supplicium accessita morte ultra præ- uenerit, quod parabatur ab ostibus: cur non iisdem nominibus huius Ibid. viri famam, laudemque tueamur, qui (ut scriptura testatur) cum se conclusam vindique cerneret, atque milites ad se properare, conatus est eorum ludibrio se subducere? Neque immerito huic occultum spi- ritus instinctum adfuisse quis dixerit, qui tanta virtute patrias leges anteā coluerit; ut earam gratia quævis pericula fortiter adiuverit. Si cui tamen Augustini sententia magis arrideat, equidem non reclamabo.

*Altera obie-  
ctio ex Gre-  
ger. mor. de-  
sumpta.*

Sed acris virget, quod Gregorius lib. 19. cap. 27. moralium veluti cau- sam dicere coactus, cur ex huius historiae Maccabæorum fide testimonia protulerit, purgat se, dicens non penitus factum inordinatè, quod exempla ex libris desumpterit non canonicas. Atqui iam, Gregorij, Car- thaginiensis synodus & sextum generale concilium hos libros in ca- nonem Christianum receperat: num tu censes geminis conciliis parum fidei habendum; & libris approbatis autoritatem derogandam? Verum facilè se inuidia liberabit Gregorius, si respondeat sibi fuisse persua- sum hos libros nequaquam in arcum synagogæ relatos; quia non habe- rentur certæ prophetæ: ac propterea Hieronymiana phrasæ vocasse non canonicos: quia, etiam si ab Ecclesia reciperentur, manebattamen homi- num mentibus, ea opinio, quod de iis fuerit quandoque à Iudeis dubita- tum. Hic igitur iuuerit meminiisse eius discriminis, quod fuisse diximus inter sacros libros, quorum alij quibusdam in Ecclesiis aliquando vel suspecti, vel serius recepti; alij, nusquam olssemper in pretio habitii. Nunc ad traditionem, eamque potissimum, quam maximi momenti apud no- stros aduersarios esse putamus. Cum enim non dubitet Caius in adserere, nullam ad Augustini usque extatam heresim in Ecclesia fuisse: viden- tur in aciem iij testes producendi, qui ante Augustinum floruerunt, po- sterisque suam hac de re fidem prodiderunt, fuisse nimis catholico sacrificio subuentum defunctorum spiritibus. Igitur Areopagita Eccl. Hierar. cap. 7. non solum dicit suum hierarcham, siue Episcopum fudisse orationes, & rei diuinæ operatum fuisse pro defuncto; verum etiam for- malas ipsas commemorat, quas in occidentalis Ecclesiæ ceremoniis au- dire est. Quod si quis Dionysium de quibuslibet hymnis non sacrificia- libus in

*Antiqui-  
ma traditione  
vincit cathe-  
lico sacrificio  
sempredefen-  
dit. vita side-  
libus esse sub-  
uentum.*

**C A T E C H E S I S C X L I I I .** 461

libus intelligendum contendat: viderit, quid ad hæc sit responsurus. Da- mascenus libro de quiescentibus in Christo, mox ut locum illum Mac- cabæorum protulisset, subiicit istud Areopagitæ testimonium, volens pro- bare sacrificio iuuari defunctos; non facturus proculdubio, nisi Dionysij verba de sacrificiali prece intelligenda compertum habuisset. Ad hæc D. Burchardus lib. 3. cap. 65. hoc ipsum agens εὐχὴν vocat missam; adseritq; Areopagitæ verbis, doceri magnam ex illa ad defunctos utilitatem redi- re. Postremò Iacobus in sua liturgia, qua parte defunctos commemorat, refert ad verbum Dionysij formulas. Nam quod nos cogitando potius, quam loquendo facimus; hoc Iacobus conceptis verbis fieri mandat, prorsus in eandem, cum Areopagita, sententiam: vnde facile est statue- re, hunc quoque de sacrificij prece verba facere. Licet istis addere Basilij, Chrysostomique liturgias, & illarum interpretes Cyrillum Ierolymitanum (qui missæ D. Iacobi videtur habere compedium, catechesi s. mystagogica) Germanum in ecclesiastica historia, & Nicolaum Cabasilam cap. 41. Ceterum operæ pretium est annotare, quosdam recentiores arbitrii Dionysium agere de sacro præsanctificatorum, ducentes nonnihil argumenti ex eodem capite. Sed si inspiciant cano. 51. Laodicenum; adhucantque Balsamonem scholiasten; videbunt nulla ratione id confi- stere. Nam illi Patres cauerunt, ne in qua quædam in quadragesima celebrare- tur missa pro defunctis, nisi diebus sabbathi, quibus haud dubiè sacrum integrum peragebatur: vnde probabile est, authorem illum de sacro le- gitimo loquutum, in quo nimis confessio, & sanctificatio mysteriorum perficeretur. Quia tamen est hoc ambiguum; singamus illud volu- isse, quod illis placet: interim habebit non minus certum argumētum il- lius, quam adstruimus, veritatis; cum afferat nomina defunctorum reci- tata fuisse ex diptichis, in quorum altero martyres, in altero ij describe- bantur, qui videbantur egere suffragio; idque siebat in singulis integris sacrificiis; vnde liquet maiores nostros sperasse, opem se per sacrificium ferre defunctis. De Iacobi, Basilij, Chrysostomi liturgiis nihil dicam; in quibus res est extra omnem controversiam. Quod si quis illud Chrysostomi suffragium non moretur: libros de dignitate sacerdotū contemne- re non potest, in quorum sexti cap. 4. dicit sacerdotes sacrificiis suis non tantum orbis totius agere negotium apud Deum; sed & illum reddere defunctis propitium. In commentario autem in epistolam ad Philippenses. cap. 1. hom. 3. docet, quo animo, qua spe venire debeamus ad poscedum iis refrigerium, qui è vita migrarunt. Post hos Epiphanius cum alibi suā Epiphaniā ipsam fidem testatam faciat; tum in charactere Ecclesiæ, inter cætera in fine pana- insignia, dicit huius filios peragentes προσευχας, hoc est, orationes, και της λαζαρεως, id est, cultus (sic semper vocat missam) & διανεμιας, solere fa- cere nominatim memoriam defunctorum. Heresi autem 75. Acrium re- liquis accenset hereticis; quod ausus fuisset rem istam conuelleret; id in ancyroto repetit, libro à synodo mirum in modū celebrato; quæ nobis etiam fortissime patrocinatur. Omittam Damasceni partem alterā me- 9 godnulideī

in pref. &  
baref 7.5.

thodi theologice, hoc est, librum de hæresibus, cui Augustinus Latinus etiam adstipulatus est. Ille tamen Damasceni libellus hoc adfert compendij, quod aceruatim Athanasij, Basili, Nissæni, Chrisostomi, Nazianzeni, & aliorum testimonia congerat, quibus rem satis superque suæ tempestatis hominibus probatam fore confidebat. His tam multis si Latinorum vetustissimos libeat connectere; primum locum fortius

*Tertullianus*, qui altero libro ad uxorem, inter cetera, quibus dissuaderet ne secundas experiatur nuptias, argumenta, dicit perquam ineptum esse, vt cui priore coniuge defuncto alter inductus sit, ad sacrificia funebria, vt oporteret, conueniat, sive que ibi defunctos, & in iis coniugem commemoret. Nam si facias ( inquit ) offendes viuum coniugem; si omittas, peccabis in pietatem. Idem repetit in libro de monogamia, quem non nominarem, editum aduersus Ecclesiam; nisi in *Tertulliano*, etiam lapsi, extarent plurima orthodoxa monimenta. Addatur magister discipulus ( quo vno teste res satis probata videretur ) ex libri I. epistola 9. quam exul ad clerum turnit Fanorum exarauit, vetas ne offerrent

*sacrificium*, nec ullam fecerent commemorationem Geminij Victoris, qui testamento Faustinum presbyterum executorem vocaslet. Ambrosius in orationibus pro fratre Satyro, Augustinus in confessionibus, & *Enchiridio*, & de cura pro mortuis, aliisque pluribus in locis nobiscum rem istam sibi certissimam fuisse, copiosissime testantur. Itaque nihil superesse videtur, quam ut vno, aut altero exemplo, maiorum nostrorum quanta fuerit erga defunctos pietas, demonstremus. D. Burchardus lib.

*Origen. apud Burch.* 19. cap. 112. citat paucissima Origenis; sed mirè vtilia verba: *Anime defunctorum quatuor* ( inquit ) *modis solvantur, aut oblationibus sacerdotum, preciis vobis sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum.*

*Cocil. cabilō conc. Valent.* Concilium autem Cabilonense can. 39. præcipit in omnibus sacrificiis fieri memoriam defunctorum. Est præterea concilij Valentini canon 4. & Carthaginensis 4. can. 59. in quibus vocantur animicidae parentum ij, qui à progenitoribus constitutas oblationes, & præscripta negligunt, animarumque refrigeria detinent. Quapropter idem Burchardus lib. 1. cap. 94. interrogatione 53. dicit quæsumus fuisse per Episcopos, num qui essent, qui oblationes, seu eleemosynas parentum defunctorum iniuste sibi vendicarent; vsque adeò erant solliciti sancti maiores nostri, ne qua

*Burchardus.* fraus, aut iniuria fieret defunctis spiritibus: nos autem in tantam decidimus barbariem; ut vel muliebre, vel superstitionis ducamus mortuis iusta persoluere. Erant quædam adiencia de vi huius sacrificij pro defunctis; ne quis nimis præsumat, quod & moribus nostris, & spiritibus ipsi foret perniciose: sed cum alias ex Chrisostomo, Germano, & aliis indicauerim quomodo se quisque comparare debeat; & si quidem fidem, spem, ac devotionem adhibueribus, esse potens, & efficax; non libert plurius eadem prolixius inculcare.

*Sacrificio*

*Sacrificio catholico Deum ipsum coli, & sanctos honorari cum ex maiorum traditione; tum ex scripturarum testimonio luculenter probat.*

## Catechesis 145.



Issam catholicam propitiandi, & expiandi ubi præditam non tantum viuos, sed & mortuos, qui mortifera fecū hinc peccata non exportarint, iuxta sanctissimi Tridentini concilij sessionis 22. caput 2. haec tenus probatū est satis. Nunc, si velimus methodum institutam persequi, & nihil eorum omittere, quæ ad fines pertinent: sequitur demostandum eandem missam esse indolis holocausticæ, id est, facere non tantum ad Deū collendū, sed ad honorandos sanctos angelos, & spiritus beatorum. Est autem negotium istud plenū inuidiæ, suntque hac in parte hostes admodum temulent. Nam, cum audiūt missam esse Dei cultum singularem, perinde quiritantur, ac si Deo summa fieret iniuria, ubi vero cernunt ea etiam diuos honorari, rursū blasphemiae nos accersunt, quasi rebus mortuis diuinū cultum impenda mus. Itaque impræsentiarū de his duabus sumus acturi. Facere igitur missam vel maximè ad Deum coléendum, primum, ac tertium prophetæ Malachiæ caput abundè probabit, quod vaticinium de hoc nostro sacrificio continere, meo iure nunc mili su mere videor. Is ergo propheta dicit ex persona Dei ( si queratur author, Germanus epistolā 3. instar multorum esse potest. ) *Non suscipiam munus de manu vestra.* Quamobrem? *Ab ortu enim solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, &c.* Si quis autem non intelligat, quænam si hæc Domini nominis magnitudo, adeat Septuaginta, qui habent verbum δέξαται, quod Tertullianus libri aduersus Iudeos cap. 1. reddit clarificadum. Cæterū si nihil moreris interpretes, inspice quæ sequuntur. *In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munera.* Hinc enim Dei nomen colligimus ratione oblati sacrificij, quo Deus colitur. Nam Dei nomen, ac Deus, id sunt in scripturis: quia, cum illius ignoramus naturam, præter nomen nil habemus cognitum. Idcirco Euzebius libri 6. cap. 3. Demonstrat. Euan. Hieronymus, Theodoretus, Euthymius ad psalmum 49. & citato loco Tertullianus non verentur adserere Deum velle cu primis isto coli sacrificio. Addamus huic scripturæ Davidem, qui hoc ipsum ( nempe hoc sacrificium esse unicum instrumentum, quo Deus velit hoc tempore coli ) doceat psalmo 49. in quo expludit rerū creator omnipotens veteris legis omnes victimas, fastidit ritus, execratur ceremonias, aliumq; cultū prescribens: *Immola Deo inquit, sacrificii laudis, & redde altissimos vota tua. & mox invoca me in die tribulationis, eripiā te, & glorificabis me,* in extremo psalmo: *Sacrificii laudis honorificabit me, & illis iter quo ostendā illi salutare Dei.* Si nūc videatur claris alioqui verbis non nihil etiā luminis admouere; Agite: *Immola Deo in sacrificium laudis.*

quit) *sacrificium laudis*. Potentissimile, quod Septuaginta interpretes auctores potius, iam inde prospicientes istud nugaturos haereticos, noluerunt simpliciter vocare sacrificium, sed cum additamento laudis; cum Hebrei nil aliud, quam *mīm* thodah habeant. Ne vero hic cauilleris, haeretice, laudem istam nos primū de sacrificio interpretari: D. Iacobus, Basilius, & Chrysostomus liturgiam sic vocant, sic interpretatur Cyrilus categ. mystag. 5. sic Germanus, sic Cabasilas. Et si quis diligenter intueatur, vetustissimus Ecclesiae canon. idem docet, qui statim à viutorum commemoratione addit: *Pro quibus tibi off. rimis, vel qui tibi off. rūnt hoc sacrificium laudis, & (vt ad psalmum clariū alludere peruidēas) tibi reddunt vota sua eterno Deo viuo, & vero.* David enim habet: *Et redde altissimo vota tua.* Omitto commentarios Euthymij, Chrysostomi, Augustini, & aliorum: id verò penitus omittendum non fuit, Augustinum libro aduersus legi aduersarium cap. 20. dicere istud laudibus sacrificium traditum à Christo Ecclesia in sui corporis, & sanguinis mysterio. Et si minus arrideat laudis vocabulum; audi porro: *Inuoca me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me, & in clausula iungit utrumque, dicens: Sacrificium laudis honorificabit me, & hic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Ad hunc versum dicit Euthymius rotundo ore Deum nobis commonstrare rationem, qua valeamus promissam salutem certam reddere, quasi reuerā diceret: Quicunque hac me ratione coluerit, qui diuinis hilice rebus rite fuerit operatus, proculdubio salutem adsequetur. Et ista de ratione colendi Deum per sacrificium futura videntur, cum superiora penè omnia eodem spectent, ut illud omissam, quod, vel solum, aduersarios debuerat corrigere, vel pudore suffundere, quod ante istam, quod nunc deuenierunt impietatem, sit certo certius vniuersum orbem christianum hac de re nullatenus dubitasse. At grauius nos exigit, quod, cum fateamur sacrificium cultum nulli creaturæ conuenientē: nihilominus missam, quam sacrificij rationem habere docemus, nominatim sanctis, utputa Deiparæ, D. Petro, aliisque tribuamus. Sed dum furor, odiumque transuersos rapit aduersarios, non animaduertunt (quod etiam Tridentini docuere Patres sess. 22. cap. 3.) Ecclesiam nequaquam offerre sacrificia vel sanctissimæ virginis, vel cuiquam cæterorum diuorum: sed inter sacrificandum facere dunataxat honorificam illorum certaminum, confessionū, & victoriæ mentionem, proque data illis à Deo gratia, eum laudibus, hymnis, & gratiarum actione proseguiri, simulque precari, ut illi ipsi nūc de sua incolumitate, gloriaque securi nobis etiamnum periclitantibus opitulentur. Et vt rem sic se habere cognoscant, qui ad huiusmodi vafre, nequitérque dissimulant, ante multa secula damnati sunt Collyridiani, qui Dei genitricem re diuina sibi colendam arbitrabantur. Vnde Augustinus Fausto Manichæo calumniati. Ecclesiam, quasi idola mutasset in martyres, respondet nec visum, nec auditum vnuquam Episcopum, aut presbyterum, qui dicaret se Paulo, aut Andreæ offerre sacrificium, sed omnes offerunt vni-

*Quare missa  
dedicentur:  
dñis.*

*Collyridiani.  
Lib. 20. cap.  
21. adner.  
Faustū Ma-  
nich.*

D eo.

Deo latram, rogantes interea diuos, vt nostras preces Deo commendent, seque comprecatores adiungant. Itaque hæc est, eritque semper catholica fides, Deum habere propriam, & peculiarem latram, diuos autem honore aliquo affici, dum ipsorum vel celebrantur laudes, vel patrocinium petitur: & quisquis hoc calumniatur, nil aliud quam Fausti Manichæi sectatorem se confitetur. Si autem scripturis hoc præterea sit confirmandum, est locus in psalmo 46. in nostra versione: *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam Diis fortes terre vehementer eleuati sunt.* Paulò ante hunc versum propheta prædicarat Apostolos, quod Deus, pro sua in eos pietate, subiecisset eis omnes gentes iuxta promissionem factam Psal. 2. & impletam Apoc. cap. 5. & 19. Subiecisse populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Hæc vbi dicta sunt, adiungit, quod huic seruit instituto: *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:* & mox, quid sibi vellet istud, exponens: *Quoniam Diis fortes terræ, inquit, vehementer eleuati sunt, vel, vt est in Hebreæ appositione מְגַדֵּלָה אֶרְאָה magiae erets, scuta terræ, vt quos prius populorum dixerat principes, iam quasi scutarios, & ὑπερασπιστæ ( vt alibi vertunt Septuaginta ) defensores, protectoresque nuncupet: vt iam mirum non sit, si apud non ingratis clientes eleuati sunt, atque sublimes. Vis Apostolicam accedere his omnibus traditionem?* Iustinus Martyr in Tryphone de cœlestibus principibus, angelisque spiritibus interpretatur eundem locum: Epiphanius de ipsis Euseb. Apostolis in Ancyro: Eusebius autem libri 6. cap. 2. demonstr. Euang. partim ipsosmet prophetas, partim Apostolos, partim assumptos de gentibus Ecclesiae Christi principes intelligit. His autoribus ( nec enim plures adferendo libet esse prolixiori ) docemur diuinis laudibus sanctorum quoque panegyricos admiscere, & vna cum diuorum capite Christo fœlicitatis, & sanctitatis authore, eos ipsos, illi charissima capita, celebrare. Sed quod magis admiremur, est scriptor Græcus Ioannes Cantacuzenus: qui tertia apologia aduersus Moamendum ( sic Machometen vocat ) cum hoc gereret negotium, defendens sanctorum venerationem, producit hunc psalmum, istosque versus eisdem tanta constantia, ut edictum ab Ecclesia, planèque persuasum fuisse oporteat, sic esse reuerā intelligendos, nec posse quenquam ambigere: itaque neque ego ambigo. Similis est locus in psalmo 44. qui non tantum à græcanicis liturgis, sed etiam in vsu catholico Ecclesiae occidentalis, in festis Apostolorum usurpatur. *Constitues eos principes super omnem terram,* quod non tantum fæmel olim factum est, sed quotidie fit, dum à nobis, pro re bene gesta, & summa cum fide administrato principatu, celebrantur, ut Chrysostomus, & Euthymius in commentariis exponunt. Tertullianus autem etiam Ecclesiastici locum illum cap. 4. sic enarrat: *Sapientia, id est, Ecclesia exaltat filios suos in exitu, In scorpiaco. dum quoniam laudibus, hymnis, festisque profequitur illorum martyria.* Sed Idem docet in & illud nostri maiores eodem facere crediderunt. *Pretiosa in confessu tyr. N.n. Domini.*

cyprius.

*Domini mors sanctorum eius. At vero Cyprianus hanc orthodoxyam partem vel solum, abunde tueri posset. Nam libro 3. epistolarum epistola 6. & lib. 4. epist. 5. scribit exul ad clerum, ut quanta fieri possit diligentia requirant, qui ubique martyres consummentur, ut vel tunc, vel redditam ecclesiis pace debita eos venerazione prosequatur & oblatione sacrificij. Sed ut in re conspicua paucis multa complectar, liturgia diui Iacob tam aperte nostrae adstipulatur adassertio, ut faciliter sit librum totum explodere, aduersus vniuersalis concilij sexti sententiam, quam vel hiscere contra. Nam Deiparam virginem sacrosanctam tantis euehit praeconiis, ut nequeat magis: adfert euangelicam salutationem: & ne quis dicat Iacobum non inuocare sanctissimam virginem, rogat ut mortalium precibus suum addat suffragium, illisque vim, & efficaciam impetrat, quem sane diuorum inuocationis fine agnoscimus omnes. Idem erat de Basilio, Chrisostomoque dicendum, sed compendio studens, multitudine calculorum supersedeo, quemadmodum neque Cyrillum ex quinta catech. Mystag. neque Germanum, neque Cabasilam ex commentario cap. 44. & 47. properandi studium patitur adferre. De Areopagita quorsum attinet multa referre, cum vnicum cap. 7. Eccl. Hier. sufficiat, vbi narrat sanctissimus Pauli discipulus nomina sanctorum in diptycha referri, & in sacrificio deprædicari: quod quid sit, exponit idem capite tertio, & illius interpretes Pachymeres, & Maximus. Nuper diximus Aërium hoc nomine damnatum, quod nollet inter sacrificandum celebrem fieri diuorum memoriam, nunc illi addantur Eustathiani in Gangreni concilio, ob idem nefas, anathemate percussi. Diuum Augustinum alias produximus ex libro primo cap. 20. contra legis aduersarium, & libro 20. cap. 20. aduersus Faustum Manichæum, Damascenum quoque hac in parte nobis esse testem luctuositatem aliis dictum est locis. Igitur quicquid fremant haeretici, quicquid blasphemant, si his tam apertis, tam lynceris, incorruptisque suffragatoribus fidem non habuerint, relinquantur: interea nihilo segnilius ipso testentur opere se credere Deum catholicum maximo cum fructu coli sacrificio, & impere illi palcere, si charissimos diuos cum alibi tum ibi potissimum inuocemus, nobisque patronos adhibeamus. Nunc superest ostendendum sacrificium istum esse oportet, hoc est, conducere ad impetranda quaecunq; à Deo Opt. Max. recte petuntur: sed præstat eam disputationem in proxima differre comitia.*

*Causa heretice inuocationis obiter detecta, Christianique sacrificij conuenientia, & necessitate premissa, eiusdem vim, & efficaciam ad quiduis à Deo impetrandum demonstrat: deinde missam omnibus legalibus sacrificiis successisse, cum traditione, tum scripturis dilucide ostendit, ac denique duas objectiunculas remouet.*

Cateche

Catechesis 146.



Votiescunque cogitatione defixus haereo, ut decet sacerdotem, & maximè theologum, in consideratione capitum nostræ religionis, partim controværsorum, partim immutatorum, partim depravatiorum à nostris aduersariis, & quarto quidnam illos vel ad rerum nostrarum innovationem vel ad suarum promulgationem impulerit: nihil inuenio (quidni enim animi sensum catechumenis aperiā?) præter iniquitatem, audaciam, temeritatem, inscitiam: nullum ius reprehendo, nihil æquitatis, vel solidæ cause, sed imprudentia, temulentia, meraque procacitate plena omnia cerno. Infinitum autem esset ire per singula, imò nobis nuper relictum ad expoundendum caput vel solum accuratius velle probare, vobis ne videatur intempestiu[m], subuereor, alioqui iam satis edoctis nil humano generi magis optandum, quam ut esset aliqua hostia, qua nostra omnium mentes minimè se esse ingratas Deo approbarent, diuinisque nonnulli responderent beneficiis. Nam absque huiusmodi benevolentia, & mutuorum (vt sic loquar) obsequiorum commercio, neque existere posse amicitiam, neque, ut iam existat, conseruari, est omnibus compertissimum. Deinde quid potius erat expetendum, quam ut inueniretur aliquid illi maiestati non inferius, multoque gratissimum: denique quod esset simplex, vnicum, facile, compendiosum? Etenim videmus antiquum illum legislatorem gloriari, quod nullus esset populus, nec fuisset vñquam, cui ita prospectum fuerit de lege, ritibus, ac ceremoniis, quibus Deus placari posset. Interim si audiamus interpretes diuinorum eloquiorum prophetas, videbimus Deum passim edicere, nequaquam sibi placere sacrificia legalia, que éatenus tantum ferebat, ne idolis exhiberentur. Idecirco ab Apostolis intrepidè vocantur egena elementa, quæ nil conferrent ad expiâ peccata. Postremò D. Petrus apertissime testatur, humana viribus iugū impar neque se, neque patres valuisse portare. Nā quot, sacrificio, pro quamque multiplices hostiae; quam operosa, sumptuosaque sacrificia; quo nobis offerimus infinitæ lotiones, expiations, oblations, quis nescit? At regali, sacerdotali; populo Christiano, nec vllis cateret ornamētis, nec vllus ei populus compararetur, cautum est: data est victima excellentissima, sive, & cantilegiosa haereditatis, & cantilenas.

conservat egena  
legis sacrificia  
cum vnicu[m], ac  
summo Deo-  
q[ue] gratissimo  
christiano sa-  
nis viribus iugū impar neque se, neque patres valuisse portare. Nā quot, sacrificio, pro  
quamque multiplices hostiae; quam operosa, sumptuosaque sacrificia; quo nobis offerimus  
infinitæ lotiones, expiations, oblations, quis nescit? At regali, sacerdotali; populo Christiano, nec vllis cateret ornamētis, nec vllus ei populus compararetur, cautum est: data est victima excellentissima, sive, & cantilegiosa haereditatis, & cantilenas.  
n.s.

sed quæ nobis & opes, & vitam, & regnum tribuat; omniq[ue] nos pena, cruciatu[m], errore, morboq[ue] liberet; quæ ipsum deniq[ue] numen continet; quæ si quis Deo gratam esse dubitet, nō hominē, sed saxū dixerim. Quasi vero ille sibi ip[s]i non maximoperè placere queat, qui & præcipit in sui commemorationem à nobis eam perfici; & olim per Malachiā fore pronuntiauit, ut perplaceat secundum dies antiquos. Postremò pro innumeris victimis Iudaorum, habet Christianus populus vnicam oblationem, vnicum sacrificium, certissimam rationem, quicquid collibitū fuerit, à Deo impetrandi. Sic se rem habere semper maiores nostri credide-

runt; sic vniuersus orbis ad miseram hanc vsque tempestatem persuasum habuit; sic ipsi denique aduersarij quondam nobiscum fatebantur. At, vt rerum admireremur vicissitudinem; primùm quidem lumen ipsum diripiēre deinde miseros, quorum mentes excantarant, ad panis frustulum; & haustum villi, ad metos denique fumos, & insanias adegerunt. Pro eo, quod rem planè diuinam, Deoq[ue] gratissimam credimus; partim idolatriæ, partim *κατσολάρεας*, id est, creaturæ cultus fecidissimis non minibus deturparunt. Postremò, pro eo maximo compendio, & expedita ratione quiduis à Deo obtinendi, vel eidem reddendi; reuocat nos ad priscam incertitudinem, solos hymnos, psalmos, & cantica relinquentes, quæ quisque pro sibi singat cerebro. Quocircà cùm de priori capite sit non indiligerter actua superioribus catechesibus: nunc de posteriori dicendum est; eaq[ue] vobis appendenda, quibus instructi paratores ad huius partis defensionem accedatis. Et primùm nonnihil de congruentia, & efficacitate huius sacrificij, non quidem ad omnia, sed dum taxat ad quiduis impetrandum; tum partim ex scripturis, partim ex traditione docendum nostrā hanc missam abundè præstare quicquid olim *sacrificiū catholicum pacificum, & suauitatem, est seu propitiatoriū.*  
*Malac. 3.*

*catechesis mystag.*

*Vniuersos omnium legalium sacrificiorum fines hoc vnu sacrificium continent.*

Emendat istud sacrificium pacificum, vereque *σωτηριον*, hoc est, aptum ad quidlibet emendicandum à Deo, vel vnus docere possit Malach. ca. 3. dicens placitum Deo sacrificium Iudee, & Ierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Nā cùm vetera iubeat auferri sacrificia; quis non facile intelligat, huic vni concessum, quicquid veteribus illis largiebatur? præsertim si reuocet in animum quod nuper ex Cyrillo diximus, morituri quidem regibus offerri coronas; vt exules reuocentur in patriam: Christianos autem pro suis defunctis rei diuinæ operantes, non quidem coronas plectere; sed Christum pro nostris peccatis mactatum offerre; vt & sibi, & illis eum, qui est benignissimus, reddant propitium. Cùm enim his modis, hácque viictima Deum, & patrem conueniamus; quis tam est timidus, qui repulsam vereatur? Nil potes exhibere Deo gratius; ille hoc à te postulat; dā quod est illi charissimum; & spera te à Deo tam benigno laturum quidlibet: Cæterum, quicquid est salutare, nos per hoc sacrificium à Deo petere, proclive est probare. Nam cùm vniuersa, quæ lex olim tam variis ritibus à Deo conabatur auferre, ad quatuor capita redigantur sacrificiorum, & oblationum; nempe ad holocaustum, quo Deus à nobis omni honore, pro suo merito, dignissimus agnoscitur; ad sacrificium, & oblationem, quæ ad gratiarum actionem pertinet; ad pacificum sive *σωτηριον*, quo noua subinde beneficia postulantur; & pro peccato, quo veniam impetramus: hæc omnia nostro contineri sacrificio nemo non obseruare potest. Nam ad hos fines respiciunt certe precationum formulæ, quas collectas dicimus; & ipsa actio, seu canon hoc ipsum arguit, qui statim post viuorum commemorationem addit: *Et omnium circumstantium, scilicet, memento; pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium lau-*

*sificium laudis pro se, siisque omnibus, pro redemptione animarum suarum (en finem propitiatorum) pro spe saluis, & incolumentis sua (vide scopum hostiæ pacificæ) tibique reddant vota sua eterno Deo vero, & viuo, vbi manifesta est holocausti ratio. Quod si progrediamur ad omnium ordinum, & sexuum commendationem; sunt in eum usum designatae formulæ: sed expeditissimam huius rei methodum in ipso etiam canone contineri docet eadem Cyrilli catechesis quinta; ostenditque has commemorationes, & commendationes non nisi vi sua; sed pro iisdem peragi sacrificium, quorum facta sit memoria vel in actione, vel in collectis. Effet autem iucundissimum audire, quid fiat in Græcorum liturgiis; si non esset idem prolixissimum. Habet enim D. Iacobus multas petitiones, quibus non tantum speciatim partes omnes totius Ecclesiæ recentur; sed vniuersorum causam tuetur, qui villa ope, & auxilio indigent. Ni si tam esset fugax memoria, vt vix ausim confidere; cum nostris catechumenis eas classes nunc peragrarem; vt iis cognitis cùm religiosius comprecentur omnes; tum mei ordinis homines norint, quorum sit habenda ratio. Primum enim sacerdos vna cum plebe commendat Deo Episcopos, patresque, ac fratres, qui per orbem Euangeliū, Christiq[ue]; doctrinam prædicant. Secundo loco precatur, vt regioni, & civitati, illarumque incolis pacem, securitatēque largiatur Deus. Tertio peregrinantium, iter ingressorum, aut nauigationem, captiuorum, exulum, oppressorumque diuinæ misericordiae causam repræsentat. His proximos addit infirmos, laborantes, & praus dæmoniis agitatos. Hinc errantes, & omnem animam christianis initiatam mysteriis, quæ variis cum huius mundi miseriis colluctatur, profert in medium. Mox ipsos quoque, qui ministrant, & sacris collaborant, supplex sistit Dei pietati. Inde digressus ad publica recurrit; & hæreseon impetum sisti, bella profligati, pacemq[ue]; omnium pectoribus instillari flagitat. Postmodum salutares imbres, frumentus vberes, fœlicemque anni prouentum postulat. Ab his concedit ad eos, qui rem publicam armis, consiliis, studiisque promouent, iuvantque religionis quoquo pacto negotium; quive pauperum, viduarū, orphorum, & peregrinorum curam gerunt; deniq[ue] qui sui memorem esse sacerdotem inter sacrificandū postularū. Postremò ad eos accedit, qui obtulerunt in sacrificio; summatisq[ue]; repetit omnes, quos alibi sparsim commendarat (ne quis miretur tanquam recetem illam clausulā, qua nos idipsum facimus) ac tandem se quoque ipsum, ac circumstantes diaconos enixiūs miseratrici illi maiestati insinuat. Hæc sunt eadē apud Basiliū, & Chrysostomū. Et vt nostras omittam collectas ad omnia paratas: Iustinus cùm in Tryphone, tū in altera apologia, tametsi preces non adeò explicit cum infidelibus disputans, dicit tamen fieri à populo cōmunes orationes. Dionysius quoq[ue], cap. 3. Eccl. Hier. cùm dicit populū concinere psalmodiā *τερπολογίαν*, nil aliud indicat; præsertim cùm D. Iacobus vocet etiam *τερπολογίαν*. Sed de his satis; cùm omnibus eis fidē vel vnum illud facere queat, quod initio actionis profiteatur sacerdos se pro*

*Decem petitiones in liturg. D. Iacobobi, & aliorum Græcorum.*

*Dionysius Areop.*

tota offerre Ecclesia. Istud autem potius nunc agendum, quā probetur omnibus Iudaicis sacrificiis hoc vnicum successisse. Iā Malachiam aliquoties produximus; Isaiæ cap. 1. Psalms 49. & 50. pratermitto: mihi instar erit vniuersorum Psalmus 39. illustratus commentariis Apostoli Pauli, Chrysostomi, & Augustini. Ibi igitur, cūm dixisset propheta: *Sacrificium, & oblationem noluiſti, &: Holcauſtum, & pro peccato non pofuſisti*: addit in priori quidem versu: *Aures autem perfecisti mihi, siue, corpus autem apiaſti mihi*, in posteriori autem: *Tunc dixi: Ecce venio*. Cūm autem istis quatuor holocausto, oblatione, sacrificio, & pro peccato constringatur, quicquid est victimarum, & hostiarum Mosaicarum: certum est nihil non antiquatum esse, neque Deum velle his modis amplius coli; quemadmodum Paulus ad Hebreos apertiū explanat, vbi dicit hanc rationem, modumque placandi, & colendi Deum, situm esse in vnicā Christi Seruatoris oblatione, qua accedentes ipse semel in aeternū sanctificauit. Ergo vnicā oblatio nostra successit omnibus legalibus. Si verò cuiquam videatur Paulum agere de ipsa cruce, mecum planè sentiet; illa enim numeros omnes veterum rituum adimpleuit. Si autem queamus ostendere illud ipsum ad missā Christianā oblationem pertinere: credo fore preclarum; quamuis in antediictis idem peritioribus satis probatum esse non dubitem. Ergo dum Paulus ait praestitū à Christo, quod in lege desiderabatur; non ita debet intelligi, quasi nullum instrumentum, & veluti manus debeat accedere. Nam cap. 5. eiusdem epistolæ dixerat Christum esse sacerdotem secundum ordinem Melchisedec in aeternū: atqui vel propter crucem, vel propter coenam sic appellari sacerdotem posse copiosē docuimus; cūm, vt sit sacerdos secundū illum aeternū ordinem, in quo panis, & vinum offertur, oporteat hęc eadem semper offerri. Ergo permanet etiam nunc illud sacerdotium; ac proinde sacrificium, cuius finem esse peccatorum expiationem, & nouorum beneficiorum flagitationem sapienter dictum est; nec liber repetere. Sed, inquires, Christi sacrificium omnia compleuit. Quidni? Verū, vt illud per se potentissimum est, ac sufficiens; ita quibusdam, nostri causa, fistulis, & epistomis indiget. Alioqui, tametsi perfidus, & anathema sit, qui negauerit factam à Christo cunctorum expiationem: Apostolus tandem non dubitat dicere omnia se facere propter electos, vt & ipsi salutem consequantur; & alibi multò confidentius adserit se adimplere ea, quae deerant passionibus Christi. Quid hęc sibi volunt; si Christus nil reliquum fecerat? An Paulus nesciebat omnia in cruce consummata? Optimè: sed ignarus, riuglos quosdam adhibēdos esse, quibus hoc meū in nos deriuetur, huiuscmodi loquitur. Rursus cap. 7. dicit Christum sedere ad dexteram patris, & interpellare pro nobis. Quas tu, Paule, narras interpellationes posthumas: nescis exacte cuncta esse peracta semel? Nemo dubitat: Christus omnia perfecit: neque tamē inutiliter baptizamur. A baptismō relapsis nullus est orthodoxus, qui penitentia remedia superuacanea ducat. Idē de reliquis sacramētis, ac de isto potissimum, quo certius nil

certius nil est ad exhauriendum thesaurum crucis, nisi nostra vel infirmitas, vel remissus animus, flaccidaque deuotio fraudi nobis esset. Ad hunc igitur modum liquet Christum sic esse sacerdotem, vt penes nos voluerit quoddam esse compendium, quo singulis diebus liceret ex illo perenni fonte haurire. Hęc non tam mea, quā D. Chrysostomi sententia ad Psal. 95. & Augustini ad Psal. 39. cuius commentario fingi nil potest accuratius, ne pigeat illius verba loquentis audire: *Sacrificium, & oblationem noluiſti, ait psalmista Deo*. Antiqui enim, quando adhuc sacrificium verum, quod fideles norunt, in figuris pranuntiabantur, celebrabant: figurās futurae rei, multi scientes, sed plures ignorantes: & post quædam interiecta. Quando promittebatur: tunc dicebatur: cum autem datum est, quod promissum est, ablata sunt verba promissa, data sunt completiva. Sacrificia illa tanquam verba promissa ablata sunt. Quid est, quod datum est completivum? Corpus, quod nostis, quod non omnes nostis, quod vitam, qui nostis, non omnes ad iudicium noneritis. Videte quād dictum est. Christus enim ille est Dominus noster, modo loquens ex membris suis, modo loquens ex persona sua, *Sacrificium, inquit, & oblationem noluiſti*. Quid ergo? Nos iam hoc tempore sine sacrificio dimisi sumus? Absit. Corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluiſti, vt hoc perficeres: illa voluiſti, vt hoc perficeres. Perficio promissoram abstulit verba promittentia. Nam si adhuc sunt promittentia, nondum impletum est, quod promissum est. Hoc promittebatur quibusdam signis, ablata sunt verba promittentia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, huius participes sumus quod accipimus, nouimus, & qui non nostis, noneritis, & cū didiceritis, non ad iudicium accipiatis. Qui enim manducat, & babit indignè, iudicium sibi manducat, & babit, &c. in hanc sententiam. Et quia coepi, addam alterum eius testimonium ex lib. I. cap. 20. contra legis, & prophetarum aduersarium. Ecclesia immolat Deo in corpore sacrificium laudis, ex quo Deus Deorum loquutus vocavit terram. Adderem ex Leone similia, nihil moratus quod Pontifex fuerit (quæ est apud hostes maxima iniuria) cūm ipse Caluinus vtatur, quasi pro suo Leone, licet alienis verbis: sed post Augustinum, & Chrysostomum pluribus opus esse non arbitror. Illud non præteribo, Ecclesiam matrem ante vnam, & alteram hebdomadam, in intima prece sacrificali, hanc eandem fidem tradidisse: quæ penè sic habebat: *Dens qui legalium differentias hostiarum unius sacrificij perfectione sanxisti, accipe sacrificium à deuotis tibi famulis, & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica, vt, quod singuli obulerint ad maiestatis tuae honorem, cunctis proficiat ad salutem*. Nō indigna visa est oratio authore suo Hieronymo, seu sensum elegantiam spectes, ideoque huc eam adferre libuit. Quapropter cum habeamus catholicā hostiam omnium excellentissimam, ipsum Deum creatorē, & conditorem omnium: æquum est nos esse bono animo, habereque persuasum nil posse Deo magis gratum offere, quemlibet, pro capite suo, & charorum suorum, vt de compedium nil repeatam, quo facilimè nos diuinę misericordię insinuamus, quo nil vel sa-  
cristianorum.

Iubrius vel elegantius, vel honestius. Procul enim abest pædor omnis, nidor, & crux, nec præter mundissimum, nitidissimumque panem ac vinum, quod Deum, ac hominem oblectat, offertur: denique, ut Patres Trid. definierunt, quod vitio nullius ministri cötaminari queat: vnde non

*Ad Psal. 95.* immerito Chrysostomus angelicum, propheta Malachias purum, mundumque sacrificium nuncupauit. Nec enim tuemur quorundam fortes, imò, verius dicam, sacrilegia, qui mucidum panem, & acetum potius, quam vinum adhibet, ecclesiastico iam olim anathemate damnati. Su-

*Duo scrupuli proponuntur.* persunt scrupuli duo, priusquam argumentum istud sacrificale claudamus. Cur Christus unicum finem, sui nimis commemorationem, indicasse contentus, de propitiatione, de pacificis, & holocaustatis ne verbum quidem. Deinde dispietendum erit, quomodo nostri sacrificij viribus, & efficacia non officiat iteratio quotidiana, cum Apostolus inde maximè collegit sacrificiorum legalium infirmitatem. Priorem

*Prioris solatio.* questionem soluit Irenæus lib. 4. cap. 32. & 33. has reddens causas, vt

*Irenæus.* Christiani hac commemoratione sui seruatoris admonerentur esse partim grati, partim frugiferi: qua in re vel quantum sit diuinæ prouidentiæ vesus, vel quantam utilitatis nostræ rationem Christus habuerit, dici vix potest. Volebat enim (vt inquit Irenæus) siuos non esse siuos, qui tantum ducerentur vel spe commodorum, vel suppliciorum formidine: sed, quemadmodum ingenuos liberos decet, voluit præstare liberaliter suū officiu, & vel gratis (vt sic loquar) amare parentem, quæ gratæ mentis significatio proximè ad holocaustum accedit. Interim, quia nō ignorabat humanam egestatem esse mirè ingeniosam, & homines in necessitate positos citissimè asylum sibi, deprecationemque parare, hac de re nil præcipiendum esse duxit, vt pote ad quam propensos abunde cernebat, sed hoc illorum permisit libertati, qui scirent se habere hostiam omnium excellentissimam, Deoque gratissimam. Accedit reliquos fines affatim apud prophetas, psalmos, & nostra denique Euangelia describi, ne volentes etiam latere possint. Itaque honori nostro Christum illud tribuisse censemus est, quod reliquorum finium nullam fecerit mentionem, tantum abest, vt quispiam putare debeat nos de his finibus nil oportere cogitare. Qui plura cupit, adeat Nicolaum Cabasilam ad liturgiam D. Chrysostomi cap. 51. Quod ad alterum scrupulum pertinet, maiores nostri ex capite ro. ad Hebreos colligunt nequaquam imbecillitatis argui sacrificiū, quod sè penumero à catholicis frequentetur. Nam

*Alterius scrupuli dissolu-* in prisorum re diuina, non erat eadem semper victimæ, sed alia, & alia, nunc bos, nunc agnus, nunc taurus, neque poterat bis idem vel hircus, vel aries mactari: itaque nil mirum, si energiæ nil habuerint singulis diebus repetitæ diuersorum animalium iugulationes, quod ad remissionem peccatorum pertinet. At in nostro sacrificio secus se res habet, in quo licet non eadem cernatur facies: eadem tamen est victimæ, quæ nunc à sacerdotibus per totum orbem offertur, cum ea, quæ olim pependit in cruce, nisi quod hic incruenta, illic cruenta. Cicumiecta amicula (vt loquitur

loquitur Areopagita) diuersa sunt: interim sub iis latet idem, qui tum se Deo patri offerebat. Deinde cum sit haec eadem victimæ, quæ in cruce procurauit omne pretium, & meritum: facile cernere est distinctionem huius ab hostiis veteris legis, quæ per se nihil efficiebant. Ad hec hostia ista proponit nobis omnem efficacitatem, quam quis vel optare, vel fingere queat: cui si charitate, fidéque respoderemus, hauriremus profecto quod satis est ad perpetuam nostri sanctificationem: at cum in media re diuina frigidi simus, & ignavi, fit ut tantum duntaxat nobis aliisque prosimus, quantum nostræ pietatis merebatur operatio. Fluit enim è cruce missæ nostræ efficacia (quod sèpè dicere iuvat, quia velim intimis catechumenorum visceribus infixum) eque scaturigine Christi promanaat, dummodum sunt, qui paratis pectoribus excipiunt: qui sin minus vel quotidie, vel in omnem vitam expientur, illorum est imputandum fœcordia. Ad hunc modum Epiphanius in Aërio, & Germani in theoria voces intelligendæ sunt, dum aiunt nostras hostias non omnia peccata expiare.

*Sacra suppelætilis causam, aduersus hereticos, qui eam tripli nomine criminantur, defendit.*

### Catechesis 147.



Hactenus quæ ad argumentum sacrificiale. Concedamus nūc ad causam sacrae suppelætilis, quam eò libentiū tueri debemus, quod Caluinus, & Illyricus videantur eius explosione latissimam pandere viam, ut nostra sacramenta ornementis, & appendicibus spoliata in omniū contēptum adducantur. Est enim incredibile, quām impotenter in sacras vestes debacchentur: de quibus primo loco dicendum erit: deinde quanta cum impudentia cachinos tollant, dum ipsos calices, vasaque reliqua, veluti in scenam prolatæ, sordidis manibus, calamis, linguis, & chartis attrectant, quām denique scurriliter in libros, cādelabra, thuribula, mūndumque reliquum: de quibus ne verbum quidem eram facturus, nisi hostium administri nuper in ea tam babare deseruerint. Quod igitur ad vestimentorum sacrificialium antiquitatem, & sanctitatem pertinet, illi tria reprehendunt, initiationem, siue consecrationem, sumptus nimius, & formam, tantum non prodigiosam, & barbaricam. Verum vt ab initiatione quoque respondendo incipiamus, cū satis constet vestes Aaronicas, & ministrorum Iudaicoru fuisse certis ritibus, & ceremoniis pulcherrimis consecratae neceſſe est, siquidē theologici vo- luerimus niti principiis, eius ret in Ecclesia antitypum reperiri. Nam Hebr. 10. (vt inquit Paulus) oportet legales umbras habere, quod sibi respondeat, non tantum in cœlestibus exemplaribus, ad quæ iubebat Deus omnia fieri, sed etiā in mediis imaginibus, id est, Christianis rebus: quia

Oo (vt

*Pestis ecclesiasticarū cōfervatio.  
Lcuit. 8.*

(vt Areopagita, Nazianzenus, & alij docent) Christianorum res omnes quæ dicuntur imagines, sunt partim typi cœlestium, partim Mosâicarum vñbraturum corpora. Itaque necesse habemus illius figuratæ vestium consecrationis in Ecclesia veritatem repræsentare. Vt enim habuit lex vetus sacerdotium, ac sacerdotes, ita christianismus: vt illuc multiplices lotiones: ita, quod omnia sanctificat, hîc sacram baptismus: vt ibi regum, sacerdotum, ac prophetarum vñctiones, ita apud Christianos confirmationis vnguentum, & ad hunc modum liceret ire per singula. Quocircà cùm ibidem fuerit vestimentorum initiatio, portendebat haud dubiè Christianos in suis mysteriis eadé esse defuncturos. Nec obstat, quòd legales ceremoniæ per crucem sublatæ sunt. Erat enim in lege dedicatio non tantùm vestium, sed templorum, cibum, vasorum, primiciarū, quam celebrat propheta David Psal.39. ad cuius enarrationem Caluinus ipse non negat tale quippiam licere Christianis, dummodò fiat fide, & sacris precibus. Et ne tergiuersari queat, in illa, quam vocant catholicam expositionem noui testaméti, ad ca. 4. prioris ad Timoth. vbi Paulus, creaturam omnem Dei posteaquam bonam esse dixisset, addit: Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem, dicit Caluinus Christianos panem benedicere, vt sit legitima, & sancta donorum Dei perceptio, atque panem, & vinum in coena (vt ipse vocat) sanctificari ad participationem meritorum Christi. Qui hæc loquitur, cur nō ingenuè nobiscum agnoscit quandam creaturatum Dei, cæteroquin bonarum, benedictionem? Cur tergiuersatorem agit? & quod hîc largitur, alibi denegat improbus? Sed ea est vis veritatis, vt per hostium suorum iugulum erumpat. Esto igitur, nil præcesserit in lege, nil à Christo mandatum sit Apostolis, nil illi per Spiritum sanctum edocti tradiderint Ecclesiæ: si Caluinianis nitremur fundementis (quod absit) quæ esset inuidia? Si licet tibi, Caluine, pani, vino, & dibusque fide, & inuocationibus benedicere: quidni & nobis licebit sanctificare vestes, quas ad Dei cultum destinamus? Quòd si fidem, & preicationem requiris, appello te ad ipsas formas. Scimus sine fide nil placere Deo, fide, inquam, orthodoxa, non Caluiniana: cum hac accedimus ad rerum huiuscmodi consecrationem, per quam illis persuasum habemus nonnihil adseriri sanctitudinis, & iis, qui vtūt. Quid ad preicationes attinet, vt imitetur collectis, non Diuos, sed Deum ipsum alloquentibus. Non habet igitur Caluinus, quod cauilletur. Reliqui eadem virgebuntur scriptura, & veteris instrumenti figuris. Verum quoniam Illyricus nihil esse contendit in Græca antiquitate, quod nobis in ista causa patrocinetur, vt ar Græcorum testimoniis. Illi igitur non semel duntaxat, vt Latini, vestes consecrant: sed quoties rebus diuinis operandum est, diaconus eas offert sacerdoti, qui rursus Episcopo, vt eius benedictione mysteriis instantibus præparentur. Et licet hæc aliò pertineant: tamen satis indicant Latinos rectè ab hac re non abhoruisse, quemadmodum apud Seuerum legimus D. Martinum consueuisse, priusquam auspicaretur diuina, ipsum altare consecrare. Si ergo illis toties licuit,

cur no-

*caluinus sibi  
non constat.*

*Mos Graco-  
rum.*

*sulpit. lib. 2.*

cut nobis aduersarij ne semel quidem concedent vestes initiare: Certe canones & decreta Pontif. vitaque diuorum notatae ab Aloysio hanc rem ita confirmant, vt hîc amplius aduersus impudens Illyrici commentum pigeat laborare. Damnant præterea sumptus, pompam, ostentationem, operositatem: volunt nos vel lineis, vel lanceis vti, sericas, aureas, argéteas, gemmatasque criminantur. Evidem neque nos ostentationi, vel arrogantiæ quicquam tribuendum esse putamus, neque laudamus extorta: sed à piis oblata principibus, & religiosè ab Ecclesia recepta damnari, nullatenus patimur. Alioquin reprehendant vestes Aaronis, quæ tantum habuere miraculum: damnent filiorum eiusdem vestimenta summo artificio confecta, quæ Moses & laudavit facta, & ad eorum structuram à populo gemmas, aurum, argentum, byssum, & coccum exegerat. Sed illa Dei imperio tuta sunt. Audio. Ergo si per Deum licuerit, si ille non prohibuerit, nil erit causæ cur nos ad illius cultum similia non adferamus: nisi fortassis tanti sit hæreticorum inuidia, in quibus versipellem dæmonem agnoscimus, qui olim in Bethaniensi cœna dicebat: *Ad quid perditio hac: cuique iam tum respondit Seruator, bonum opus à muliere suscepsum, videlicet futuræ pietati suorum consulens.* Si enim licuit mulieri esse tam sumptuosa in Christi corpus propediem conspuendum, laniendum, crucifigendum, si propteræ meruit vñâ cum Euangeliō per totum orbem prædicari: quis nostros vñuti superfluos damnabit sumptus, qui iam glorioſo, atque in dextera patris confedenti corpori Seruatoris, ac Deomet Opt. Max. impenduntur. Quod autem de pane, ac vino blatterant, non moramur. Euincant primum non esse Christi corpus, & sanguinem, ac tum vlt̄d fatebimur quod volunt: sed cùm sit ibi non iterum perpetuus, inq̄ue fine seculi venturus iudex viuorum, & mortuorum Christus, æquissimum est, vt illum eo etiā cultus genere summo afficiamus, quæ sibi mortali voluit exhiberi. Subit autem animum obiter admirari, qua fronte Illyricus, homo omnium sumptuosissimus, nos hoc nomine tam malitiosè criminetur, nisi fortassis, vt est hominis stupor, sibi detractū esse putet, quicquid impenditur Christo. Dicerem de Constantino, & liberalissimis sumptibus, quorum meminit Damasus in vita Sylvestri, & Metaphrastes in D. Nicolai, ne credamus fide nostra indignum, si honorando Deo nonnihil insuhamus: sed de isto capite satis multa mihi dixisse videor, cùm hac in parte nunquam nimiū operosi esse possimus, qui in condendis, condiendisque cadaveribus tantas exhauiimus opes. Derident insuper sacrificiales refe-  
cte cum Latini-  
nis retinent.  
*Alba sacra*  
*τὸ δοιχάριον*, quod, interprete D. Germano, diuinitatis splendorem, vestis quid si-  
facerdotisque mundissimam conuersationem indicat, eiisque vestis, spicieret,  
qua Herodes ludibrij causa Seruatorem induit, symbolum exhibet. Vt *Quid zona*  
nos amictum, sic illi ὀμοφέριον. Nos cingulum, illi γωνη, quæ Christi *scie cingulum*  
*denotet.*

Oe 2. maiesta.

*manipuli my* maiestatem, dignitatemque designat, qua præcinctus & ornatus vndique regnat. Vnico utimur manipulo, Græci τὰ λάρια habebant, quæ Christi nobis obuincti referunt imaginem. Pro ea, quâm stolam vocamus, quamvis non ita proprio vocabulo, illi gestabant ὁγάσιον, quæ vox non fuit decretis Latinis ignota, nec Ambrosio in Satyro. Adhæc pro casula gestabant φελάνιον.

*In hæresib.*

*scribatur, &* Quæ autem vel pluuialia, vel cappas vocamus, videre est in Græcorum sacra supellectili partim γόλας, partim Pharis. ἀμπεχόντας, partim δαλματίας τρίχων, partim κολοβίων, vt hæresibus 15. & 16. vocauit Epiphanius. Hæc igitur vnica traditio præsidij satis habere videtur. Sed urget Caluinus, atque Christum in mysteriorum institutione veste vsum laicavitaque, si Christiani esse, haberique velimus, necesse esse prophanis in vestibus rem sacram peragere. Considerent, obsecro, catechumeni hominū istorum importunam morositatem. Utimur rebus præscriptis, & antiquis, rerum omnem innovationem exhorrescimus, laicæ vestes mutantur in dies, sursumque, ac deorsum miscentur omnia. Sed tamen respondeant vtrum malint, vt lago rusticō, an senatoria: certè illorum cōcionatores honoraria veste prodeunt. Qui autem impudentiores militari habitu in concionem sunt progressi ( vt Hosiander) etiam à suis reprehensi sunt. Smidelinus à Staphylo castigatus erubuit: & audio reginam Anglorum suos ad clericales vestes adēsse. Facile tamen fuerit ostendere ex antiquitate, hoc vestium genus olim perulgatum fuisse. Nec enim ab iis dessident, quas describit Epiphanius in scribis, & Pharisæis, vt penè sit mihi persuasum Apostolum Paulum, inter Pharisëos educatum, eadem habuisse familiares. Quod si, propter illorum hypocrism, & abusum, has damnare libeat: erunt orationes, & ieunia, & eleemosynæ eadem opera explodenda. Certe, quod ad rem non parum facit, scripturæ, & picturæ ostendunt Christum gestasse stolam, siue τρίχων: Iudæos autem veteres vsos cādidis, lineisque vestibus, testes sunt copiosissimi Germanus in Theoria, dicens nos huiusmodi desumpsiisse à D. Iacobo: Egesippus in histor. apost. Epiphanius in Antidicomari: Eusebius in hist. lib. 7. cap. 14. Nicephorus lib. 2. cap. 23. Philo hoc ipsum multis Christianis tribuit. Et eapropter forsitan ethnicis primi Christiani omnes habebantur Iudæi, quod suos institutores, vt in fide, ita hac in re imitarentur. Sic enim Suetonius in Domitiano, & Cornelius Tacitus vocant, prōpter vestimentorum cognationem. Nam ex veste Christianos feci cognitos fuisse, docet in Octauio suo Minutius Felix, nisi quod quidam aliis etiam delectarentur, vt Iustinius pallio, quod fortè successit lineis. Nam Tertullianus in libro de pallio dicit illud veros Philosophos (Christianos autem intelligit) cœpsisse contegere, qui prius vñ fuerat Iudaicus. Nec ratiōnē discedit quadratura pallij à dalmaticis diaconorū, siue sacerdotū phelonis, prōpter angulos quatuor, quod indumenti genus videre est inter Germanos, tametsi breuius, & strictius. De albis nil est dicendum. Nā cūm legamus Christi tunicam, & Petrum in carcere se præcingentem veteresque sciamus tunicis

*Antiquitas  
vestium sacri-  
ficalium apud  
catholicos.*

ribulis, discis, calicibus, oportunitatis altarium quâm poterimus breuissime differemus: ne orationis prolixitas cum rerū nostrarū multitudine certare videatur. Qui igitur candelabra nostra voluerit explodere, audiet typū veteris legis, cui necesse est aliquid in noua lege respōdere. Si quæras antiquitatem, Clemens Petri primus successor (loquor de ordinatione) in altera ad Iacobum candelabri meminit. quamvis ibi præcipiat antiquum, fractumve comburi: non tamen inde statim recte colligas ligneū fuisse, cūm eandem legem in cathedras, & vela statuat. Vt cunque sit, *Prudent. πε-  
hoc non officit nostræ sententiae*, cūm etiam nunc non desint lignea. *γιτεφάνων*, Habemus post Clementem insigne testimonium in Aurelio Prudétio, *hymno. 2.* apud quem Decius Laurentium arguit, quod auro nocturnis sacris adstant fixi cerei, vnde liquet aureorum candelaborū fuisse consuetudinem. In vita autem Syluestri à Damaso descripta videre est aurea, argentea, æreaque à Constantino illata in ædem D. Petro sacram. Sed & Metaphrastes narrat ab eodem pientissimo Imperatore missa duo candelabra aurea D. Nicolao per eos duces, quos nocturna visione liberauerat, vt inter sacrificiū essent vñi. Vnum addam quod vel solum arguat rem esse Apostolicam. In quartæ synodi Carthag. cui non tam interfuit, quâm præfuit Augustinus. cap. 6. vbi præscribitur formula ordinandorum acoluthorum, fit expressa métio ceroferarij, & cerei. Formas autem sacramentorum apostolicas esse pridem constitutū est. De cereis *ceri*, non est laborandum: nam dum aurea Laurentij attigimus candelabra,

tunicis indutos: palam est receptis quodam vestibus albas non esse diffimiles, nisi quod Ecclesia semper antiquum retinuit, cūm alibi crebra mutatione, & inuersione turbetur omnia. Hec cūm ita sint, & cuius esse valeat conspicuum albam tunicæ veteris formam habere, casulam autem, & dalmaticam referre Iudæorū dalmaticas, Grecorum pallia, quæ etiam nunc visuntur in Corinthia, & agro Burdegalensi: stolas verò, & cappas ei formæ respōdere, quam Christus, Apostoliq[ue] gestabat, si qua fides Origeni ad cap. 27. Matth. amictū quoque instar esse sudarij, quo Seruatoris in sepulchro caput, & facies obvolutebatur ( nec enim sudarij illud esse, quod sordidum nobis emangendis naribus ministerium præbat, testes sunt Nonnus Panopolitanus, & Hieronymus in inuestitu in Sabinianum diaconum) quid est quod vel barbaricæ, vel affectationē tantoper nobis obiectat hæretici, ac nō potius antiquitas cōstater seruata vestigia reueretur? Sed hæc fortassis æquo prolixius.

*Cæptam superiori catechesi sacra supellectilis causam prosequitur.  
eamq[ue] apostolica traditioni vendicat.*

### Catechesis 148.

**N**unc de reliquo mundo sacrificali candelabris, cereis, thuribulis, discis, calicibus, oportunitatis altarium quâm poterimus breuissime differemus: ne orationis prolixitas cum rerū nostrarū multitudine certare videatur. Qui igitur candelabra nostra voluerit explodere, audiet typū veteris legis, cui necesse est aliquid in noua lege respōdere. Si quæras antiquitatem, Clemens Petri primus successor (loquor de ordinatione) in altera ad Iacobum candelabri meminit. quamvis ibi præcipiat antiquum, fractumve comburi: non tamen inde statim recte colligas ligneū fuisse, cūm eandem legem in cathedras, & vela statuat. Vt cunque sit, *Prudent. πε-  
hoc non officit nostræ sententiae*, cūm etiam nunc non desint lignea. *γιτεφάνων*, Habemus post Clementem insigne testimonium in Aurelio Prudétio, *hymno. 2.* apud quem Decius Laurentium arguit, quod auro nocturnis sacris adstant fixi cerei, vnde liquet aureorum candelaborū fuisse consuetudinem. In vita autem Syluestri à Damaso descripta videre est aurea, argentea, æreaque à Constantino illata in ædem D. Petro sacram. Sed & Metaphrastes narrat ab eodem pientissimo Imperatore missa duo candelabra aurea D. Nicolao per eos duces, quos nocturna visione liberauerat, vt inter sacrificiū essent vñi. Vnum addam quod vel solum arguat rem esse Apostolicam. In quartæ synodi Carthag. cui non tam interfuit, quâm præfuit Augustinus. cap. 6. vbi præscribitur formula ordinandorum acoluthorum, fit expressa métio ceroferarij, & cerei. Formas autem sacramentorum apostolicas esse pridem constitutū est. De cereis *ceri*, non est laborandum: nam dum aurea Laurentij attigimus candelabra,

*Lampades.**Incensu-  
thuribula.**Palla, sindo-  
nes, palla, re-  
ta, & reliqua  
ornamenta.**Hec consecra-  
ta olim etiam**Apud Bur-  
charatum lib.  
3.c. 215. vti  
deijs multa  
referuntur.*

vidimus adstitisse nocturnis sacris. Et in Metaphraste vnā cum cādelabris misit Constantinus Myrrheni Episcopo librum Euangeliorum aureum, thuribulum item aureum, vnā cum duobus cereis aureis, hoc est, auro tēctis. Sed vnius Hieronymi contra Vigilantiū disputatio id abundē probat, adserens hanc esse totius Orientis consuetudinem. Itaque omīssis cāteris, vnum addam Socratem, qui lib. 10. cap. 1. dicit Chrysostomum in sacrificio vti solitum cereis argenteis. Horum igitur cūm in parte pro viribus imitemur pietatē; libenter conuitia perpetinur haeretica, quā non tam in nos, qui tradita tantū seruamus, quām in tantos religionis antistites, ne dicam authores, deferuntur. Cāterūm, quia veteres ferē Orientales lampadibus maximē vtebantur; non videntur ex silentio transmittendā, quarum est vetustissimum testimonium in cano. 3. Apostolorum, quo statuitur nefas esse quicquam altari imponere, prāter panē, & vinum, & oleum ad lucernas. Sed & lampadum est mētio penē prodigiosa in Syluestro Damasi, qui narrat Constantiū dono obtulisse plusquā cētū; & quinquaginta partim aureas, partim argenteas, in quibus nardinum oleum iugiter arderet, vsque adeō piissimus princeps incredibili sumptu suam in Christum, eiusque diuos testari voluit summā pietatem. Transeō ad incensa, ac thuribula, quā vehementer blasphemant nostri antagonistae. Suffitus igitur meminit Iacobus, & cāteri liturgici, & Areopagita cap. 3. Ecc. Hier. Dei cultū hinc inchoari testatur, vt huc iterum non adferam can. 3. Apostolorum, néve Constatini aurea thuribula, & immensam vim aromatiū ex eodem Damaso repetam. Sed dnesior in historiis rerum istarum occurrit mentio, quām vt pluribus referēdis nostros fatigemus catechumenos. Iā veniendū est ad pallas, sindones, pallia, vela deniq; omnia; quā ferē in antiquitate permiscentur. Primū autem Christi mensam aliquo panno tectam fuisse, nemo sanus inficiabitur hāreticorū; cūm ipsi quoque cōnaturi suas insternant. D. Clemens in epistola ad Iacobum meminit vellaminum, & palliotum, & sindonum, idem opinor intelligēs, nisi quād harum nomine interpreter ea, quā nūc vocamus corporalia. Vela autem nuncupat, non pallas ipsas, sed quā oppandebantur altari; vt illud à reliqio choro distinguerent. Si reliqua duo consideres, & à sindonibus disiungas; habebis quā nostrorum mapparum locum obtinuerunt: sin minūs; hinc saltem videre est, quid antiquitas usurparit. Fuisse autem ista consecrationis non expertia, colligere licet ex eodem D. Clemente, qui detrita, vel consumpta yētustate comburi iubet, cinerēisque diligenter adseruari. Eōdem pertinet, quod seorsim lauari prācipiat in vasis, quibus aliud nihil fieret; à quibus etiam pallas vult excludi; vt illud, quod iam ostendimus, discrimen sit probabilius: videntur enim nō fuisse sacratae. In sequuta deinceps antiquitate multa est horum mentio. In decretis Soteris Pontif. cap. 46. & Sixti cap. 49. & in Gorgonia Nazianzeni, quā horum, prius lacrymis madefactorum, contactu deījs multa vulnus occultum, quād medicorum oculis verecundē subiicere nolue-

rat, cu

rat, curauit. Ex hoc tamē eodē suspicari quis posset maiores nostros, pro sua simplicitate, vnū dntaxat oblongum pannū habuisse, quo tegebatur altare, corporalium autem nostrorum vsum nesciuisse: quocirca, ne illa nobis pēclitentur, videndum est in Gr̄corum liturgiis Basilij, & Chrysostomi esse quoddam *τὸ λαντερόν*, quod diaconus, vel sacerdos singulis sacris explicet; habereque symbolum illius sindonis, quā Christi corpus obuolutum habuit in sepulchro tradunt Germanus, & Cabasilas. Sed & Vibanus, & Sixtus Pontif. & Remensis conciliij cap. 6. de nos tristis proculdubio corporalibus loquuntur. Longum esset ire per singula; ei prāfert, qui gustum dntaxat antiquitatis rerum istarum prābcre gestiat. Vnum istud nolim prāteritum, quod Victor in persecutione *Vt o diuina  
Vandalica*, libro primo refert, Proculum quandam administrum Gen-  
ferici, ausum sacris hisce pannis abuti, diuina vltione in rabiem actum  
linguā sibi prāsecuisse; itāque periisse. Aliud quoque legere est exēplum apud Bedam Anglicanæ histor. lib. 1. cap. 29. Sed & Theodoretus (vt est *In Tripartite*  
apud Cassiodorum lib. 3. cap. 5.) meminit quorundā palliorū à Constan-  
tino Magno donatorum altaribus. Verū de istis satis. Ad calices, pati-  
nas, vrceolōsque transēamus. Quād si cuipiam collibitum esset res *calices, pati-  
nistas* à Christi institutione petere, certum est illum habuisse quādam *τὰ  
ποτήρια, καὶ τρυβλία*, & paropsidas, seu catina, quibus ista Ecclesiæ  
vasa respondent. Sed & nostri aduersarij inter cōnādum adhibent can-  
tharos, & cyathos, & scyphos. Certè liturgici habent calices, & *πο-  
τήρια*, cum discis, in quibus partim ipse suam Episcopus portionem  
reponit, partim vniuersiūsque ē populo, quorum nostræ patinæ locum  
tenent. Quād si quis disertum scriptorē velit; Areopag. cap. 3. Ecc. Hier. *Math. 10.  
Mar. 14.* quorundam non dissimiliū vasorum facit mentionem, in quibus Christi  
corpus & sanguis deferatur; eaque in ipsa liturgia subinde regi, & re-  
tegi. Iustinus quoque in altera apologia refert Episcopum habuisse ca-  
licem, & discum; nec desuisse quādam ostendit, in quibus delata fue-  
rit absentibus Eucharistia. Sed & in Laurentio Prudentij, martyrem in  
hanc sententiam tyrannus alloquitur: *Hunc esse vestris orgijs morem-  
que, & artem proditum est, hanc disciplinam fœderis, libert ut auro antisti-  
tes. Argenteis scyphis ferunt fumare sacram sanguinem, Aurōque nocturnis  
sacris adstare fixos cereos.* Sed dicent hac de re: se non laborare sed tan-  
tū de initiatione ambigere. D. Ambrosius libro 2. offic. cap. 28. agens *Hec etiā ra-  
causam suam contra Arianos*, qui probro dabant ei, quād in annona sacra fuī-  
caritate vasa sacra conflare, & partim alendis pauperibus, partim re-  
dimēdis captiuis ausus fuisset impēdere; & mystici poculi, & facri ca-  
licis, & vasorum initiatorum, & non initiatorum meminit. In aliis  
quoque authoribus sāpē sacrata, benedictāque vocantur: tantōque  
in pretio esse prācipiantur, vt à sacratis hominibus dntaxat con-  
tingantur. Certè Laodiceni Patres ne à diaconis quidem contrectari  
voluere, nimirū tempore sacrificij. Nam aliās id illis semper li-  
cuissē constat. Vrceorum videtur meminisse Damasus in vītis Marci,  
*Oo. 4 & Sylue*

& Sylvestri pontificum: si quis tamen illud de calicibus interpreteretur, ex quibus hauserint laici, nō reluctabor, tamen in Crysanti, & Dariæ martyrio hac de re quipiam habet Gregorius Turonensis. Ad hæc in Carthag. quarta synedo cap. 5. dicitur archidiaconus tradere iis, qui initiantur, in manum vrceolum ad fugerendum aquam sacerdoti sacrificanti. Sed horum nō libet operosam disquisitionem instituere, quam alij de iisdem ex instituto scribentes diligentius præstiterunt. His tamen paucis visum est nostros admonere catechumenos, posse ad istum modum sacrificalem omnem supellecitem ex antiquitate ductis testimoniis suæ origini, hoc est, apostolicæ vindicare traditioni, ne fumos haeticorum semper exaudire cogamur, qui ista vel Episcoporum, vel sacerdotum avaritiae ludos, & somnia vociferantur.

*Eucharistie dignitatem, & efficaciam, Deo nobis in ea propositum summam benignitatem, & haeticorum malitiam, qui sublatam volunt, ubi proposuit; transit ad probationem adseruationis eiusdem sacramenti apud primos Christianos.*

### Catechesis 149.

**B**inceps postulat ordo, vt renuntiæ tractationi sacrificiali, auditores, recipiamus nos ad reliquos huius sacramenti fines. Nam quod ad confutationem pertinet eorum, quæ contraria solent hostes adferre, videmur non iniuria hoc loco dissimulare, cùm hactenus obiter adsertionibus refutationes adnexuerimus. Nequè video cur in sacrificij encomium latius diffluam, cùm inter enarrandum Ecclesiæ præcepta, & in huius sacramenti tractationis vestibulo, quod satis ad paræsim foret, fecerimus. Itaque iis omissis, de huius sacramenti adseruatione, adoratione, & circungestatione differamus. Verùm priusquam èo progrediamur, considerandum est, quæ, & quām augusta res est, quæ & ab aduersariis negatur, & à nobis retinetur, mordicisque seruatur. Cùm enim mortalis inopia nil habeat, quo vel placere Deo, vel gratificari possit, præter exhortationem mentem, & linguam: iij semper habitu sunt piissimi, qui Dei beneficiorū memores ea non magis animo, quām ore celebrant, laudibusque prosequuntur. Sed ne sermo dilabatur, atque extra id, quod nobis propositum est, effluat: Ecclesia prædicat populum Christianum hoc nomine beatum, quod Deū suum habeat tam propinquum, ac præsentem, neque hoc tantum, sed maximè, quod dare se dignatus sit illi in cibum, & potum. Est autē admirabile, quod tanta dignatio Dei nō ad momentū nobis obtigerit, aut mensem, aut annū, aut vitæ nostræ denique vel maximā partem: sed quod nullū sit tempus, quo hīc degimus in terris,

*Boniginitas  
Dei quanta  
nobis expona-  
tur in hoc sacra-  
mento.*

terris, nulla hora diurni exilij, qua non liceat hoc Dei beneficio perfri. Nec enim vel tantum in pascha, vel dominicis, festisque diebus, aut sacrificij duntaxat tempore nobis esset ad manum immortalis hæc Dei nostri benignitas, ne vñquam tantum deesset nobis munus, & pignus hæreditatis celestis: passim conservatum est hoc sacramentum, vt quandocunque periculum ingrueret, migrandiisque necessitas, licet hoc viaticū percipere alioqui periclitaturis: unde & nomen, quod anteā diximus, inditum est, quia migraturis, & viam vniuersæ carnis ingressuris vires, arma, & munimenta suppeditat. Hanc autem gratiam, *malitia hære-*  
*tiorum qui*  
*nobis hoc Eu-*  
*charisticæ sa-*  
*cram. tollere*  
*nituntur.*  
*Eucharistia*  
*in cœlū hinc*  
*migrantes de-*  
*ducit.*

tantamque prærogatiuam nobis eripere gestiunt hæretici, adeò abhor-  
rentes ab omni huius sacramenti referatione, vt Caluinus suos emori-  
malit absque huius viatici præsidio, quām extra cœnā suam quicquam  
percipere. Fatetur tamen idem ille antiquitatē secus fecisse, ideoque, vt  
minuat inuidiam sceleratus animarum parricida, iubet suos cœnatores  
præteritarum cœnationum reminisci: quia in re summoperè demirari so-  
leo hominū istorum imprudentiam, qui cùm opera omnia, etiā martyria,  
damnegent, docēt tamen homines in anteactarū cœnarum recordatione  
confidere. Sed istos mittamus, & ad Ecclesiæ parentem consideran-  
dam reuertamur, de filiorū salute perpetuò solicitam, quibus eapropter  
istud asylum semper voluit esse paratū, in quo tantum præsidij, spei, ro-  
boris Chrysostomus situm credidit cum vniuersa Ecclesia, vt quincun-  
que rectè defunctus exomologesi (quod rectè fieri docet Paulus I. Cor. 11.) & hoc viatico munitus sit, non debeat trepidare, sed habere persua-  
sum sese ab angelis in cœlū deductum iri: & hanc rē se dicit à suæ tēpe-  
statis prophetis habere, quibus hoc à Deo fuerat diuinitus relatu. Cùm  
igitur tantum hīc lateat præsidij, quā ferrea istorum præcordia, qui mori-  
bundis ægris suis nil tale subministrent, & catholicos prima sua gloria  
spoliare nitantur? Priusquam igitur ad traditionē descendamus, necessa-  
rium est de viatici huius fide, & custodia nonnihil dicamus, vt ad reli-  
qua simus attentiores. Qui ergo multa velit cōpendio discere, legat to-  
tum librū 18. decret. D. Burchardi. vbi partim ex decretis summoru Pont.  
partim antiquis conciliis cōfertim refertur maiorum nostrorum: hac in  
re pietas, & anxia cura, ne quid hac in parte à catholicis peccaretur:  
adeò vt ne illos quidē hoc amuleto vacuos morte oppettere linant Eua-  
ristus martyr, & concilium Arausicanum, qui ad supremum usque diem  
excommunicati fuerint. Similia quædam leguntur libro 19. at. verò lib. 5. *Euarist. dect.*  
*4. Araus ca-*  
capitibus 9. 10. & 12. ex Turonensi. Vvormaciensiq; concilio, ne moritu-  
ros quidem infantes hoc sine relinquendos ostenditur, præcipiturque  
sacerdotibus, vt in hunc usum paratam semper habeant Eucharistiam.  
Cæterū ne quis hæc, vt nuperenata, corremitat addam prioris Nicæ-  
næ synodi, quam nostræ quoque aduersarij reuerentur, caput 13. quod  
præcipit, vt in omnibus omnino ecclesiis conseruetur istud viaticum:  
& quod magis mirum est, dicit hoc esse Christiani, & antiquissimi mo-  
rū. Quod  
P p

ris. Quod cùm ita sit, cùm eo tempore iam ista consuetudo radices egerit, autamque præ se tulerit canitiem: quis non intelligit aduersarios nostros & in seipso, dum sibi tantum inuident bonum, & in nos quibus eximium hunc thesaurum surripere conantur, & in sanctissimos Patres, Pontifices, martyres, sacrosancta concilia, vniuersam Ecclesiam grauissime peccare: cùm ad vnum omnes aut vanitatis arguere, aut impostura nota afficeret, aut superstitionis, & ignorantia ne dicam, impietas, accersere volunt? Sed nunc tandem ad caput redeamus. Atque hic principiò, si liberet rebus impeditis immorari, deducerem hunc motem ab ipsa institutione. Nam si, quod res est, dicendum foret, non prius Eucharistie, quam eiusdem adseruandæ fuit institutio. Contendunt enim quidam veteres Iudam, etiam tamen Apostolum, ita suscepisse, vt partem absumeret, partem adseruaret, quam postea spectandam, irridendamque Christi proferret hostribus, vt suam illis fidem magis approbaret. Non tamen digladiarer quominus hæc leuis esset adscriptio, nisi in litturiis quippiam occurreret, quod hoc ipsum videretur innuere. Nam apud eos communicaturi, recepta formula testantur se alienos esse à Iudeæ impietate, neque Dei mysterium eliminare velle, neque prodere. Et ipsum quidem proclue foret de sola enuntiatione, quæ voce fieret, interpretari: quasi Iudas Christo detraxerit, atque in illum absentem petulanter maledicta congesserit: tamen, vt vt sit, interpres faciunt nobis huius adseruationis fidem. Philo enim Alabarches Petri familiaris, describens Ecclesiæ Apostolicæ mores sub Essenorum, vel lessæorum nomine, adserit reliquos Iessæos ut vulgari pane, & quidem fermentato cum hyssopo, tempore magnæ hebdomadæ, at in ea parte templi, quam ῥρόντη vocat, esse quendam alium panem in mensa, qui & sit, & habeat præmium sacerdotum. Et ne putas vanam esse conjecturam reduc in animum maiores nostros, in illa prisca antiquitate, non nisi ter, & quibusdam in locis non nisi bis in hebdomada tempore quadragesimæ missam perfectam celebrasse: reliquis diebus usque ῥρόντης μέροις, vt esset quidem communio ad horam nonam, non autem consecratio, nisi certis diebus. Cùm igitur eo tempore Philo in Christianos incidisset, vidit quæ tam siebant, & in litteras retulit. Et si mihi harum rerum non habeant fidem catechumeni, adeant Epiphanius in Nazoreis, Eusebium lib. 2. ca. 16. & Nicephorum libri item. 2. cap. 15. Eccl. Hist. ac Hieronymum in vita Marci, ex quibus facile est coniucere Philonem agere de Eucharistia. Post illum Clemens Rom. in epistola ad Iacobum, statim post salutationem, dicit legislationem tribus hominum generibus commissæ sacramenta, presbyteris, diaconis, & ministris, hoc est, hypodiaconis, quorum estenixius aduigilare, ne quid putredinis deprehendatur in sacratio, neu fiat iniuria portio ni domini corporis. A quo hic, cedo, si non ab Apostolis istam adseruandæ Eucharistie rationem edocitus erat? Paulus post autem in eadem

Philo Alabarch.

Clem. Rom.

eadem epistola non nihil adiungit, quod oscitanter inspectum videatur pro hæreticorum facere sententia: cùm reueræ secus se res habeat. Nam licet tantas dicat faciendas oblationes, quæ populo communicaturo sufficient; si quid autem superfit à clericis consumnedum: non renuit commodam interpretationem. Nunc enim, quandò conseruatio est extra omnem controvësiam, si quis faciat sacrum, & adsint, qui vna cùpiant communicare: dat operam sacerdos, vel minister ne plures paret hostias, quæ pro eorum, qui sunt parati ad misteriorum perceptionem, numero: quod si errauerit; vel ipse sumit, vel alicui gemitam porrigit, Areopag. manete interim salua conseruatione; nec aliud sibi volebat Clemens. Iā si quis authorem desideret, qui fidem omnem expleat; is habeat Areopagitam, qui principio cap. 3. Hier. Eccl. cùm in mysterio, tum in theoria dicit, statim post symbolum decantatum, proponi à diaconis, & sacerdotibus diuinum panem, & poculum benedictionis. Quemnam hic τεπ ἡσοπ ἐψοπ interpretaturus es? Num illum, qui sit futurus diuinus, & cui sit accessura benedictio? Id quidem somniare posset homo parum versatus in antiquitate; sed præter fidem Areopagitice traditio nis. Nam epistola 9. ad Demophilum manifestè probat hanc Eucharistie adseruationem, vt semper, tum quoque in vnu fuisse. Cùm enim sacerdos accidentem sibi ad genua peccatorem non auersatus, illius reconciliatiōnē daret operam (quod profectò tempore sacrificij fieri non potuit) irruit Demophilus laicus, & monachus in ipsum sacrarium, & Eucharistiam secum ablatam domum asportauit: vnde liquet vsum fuisse tum in ecclesiis adseruandorum misteriorum. Verum quia hoc etiam non nihil habet caliginis; maiorem lucem ex græcanicis liturgiis hauriant, quibus hactenus allata minus satisfecerint; obseruentque diligenter in apparatu sacrificiali semper inferri tremenda mysteria; deinde peracta communione referri eadem conseruanda in sacrarium. Id enim erit instar optimi commentarij ad illam diuini panis, & benedicti calicis depositionem apud Areopagitam; & ea quoque, quæ superius à nobis de præsanctificatis dicta sunt, non minimum illustrabit.

*Diluta hæreticorum objectione, pergit adseruationem Eucharistia, eisque deinde ad agrotos deportationem, & adorationem tueri.*

### Catechesis 150.

O Eptam nuper adseruationis misteriorum adseritionem, auditores, hac homilia sumus longius producturi: sed prius necessarium est, vt typorum non obliuiscamur, quos hac in parte nobis obiiciunt aduersarij. Ergo cùm certum sit manna gessisse figuræ Eucharistie, vt Christus ipse Ioannis 6. & Paulus 1. Cor. 10. testantur; nec ignotu sit vetus illud sacramentum diuinium fuisse, veritumque seruari in dié alteru: argumentantur ho-

*Dissolutio  
proposita ob-  
jectionis.*

Exod. 16.

stes perinde esse de nostro constituendum. Sed hic obseruandum, diligenterque memorie commendandum illam Mosis prohibitionem non aliò spectasse, quām ut scirent Christiani sibi non debere satis videri pri-dianam communionem; sed uno quoque die ad illam redeundum. Nam quorsum putamus hoc ipsum manna iussum colligi pro sabbatho; per-que totum sabbathum incorruptum perdurasse? Nemo enim dubitat Iudaicum sabbathum Christiani temporis typum habuisse. Itaque ut in-telligeremus seruationem nostri manna esse licitam nostro tempore: ser-uabatur in sabbathum; imò reponi iussum est in omnes retro generatio-nes; ut posteris tanti fieret miraculi, diuinique beneficij fides. Id igitur nobis obiectare cesserent aduersarij, quod nostram iuuat, non expugnat, orthodoxiam. Nunc ad traditionem reuertamur. Euaristi decret. cap. 4.

Exod. 17. *Iustinus.* alia occasione superius nominauimus. Itaque prodeat ordine suo Iusti-nus, qui in altera apologia dicit ex agris in urbes Christianos dominicos diebus in ecclesiam confluxisse; & praesentes quidem in ipso sacrificio sumpsisse; missam autem ægris portionem, quā, si procul dissiti fuissent, utiq; per aliquot horas seruari oportebat. Sed de horis non laboramus: tametsi friuolum sit de die disceptare, vbi in horas seruari concesseris. Nam unde habes in aliquot horas perdurare sanctificationē: in dies non ita? Quæ est necessitas, quæ sacre benedictioni ponat vel finem, vel mo-dum, cum res omnis sacra tantam ex inuocatione diuini nominis effi-cacitatem concipiatur; ut non prius eam ponat, quām dissipetur, siue ca-lix, siue sacra vestis fuerit, quorum etiam in cineribus residet benedictio?

Quod si verum id esse fateatur antiquitas, & usus ecclesiasticus; quis in re omnium sacerrima neget id locum habere? Certè Cyrillus in epistola ad Calosyrium liberi pronuntiat insaniare eos, quibus hoc nō sit per-sua-rem. Iustino comes eat Irenaeus, in quo uno tanta est fides, ac turba te-stium, ut multorum instar esse queat. Is enim scribit ad Romanum Pontif. Victorem; inititur fide, atque usu totius Romanæ ecclesiae ab ipsis us-que Apostolis ad suam ætatem; denique scribit omnium Gallicanorum Episcoporum nomine, qui numerosis suffragiis hanc traditionem cofir-mant, quibus omnibus accedit Eusebij calculus, cuius opera eadē con-seruata nobis est epistola lib. 5. cap. 16. (quam postea quoque suis inser-dam historiis duxit. Nicephorus li. 4. cap. 39.) in qua nominantur Soter, Pius, Hyginius, Anicetus, & alij Pontifices, à quibus religiosè narrat ob-seruatim, ut externis Episcopis Romam aduentatibus pro tessera com-munis religionis mitteretur Eucharistia. His ergo Pontificibus si Euari-stum, & Clementem adiutinxerimus, remque hoc pacto ad ipsum usque Apostolum Petrum reduxerimus: quis negare deinceps audebit esse tra-ditionis apostolicae? Nam cum non semper venirent Episcopi media te-divina, sed vel manū, vel vesperi: constat conservatam fuisse, quæ inopi-natō aduentantibus mittebatur. Adde Tertullianum tantæ eloquentiæ virum, ut nil oppugnet, quod non expugnet, non uno in loco rem ean-dem trādere. Primum libro de corona militis dicit Christianis non tan-tum tempo

*suprà ca-  
tech. 20.*

*Tertullianus.*

tum tempore victus mandatum à Domino sumere sacramentum; sed & antelucanis horis; nec de aliorum, quām de præpositorum manibus. Au-din tempus victus? unde liquet eos secum domum contulisse traditum à præpositis sacramentum; ut necessario tempore, si premerentur, & in-grueret persequutio, eo sumpto refouerentur, si forte non licuisset ad té-plum recurrere; quod etiam testatur Eusebius lib. 6. cap. 9. Ecc. Hist. Clari-or est locus in altero ad vxorem libello, ea parte, qua suadet ne nubat, saltem ethnico. Nā inter cetera argumēta: Si viderit, inquit, ille te domi ante cibum Eucharistiam sumere; non credet id esse, quod dicis; sed vel aliud quiduis, vel antidotū, quo te aduersus infectos cibos munias. Per-spicuum est, quid sibi ista velint. Quod si domi habebant reposam; quis adhuc ambiget in templis adseruare fas fuisse? Simile quid habet in li-bro de monogamia. Äquum est magistro succenturiatum adesse disci-pulum, qui totius cleri Romani epistolam huius fidei multiplicem testē suis interserit lib. 2. epistola 7. propriā autē ille sententiam libri 3. epist. 2. prodit, damnans eos, qui morituris, vel abripiendis ad martyrium ne-garent faciā Eucharistia, quod incertis horis contigisse nullus ignorat. Sermone vero de lapsis narrat quasdam apostatas, hoc est, idolorū sacri-ficio pollutas, absq; exomologēsi, ausas tentare, quā habebat domi clau-sam, Eucharistiā accipere, quæ se ita vta est; ut ab arcis flamma prorum-pens exterritas effugarit. Præteriui Hippolytum, qui in libro, quo Anti-Hippolytus. christi res enarrat, inter ceteras populi Christiani miseras, dicit hanc nō postremam fore, quod nusquam apparitura sit Eucharistia; sed ecclesias redigendas in formam tuguriorū. Et ne quis hæc verba eius de missa in-terpretetur, alibi singulari loco de missæ sacrificio mentionem facit. Hier-onymus in apologia librorum aduersus Iouinianum dicit moris anti-qui, Romanique esse; ut quotidie communicent omnes: ac deinde, quid cōiuges facerent ostendens, ait non aitios tēpla subire; sed noctē flumi-ne purgasse, domique usos adseruata Eucharistia. Iam quis nescit sacra-mentū eiusdem ad infirmos deportationem eodem pertinere, quā Augustinus (cuius tēporibus fatetur Caluinus Ecclesiam necdū impletā, erro-ribus) laudat li. 2. ca. 4. de visit. infir. Sed & Hieronymus epistola ad Ru-sticū, dicit Episcopū Tolosanum, alioqui opulentissimum, ad tantam re-dactum in opiam incredibili largitione in pauperes; ut etiam sacra vasa fuit. Deportatio Eucharistie ad agrotos. August. Hierony. Exuperius in Dionys. Alex. Dionys. lib. 6. ca. 44. Nicoph. lib. 6. cap. 6. Eccl. Hist. chrysostomus. eum in usum consumeret; atque in vimineo corbe deferret corpus do-minicum. Sed omnium luculentissime Dionysij Alexand. epistola ad Fa-bium rem istam Serapionis exemplo confirmat, quem non prius à cor-pore solui potuisse contendit idem Dionysius, quām ecclesiastica sacræ Eucharistie à nepote (qui eam noctu à sacerdote petierat) instillatę com-munione fuisse absolutus. Adde Chrysostomi ad Innocentium primum litteras à Nicephoro li. 13. ca. 19. seruatas, vbi inter alia refert Arianos ir-ruisse in sacram ædem, baptisterij aquam infecisse cruore, & quosdam in-ter eos infideles sacraria perscrutatos, & locum, vbi Eucharistia reponi consuerat, inuasisse, Christique sanguinem in vestes etiam infidelium sparisse

sparsisse: vt appareat alteram quoque speciem olim seruari solitam. Non libet iam longius excurrere; cùm ad illam nunc àtatem peruenisse mihi videar, quam nobis præscribunt aduersarij: alioqui fueram Gregorium additurus, apud quem D. Benedictus partem Eucharistia iubet apponi

*Greg. lib. 2.  
dialog. c. 37.*

*Adoratio Eu  
charistie.*

*Math. 3.  
Math. 8.*

*Ibidem. 28.*

*Exod. 20. &  
34.*

cadaueri, ne deinceps illud è sepulchro, quod aliquoties factum erat, proiceretur. De conciliis superius nonnulla dicta sunt, quæ rem planè volunt esse receptam; vt Nicænum prius can. 17. Cartaginense can. 73. Aurelianense can. 45. & 6. Turonensem can. 4. Lateranensem can. 20. Tridenti: sess. 13. ca. 6. Itaque nunc illis omissis adorationem adseramus. Adorationem Eucharistia ferre nequeunt àtate nostra illius hypophetæ, qui sibi diuinos honores olim à deceptis mortalibus exhiberi curauit. Sed quantum hic aduersus illos habemus præiudicij? Cuius enim est, quæso, negare Deum esse adorandum; nisi diaboli, qui se magis euperer adorari? Nam Deum in Eucharistia esse præsentem alias demonstratum est. Evidem Zwingiani, & O'Colampadiani magis ingenuè facere videntur, qui hoc nomine Lutheranos perstringunt, quod cùm in sacramento præsentem Christum fateantur; non tamen adorent: sed impíissimi eius rei se respondent non habere mandatum. Et quid illud Deutero. 6. & Matth. 4. *Dominum Deum inum adorabis?* Sed non venit Christus, vt adorationis à suis exigeret obsequia; nec in eum finem nobis Eucharistiam dereliquit. Quid tum postea? Num idecò sacrilegium ad misere pientissimi Magi puerum adorando? Num crimen illius leprosi videtur indignum, qui ab isto cultu non abstinuit? Num verò Apostolos omnes dictuti sumus idololatras, quos Matthæus refert rediuium adorauisse? Quorsum venerat in terras Dei filius? Non vtique vt ministrarentur ei; nedum vt adoraretur: sed vt daret animam suam in mortem ignominia plenissimam. Num propterè malè dices ab illis omnibus adoratum? Absit. Etsi igitur Eucharistiam acceperimus; vt foueantur, nutritur, vegetentur eius manducatione animæ nostræ: nihilominus, cùm sit illa Deus, meritò datam vt veneremur, & adoremus docet Augustinus ad Psal. 78. neminem inquiens debere sumere, qui priùs non adorat; ac si adoratio sit ipsius communionis meritum. Hic autem ( si Christo placet) cauillantur Lutherani talem non esse, qualis inter Apostolos versatus est; non audere se latenter in pane (vt aiunt, ac docent) adorare. Et qui potuit Moses Deum ad rubum ardente adorare? Quomodo non verebatur, ac religiosum ducebatur latriæ cultum exhibere latentè, & inuisibili diuinitati; cùm præter nubem nihil cerneret? Cur populum eodem scelere contaminandum (si hoc scelus erat) secum adducebat: cùm præter speciem operis saphirini, vt cum maximè sudum est cœlum, nil appareret? Legimus ancyrotum Epiphanij; vidimusque antiquam esse diaboli in Arianis cauillationem, qui tum se filij Dei adoratores pollicebantur diuinitatem, cùm ille carnis inuolucra deponeret. Quid enim, dum cernui precamur, præter cœlum, ac sydera spectamus? Nemo tamen vsque adeò insanit, vt iis adorationem se sistere putet; sed

ipſi inui-

ipſi inuisibili Deo. Itaque nec species panis, & amicula remorantur nos, quod minus ad ipsum Christum penetremus. Verum hæc res dudum Ecclesiæ vslu, & fidei venerationis imaginum est probatissima.

*Hereticorum negantū adorationē Christi in Eucharistia impietatem, ac fraudes verborū denudat, rem queque ipsam, ut ante cæperat, hīc probare pergit, & perpetua constituit traditione.*

### Catechesis 151.

**P** Am satis, superque probatis diserauatione, & ad oratione Eucharistia, disiectisque fumis hostium veritatis: nunc, si quod res erat, fieret, transiremus ad circungestationem: verum quia singunt in syncerissimo scirpo veritatis nondum se inuenisse, proque sua commentitia scrupulositate clamant se non habere mandatum adorationis, idque recinunt frequentissime, libet amplius de istorum superstitione conqueri, qui in reliquis tam audaces, hac in re sola tam sinuosam prætexunt religionem. Nam ubi, quæso, iustius erumpas in vocem illam Dauidis: *Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis: ne forte letentur filie Philistiorum, ne exultent filie incircuncisorum?* Etenim si inaudiant infideles, & à Christi nomine alieni non quoslibet, sed Christianorum reformatores, labentisque religionis instauratores dubitare, num Deus ipse sit adorandus: quibus conuiciis, & fannis nostram proscindent fidem? Adeóne sacrilegus quispiam, vt de adoranda diuinitate subdubit, cùm sit eius unicus iste cultus? Sed desiderant mandatum. Primum, si liberet altercati, percunctarer quonam impulsu mandato multa catholicorum rituum ceremoniarumque retinent, vt puta linea in sacri vestimenta, ( loquor de Lutheranis. ) Quid mouit, vt, aliis omnibus effractis imaginibus, solum venerentur crucifixum, quem non ferunt Caluiniani? Quæ causa seruandorum altarium, & canticorum ecclesiasticorum? Nunquid harum rerum accepere mandata? Quæ porrò Dei lex hoc statuit, vt quicunque vel à magistratu, vel superintendenti creati fuerint, habeant potestatem conficiendi Eucharistiam? Quæ scriptura satis esse docuit, si legatur pericope prioris ad Corinthios, quæ refert Christi institutionem? Tam multa vel seruarunt, vel commenti sunt intrepidè, de quibus nulla scriptura dissentit mandauit: & hīc demùm tergiuersantur, quasi rapulam edormierint, primùm hīc recordantur nihil tentandum absque magistris scripturis. Verum vt cunque de horum sit impietate constitendum: non est Ecclesia absque mandato, non caret, inquam, Christi sponsa, diuinis oraculis, quorum germanam à sponso suo, in dotis portionem, accepit interpretationem. Dicitur enim psalmo 98. *Adorate sanctellum pedum eius, quoniam sanctum est:* quod, si Patres audiamus, de *Ambroſii. 3.  
cap. 13. de spi  
ritu sancto.*

*Augustinus* Eucharistia fuerit explicandum. Quod si id non satisfaciat, psalmus 96.  
*in eum psal.* & primum caput epistolæ ad Hebræos adeundum est, vbi iubentur non  
*Casiodorus.* tantum homines, sed & angeli Dei filium hominem factum adorare. Et cùm in huiuscmodi conflictationibus inter doctos semper locum habuerit ratiocinatio, si Christus erat angelis adorandus in hunc orbem veniens, hoc est, incipiens esse in terris eo modo, quo aptè non fuerat, quid ni adoretur etiam nunc à misericordiis mortalibus, cùm singulis penè momentis in altariis ea ratione existat, qua prius nō fuit, cùm eadem sit caro, sanguis idem, eademque profusa persona filius Dei; nisi quod nobis immortalis, gloriosus, nullisque miseriis, ac doloribus obnoxius proponatur adorandus, quem ad huius mundi infinitas molestias, calamitates, famem, sitiim, astus, frigora, lacrymas, flagella, supplicia, mortem denique perferendam venientem angeli summa veneratione sunt prosequuntur. Quæ de integumeti, porrò communiscuntur, superius refutauimus. Si enim sub igne, fumo, nebula Iudæi, Mosésque Deum adorarunt: quid ni Christiano fide prædicto licebit Deum suum adorare, quem sub istis experimentis esse non ambigit? Verum ne hic multum reciprocemus adferendo scripturas, præstat ut hanc disputationem abrumptamus bipenni sacrosancta traditionis. Vbi enim constabit omnibus Ecclesiam Christi sponsam ita edoctam fuisse, ita factitasse: non erit cur dubitemus. Deum vbi vbi sit, colendum esse latitia. Ut enim non tunc solum honorandus est imperator, cùm sublimis, purpuratusq; resedit, sed etiam dum paludatus, aut armatus inter gregarios obabulat: ita profecto vbi cunque Deus est, qui idem vbique est, eodem semper honore est affidens. Primum igitur occurrit Areopagita cap. 3. Eccl. Hier. nodumque dissecat, vocans ipsas species ὁμοια τὰ στύπον. Si hoc leue sit: mox à consecratione narrat sacerdotem laudata prius eadem symbola in conspectum agere, diuinaque munera reuerenter ostendere: ad quid, putas, nisi ad adorandum? Sed ut hostes propriis virginibus telis, quoties trito in scholis vocabulo dicimus sanctos inuocandos, clamant nos committere sacrilegium, &c ne desit patrocinium nequitiae adferunt Paulum inquietem: *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt:* quasi nolle Apostolus quempiam præter Deum inuocari, in quem solum credimus, cuiusque proprius cultus sit inuocatio. Evidem istud non inuitus illis concessero, dum vicissim relinquant nobis rogationem, & implorationem diuorum. Hæc ( inquam ) nobis permittant, & auferant vocabulum inuocationis, solique Deo propriam, vt voluerint, adsignent, in hac tamen disputatione, si doceam Areopagitam inuocationem Eucharistie tribuere: cogentur, opinor, concedere illam esse Deum, ac proinde quoque adorandam. Is igitur in capitib; tertij parte tertia aggressurus theoriam in hunc modum exclamat, vt saltem reddidit Ambrosius Camaldulensis. Sed ò diuinum penitus sanctumque mysterium obducta tibi significantium oportenta signorum dignanter aperiens nobis partam, atque aperte lucefere, nostrosque spiritales oculos singulari, & aperto

*cis me*

*cis tua fulgore imple.* Quis nostrum panem talibus alloquatur? Videant quomodo libeat istud appellare; inuocationem, an adorationem, an vtrumque. Descendo ad sapientiam nominatas liturgias, quas Illyricus impudens mentitur de adoratione nihil habere. Ibi enim cùm post consecrationem aliis locis, tum præcipue sub momentum communionis ipsam sacerdos adorat, ceteroque vna cum diaconis hortatur eodem; ne quisquam fruatur, nisi adorationem præmisserit. Quis igitur nunc dubiteret Iacobus Orientalis Ecclesiæ fidem ostendit; Basilius, & Crysostomus quid Græcia senserit abunde testantur: atque utinam piæ adorationis formulas hue adferre nō vetaret prolixitas, quas in suis authoribus hortator nostros catechumenos inspicere. De Romanis quid attinet dicere? Alexandrum primum non adferam: quod Pontificum apud hostes leuis habeatur authoritas. Illius tamen epistolam primam huius nostræ fidei agnoscunt testem Damasus, Gelafius, Isidorus, & reliqui scriptores iuris Pontif. Burchardus, Iuo, Gratianus. Tertullianum nemo potest reci- cere, præsertim in libello de re diuina scripto, quem, ne quis ut suppositum vereatur, citat Hilaritus ad cap. 6. Matth. Hic igitur Tertullianus cùm alia multa reprehendit in populo; tum vellicat quosdam, qui diebus dominicis capropter sibi non esse communicandum putabant; quia sanxerant Apostoli, ne quis illis diebus genicularetur: cui legi dum parere constituerent illi, necessariò sibi temperandum à mysteriis arbitrabantur, quæ norant cum adoratione duntaxat esse percipienda. Hic si Tertullianus intellexisset non esse piuum adorare Eucharistiam; vel si tunc temporis Christianis id non fuisset persuasum: nec isti duxissent abstinentiam; nec ille habuisset, quod arcoguisset. Attamen illorum vanam formidinem discutiens, dicit hoc ad maiorem gloriam pertinente Christianorum, si vel stantes fruerentur mysteriis. Sed iam nos vocat Ambrosius, qui libro 3. cap. 12. de Spiritu sancto Gratianum instituens, ex Seruatoris, etiam dū mortalis, & horum mysteriorum adorationem colligit Spiritum sanctum esse adorandum. *Videamus tamen* ( inquit ) *ne terram illam dicat adorandam propheta, quam dominus Iesus in carnis assumptione suscepit.* Itaque per scabellum terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam in Domino Iesu adorarunt Apostoli, neque enim diuinus est Christus, sed unus. Neque cùm adoraretur tanquam Dei filius, natus ex virgine negabatur. Cum igitur incarnationis adorandum sit sacramentum: incarnatio autem opus Spiritus sui: hanc dubie etiam Spiritus sanctus adorandus est, quando adoratur ille, qui secundum carnem natus ex Spiritu est. Quid admirabilius dici potest? Hoc ipsum. Augustinus, & omnes posteriores imitati sunt. Hieronymi non tam verba, quam exemplum libet apponere, quem narrat factum. eius discipulus Eusebius infirmum, vbi tremenda deferrentur, exiliisse, atque in genua se conieisse. Ioannem Chrysostomum iam ex liturgia chrysostomus. produximus: est tamen locus amoenissimus lib. 6. cap. 4. de dignitate sacerdotum, vbi non tantum mortales adoratione, summoque cultu sacramen-

Q

tum

Maximus.  
chrysost.

Theodoreus.

Cyril.catec.s.  
mystag.  
Demas li. r.  
de imag. &  
li. 4. cap. 14.  
erit. s. dei.  
Nic Cabas. c.  
39. ad liturg.

Viennese conc.

Trident.conc.

Pi. ecclarii Ro-  
dolphi. A. &  
fratrici facili.

tum istud prosequi aequum esse docet, verum etiam ait caelestes, terque beatos spiritus integris ordinibus sacerdotem ipsum, atque altare circuncingere, magnisque vocibus diuinam planam sanctissimam Eucharistiam concinere laudes. Refert eadem Maximus in mystagia cap. 23. & 25. Idem porro Chrysostomus hom. 24. ad epistolam Corinth. committit cu[m] euangelicis magis Christianos, quos ostendit longe religiosius oportere Eucharisti adorare, quam illi quandam infantem in complexu panno[m] matris. Et nunc (si Christo placet) homines isti negant Christum a Magis adoratum. Rursus home. 61. ad populu[m] Antioche. Adora, inquit, & fruere, quia semper adoratio iuncta fuit communioni. De huius interpretate Nicolao Cabasilae hoc tam dicat, quod in commentario ad messam Chrysostomi cap. 24. tradit, vulgus Costantinopolitanu[m] huic rei tam impensè addictum, ut, sic ubi appareret panis, tamen non consecratus, non dubitaret mox in genua procubere, & adorare, quemadmodum hac quoque tempestate certa est idiotas eundem cultum non recte exhibere christiani, atque Eucharistie. Huius autem rei tradit originem τῷ προνεαστεῖ ψευδοπορτα- tionem, & reportationem ad sacrarium, & inde ad altare. Et de illius fide, ne quicquam dubites, dicit cap. 39. perpetua esse religionem, ut Eucharistia a catholicis adoretur. Theodoretus lib. 2. aduersus haereses disceptans de veritate Eucharistiae, hanc habet sententiam: Adoramus Eucharistia absque ullo scrupulo, cum praeter panem, & vinum nil cernamus. Quid plura? cum adeo fuerit istud Patribus persuasum, ut inde contra Arianos Christum esse adorandum non reverentur colligere. Cyrrillum tamen, & Damascenū praeferre nequeo, quoniam ille quidem monet Christianos accedere ad communionem non expansis vallis manuum, sed sinistram velut sedem quandam subiicere dextræ, quia tantum regē est exceptura, & mox ad calicis quoque venire perceptionē pronos in προσωνύμοις, οἵ απόστολοι, id est, adorationis, & venerationis modum: hic autem prescribit, ut cum timore, puraque conscientia, mentibus, animisq[ue] expiatis venerabundi accedant, manibusque crucifixum exprimat crucifixi Domini sui corpus excepturi, ut humanae pietatis igniculus diuinum illum carbonem attingens flammam concipiatur, nostraque peccata omnia adurat. Superfunt duo concilia, Viennense, quo damnatae sunt Beguinæ, haereticæ quædam sic dictæ mulieres, quæ inter alia deliramenta, facientesque Messalianorum, putabant homines perfectos non debere vel circumlatæ, vel exhibitæ ad adorandum Eucharistiae adsurgere alterum est Tridentinum, quod hanc sententiam dudum commendauit sess. 13. cap. 5. Quod si his omnibus, in nobilis inuenientis gratiam, patientur catechumeni me verbum addere, narrat ex originibus Suevicis Ioannes Albertus V. Vidmāstadius in prefatione ad Paulum Syrum, Rodolphum Austriacum, cum Barone Kyburgensi ad prophetida Suevicā (quæ tum florebat) properantem obuim habuisse sacerdotem, qui ad infirmum Eucharistiam deferebat, moxque equo desiliisse, sacerdotemque equo impositum deduxisse, ac reduxisse, sicque deinceps coepit iter ad

pro

prophetida peregisse, quæ huius rei certior per Spiritum effecta, communis adiumentem Rodolphum oraculo sic est alloqua: Quoniam ita Dominum tuum adorasti: vicissim ego tibi verbis illius Romanum imperium promitto. Nec fuit vanum augurium. Nam paulò post, præter omnium expectationem, Romanos ille fasces, aquilaque suscepit.

*Christi corporis in Eucharistia gestationem contra haereticos tuerit,  
& pietatis magna fructusq[ue] esse demonstrat.*

### Catechesis 152.

**V**per intermissam circunlationis sanctissimæ Eucharistiae tractationem, in manus resumere tempus admonet: Quæ quidem res, parsque fidei si tam esset nota omnibus, quam est ipsa difficultis, vel securè, & liberè huic argumento renuntiarem, vel maiori cunctorum candore fretus audaciùs aggrederer: sed nunc cum perulgata, multorumque trita vestigiis videatur, nihilominus tamen vepribus, & spinis tota est obliterata. Itaque periculosum est, fateor, catechetica[m], & extemporalē tractationem ingredi: sed quia suscepta semel provincia verat: hunc declinare scopulum, vbi ostenderimus quantum hic de nostro iure concedamus haereticis, in medium sumus allati, quæ cordatis catechumenis credimus sufficiencia. Ergo siue Christi, & Apostolorum exempla quispiam spectet, siue scholarum, fori, ac iudiciorum consuetudinem: videri merito queat nimium, quod permittimus aduersariis. Notum est enim ex historia perpessione Christi, tantum non rogatum, ut hostium, & inuidorum calumniis responderet, sed adduci non potuisse, vixque tandem iudicium veritatem proposuisse, causæ autem sue defensionem, aut excusationem penitus non accessisse. Paulus quoque à Iudeis apud Gallionem accusatus, longiori Act. 18. semper defensioni supersedit, quemadmodum ad Felicis, Faustiq[ue], & aliorū tribunalia cognitum est. In foro, ac iudiciis reus, quatuor in unq[ue]; sibi male cōsciliis, si dūtaxat inscietur, quod actor probare non possit, effugit superaplaciū. Qui in scholasticis cōcertationibus aduersarij non nihil infirmat argumēta, pulchre suo videbitur fundo officio. Itaq[ue] aequissimum erat, ut Ecclesia in antiquissima possessione constituta satis haberet negare, quæ hostes, passim obiiciunt, neque cogeretur scripturis, traditione, aliisq[ue] rationibus auita pomœcia tueri, neque mox, vbi forte non suppetit tanta præsidiorum libertas, vel sinistræ quenquam suspicari, vel causam deferere veritatis. Haec tamen ad inopia patrocinium dicta nolim quenquam putare: tametsi fortassis non perinde, ut in superioribus, hac in parte confertis agminibus procedat acies ecclesiastica; alioquin erat satis, quo nos tueremur, in Viennensi, & Tridentino conciliis, quod ad huius capituli confirmationem pertinet. Conciliis enim non credere,

Preposteriorha-  
retici Eccles-  
ia volūt ex-  
clusim pro-  
bare, quæ ipsi  
nequeunt cō-  
nelleri, in di-  
confituta.

sess. 13. ca. 5.

*Sing lib. 1.c. 28. de bap. parsul. Leo epist. 7.8.* non esse nisi hæreticorum, Patribus & imperiis vilum fuit. Si quis obiciat, quod vtriusque concilij Patres non scripturis, sed rationibus nitantur respondemus fidem non vetare, quod minus eas audiamus. Nunc igitur non primum nobis venit hæc circumgestatio mysteriorum adserenda, cum ea in superioribus ex Iustinis, Irenæis, Dionysis Alexandr. Cyprianis, aliisq; plurimis, extra ordinem, satis, superq; probauerimus, dū, non modò sacerdotes, ac diaconos, sed & mulieres, & pueros ad suos absentes, & ægros portasse docuimus. Denique Turonensis synodus cap. 2. ostendit plerosque sacerdotes mulieribus tradidisse deferendam ægrotis, ita vt canone, quo illud prohiberetur, fuerit opus. Quid igitur hanc deportationem tantoper libet exagitare? At inquiet hostis id factū olim, vt iis, qui vel rei diuinæ interesse non poterant, vel de vita periclitabantur, consuleretur. Audio. Nolo tamen dissimulatam Irenæi ad Victorem epistolam, quæ docet tanquam symbolum pacis, & communionis aduentantibus Romam Episcopis delatam. Sed & illi sumebant: uel nos ita circumgestamus, vt ad postremum non vtamur eadem. Nec vñquam mihi persuadebitur Christianos veteres, quos habuisse domi diximus, ita duntaxat adseruasse, vt esset semper in promptu, verum etiam vt esset domesticum amuletum. Sed de ea re non laboramus. Vrget hostis pom-pā, & ostentationem, cum olim clam, & plerunq; sordide in vimineis, vitreisq; vasis deferretur. Sed heus tu, vide quæ sint temporum discrimina. Fiebat enim tunc in medio ethnicorum furore, cum tutu non esset, vt, esse, vel dici Christianū. Adhæc, ne res nostræ venirent in cūscientiā infidelium, Christiani tam arcanum habebant hoc sacramentum, vt ne nominare quidem præsentibus ethniciis fas esset. Vix tutis licebat in angulis, nocturnoque tempore sacra peragere: & quereris quod non palam cum tædis, & funeralibus obambularint, sacraque prodierint hostibus? Sæpè diximus ex Chrysostomis, Theodoretis, & aliis, multa post Constantium Magnum secula hanc religionem obseruas, ne coram infidelibus, aut catechumenis peragerentur mysteria. Nil igitur est mirum, si tu non fieret, quod posteā in summa Ecclesiæ tranquillitate fuit usurpatum. Quod vero pompam criminantur, quis non animaduertat inuidiæ parentem satanam id per istos agere, quod olim intrante Christo in Ierusalē, per ministros suos Pharisæos moliebatur? Sed & reliquæ apparatum, & quicquid defertur honoris dū accusant, Iudam imitatur, qui nardinum pisticum indignè ferebat Christi capiti à sanctissima virginе Lazari sorore infundi. Sed ad postremum nos derident, qui admoveamus seras, condamus in pixide, & carceribus (vt blasphemant) includamus. Scilicet, produnt se tandem noui Marciones, & Apelles. Agnoscamus rediuinos Valentinos. Sicut enim illi veram Seruatoris carnē negabant, sic isti seras, capsulásque nostras calumniantur. Nos autē, quod facimus, iussi ab Ecclesiæ facimus in Turonensi conc. ca. 4. & Lateranensi 20. non vt cōpedes, & vincula Christo iniiciamus (quis enim vsque adeò delirat) sed vt canes, beluas, homines malitiosos, & hæreticos ar-

*In epist. hanc publicam generationem a primis christi annis requiriunt heretici.*

*Theodor. dia. 2.*

*Immerito reprehenduntur Christiani, quod Eucharistia loco tuto, clausisque comitantur.*

cos arceam<sup>9</sup>. Nō est igitur impietas, sed pietas, nō captiuitas, sed protectione. Dicāt mihi, velim, vtra sit maior iniuria, Christū in sacrato, & mūdissimo vase ad septidū tantum includi (sic enim voluit Ecclesia) an nobilissimam animam, diuinamq; maiestatē corpori, eiūsque singulis partibus alligari, hoc est, hypostatica coniunctione copulari, cū illud corpus edere, bibere, & ea experiri omnia quondam oportuerit, præter peccatum, quæ nostris sunt corporibus. Si tanta maiestas tuo nomine illud dignata est pati (si quid illa patiatur) quid est, quod nos blasphemias acceras; quod eum immunem ab omni seruemus iniuria, honesto-que loco ad viaticum nostrum collocemus? Et vt proprius pedē conferā: credisne, hæretice, Christū esse cōceptū, & in beato, virgineoque puerū vtero gestatum nouē mensibus? Erat quidē illa sanctissima virgo, sed tamen mulier, ex cuius humore, licet purissimo, dignatus est Seruator tuus, meūsque nasci. In illo cœno sanguinum volutatus est, nutritus est, gestatus; nunc Natoreth, nunc alio deportatus, ac tandem per virginei quidē, veri tamen corporis meatum est in lucē electus. Hæc Deus tuus sustinuit, & tandi in eo carcere clausus iacuit, neq; hoc blasphemum putas, & meritō: quia, et si Deo quidem indignū, tibi vtile, & expediēs. Si talia igitur de Deo pia fidei impudentia prædicat; quid est, quod in nostris seris, repugnanteque reprehendatur? Atque hoc de primo capite deportationis. Quod si longius libeat procedere, non memores apostolicæ sententiæ, ad annuntiandū illius mortē, donec veniat, deportamus Deum nostrum in supplicationibus, vt vel sic reducatur in memoriam non tantum illius perpetio, sed etiam nostra communio. Etenim Iustinus in altera apologia dicit Christianos tēpore synaxis tā altis visceribus Christi crucem, & illius Eucharistiæ institutionē, hausisse, vt egressi sese certatim earum rerum commonefacerent: quam officij Christiani partē non alio, quām isto pacto rectius obimus, dum sic omnium oculis plicationibus adhibeatur Eucharistia.

*1. Cor. 11.*

*Quām pī, & consuliē sup- plicationibus adhibeatur Eucharistia.*

*Exemplū sa-  
tyri fratri  
Ambroſij.*

*Historia pue-  
ri ab incendio  
Eucharistia  
beneficio libe-  
rati in ciba-  
no.*

*Fæſtū s. clar.*

*Typi huius fa-  
cramenti mi-  
racula edid-  
re, & conju-  
tare beneficia.  
Iosue 3.*

*a. Reg. i.*

*Corporis  
christiani  
virtus,  
& iſſuacia.*

ſtiam tamē esse potentē, vt omnes preces, cum ipsius ſacerdotis, tū cooperatorū reddat efficaces: vnde colligere poſſumus, quām prudēter faciant catholici, dum iſtud philtrū ſuis admouent orationibus. Iam de amuleto, & alexicaco quid dicam? quod hoc in ſacramento ſummū habere ſe ſemper duxēre vetuſtissimi Christiani, ac eāpropter vel in o- rariis ſuis, vel à collo pendens per itinera, nauigationē ſequē circūgeſta- rūt. Satyrum fratrem ſuum narrat Ambroſius, fretum hoc veluti ſubere ſacro, ē naufragio ſaluū euauifit: quōd ſi circumferre nefas fuifet: nec ille quicquam ſibi potuifet in eo ſperare prāfidij, nec Ambroſius inter ce- teras fratris laudes crimē inſeruifet: nec Deus miraculosa ipsius libera- tionē hāc fidem ſibi gratam eſſe, teſtatus fuifet. Idē factū de Epiphonio quidam referunt, tamē ſi non habeam ſatis idoneos authores. Huc per- tinet mirabilis historia ſub Iuſtiniani imperiū gēſta, quam refert Nicē- phorus libri 17.ca.25. Eccl. hift. de Iudeo puer, qui inter reliquos hone- ſtos pueros cū accepifet communionis reliquias, reuerſus domū atq; ab infidieli patre in cibānū coniectus, poſt triduum à matre viuus inter flammās repertus, narrabat per angelum ſe in mediis ignibus confeſſum. Si tantā in puer, & infidieli vim exeruit: quid putamus futurū in hominibus piis, religiosis, & recte iſtitutis in fide? Infinita ſunt huius- modi exempla. Viographus diuī Claræ narrat eam agentem animam habuīſſe viaticū in capsula, & cū fortē tunc tēporis Saraceni coeno- biū oppugnarent, iuillife illam ſe deferri in conipectum hostium: vbi cū ventum eſſet, poſt orationem, ope ſuę capsulę, & in ea reponiti via- tici ſummouit hostes. Iam lī ad ſacras litteras oculos conuertamus; vi- debimus eiusdem typos idipſum p̄fetiſſile, vt maiorem de ipſa verita- te fidē concipiāmus. Manna enim arcæ incluſum defertur ad Iordanis ripā, & ſcinditur fluuius, aquarumq; adlabentium tumulus in cœlū eri- gitur, & fluidū elemētu densatur in molē. Hinc circumit muros Iericū- tinos, ſuperbamq; ciuitatem, diſiectis muris, Iſraēlitis facit peruiam.

Saul cum ea ſuperat Philisteos. Iſtius Dauid fretus robore potiū, quām exercitus, proſtagat hostes. Quis autem tam alienus à ſacrōrum voluminū leſtione, vt non inaudierit incredibilem pompam, qua Dauid, ridente impij regis filia Michol, per modum ſupplicationis arcām, in qua late- bat noſtrā Eucharistiā typus, ſolemniiter deportandam curauit? Nec ab iſtituto ſunt aliena, quā Christus geſſit, qui delatus in Aegyptum iđo- la ſtravit, attacta ſimbria ſiſtit ſanguinis profluuium, admotæ manus le- profos mundarunt, cæcos, ſurdosque curarunt: & vt ſemel finiam hanc virtutum ſacrosancti corporis deliberationem, maiores noſtri inter eas, quas adferunt, rationes, cur defigi Seruator in cruce voluerit, hāc adhibent, vt aērem à dæmonibus, quibus potiſſimum infestabatur, & inſciebatur, repurgaret. Quod ſi ita ſit, quando bona fide, & religiosè cir- cungeſtatur, nobisque vt adſit deuotē petitur: quid dubitamus, quin velit, ac poſſit aēre benignū, ſalubre mque reddere, terram fecunditate donare, aquarum venena, ſterilitatē mque tollere, nosq; ipſos & corpori- bus,

C A T E C H E S I S C L III. 495  
ribus, ſi ita expediat, incolumes, & animis ad virtutum ſtudia prōptio- res, adq; peccādum ſegnioreſ efficere? Huiusmodi alia multa pro huius circunlationis fide, & religione dici poſſe non dubito: ſed vnicum illud ſufficiat, quōd Tridentinum concilium dicat hac ceremonia viētricem ſeff. 1, c. 5. veritatem de mendacio, & hærefi triumphum agere, vt vel tanto ſplē- dore aduersarij fracti, debilitatiq; tabefcant, vel pudore affecti refi- ſcant. Quātuncunque enim scripturæ claræ ſint; conciliorum defini- tiones, Patriūque monumēta quantuncūque noſtrā hanc fidē p̄dident: hæretici, pro ſua impudentia, contendunt illa omnia pro ſe facere: tan- tū quia vetuſtas hanc ſolemnen circumgeſtationē non vſurparit: quāc cū ex totius Ecclesiæ decreto deinceps per vniuerſum orbem piē, religioſe que ſeruetur, nil ſupererit, quod ora petulatissima nobis obiiciat. Quocircā ſi quod aliud caput ad fidei confirmationem habeatur utile, arbitror iſtud cum primis eſſe neceſſarium.

### De Sacramento Pœnitentia.

*Qua ad Sacramenti pœnitentie commendationem faciunt, & er-  
rores circa illud ipſum, nomina etiam, typosq; recenſet.*

### Catechesis 153.



Actenū pro noſtra inopia munificētiam, atque adeò pro- fusionem conſeruatoris noſtri Christi, & vere ſummi im- peratoris in ſuum genuinum militem, ac diſcipulū ſe di- gnum declarauimus. Nam primō de ſacramento baptiſ- mi, quo regeneramur, atque ex filiis iræ, damnationis, & & diaboli efficiuntur filii Dei, hæredes eius, & cohæredes Christi. Dein- de confirmationis explicauimus mysteria, quibus velut ex ephebis ex- ceſſimus, atque in virilem aetatem euafimus, atque ex plebeis in reges, ac ſacerdotes euecti, tam pulchre Christiana panoplia induti ſumus, vt diaboli machinatio, & impetus nobis contemptui potiū deinceps eſſe debeat, quām horroři. Poſtremō ſuperioribus catechesibus differui- mus de commeatu perpetuo, & immortali viatico, quo emigrans ē caſtris miles ad tribunal aeterni iudicis deducitur, illiq; ſecurus afflixit, ha- bēs luculentā aduersus omnes ſatanę criminaciones apologia. Addidi- mus donatiua quædam de precibus, ſacrificiis, & aliis cōdem pertinen- tibus. Et ea quidē hoc ordine tradita nobis debebant ſufficere, ſi, quod eſſe debemus, eſſemus. Verū cū ſint pauci (quod queritur adhuc ſouatum Ambroſius) qui candidam baptiſmalem immunem fer- uent à labe, grauioribusq; ſordibus: ideò Christus voluit ſuperelle ſa- cram anchoram, quam caperſerent lapsi, certumque perfugium conſtituit, quo ſemel ē gradu deiecti conſugerent, non tantum septies in die, ſed etiam septuagies septies. De hoc igitur reſeſtū cum noſtris.

Poenitentia an-  
tiquitas.  
Genes. 2.

Tertullianus.

Poenitentia ho-  
nestissima est,  
quia iustitia  
ma.

catechumenis acturi sumus, tametsi non perinde grata fortassis, & amœna, sed utilissima oratione. Nam cum simus poenitentiae mancipia (vt loquitur Tertullianus) itaque vitam instituamus, vt singulis diebus redeundum sit nobis ad hoc asylum: nulla disputatio maiora nobis adferet emolumenta. At ne præter nostram consuetudinem facere, hōcque sacramentum illotis (quod aiunt) manibus aggredi. videamur: pauca de illius dignitate, ac præstantia sunt prælibenda. Et sancè optem nostris catechumenis magis idoneum poenitentiae præconem obtингere, cuius non tantum voce, sed etiam vultu, gestuque ad eam prouocarentur, qualis olim Ioannes Baptista insignis huius adfertor cum suis locustis, melle sylvestri, camelorum pilis, & reliqua sua nuditate. Verum cum id frustra sim optatus, & semel in hanc missus sim prouinciam, fungar officio, dum aptior, meliorque contingat. Itaque si quid forte sit, quod offendat in vita præconis: audiendus erit Christus, nec moram, sed sermonum erit habenda ratio. Hoc si imperatum est, reliqua confidentius aggrediar. Quām sit igitur res præstans poenitentia, ipsa eius docet antiquitas. Nam peccato nequaquam est multo posterior. Certè simulaque primi parentes nostri lapsi sunt dictum est à Deo serpenti: *Ponam inimicías inter te, & mulierem, & ipsa conteret caput tuum.* De Adamo ad poenitentiam adacto, de Caino, de Lamech, de Noë nil dicam. Tota lex Mosis aliud nil fuit, quām poenitentiae catechesis, & paedagogus ad Christum, ad quē hac fine accedit nemo, qui & ipse suam economiam à poenitentiae prædicatione exorsus est, & antequam euangelismum suum aggredieretur, per præcursorum Iudaico populo huius virtutis rudimenta tradi curauerat. Hæc igitur tam antiqua canities plus satis huic rei commendationis adfert, sed quæ nullius penè fit momenti collata ad eam, quam ex authore dignitatem accepit. Nam vel ex iis paucis, quæ diximus, appareat satis Deum esse authorem, & institutorem poenitentiae longè clementissimum. At inhonestata fortalsè cuiquam videbitur, qui ex corruptis hominum carnalium opinionibus potius, quām ex rerum ipsarum natura iudicat. Nam si verimus rem ipsam magis, quām huiuscmodi insipientium praua iudicia considerare, deprehendemus nihil sanctius, pulchrius, & honestius. Quid enim est ( obsecro ) poenitentia aliud, quam restitutio quædam facta Deo Opt. Max. Omne peccatum diuinitatem afficit contumelia, illiusque detrahit honori; cui satisfacere, &, si nil aliud, merorem faltem rependere, nonne honestissimum est? Evidem iustum esse nemo dubitat: nil autem iustum, nisi quod honestum, & sanctum. Rursus cum exemplo, vel iniustitia, nostrisque peccatis lædamus proximos: quis hanc virtutem non fatebitur maximam esse partem iustitie, quæ illatum damnum compensat, & sequenti beneficio diluit iniuriam? Omitto iocumentum, quod ipsi nos veluti nostro iumento aduehimus, dum corpus flagitiis conspurcamus, & animum scelerate commaculamus, & crudeliter mactamus Orco. Sed quia plus mouent

mouent scripturæ, ad illas veniamus. Et noua quidem oracula videntur perpetuum huius virtutis elogium. Ingreditur enim Ioannes, & nil aliud vociferatur. Christus ponè sequitur, eandemque recinit cantilenam. Ablebat idem Apostolos ad concionandum, hanc illis formulam præscribit. In actis apostolicis tam densa est huius mentio, vt iniri numerus non possit. Pauli, ac cæterorum epistolæ videntur in eum usum directa, ne huius rei obsolesceret memoria. Ioannis revelatio secundo, tertioque capitibus eundem coccisum repetit (si sic loqui fas est) & dum obiter extremi iudicij terrorem admiscet, eiusdem rei commendationem obtinetur. Quod ergo tantoperè prædicatur in scripturis diuino spiritu proditis, non debet non videri honestissimum. Quod si querantur exempla, sunt nobis ad manum duo cum primis illustris: Philippus, qui primus Romani fastigium superbum imperij crucis submisit, & Theodosius. Prior enim cum ex magna parte factus esset Christianus, atque in pascha vellet in sacra adyta perrumpere, repulsus est à Fabiano, nec ante receptus, quām peregrisset impositam poenitentiam. Posterior autem publicæ poenitentiae laborem & ignominiam non erubuit. Certè Nicephorus talè summi Imperatoris describit exomologesim, qualem non sustineant nostri temporis viles animæ. Trivit enim fronte solum, expâsis manibus, prostratus humili, induitus cilicio, & qui publicè offenserat, publica lamenta, cineres, ieuniaque non refugit. Quid igitur est, quod putemus esse pudendum in matris Ecclesia præsenti indulgentia, nisi forte nimiam à prisca severitate discessione? Quisquis enim intellexerit, quæ fuerit olim asperitas, quis rigor illius poenitentialis presbyteri, ludum iudicabit nostram auricularem (vt hæretici vocant) confessionem. Cæterum, ne quis putet hic non opus esse disciplina, sed quemlibet suopte marte sapere satis: dicendum est de necessaria doctrina. Quantum enim peccatum sit in hac parte fidei, referre nimis prolixum foret. Nam antè Nouatum ab ipsis usq[ue] Apostolis, non defuisse, qui negarent sacramentum. Nouatum.

Errores circa fidem de hoc: Lutherani re-  
teres, & Illyricani.

Poenitentia: non disimilat, & ad eam lapos anti-

Poenitentia do-  
num Dei.  
Act. 11.

2. Timoth. 2.

Luc. 13.

In gaudiis  
nostris in pa-  
noram tra-  
nsitatem.

quām qui per iusta poenitentia lapienta ad pristinum gradum consenserint, eodem tamen in loco fatetur non defuisse, qui perpetuis lacrymis oculos, genasque corrumperent. Et nunt ( si Christo placet ) putamus iocum esse confiteri, poenitentiam instituere luquum credimus, nec prius de expurganda conscientia somniamus, quām sacer dies id ab inuitis extorserit: ne dicam, quid nos hominibus inquinatissimis, hoc est, nostri similibus permittimus, quod videlicet, nostro pudori consulamus, habeantque similes labra laetucas. Ne tamen hīc quisquam rei difficultate terreatur: non onerabitur memoria infinitis præceptis, paucissima sunt tradenda capita, & qui forsitan nostra hac rudi institutione indiguerint, poterunt compendiū discere, quod satis erit, tantū ne ad fordes mente conuersa doceri contemnant. Sed res est inanēa, tristis, luctuosa poenitentia. Nunquam inficiabor maiores nostros hoc sacramentum appellasse laboriosum baptisma: quia qui ducitur poenitidine grauium scelerum, non potest nil agendo peruenire ad misericordiam: sed tamen, quantumcunque peccat quis, si non desit spiritus compunctionis, ac donum Dei poenitentia, facile quod reliqui est perficietur. Nam ut fidem à nobis non habemus, ita hac in parte pendendū est à Dei misericordia, vt docent presbyteri Ierosolymitani: Ergo etiam gentibus dedit Deus poenitentiam ad vitam: & Paulus suum Timotheū instruens. Seruum Dei non oportet litigare sed mansuetū esse ad omnes, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & resplicant à diaboli laqueis. Vbi igitur hoc donum per Dei gratiā obtigerit, reliqua erint facilia. Nam hīc Spiritus ita incendit hominem, cùm maiestatem læsam, & suam cōsiderat peccator fœditatem, dum suam in peccando pertinaciam, Dei verò longanimitatē, dum hinc gehennam, illinc cōclum aspicit: vt vix fieri queat ( quemadmodum Tridentini Patres adseruerunt ) quin homo certum induat poenitentia propositum ecclesiasticis legibus consentaneā. Ceterū deuorandum est tedium, supertandāq; omnis molestia, & quod in necessariis facimus, siue iucunda sunt, siue molesta, hīc debemus exequi, cùm dicat seuerus olim futurus peccatorum iudex, vltórque Christus: Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis: & in Apoc. Age poenitentiam, alioquin mouebo candelabrum tuum. Cūm igitur tam sit necessaria poenitentia, non est quid ad delicias suspireremus, qui millies acceptam in baptismo gratiam ingratissimi proiecimus. Gēliennae supplicia, mortem aeternam, diuinitatis offendam placare, redimere, effugere volumus: & querimus eius rei confiēdā: patrum suavies nobis præscribit rationes. Stultorum est non sibi quoquo modo prospicere, qui autem omnia fortiter perferunt, sequi in omnem horam compatant, sunt profectō fœlicissimi. Nunc erat præstituēda methodus: sed, vt paucis diecam, quemadmodum hactenus decurrimus, ita nos etiam in sacramento gerimus, & ubi de nominibus, typisque disputauerimus, ad rei naturam progradiemur. Igitur istud sacramentum in scripturis appellatur Hebraicē

braicē quidem ηγιεν theschoubah, syriacē autem κηνων thibutho, quasi redditum, aut reuersionem dicas. Græci vel λύσις vel ἀποστολή, vel μετανοία vocant: sed non deest flexus. Itaque non optimè quadrant hæ voces in sacramentum. Dicitur præterea μετανοία καὶ μεταμέλεια, quæ fit ab hominibus relapsis. Nam μετανοία sacramento baptismi nonnunquam tribuitur. Idcirco posterius μεταμέλεια vocabulum, quod curæ, folicitudinisque significationem habet, proprius ad tem facit; quamuis & hic non desit tropus; quia effectus pro causa, & sacramento poniatur. Postremō creberrimè nuncuparunt nostri maiores, eadem tamen abusione, ἐξουσία λύσις: neque rariū manuum impositionis ambiguam substitut appellationem. Latini frequentissimè poenitentiam, vel sacramentum poenitentia; vt Florentina, & Tridentina synodi; veteres contritionem, satisfactionēmque dixerūt. Tertullianus, & Cyprianus exomologationem, confessionem, communicationem, pacem, & communionem, non tam causas, quām effecta significantibus vocibus. Quin etiam Græcorum imitatione manuum impositionem nuncupauit Leo epistola 3. & Lateranense conc. can. 9. Est autem hæc sylva nominum diligenter obseruanda; vt deinceps de ipsis authoribus rectius iudicare liceat, qui videri possent hominibus parum attentis de re quapiam alia differere, propter tantam nominum diuersitatem. Cuperem tamen in primis retineri vel Græca λύσις, καὶ ἀποστολή, vel Latinam absolutionem: quia vsu tripliora sunt; reiq; naturam proprius exhibent. Nam vt in reliquis sacramētis formula, qua peraguntur, ferè dictat nomenclationem: ita hoc loco fieri debet: Ego te absolu: sicuti: Ego te baptizo. unde baptismus. Itaque rectissimè nuncupatur absolutio cùm à veteribus, tum à concilio Tridentino sess. 14. can. 10. Nunc de typis, qui fuerunt in antiqua lege plurimi; quia typi sacramētū nunquam non fuit necessaria poenitentia, sine qua peccatorum nulla absolutionis remissio. Eapropter eō primū vocatus est Adamus; Cainum quoque voluit Deus eōdem impellere; gigantes habuere Noachū præconem poenitentia: denique quicquid vel dictum, vel gesum olim fuit, non caruit huius rei symbolo. Sed clarius à Mose representata est, qui Numer. ca. 9. iubet ipsos peccatores non tantū victimis; sed etiam voce palam suum peccatum agnoscere: ad quem ritum alludens Apostolus, ait Christianis hominibus non relinquere hostiam; sed solam metuendi iudicij cogitationem; cùm Iudei semper haberent ad manum facilem expiandorum criminum rationem. Deinde quicquid. Leuitici 14. de leprosum probacione, & purgatione prolixè constituitur, à majoribus nostris poenitentia figuris adnumeratur. Postremō, ne arenam frustra metiendo laboremus, Acani hominis sacrilegi in libro Iosuē facta Eleazarō summo sacerdoti confessio, christianum sacramētū exactissimè refert: certè Dauides Kimchius ad eum locum adserit Iudeos tunc eductos, ne prius emigrent ē vita, quām publica suorum peccatorum confessione defuncti. De Ioanne nil est dicendum, cuius vnicā, tota quæ functio erat baptismus poenitentia.

carthag cap.  
78.

Lib. 3. episo-

la. 1. 5. 16. 17.

n. absolu-

tis.

Hebr. 10.

Ios. 7.

Matth. 3.  
Marc. 1.  
Luc. 3.

Definitio

R. 2

*Definitionem sacramenti sive hereticam, sive catholicam species,  
in absolutionem ad lineam cadere demonstrat; tum de No-  
uato primo huius sacramenti hoste damnato dicit.*

## Catechesis 154.

**A**m tandem appendamus aliquam definitionem, quæ ita rei naturam explanet, ut simul præcipuum fructum ab hoc expectandum sacramento demonstret. Absolutio igitur est sacramentum, quo ad manus impositionem, & legitimum clavium sacerdotalium ysum peccator à baptismo relapsus ne cum quidem satis comparatus, pro merito ligatur; rite verò poenitentia, & confessione defunctus à peccatis, certissimè absolvitur, & amissam peccando gratiam recuperat. Reliquum est, ut de singulis partibus agamus, easq; non nihil in transcursu probemus; de quibus in progressu dicendum erit accuratiùs. Primi igitur sacramenti nomen tribuitur; nec id à nobis iniuria fieri vna authoritate, vel pluribus docere præptissimum erat: sed arbitror solidius, robustiusque probandi genus, quod è rei natura eruitur. Quid sit sacramentum, equidem nostrorum catechumenorum arbitror ignorare neminem; nempe instrumentum à solo Deo institutum, quo is, qui illud suscipit, Deo iniciatur: ita ut sit visible signum inuisibilis gratiæ, quam conferat mystæ. Absolutionem autem esse instrumentum non intelligas rectius; quam ex Christi sermone, qui promittens hoc sacramentum, aiebat se daturum Petro claves cœlorum, & regni. Vt enim clave utimur ad aperiendum ostium; ita per absolutionem clausum prius cœlum reseratur: contrà verò, vt ostia seris, ac pessulis occluduntur; ita per huius sacramenti facultatem indignis iniciuntur vincula. A Deo autem institutum istud esse, quis neget; cùm Evangelista Matthæus nostri Seruatoris factam D. Petro sponzionem cap. 16. & postmodum cap. 18. præstationem huius facultatis clarissimè narrat? Sed & Ioannis 20. *Sicut legauit me vivens pater; ita & ego lego vos,* cum plena nimis potestate reconciliandi generis humani: quibus verbis institutum hoc fuisse testatur omnis antiquitas. Porrò hoc ipsum instrumentum esse inuisibilis, gratiæ signum yisible, quid opus est, vt prolixè demonstrem: Nec enim in sacramentorum disputatione visibile dicimus illud solum, quod sub aspectum cadit; sed quicquid ylo sensu percipitur: quia visus est communis quidam sensus; adeò ut videre nos dicamus, quæ intelligimus. Cadere ergo sub sensum hoc sacramentum nullus inficiabitur, nisi qui sensus expers fuerit; cùm certa verborum ceremonia perficiatur. Nam quod nostrorum aliqui ad veterem manuum impositionem configuant, non est neesse. Quamvis enim sit apostolicus ille ritus manuum impositionis (vt postea docebimus) tamen non perficit sacramentum, neque adeò ad illius perfectionem est necessarius.

Esse verò

## CATECHESIS CLIII.

501

Esse verò hanc visibilē rationē absolutionis signum inadspetabilis gratiæ, superuacaneū iudico ylo verbo probare; cùm dubitet nemo, qui sit catholicus, quin ad hoc sacramentū conferatur gratia. Quis enim non intelligit, dum homo absolvitur, fieri magnam gratiam? Initiati autē hominem Deo videtur obscurius; & cognitu futurū est utilius. Ergo Apostolus Paulus loquens de vniuersa poenitentia, sive quæ nunc est in manibus, sive quæ in baptismo requiriuntur; dicit se missum, ut prædicet poenitentiam, detque operam, ut homines conuertantur ad Deum: quæ sane conuersio nil est aliud, quād istud, de quo agimus, initialementum, per quod intelligitur infidelem, Dei cultorem euadere; eum verò, qui iam Deo fit vnitus, iterum magis, ac magis intimū fieri; vel relapsum coalescere, quod fit per poenitentiam, quæ homines reconciliat Deo. Porrò ubi ad effectoru locum ventu erit, huius probabitur efficacia sacramenti nunc constantū obiter sufficiet scriptura, quā superiùs attigimus, qua dicitur fore solutū in cœlis, quod in terris absolutionis beneficio relaxabitur. Habetus igitur veri, ac primarij sacramenti Christiani naturam per omnia poenitentia conuenientem. Quod si nostris catechumenis cotingat rem esse cā hæretico, erit hoc ipsum efficiendū ex hæreticæ definitionis sacramenti accōmodationē. Aliunt enim hæretici sacramentū esse cœmoniā à Deo institutā, quæ habeat promissionem ad vitam æternam pertinētem. Primiū igitur, nempe, ceremoniam euiceris facile per hoc, quod absolute habeat manuum impositionem: si tergiueretur, & dicatur illam non esse necessariam; habes reliquam absolutionis, sive formę prolationis ceremoniam. Esse namq; non tantum gestatum, ac rerum, sed etiam verborum ceremoniam res ipsa docet, & nominis etymo, quod à carendo natum est; quoniam à sacris est abstinentum. Quid autem tam est sacrum, quād formæ sacramentorum, & potissimum istius, quas in litteras referre maiores nostri semper duxere nefas? Itaque si quidpiam existat, quo sit caretum; puto hanc esse formam absolutionis, de qua parciissimè loquuntur veteres, propter eam, quam nunc diximus, religionem. Quod si conuertas oculos ad ysum latine loquétum, legitimus, ceremonias locorum, signorum, ciborum, & verborum; nec aliud hoc vocabulo intelligent Latinis; quād certam quampiam obseruationem; cuiusmodi quid hic esse, vel inde certū fiat, quod, si formam corrumpas, nil efficies. Iā, quod est reliquum, si species rei naturā, quis est, qui nesciat, quanta religione semper, & etiam nunc à piis omnibus peritis rerum ad salutem pertinentium obeat hoc sacramentum, ybi peccator reus est, ac sacerdos Dei iudicis personam induit. Si minister nō adhibet omnia, vt defungatur quād religiosissimè; si nō diuinum quendam horrorem incutiat; si numinis offensa, & suppliciorum veluti sensum nō exhibeat: non videtur rite suum munus exequi. Hanc autem ceremoniam à Deo institutam saepè repetitum est. Promisit ille Petro, & tradidit cùm illi, tu reliquis Apostolis non semel. Habete autem promissionem ad vitam æternam pertinentem, quis non videt; cùm aperiri claudiique cœlum ista

*Inadspetabilu-  
gratia.**Absolutionis  
sacram: homo  
Deo iniciatur  
Act. 14.**Absolutio  
gratiam con-  
fert.**Sacramenta  
apud hæreti-  
cos definitio  
absolutioni  
quadrare e-  
penditur.**Sic Gellius,  
Macrobius,  
Pompeius, &  
Methodius;*

facultate nimis quam sapè dixerimus? Adde Christum in Apocalypsi dicere se stare ad ostium intraturum, vnaque coenaturum, hoc est, futurum ut iterum anima cum Deo coalescat, & illi feliciter adglutinetur. Hęc vbi catechumenus sic se habere docuerit; hisq; tribus haereticorum sacramenta perficiantur: euicerit abunde nostrā pœnitentiam esse sacramentū. Quod si quis traditionis hęc fidem postulet, quæ alibi prolixius adferetur; nemo nescit iudicatū hostem ab Ecclesia Nouatū: at qui dum ille à nostris redarguitur maioribus, quasi pœnitētiā, veniam, pacem, & susterit, synecdochicā intelligendum est; quia non aliud abrogat ille, quām hoc sacramentum, hoc est, potestatem absoluendi peccata; quemadmodum docent ipsi Nouatiani apud Nicephorum lib. 6.ca. 3.4. & 5. & lib. 8.cap. 20. & Cyprianus ipse epistola data ad ipsum Nouatum; & Ambrosius lib. 1.ca. 2. & 6. & lib. 2.ca. 5.aduersus eundem. Aiunt enim nequaquam pœnitentiam, contritionem, aut confessionem sustulisse; sed hortatum peccatores ad fletus, gemitus, dolores, & lacrymas, si forte Deus eorum miseretur; tamē si nullam haberet (sic mentiebatur) sacerdotes facultatem dimittendi peccata. Itaque crudeli calliditate pœnitentiam simul eripiebat, quam nemo sit auctor, si desperet Deum condonaturum: ac propterea crudelissimus hostis est iudicatus, qui adigeret ad grauissimos labores pœnitentiā, nec interim spem ullam faceret reliquam redeundi cum Deo in gratiam. Dum igitur illum ante concilium Nicænum damnaret Ecclesia, nos docebat se nunquam dubitasse, quin superesset lapsis aliqua tabula (vt primus vocauit Hieronymus) qua niterentur, qui ē naufragio vellent enatare, quam absolutionis sacramentum dicimus, vnum ex veris, primariisque septem.

*Definitionis huīus sacramenti reliquas partes explanat, & quid à conferente, & suscipiente sacramentum requiratur exponit.*

### Catechesis 155.

22 annum im-  
possum.

**N**unc post genus definiti sacramenti absolutionis, quod vnum per temporis angustias peccatores nuper licuit; reliquum est, ut præstita descriptionis, quod supereft, breuiter explicemus. Quod diximus obiri ceremoniam istam impositione manuum, videri posset non immerito ambiguum: cū inter catholicos satis constet ritum hunc non esse ad huius sacramenti perfectionem ita necessarium; vt, si desit, pericitetur reus de peccatorum remissione. Cur ergo re superuacanea descriptionem onerare visum est? Causam hanc redditam à nobis habeant catechumeni, quod antiquitas non solam eius rei meminerit; verum & isto vocabulo totum sacramentum interdum complectatur, vt videre est apud Cyprianum libri 3.epistola 14.15.16.17. & ferm. de lapsis, Carthag.ca.78.81. Arelatensem can. 9. Augustinum libri 3.ca.16. cōtra Donatistas; quibus addere licet Burchardi libros decretorum quartum, & decimum octauum. Adde, mihi videri Apostolum

Apostolum Paulum ita loqui, & sentire t. ad Timoth. cap. 5. vbi iubet ne Timotheus cuiquam citò manus imponat, alienisque peccatis communicet. Quem locum eti fatetur penē totam antiquitatem interpretari de ordinatione clericorum, & propriè sacerdotum: non tamē desunt, qui ad hanc absolutionem pertinere credant, nisi rationibus ex orationis filo desumptis. Nam paulò antè dixerat: *Peccantes coram omnibus ariegue*, deinde obtestatur, vt sedulò præscripta conseruet, mox istud adiugit, & peccatorum communionem interdicit: vt non mirum, si, quod est medium, ad peccatorum, quorum & prius, & posteā fit mentio, absolutionem pertinere quibusdam videatur: quod ipsum Tridentinis Patribus sessione 14. cap. 8. non admodum displicuisse oportuit, qui, vbi ad iustum satisfactionem iniungendam medicos, & curatores hortantur animalium, concludunt iisdem Apostoli verbis: *Ne communicetis peccatis alienis*. Adhæc particula (citò) eodem trahit: iam in ordinatione clericorum frustra id videtur admoneri, at in absolutione fuit olim opus longa exomologesi, & precibus, assidueque interpellatione agebant pœnitentes, vt quantociùs reciperentur. Postremò Apostolus idem eius epistolæ capite 3. iam canerat, ne facile admitterentur, sed post diutinam probationem demum ad altaris ministerium accederent, qui ad ordinem hiearchicum cooptari volebant: vt frustra laboratus videatur Apostolus, etiam de bafi, quod prius aperte tradiderat, idem in fine epistolæ repetisset obscurius, eo præsertim loco vbi de peccatis erat disputatio. Hęc cū ita pretetur libro de baptismō. Adde: olim fuisse moris, vt iam antè peracta peccatorum confessione iis, qui erant subiecti pœnitentiæ, singulis conuentibus post missam pœnitentium à suo presbyrero manus imponerentur: ob quam consuetudinem Felix Pont. in epistola prima dicit pœnitentes sub manu sacerdotis esse positos, ac toto tempore præscriptæ pœnitentiæ iacere sub manuum impositione. De ea autem *χειροτονίᾳ*, qua totius exomologeos colophonem obtinebat, cū peracta iam pœnitentia pristinum interfideles locum recipiebant, videre est Cyprianum epistola 17. lib. 3. Addidimus legitimū sacerdotialū clauium vsum, quando omnia sunt legitimè, & suo ordine; qua de re nobis supereft alio loco agendū copiosius: quod tamen ad præsens attinet negotium, is à nobis creditur legitimus vsum, cū absolutio non sit supercilie Pharisaeo, vt Hieronymus de sui temporis quibusdam hominibus queritur ad cap. 16. Matthæi, id est, quando facerdos non putat se posse quilibet absolvire, sed duntaxat dignū. Necesse est, vt scelerati, ac pertinaces repudiētur, ac ligētur, ducti vero pœnitidine absoluantur, vt egregio docet Areopagita ca. 7. Ecc. Hier. nec præter instinctum diuinum ad ligandum, aut soluendum accedere debet sacerdos. Requiruntur præterea scientia, eruditio, acre iudicium, quæ nostra tempestate in irum in modū desiderantur. Nam vbi quis confidet stipes verius, quam homo, qui neque distinguere valeat inter leprā, & lepram, neque quicquid penitentiū habeat; quæcōfiteſſis peccata numeret, miserum

*Apostoli 1.Ti  
mothe. 5. ca-  
pius locū ex-  
planat.*

*Chrysostomus.*

*Theodoreetus.*

*Theophyla-  
etus.*

*Oecumenius.*

*Hieronymus*

*Scholastes,*

*qui inscribi-  
tur Hierony-  
mo.*

*Ambrosius*

*putatius, id*

*est, Pelagius*

*in epistolas.*

*Augustinus*

*lib. 2. contra*

*Petilian.*

*c. 106. Beda.*

*Tertullianus*

*etiam de ba-*

*ptismo inter-*

*finitur.*

*de baptismo.*

*Legitimus cla-*

*nus, vñ vñs quā*

*do, si, & que*

*confidenti, &*

*audienti, ac*

*virinque ob-*

*seruanda.*

*Abusus, &  
peccatum no-  
stro tempore  
frequens.*

*Opis nonrité  
comparatus ad  
hoc sacramen-  
tum.*

eludit consitentem, sequē ipsum perdit. Nam sit perinde non doleat cum pœnitente, si non lugeat, & propria mœstitia, & grauitate perneat ad mœrorem, si non instruat, iuuet, excitet: si denique non imponat pro dignitate sacramenti legitimam pœnitētiā, non agit quod sui est officij. Hunc accedit legitimū vsum violari per simulationē alterius partis, id est, si veniat ad confessionē metu fortassis publicæ cœlāræ, aut vt ne videatur hæreticus, si aliena potiū, quām sua enumeret. Illud penè superuacaneum est admonere, vt sit seria cōfessio, & absolutio, ne quid ibi per iocū, aut risum fiat. Postremò si non nitatur iurisdictione, & authoritate ab Episcopo, vel cui demādarit ille rerū talium prouinciam; nil est: quod vbique tamen iam detestabili tentatur audacia, contra seuerissimum Tridentini concilij decretum. Imò, quod magis dolendum, tales animarum suarum ( si Christo placet) quærunt medicos nonnulli pœnitentes, homines ebriosos, scortatores, indoctos, obscuros, vt vide-licet secum agatur mitiūs, vt lateant, vt os oblinient faciliūs. Sicubi autem videant sedentem theologum, cordatum, sanctum virum sese offarentem, ac paratum illorum fortes pientissimo finu excipere, & contegere, fugiunt veluti certissimam pestem, & se, suaq[ue] nequitia dignos adeunt. His quinque capitibus ferè legitimus vſus absoluitur. Has autem claves sacerdotiales vocamus, non quid propriè sit peres sacerdotem ista potestas, sed quia ea non solus vtitur Episcopus. Alioquin sci-  
mus edicti à Patribus Carthaginensis, cap. 6. & 7. propriè, ac potissi-  
mū. claves esse creditas Episcopis, à quibus nisi fiat simplicibus sacer-  
dotibus facultas, tentare possunt, efficere nihil possunt. Clavium autem nomine, ipsam designari potestatem credo omnibus notum, qui autem cupiat autoritatem, aeat Ambrosium lib. 1. de pœnitentia cap. 2. & Tridentinæ sessionis 14. cap. 3. Sequitur porriò ipsa definitione: *Peccator à baptismo relapsus.* Nam ante baptismi institutionem nulla pœnitentia fuit sacramentum, nec ante tunctionem cuiquam est hoc sacramento cogitandum, vt Trident. conci. sessio. 14. cap. 2. & 3. declarat. Hæc autem ruina intelligitur de lethali criminē. Nam veniales culpæ hic non per-  
tinent, quæ sunt tantum charitatis remoræ. Pergamus ad reliqua. *Nec-  
dum quidem satis comparatus pro merito ligatur.* Is est, qui pro suorum criminum grauitate non ducitur iusta pœnitudine, qui ob offendam Dei Patris non dolet vehementissimè, nec deflet factam iniuriam Spiritui sancto, quem contristauit, & ingratissimè tractatum à se repulit, qui peccata sua vlcisci grauiter, ac de cætero cane peius, & angue vitare non decrevit omnia, quæ rursus possent eum præcipitare: postremò, qui tantum non iuret se ex arbitrio sacerdotis, lubenter Deo. satisfactum pro viribus. Summatim volumus contritū, aut saltem attritum accede-  
re peccatorem. Nam etiam si dolor non sit vsquequaque perfectus, sa-  
cramentum implet, quod in præparatione desiderabatur. Quibus hæc desunt, nondum sunt ad pœnitentiam idonei, vt qui adhuc in suis vo-  
luntantur sceleribus, nec de mutanda vita cogitant, neque meliorum tangun-

tanguntur desiderio, qui se excusant, vel pœnitentiam diuidunt, reticent animi vitia, nec quicquā agere decernunt, quo factā creatori sartiant iniuriam, de quibus alfas vberiūs. Ligari autē dicitur, qui vel afflatur ex communicationis fulmine, si sceleris id' grauitas postulet: vel publicè pœnitentiæ subiicitur, cui certum genus satisfactionis præstituitur: de-  
nique si cui consulitur, si cum aliquo ita tranfigitur foitè desperabun-  
do, vt de iure Domini multū remittatur, postremò omnem laborem,  
ac mulctam pro mensura peccati præscriptam complectitur ista ligatio.  
Si quis autem offertur, qui primum confessione ritc defunctus, dictatam  
à sacerdote satisfactionem obierit, qualés paucos sua tempestate vidit  
Ambrosius, is est fœlicissimus. Cæterū quid ad veram confessionem  
requiratur, quia prolixissimum esset enarrare, & aliū locum illi rei  
destinai, nunc quinque capita deliberare suffecerit. Ante omnia ne-  
cessē est integrā esse confessionem, ne quicquam sciens prudens re-  
ticeat. Deinde: vt sit aperta, reiectisq[ue] omnibus inuolucris, ac latebris  
dicat lusco lusce. Adhæc sit libens, religiosa, pia, studiosa, ne metu pa-  
rentum, aut præceptorum extorta, sed ex peccati detestatione, cùm quis  
videns sibi gehennam imminere, vltò, volensq[ue] procurrit ad reme-  
diū. Nam qui de more, quia pâscha est in foribus, adit sacerdotem  
peccata sua denarraturus, ad quæ propediem sit redditus, catet ista  
dote. Prætereà humilem esse oportet confessionē, vt pœnitens se di-  
gnū existimet, qui conspuatur, & conculcerit ab omnibus. Ad quid  
enim hīc supercilium, & arrogantia, vbi ad eum iudicem rediit res, in  
quem peccasti, qui superbos non dignatur ope, ne venia, vbi te reum  
agnoscis, suppliciumq[ue] deprecaris? Postremò sit fortis, & iusta ne cessē  
est, quæ præ se ferat incredibile odium peccatorum, velitq[ue] sum mo-  
perē illa in se se castigare, nil ludicrum habeat, sed mirè constans, grauis,  
ac seria. Sed hæc tantum obiter. Hac confessione ad istum modum de-  
functis, à peccatis suis, quantuncunque multis, graibus, & antiquis,  
certissimè absolvitur. Sacramentū enim est omnipotēs, quia nūtitur san-  
guine omnipotentis agniti: itaque, si per nos hausturos nō stet, omnia si-  
mul eliūntur. Nescit enim fallere, qui promisit Deus. Sic, inquā, absolu-  
tur, quisquis ille est terqué quaterqué fœlix, ita vt neque hīc quicquam  
sit iniungendū, nec olim quicquam in purgatricibus illis flammis ex-  
coquendū supersit: at si nauget, si lagueat, si vix ad attritionem queat  
assurgere, multum est, si liberetur à periculo culpæ. Ille autem inclitus  
gratiam per peccatum amissam recuperat sane multiplicem. Primum  
enim peccator esse definit, & quemadmodū abeuntibus tenebris im-  
migrat lumen, ita quandiu incubant peccatorum densissimæ tenebræ,  
exulat gratia, quæ vbi promicat, statim nox pellitur, edit charitas, fides,  
spes rediuiuæ sedes antiquas obtinent, refluent omnia, charismata, rur-  
sus adspirat Spiritus sanctus, & suis virtutibus, donisque replet omnia,  
& quod quisque magis adlaborauit, vt strenuè præstaret officium, tantò  
vberiorem accipit gratiam: vnde maiores nostri fieri nonnunquam ad-  
serunt,

*Ligari quis  
dicatur.*

*Quinque ne-  
cessaria ad  
confessionem  
recurret.*

*Gratiarū be-  
neficia, quæ  
per hoc sacra-  
mentum ritè  
preparato cō-  
tingunt.*

se runt, vt homo per poenitentiam, non ad antiquum solummodo, sed longè sublimiorem gradum resurgat, vt in Davide, Petro, Serapione factum non dubito.

*Materie, & forma huius sacramenti tractationem absolvit.*

Catechesis 156.

**D** Iversa sententia circa sacramenti ab solutione materiali hoc assigndam. *materiali hoc assigndam.* Igressis à definitione poenitentiae proximus erat ad formarum sedē traectus, verū cū omnis diuersitas, quæ in hoc apparet sacramento, proueniat partim ex poenitētibus minūs, magisve sotibus, partim ex cōfessionariis minori, vel maiori authōritate prāditis: nihil erit dicendum, huiusque loci licebit compedium facere: quia horum quædam ad causas efficiētes, quædam ad effecta, reliqua ad destinata pertinent, de quibus erit suis locis agendum. Itaque potius ad partes nostra delabitur oratio, siue materiam, ac formā. Quā sit autem impedita hæc semita, maximē verorum poenitentī vestigiis, non facilē queat explicari. Ut tamen intelligatur aliquousque, primū sunt nōnulli, qui negent vllam esse hīc materię, alij materię loco peccata cōstituunt, pleriq; ipsosmet peccatores, aliud reliqui actus ipsorū poenitentium. In forma desigāda non minor est pugna. Nam singuli authores habent ferē peculiarem. In vñu autem ecclesiastico tot ferē sunt formæ, quot capita, licet in summa conueniant. Cæterum, vt ordine progrediāt, sic alloqui libet eos, qui vel ambigunt, vel negant penitus vllam hīc esse materię: Si nomine materię intelligatis, quod in reliquis sacramentis hactenus esse diximus, non omnino malē dicitis, cū hīc nil sit verē corporeum. Vidimus enim aquam in baptismo, in confirmatione vnguentum, in Eucharistia panem, & vinum, in poenitentia nil simile deprehendimus: neque adeō sine magno misterio nihil hīc tale traditum est. Primū enim edocimus à philosophis esse materię id, vnde quippiam sit, & in quod forma se insinuat: atqui aqua, panis, oleum eiusmodi suūt, vt non tam forma agat in ipsa, quā inuenit formam, vt id peragat, ad quod est instituta. Nam aqua priūs est initianda ritu catholico: sic autem initia non pendet à vi formæ postmodūm accessuræ, sed ipsa propriam habet efficaciam. Alias enim ex Tertulliano, Nazianzeno, Cyrillo, Damasco, Sylvestro diximus aquam baptismalem ita corpus ablueret, vt nescio quid latentis energiæ tribuat, quam aliis in vndis dermersum corpus haud experiatur. Ajunt namque maiores nostri corpus per aquam, animum per spiritum sanctificari. Itaque aqua ( licet autem in reliquis sacramentis ad istum modum philosophari) potius ad causam instrumentalem, quā ad subiectum pertinet: & quam vocamus in sacramentis materię, inter causas potius est referenda, & si talis in poenitentia sacramento negetur, non idē confessim carebit illud materia. Deinde cū nuncupetur materia res imperfecta, & aliunde pēdens: est hic plurimū, quod huiusmodi perfectione indigeat, & merito dicatur informe,

Cur au-

Cur autem nil sit corporeæ materię, variae à diuersis causa red̄duntur. *Rationes, cur corporea non sit hīc sacramēto adiuncta materia.* Quidam proptereà factum contendunt, quòd nil iſthic peculiare, nullusque effectus humanum captum superās reperiatur; sed omnia nostris actionibus consentanea. Nam opera poenitentium hi materię instar es- se volunt: sed q̄iam eruditē dicatur nihil hīc fieri supra humanam rationem, equidem non ausim definire; certè parum appositè ad sacramentorum amplitudinem. Itaque veteribus accedendum magis reor, qui iustificationem asserunt esse rem plane mirificam, & diuinam; nequē maius miraculum hominem ex nihilo condere, quām conditum, relapsumque resingere: mihi hactenus persuadeo beneficium huius sacramenti posse cum reliquorum sacramentorum vi rectissimē cōparari. Igitur exīstimo Deū Opt. Max. nullām hīc voluisse materię adesse, quæ esset instar signi; quòd homini post-baptismum malē sibi concio, reo, & aternam damnationem promerito non sit opus tanta fide, & probatione, quanta ei, qui per baptismum corporis Christi est inferendus. Nam tunc requiritur equidem *ut laborā*, sed maximē de fide est laborandum: vbi autem fide imbutus prodegit gratiam, atque in pientissimū parentem petulans extitit; non est opus tanta fide; sed sola duntaxat voce, vel nutu offensi, & irati iudicis. Nisi fortè tam firmus humanorum iudiciorum rudes; vt non viderimus iudicū nutus omnes, ac motus à reis diligēter obseruari; & ex eis vel spēm salutis, vel condēnationis metū concipere, & ex leui interdū gestu certam liberationis expectare sententiam. Cū itaque res ita sit comparata: non fuit necesse hominibus nil aequē, ac misericordiā experientibus, multis symbolis ad fidem faciendā placati iudicis, adq; persuadendū se receptos esse in gratiā; tametsi fidē quoque adesse oporteat; sed cum primis necessaria est contritio. Et hæc res in causa fuit, cur nostri maiores ferē aliud nihil, quām humanas inculcēt actiones. Sic Dionysius dicit poenitentiam esse habitum quendam ad diuinum amorem, quo debeat homo purgari à contagīis vitæ contrarie. Ad eundē modum Damascenus libri 4.ca.14.sextam baptismi specie *ut laborā* refert, quòd hominē per ascesim & lachrymas abluat; sic lib. 2.ca.12.vocat redditum à diabolo ad Deū per lacrymas, & labores: vt hac in parte manifestū fiat, Deum magis vrgere fletus, ieiunia, fastos, cineres, humicubationes, & similia, quām fidē; & ea ob rem non fuisse hīc sollicitū, si fieret plena fides hominibus poenitentibus accepta remissionis peccatorū; sed spectasse magis, si præ se ferrent insignem animi dolorē; si contererentur, & cōfiterentur, alioqui quādo dictat iudex sententiā, quam ratā fore nobis diuinā condixit in Euangeliis promissio; nil erat opus prolixē nobis redditā gratiæ fidē fieri. Est igitur certa quædā, & peculiaris materia, quā alij, non malē, peccata esse dicunt, si rectē intelligentur. Nam quemadmodū igni pro materia ligna quis non absurdē esse contendet, quæ ab illo consumuntur: ita reprehendi nō meretur, qui peccata fieramēti poenitentiae decernit esse materię; vt pote in quæ illud vim sham explicit. Haud aliter quoque possumus hīc materia vocatione tenebras, quas illa-

*cur maiores nostri tam fre- quenter bina- nas hic quis- rantaclione:*  
*vt ea viderē possint pro materia ha- buisse.*  
*Ecc. Hier. ca.3.*

*Opinio quo- rundā de hu- ius sacramēti materia.*

*Alliorum sen-  
tientia.*

veniente fugari cernimus, quo modo gratiam peccatorum abigere caliginem ex Augustini similitudinibus habemus competitissimum. Aliis non tam peccata, quam pœnitentium functiones videntur hunc locum obtinere; quæ est ferè scholasticorum sententia; atque adeò Florētini Patres hanc fidei videntur adseruisse epistola synodica, ubi pœnitentis actus contritionem, confessionem, & satisfactionem materiam sacramenti huius esse declarant; quemadmodū & Tridentini Patres sessio-nis 14. cap. 3. nisi quoddam addita particula (quasi) non ita planè præiudicet iis, qui secūs vel sentiunt, vel loquuntur. Possunt autem hi actus dici materia, ut per se sunt quasi informes, & imperfecti. Nam quantumlibet sit vel compunctus, vel contritus, & confessus; nisi accedat istud sacramentum, nemo se beneficium absolutionis adeptum in animum debet inducere: quod fieri interdum non negamus; sed non absque insigni, & *opinio alia.* ardentissimo voto sacramenti. Cæterum, quia inter sententias dixerunt quidam peccatores ipsos esse materiam; ne credatur indocti, aut reliquid penitus, liber nonnihil præsidij ex antiquitate conferre. Nam vix scio, an sit illa commodior sententia, si recte intelligatur. Dionysius enim non solum in cælesti Hier. sed & in Eccl. cap. 1. docet omnem hierarchiam cælestem, Iudaicam, & Christianam hunc ordinem habete; ut sint quidam mystagogi, qui quasdam habeant *τελεσθεῖς*, & postremò aliquos esse *τελεσθέντες*, qui debeant perfici sacramentis, in quos potissimum illa vim exerunt suam, & peccata, si inueniantur, expiant. Hac igitur consideratione, qui peccatores aiunt esse materiam sacramenti pœnitentiae, nil differunt ab iis, qui vel peccata, vel ipsos pœnitentium actus in eum ordinem sufficiunt. Verum de materia plus satis, quæ est vel totus homo, vel eius actiones, vel peccata. Nam ad formam accedamus, quæ nunc extra omnem controuersiam posita est gemina duorum conciliorum definitione: *Ego te absolu à peccatis tuis.* De reliquis possumus in alterutram partem statuere; tametsi non licet catholicis pro animali libidine ea vel mutare, vel contemnere, ut in re quapiam prophana. Quoddam tamen ad formæ perfectionem pertinet; conuenit inter doctores sufficere: *Ego te absolu à peccatis tuis.* Illud autem: *In nomine patris, &c.* Addendum quidem est; ut in cæteris: non tamen desunt inter eruditos, qui putant, si vel per obliuionem omitteretur, vel temporis angustia excluderetur; nihilominus integrum esse sacramentum. Quæ omnia sic accipienda sunt; ut sacris in rebus nemo licenter ludat. Optimum est, religiosum est: omnia, quæ sunt in visu catholico, retinere; præsertim cum nemo valeat momentum primum demonstrare, quo ista, quæ hanc formam vel antecedunt, vel consequuntur, addita fuere: ut est illud: *Miserere mei omnipotens, &c. &: Dominus Iesus te absoluat, &c.* quæ cum in omnibus ecclesiis usurpentur; omnesque ita constantissime facitent: non possumus aliud suspicari, quam à Christo, vel Apostolis ad nos dimanasse, ac multò magis diuinarum personarum sacra inuocatio-nem. Sed nec illud minus est necessarium: *Ego te absolu à vinculo ex-communicata*

*forma abso-  
lutionis.*

*De his for-  
me additis.*

*communicationis, &c.* Nisi enim illud sublatum sit vi sacramenti, fieri nequit, ut absolutio in illius agat animam, qui sit alienus à sacramen-torum communione. De manus impositione diximus alias, quam usque adeò necessariam credidere Patres, ut illi ceremoniæ Cyprianus deferat acceptam iustificationem. Quod autem nonnullis venit in mentem, arbitrari usurpatam fuisse in publicis duntaxat sceleribus, & excommuni-catis; vanum est, Cyprianique doctrinæ contrarium, qui epistola 14. & 16. ostendit hunc ritum in minorum, & clandestinorum absolutione seruatum. Videre est præterea nonnullos eruditorum, qui credant alias olim formas in visu fuisse, non quidem sententia, sed verbis diuersis. Certè apud Burchardum libri 19. decretorum cap. 7. videtur Vvormaciensis ecclesia nonnihil à nobis discrepasse, quæ hanc habuerit formulam: *Deus omni-potens sit adiutor, & protector tuus; & praeflet indulgentiam de peccatis tuis præteritis, presentibus, & futuris. Amen.* Sed vt cunque sit, cum Ecclesiæ definitione sit nobis præscriptum; non licet quicquam alienum tentare. Si quis tamen non magnificaret schismatis horrendum scelus; & vel remittendi, vel reconciliandi verbis vteretur: aut omnes sartam testam & 2. Cor. 5. absolutionem fore; quia neque rei, neque ministri persona; neque res, cuius sit gratia, prætermitterentur, quibus explicatis formam perfici con-stat. Inde vero sunt, qui non dubitent affirmare videri sibi omnem for-mulam, quæ sententiam eandem retineat, ut puta: Placet hunc absolu à peccatis: vel similes, tantundem efficere; nisi fortassis confitens cum sacerdote schismatico colluderet: sed absit ab orthodoxis, ut quicquam tale moliantur, sequere grauissimo schismate contaminent. Interēt iuuat catechumenos ista non ignorare; ut sit semper ad manum, quo in sub-inde nascentibus questionibus sibi, suisque consulant.

*A deffectoribus causas absolutionis descendit, docet que Deum esse, qui peccata dimitat, & Christum Iesum, qui etiam certa forma verborum peccata remisit, & eam potestatem homini-bus communicavit, quæ durasse hucusque integra in Eccle-sia, nec cum Apostolis intercidisse scripturis, & traditione sacra probatur.*

### Catechesis 157.

**N**on accendentibus nobis ad causas reconciliationis in ipso limine occurrant materialis, & formalis; sed quia illa quidem actionibus, officiisque partim sacerdotis, partim pœnitentis perficitur, quorum locus est in destinatis; po-steriorautem ad finem pertinet: præter haec habimus, atque ad causas efficientes properabimus, quæ cū sint partim primariae, partim meritoriae, partim instrumentales; eodem ordine tractabuntur, nisi quoddam in priori

*Error queru-  
dam.*

*Alliorum opini-  
onis.*

- in prioribus erimus parciores; tertia autem multum laboris exhibebit. Nam cùm hæretici non dubitent de Dei authoritate in absolutione, clauibúsque regni cœlorum; prædicentque Christi meritum: quis non dicet nos operam lusuros, si prolixè disputado conemur obtinere, quod vltro Is. 43. deferunt aduersarij: Neminem ignorare credo, quod Isaiae 43. dicitur in persona Dei aduersus idola, à quibus Israëlitæ flagitabant animorum extirpationem: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, quod vñque adeò persuasum fuisse Iudæis testantur. D. Matthæus, & Lucas; vt Christum blasphemare putarint, cum hanc sibi potestatē vindicaret in illa paralyticī curatione, & meretricis (quam vulgus nugatur perperam fuisse Mariam Lazari, & Martha sororem) iustificatione.* Non est autem hic anxiè docendum, quo pacto Seruator eandem potestatē sua passione sit promeritus, iuxta id, quod Apostolus dicit: *Erat Deus in Christo mun- dum reconcilians sibi: cum id quoque non illibenter concedant aduersarij.* Verum & hanc ita promeritum; vt non sit illius exors, sed in primis 2. Cor. 5. particeps, non videtur egere probatione: si quis tamen cupiat habere testimoniū; en illiusmet. *Vt antem sciat quis a filio hominis habet potesta- tem in terra dimittendi peccata: Et alibi de eadem re disputans, dicit patrē non iudicare quenquam; sed omne iudicium dedisse filio: hoc autem iudicium complecti remissionem peccatorum vel ex eodem 9. ca. Matthœi licet colligere. Si quis tamen antiquum velit interpretem, consulat Cypriani sermonem de lapsis, vbi hanc scripturam adfert: *Nemo se fallat, nemo se decipiat, solus Dominus misereri potest.* Et infra: *Homo Deo esse non potest maior nec remittere, aut donare indulgentia sua seruus potest, quod in dominum delicto graviore est commissum.* Ad eundem modum Chysoftomus Lib. 3. ca. 5. in eruditissimo opere de dignitate sacerdotali: *Omne iudicium dedit pa- ter filio: at hoc video a filio totum sacerdotibus esse commissum.* H. bait igitur illam virtutem filius hominis, quem non ita remisisse peccata, vt dunta- xat vellet, aut tacitus annueret; nunc est probandum. Nam cùm ex Ioāne, Matthæo que inaudiuerimus, & prius per Ezezielē edoc̄ti essemus, hanc potestatem esse iudicariam (dicuntur enim peccatores pœnitentes facere iudicium, & iustitiam) & cum alibi dixerimus iudices ut suis formulis siue atrum, siue candidum calculum ferant, vt: Placet Cyprianum plecti capite: æquum est ferri hac etiam in re sententiam ex formula. Hæc autem, quænam sit, iam diximus, & religiosissimè seruan- dam monuimus: tametsi confessi fuerimus Deum hæc in parte tam esse clementem; vt alias infinitas formulas velit perinde esse efficaces, dum modo qui absoluitur se aptum præbeat, nec colludat cum schismatico. Matth. 9. Et ne quispiam admiretur; dignatus est ipse seruator talibus uti formu- Luc. 5. & 7. lis, cum sola eius proculdubio omnia præstare voluntas posset: ne tamen ab ea consuetudine discederet, quam suos postmodum vicarios, & mi- nistros volebat obseruare; ad concepta verba dare voluit peccatorum absolutionem. Adde & Paulum hoc ipsum indicare, qui non ait sim- 1. Cor. 5. plificiter sibi traditum reconciliationis ministerium; sed Deum in ipso posuisse*

C A T E C H E S I S C L V I I .

posuisse verbum reconciliationis. Nec ignoro pleonasnum esse Hebraicum: sed tamen illum penitus esse otiosum nemo mihi persuaserit, & propterea vocare hoc sacramentū sermonem reconciliationis Apostolum iudico, quod ritè, certaque formula peragatur. Et ne quis hoc fieri recitatione particulæ, vel capitil alicuius sacræ scripturæ suspicetur, occurrit Ambros. lib. 1. aduersus Nouatum, seu de pœnitentia ca. 7. *Quid interest, inquit, utrum per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes vendicent? Vnum in utroque ministerium est. Sed dices quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nonne Dei nomen operatur?* Hoc enim Dei nomen ille proculdubio nil aliud, quām formā intellexerit, cui accinitur: *In nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* Potestatē clas- uit in Eccles. Sed & Cabasilas cap. 29. commentarij sui ad missam D. Chrysostomi te- statur sacerdotes ad suam precem peccata remittere pœnitentibus. Ve- post Aposto- rum nos frustrā laborabimus, si hanc rem ex Patribus conemur amplius etuere, cum illi diligentem dederint operam, ne sacramentorum formu- las euulgarent: quocircā tantum de formula. Cæterum ne quisquam ar- bitretur cum Apostolis expirasse: nunc ostendendum est Christum suam illam potestatem ita depresso, vt à mortalibus mortales absolui volue- rit. Nam promissas Petro claves ait Matthæus ca. 16. eandemque cæteris factam pollicitationem narrat cap. 18. Ioannæ autem cap. 20. fui euange- lij præstitam ostendit his verbis. *Sicut legauit me pater, & ego lego vos. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: quo tempore veteres omnes testantur remittendorum peccatorum factam copiam Apostolis, atque adeò ipsi Thomæ licet absenti, vt scribit ad eum locum Cyrillus, quemadmo- dū in illis factum olim fuerat Mosaicis iudicibus in deserto. Quin Num. 12. Paulus, quamuis postea vocatus in numerum, eadem vi præditus fuit, vt ipsem prodit. 2. ad Cor. cap. 5. & frequenter aliis in locis dicit se esse missum à Deo, non obscurè alludens ad locum illum Ioannis: alteram verò harum clauium facultatem ostendens, ait se hominem Corinthium tradidisse satanæ, quem posteriorum litterarum cap. 2. so- luit, & Corinthiis presbyteris absoluendi mandat prouinciam, vt in illa tum Ecclesia fuissè quosdam hac vi præditos appareat. Et inter Ga- Galat. 6. latas docet non defuisse, qui instruerent alios in spiritu lenitatis per sy- necdochen indicans remissionis sacramentum, si Epiphanij comen- tario sit adhibenda fides in Catharis. Crebra sunt huius rei in apostoli- cis litteris exempla, quibus abundè perspicuum euadit ipsos Aposto- los, & illorum discipulos hac potestate minimè caruisse. Et ne quis pu- tet saltem in apostolicis viris defuisse, dicit Paulus Ephes. 4. Deum dedisse Ephes. 4. quosdam quidem Apostolos, quosdā autem prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, &c. quod ante ultimum qui ad fidem venturus olim est, electum non esse sperandum nemo dubitat.*

Imò verò tantum abest, vt hanc dotem amiserit Ecclesia, vt non foret difficile probare, si per antiquitatē liberet excurrere longius, ipsos Apostolos, diuosque regnantes cum Christo etiam nunc retinere eandem, per quos dicitur Deus aeternū regere suam Ecclesiam. Sed præstat, vt

*can. Apostol.* huius potestatis in Ecclesia vsum residere perpetuò ex traditione de-

monstremus. Igitur prodeat canon. 52. Apostolorum, vbi execrabilis de- cernuntur Episcopi, qui Nouatiano typho turgidi repudiādos putarent esse peccatores. Ibi autem, dum Episcopi, & sacerdotes nominantur, Zonoras, & Balsamon docent Apostolos habuisse persuasum non solis Episcopis, sed etiam sacerdotibus hanc adfuisse prærogatiuam: sed ad-

dantur tres Carthaginenses canones. 6. 7. 46. qui ostendunt penes Epi-

scopum has claves principaliter residere, nec sacerdotes vti posse, qui

iurisdictionis participes ab Episcopo nō fuerint effecti. Magnus autem

Areopagita declarat sacerdotibus suis non tantum illuminandi, hoc est,

baptizandi facultatem competere, verū etiam purgandi, quæ procul-

dubio absolutionem complectitur, vt coniicere est ex definitione r̄s

*meſavolas* tradita ab eo cap. 3. Eccl. Hier. Clarior est locus apud eundem

cap. 7. vbi dicitur non tantum Petro id fuisse condicuum, sed omnibus

collegis, & eorum successoribus. Quia autem sic ferè nuncupantur

Episcopi, ne quis putet exclusos minores sacerdotes: inuerit obseruasse

epistolam eius octauam, quæ est ad Demophilum, quem acriter obiur-

at, quia ductus Nouatiano zelo restiterat sacerdoti clementer veniam

promittenti alicui peccatori, qua in re non obscurè prodit Areopagita

fibi persuasum, sacerdotibus hanc vim nō deesse. Sequitur Adamantius

*Orig. Ada-* Dionysii, qui totam artem confitendi peccata diababus homiliis est com-

*mant* *Dionys.* Alex. Euseb. lib. 7. Nicæphor. li. cap. 5. & 6. Ambros.

plexus ad Psalmum 37. in quarum posteriore nostram hanc fidem ita

adserit, vt nil clariss, nil solidius legi queat. Dionysium Alexandrinum

alio. in loco produximus ex epistola ad Nouatum, qua etiam narratur

Serapionis exemplum Cypriani nullam epistolam, vel tractatum queas

attingere, in quibus non deprehendas huius orthodoxiæ testimo-

nia, nominatim libri 1. epistola 2. libri 3. epistolis 14. 15. 16. 19. libri 4.

epistola 2. ad Nouatum, & sermone de lapsis. Et quia Nouati memi-

nimus, addatur illius ecumenica damnatio, aduersusque illum hæ-

resim Ecclesiæ totius definitio, qui primùm frustrè docebat agi peini-

tentiā, cùm non superesset venia, deinde hanc potestatem volebat

abrogatam, & postremè permittebat fletus, si forte Deus arcane iudi-

cio condonaret. Illum autē priuato stylo confudit, postea quidem Am-

brosius duobus libellis de penitentia, prius autem Cyprianus cùm plu-

ritim aliis locis, tum maximè lib. 4. epistola 2. vnde pessimè de sanctissi-

Nicæph. lib. 22. cap. 28. sozomenus.

sozomenus. lib. 7. cap. 16. socrates li. 5. cap. 19. Eccl. Hist. & ipsemet Ambrosius libro 5. epistola 28. Diui Augustini, &

Hieronymi, quæ hac de re fides ( ne pluribus locis recensendis molestus *Hist.* sim ) satis liquet ex illius quidem epistola 108. ad Honoratum, huius au- *August.* tem ad Heliodorum. Qui autem compendio Patres innumerabiles, nu- *Hierony.* merosaque suffragia cupiat, is adeat Nomocanoni titul. 9. cap. 38. & Bur- chardum. lib. 2. cap. 80. & lib. 2. cap. 80. & lib. 19. cap. 122. 153. 154.

*Quād hiulc tota colluuius hereticorum de clauibus Ecclesiæ*  
*sentiat, aperit, mox eam deinde tribus falsitati persuam ri-*  
*mis expugnat.*

### Catechesis 158.

**P**Osteaquām partim scripturis, partim traditione satis co-  
piosè (ni fallor) nuper ostendimus penes solos ritè conse-  
cratos Episcopos, & sacerdotes esse claves regni cælorum:  
nunc est exponendum, quid hæretici pro Christiano sacra-  
mento supposuerint, illorumq; sunt explodenda commen-  
ta. Et quamvis norim optimū esse niti patrocinio scripturarum aduer-  
sus hæreticos, malo tamen suo arbitratu hīc nostros vti catechumenos,  
& mecum paulisper considerare, quād sint malè consarcinata, quæ isti  
homines adferunt. Aiunt enim plerique nostræ tēpestatis hæretici cla-  
ues regni cælorum esse baptismū, siue baptizandi potestatem, aliis pro-  
babilius videtur esse quandam mentis informationem, & baptismi re-  
miniscentiā, tertii placet esse munus concionandi, deque fide Christia-  
na differendi. Nos autem quid roboris, & veritatis sit in his opinionibus  
exploremus, sola ratione iudice. Quod igitur de baptismō nugantur, aut  
illius conferendi potestate à quopiam superintendentे suscep-  
tum quale sit. Primum post sanctissimum martyrem Irenæum libet per-  
cunctari, ex quānam Ecclesia quibus ex cōciliis, & Patrum monumen-  
tis hæc didicisti? qui veterum hanc rem sic se habere ab Apostolis didi-  
cit? quæ scriptura docet idem esse baptizare, & à peccatis soluere, aut  
ligare? Vos nobiscum eandem baptismi formam habetis. Rectè. Quis  
igitur tam indoctus, & excors, qui audeat dicere: Ego te soluo, aut ligo,  
inter baptizandum? Cui perinde valere probari poterit: Ego te absoluo,  
& Ego te baptizo? Quod si hoc non audetis ingenuè dicere, nec ratum  
putatis baptismum fore, si eo modo peragatur: profectò reipsa nobiscum  
facitis, & quæ priuatim in vestris antris, latibulisque connectitis, ea pu-  
blicè distinguitis, & diuersam esse à baptismō penitentiā cum ortho-  
doxis fatemini. Deinde cùm scripturæ manifestè clamant filio Dei à pa-  
tre delatam iudiciariam omnem potestatem, illud iudicium quale sit,  
explicant satis, longèque diuersum esse declarant baptizare, & donare  
seu remittere peccata. Nisi forsitan quis vsqueadè sit inops mentis, vt  
cùm Christus diceret paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua;  
illum aqua respersisse credat, ac baptizasse. Quod si aliud tam agebat,  
T t vvens

vtens procul dubio hac potestate: profectò diuersa sunt baptismus, & remissio. Et ne cauillator quispiam diceret, id quidem ita Christum fecisse, sed nunc aliud geri à sacerdotibus: dudum ostendimus ex Chrysostomo totum illud à patre datum filio iudicium, ab eodem filio deinceps refusum in sacerdotes, & Episcopos. Ne dicam, quantuncunque ingeniosum, hominem communisci nunquam posse, quā fiat, vt liget baptismus, cū tantum conferatur propterea, vt peccata remittantur, sitque nefas homini, etiam sceleratissimo, pœnitentiam iniungere, cū baptizatur, quemadmodum Tertullianus eleganter ait: *Quis enim seruus, posteaquam libertate mutatus est, fuita sua, & fugas sibi imputat?* Absit igitur vt tam liberale baptismi beneficium claves has complectatur, cū ista iuxta priscam Ecclesiae consuetudinem prius ligant soluenda deinceps: tametsi nunc diuerso fiat ordine solutio prior, quam sequitur nihilominus ligatio ad dignam satisfactionem: quod ipsum tamen non est à scripturis alienum, cū Ioannes ordinis traiectione remissionē retenzione præposuerit. Ergo vel hinc cordatus catechumenus hæreticum commentū facilè queat animaduertere, etiā si nil aliud accederet.

*Nullus iudex, nullum tribunal in baptismo.* *1. Cor. 5.*  
Huc tamen pertinet, quod in hoc sacramento pœnitentia sit verum tribunal, & iudex, qui in baptismo locum habere nullo pacto potest, cū asserat Apostolus ad se nequaquam pertinere, vt de iis, qui fortis sunt, ferat sententiam. Quae est germana ratio, cur nil baptizatis imponatur. Quia que extra Ecclesiam facta sunt, sub censuram illa suam nō ieuocat, atqui ante baptismum nullus est in Ecclesia: ergo si is, qui vtitur clavis, iudex est, neque de aliis iudicat, quā qui per baptismum Ecclesiam sunt ingressi, manifestum est baptistam non esse iudicem. Poterant hæc esse fatis. Qui tamen reliquias explicarit circumstantias, & utrumque sacramentum inuicem contulerit, deprehendet *Δις δις τασση*, dissidere. Nam infantes, dementes, iamque agentes animam esse baptizando, præter Anabaptistas, fatentur omnes: eius autem generis homines quis vnuquam ad pœnitentiam idoneos esse censuit? Quid confiteatur infans (inquit Tertullianus) qui peccatum non admisit? Ad hæc in primitiva Ecclesia opus erat *ἀνέρχοσι*, & susceptoribus, qui non tantum infante adiuuarent, sed quemlibet etiam adulturn. Pœnitentiam quis ignorat non admittere arbitrum? Vetus Ecclesia habebat stata tempora baptismi: in pœnitentia verò, si peccata erant grauia, non ante supremum vitæ halitum absoluebantur, quia Patribus erat persuasum non posse non relabi, qui post tantam in baptismo gratiam clementissimum parentem Deum tam indignis modis offendislet. Et sit liceat hæreticis obiciere hæreticos, Marcion, Cerdon, Nouatus, & alij clarissimè docuerunt hæc sacramenta latissimè dissidere. Nam Marcion pœnitentiam explodebat, baptismum verò non semel repetebat. Manes quoque retinigi satius, quā pœnitente ducebat: vt diuersissimam de utroque sacramento eos habuisse sententiam appareat. Sed mittamus canes, adque maiores nostros pedem referamus, qui partim octo, partim duo baptis-

*Martion.*  
*Cerdon.*

*Nouatus.*

*Patre, baptis-  
mū à sacramen-  
tū pœnitentia di-  
fingit.*

*Marcion re-  
vocatum in  
memoriam  
baptismum  
pro clavibus*

mata numerant. Damascenus post Nazianzenum lib.4.cap.10. orth. fid. *Ecclesiæ dum inter octo, sextum pœnitentia baptismum collocat; vt à primo distinxille nemo dubitare queat.* Sed (inquiet quispiam ex mediis aduersariis) absit, vt baptismum repetamus: sed has claves alterum esse baptismum putamus; quia semel susceptum, homo debeat in mentem retinere. Sic enim docet Caluinus in sua institutione. *Quæ res si semel obtineat; valent semel vniuersi baptistæ: sed tumet, Caluine, de baptismio differens, vis huius operam esse necessariam; quam dum in isto tuo nugamento niteris explodere; profectò statuis diuersam esse à baptismō pœnitentiam, & claves aliò tendere, quā ad regenerationem.* Præterea (quare nil dici potest magis absurdum) quisque sibi minister futurus est; quisque pro arbitrio soluet, ligabit se, claudet, aperiqtque cœlum; atque iam non penes Ecclesiam erit illa potestas antiquissima tradendi satanæ, & eruendi. Imò verò quis non umbratilem, vanam, imaginariam, nullam denique iudicaturus est iniuritatem, & remoram, quæ peccatoribus cœlum occludit; si eiusdem cœli claves nihil aliud sint, quā inane phantasma, & hominis malè sobrij somnium? Atqui Paulus dicit *verissimè claudi cœlum per peccata; vt verum obstaculum nō iam imaginaria clavis; sed vera vi diuina opus habeat.* Quod si ad huiusmodi figurentes nos deduci permittamus; sicut, vt quod est in Ecclesia validè horrendum, ipsisque spiritibus formidabile, ad hæreticorum redigatur ludibrium. Itaque callide admodum Brentius configit ad tertium; istaque claves defert ad conciones hæreticorum. Sed hic rarsus si quomodo scripturæ loquuntur aduertamus, eisque diligenter perscrutemur; ubinam institutam de ligatione, aut remissione peccatorum disputacionem esse ipsammet vel ligationem, vel solutionem tradant: puto vel nobis fingendum esse, quod nusquam est, vel hæretici huius impudentiam traducendam, qui præter omnem scripturam, & Patrum suffragia, tale commentum inuexit orbi. *Quid enim? Num concionando Seruator paralytico, vel meretrici peccata remisit? aut non reuerà potius dictum, factum: Remittuntur tibi peccata tua: & remissa sunt, pro immensa, qua Matth. 9.* prædictus erat, potestate, quam diximus ab ipso in ministros deriuatam? Deinde si soluere, sit aliud nihil, quā de remissione sermonem facere, quis erit in cœlo remissionis cōcionator, qui simul ibi verba faciat, meque resoluat? Si dicat hæreticus mutari significationem in re tam conexa, ubi planè de eadem agitur solutione; nescio quis tā vecors; vt hoc sibi persuaderi sinat. Et ne siam ineptus, dum has persequor ineptias; si hoc recipiamus omnia sursum, deorsumque miscebuntur. Fulminabit enim Brentius, intentabit gehennam, dūnique iram Dei, paratūque supplicium dīgōtō commonstrabit; egregiè nos colligabit, nostrāq; peccata retinebit. Ibi verò nos terrore perculsi, vt fit, de vita correctione, atque pœnitentia cogitabimus, accedet fides, non deerit imaginatio: ita Brentij ligatio enadet in solutionē. Quidni enim, cū hoc fidei tribuāt. Aliquādō si Brētij mēs fuerit latiori numine fœta, clamabit Dei miseri-

cordiam etanibus exorrectam , nullos inferos , ignes , dæmonesque nullos homini Christiano metuendos ; peccatorum apud Deum , post Christi mortem , nullam rationem haberitum spe fredi auditores , etiam si sint sceleratissimi , putabunt in utrunque dormitandum aurem ; de resipiscientia , ne in mentem quidem veniet ; itaque se se ligabunt magis , quia de pœnitudine non cogitariat . Sed haec valeant : nos autem aliud potius agamus .

*Quanta sacerdotum quorundam , & laicorum temeritate peccatur , dum illi ignari , praui , non admissi excipiunt confessiones : hi ad eos vel inuitis superioribus proruunt . Deinde vero ex Sozomeno depingit aptissimis coloribus , & ornamentis , quam esse deceat , qui confessiones audire , cui eas facere oporteat .*

### Catechesis 159.

Parem vehementissime pios omnes expendere secum , quām sublime ; atque arduum sit hoc argumentum pœnitentiae , superioribus aliquot catechesibus versatum , auditores , quod haec tenet neglectum totam pessundedit Ecclesiam . Nam quale scelus est , quām intolerabilis labes , nos animas manibus Dei creatas , aut potius ex eius ore sanctissimo producetas , permettere , libidini , inscitiae , licentiaeque pessimorum , & indoctissimorum hominum ? Si quid habeas pretiosum , & charum ; quæreris fidum , idoneumque custodem : animam autem tuā ad imaginem Dei conditam obtrudis inepto , obscuro , & scelerato fortassis homuncioni . Haec fiunt ; haec tolerantur : & miramur adhuc , si vel annonae caritas , vel pestis , vel bellum , vel hæreses ingruant , grassentur , nobisque tantum non certum imminere exitium denuntiant . Et haec facimus , dicimusque peccatores ; & interea quid Christus , & Ecclesia nos facere velit , non aduertimus : sed preposteram usque nostram cætitatem persequimur ; & sicubi fungus aliquis appareat , eō currimus ; theologum , pium , sanctumque virum grauiter fugimus , veluti qui foenum habeat in cornu . Quod si nos ita contemnere , perderéque libeat ; saltem Ecclesiæ gloriam non conculcensus , & prodamus hostibus . Leuius enim id videri fortassis cuiquam poterat , quod , dum ad malum , & indoctum accedimus , & ipsi contaminatores recedimus , & ille se se conscelerat : illud vero quis non ducat grauissimum , quod ita ( si Christo placet ) preparati , sine pœnitentia nos conferimus ad suscipiendum corpus , & sanguinem Domini . Sed omnium est perniciosissimum , & nullo supplicio non dignissimum ; quod hisce malis exemplis aperimus ora fidei , & religionis aduersariorum . Dum enim vident hæretici sceleratos homines præesse confessionibus , & pœnitentiae sacramentum , angustissimumque Ecclesiæ potestatem prodigera ,

prodigere , conculcare , prostituere , facile adducuntur , vt negent quicquā illic geri diuinitū , quod tam flagitosè à sacerdotibus , & indocto vulgo tractatur . Quod si adhibita fuisset ea leueritas , quam nostri coluere maiores ; si populus ab indoctis , & impiis administris abstinuisse ; nihil fuisset , quod hostes meritò nunc suggillarent ; sed potius rerum nostrarum ordinem , maiestatem , sanctimoniamque admirati , se contulissent nobiscum ad eadem remedia . Sed ista fortassis extra causam à nobis institutam dici videbuntur : tamen quia res ista satis inculcari non potest ; libet aliquid amplius differere de peccatis communibus in hac parte . Nam utri peccent hic grauius laicini , an sacerdotes ; necdum constitui : nisi quod Cyprianus duplice nomine laicos excusat , partim quia idiotæ ; partim quia non iniuria , qui mortuus est , cupit quām citissime reuiniscere . Sacerdotes autem , & plebis præfecti , quid simile prætexent , in quibus ignorantia grauius est criminis instar . Vnde autem eos decet maximè , qui aliis vitam largiuntur . Interea tamen nec laici peccatores penitus extra noxam consistunt , qui accessuri medicos animorum , morbos utique suos debuerant agnoscere , & cognitis opportuna remedia querere . Quis enim excuset ægrum , qui sanitatis desiderio non medicum , sed carnificem querat ? Conscius es , ô bone , quoties , & quām grauiter peccaris ; quæ animæ tuae mortifera tela adegeris ; queris medicum . Benè habebit . Sed cur non agis de optimo ? Nostri deterrium esse morbum peccati ; & tu eum accidis , qui te perimat ; qui pro pharmaco venenum obtrudat ? Quis non te similem dicat paralyticō qui obuios peritos , officiosque medicos respuens , velit adduci sibi similes paralyticos , ægros , ligatos ; quorum & halitus pestilens , & manus , & instrumenta sint veneno illiti ? Quid enim est aliud , cum ebriosus ebriosum , libidinosus flagitiis oppletum , simoniacus eadem lepra cōtaminatum querit , quām si paralyticus paralyticum ? Paralysis enim peccatorū figuram tenet . Deinde cùm ignoreti nemo , quin sacerdos , qui vel Episcopus , vel pastor non sit , vel ab iis non impetrarit facultatem , nil efficiat absoluendo : quis nō cernit hominem propugniosum aliorum excipientem confessiones esse ligatum ? Videmus errores audacissimos , qui , reclamantibus piis pastribus , huc ingerant se , & miseram plebeculam ad se pertrahant : huiusmodi quis nescit nulla præditos potestate ? Attame ad hos imus potissimum , qui aliud nihil , quām nos grauioribus sceleribus inuolant . Et ista fortassis olim tolerari poterant , quādo tanta erat hominū pietas ; vt quicquid fieret à sacerdotibus , omnes laudabile , iustum , ac sanctum duceret : nunc autem , quando ita sumus male feriati ; vt vitam omiuem in censendis aliorum , & maximè sacerdotum peccatis deteramus ; quid futurum putas , vbi critici quēdam indoctum , aut improbum sacerdotem confidisse viderint , populūque cōfluere ad egregium iudicem ; nisi vt illum derideant , & subsannent istos ? Hæretici procul dubio spiritu Donatistico , putabunt ab homine contagioso nil nisi pestiferum promanare . Hec cùm ita se habeant : esset hic ab omnibus incubendū ; vt sacerdotes qui-

dem nil tale tētarent: laici autem, vt bonos viros, honestos, doctos quærent; atque ita paulatim ista lues profligaretur. Sed vt ad id, quod instituimus, veniamus; aliis quidem alia placent: mihi certè nihil haec tenus visum est magis appositū, quām p̄r̄ oculis habere, quod pr̄f̄ca fecit Ecclesia, quemque idoneum confessionibus audiendis iudicauit. Illius autem cœcumenicae, & antiquissimae Ecclesie iudicium eleganter expressit in historia Nicephorus li.12, cap.28. & Sozomenus libri 7, cap.16. ex quo potissimum libet istud, quod agimus petere; quoniam & tripartita, & Vuolfangus Musculus mirè deformatum huius sententiam. Ergo Sozo-

*Describitur idoneus cōf̄f̄. fōnū auditor ex sozomeno.* menu expositurus, quem Ecclesia presbyterum p̄c̄nitentiarum totius orbis cœnuerit idoneū, his verbis vtitur: τερπετερη δέ τόπος ἀριστα τολι-

perpendent, ac intelligerent omnes. Sciendum tamen primò, quid res agat, & quo in argumēto versetur. Cūm igitur egisset ille contra Nouatianos, adseruitque non esse cuiusquam hominis vitam ducere sine vlo peccato; itaque Deum sacramento p̄c̄nitentia nobis voluisse consulere; ait visum esse maioribus nostris nimis acerbū, si quamlibet ob culpam homines adigerentur ad publicam p̄c̄nitentiā; priuinde noluisse quidem illam explodere; sed medium aliquid excogitasse, quo & saluti prospectum esset, ac pudori; itaq; sacerdotem quempī instituisse, qui audiret secreta peccata, nec in publicam omnium conscientiam ea deduceret; nisi quando p̄c̄nitentis, vel Ecclesiæ vtilitas, rationēque postularent. Dum igitur vel selectum, vel constitutum hunc presbyterum dicit, & quidem ab Episcopis, qui proximè post Christum rexerunt Ecclesiam: nōnne reprehēdit aperte satis nostros errores, qui etiā reuocati ed procurrunt, vnde si non sua vel indignitate, vel improbitate; saltē rei difficultate absterreri debuerant, etiam si rogarentur, & impellerentur. Quod si ed semel decretum erat prouere; saltem Episcoporum, & pastorum institutio, volūtas, nutus, expectaretur. Sed neque frustā nomen presbyteri positum videtur; cūm paulò superiùs Sozomenus ἵερον vocem usurpat; vt intelligeremus Ecclesiam habuisse summam atatis rationem. Nunc non tantum iuuenes; sed & pueri, adolescentesque in Ecclesiis parochialibus, & monasteriis pr̄sident sacramētali confessio- ni. Secūs autem Nazianzenus, (vt Antoniana summa notat) qui adolescentibus, aliisque infirmis non permittit alienorum conscientiam peccatorum. Cūm enim habeant illi proprium intestinum bellum; si accedit externū, aliena peccata, geminabitur periculum; & ardentī camino addetur oleū. Quidni (inquiet effrānis concupiscentia) ego mihi ad huius exemplū indulgeam? Licebit olim confitendo fugere periculū; quod iste se tentasse dicit, ego quoque tentabo: libet quid hoc genus mali sit experiri. Sic edocti peccare adolescentes se abutūt. Itaq; meritò voluit Ecclesia presbyterū deligere, qui vultus grauitate, & veneranda canitie horrore incuteret p̄c̄nitentibus, & attritionem adiuuaret; quique (vt loquitur Nicephorus) existat vitæ probatæ, taciturnusque sit, & prudens. Sed præ-

*Lantonii Mē.  
leff̄a cap. 16.*

*Zib. eccl. hist.  
22. cap. 28.*

Sed prestat græcas voces audire, quarum energiam non adsequitur *Prima dos ex  
tribus præf̄-  
atio cōf̄f̄ionis  
req̄uisitis esse  
dōbet peritiae  
bone fama,  
& vita con-  
iuncta.* tam egena, & sterili interpretatio. Primum igitur presbyterum hunc oportet esse ἄριστα τολιτερην versatum in republica, & quidem præclarè, non lucifugum tenebriōnem, sed rerum humanarum peritum, gnarum quæsit hominum miseria, quid agat in undis, quibus technis se rautuō, circunueniant. Quæ res mihi persuadet non prorsus illaudabilem esse Balsamonis sententiam ad can. 52. Apostolicum, & Carthaginensem can. 6. qui monachos ineptos ad istam functionem, propter exiguum rerum experientiam, esse contendit. Habuimus, fator, huius ordinis principes theologos, nec defunt inter illos etiam nunc viri doctissimi, & sanctissimi: itaque non arbitror simpliciter ab isto negotio summuendos, sed habendum est discriminem. Ut enim non quilibet sacerdos laicus huc est protrudendus: ita pessimi moris esse videtur, quod nunq; omnes ferè monachū ad hanc prouinciam admittuntur, cūm illos etiam Tridentini Patres voluerint Episcoporum censuris esse subiectos, ne rudes, & imperiti in dolio figulinam disce- re videantur. Ergo qui sibi vult benè consultum, qui peccator est, quærat exercitatum in rebus medicum: & qui hac in statione vult Ecclesiæ Dei nauare operam, discat prius, & vel in brutis animalibus experiatus domi, quām sint varia hominum ingenia. Nolebant quenquam olim reipublicæ capessere moderamina, qui non egerat, ac pauperat greges, vt in Saule, Davide, Mose, aliisque factū est: & non pudebit Christi ouium curam agere, iura, legesque præscribere, supplicia statuere, de Christi merito pacisci, & deque regni cælorum iure transfigere hominem è lapide emptum (vt aiunt) qui se haud noverit satis, alios ne viderit quidem? Sed esto, si pulchre versatus in reipublicæ negotiis omnibus, obambulaueris per omnes functiones humanaas, nil te lateat. Vlysseo quodam errore regionum, ciuitatum, familiarum leges, consuetudines, actio- nesque sis peruagatus: nisi tam insigni peritiae vitam adjungas immaculatam, nil vñquam præstabis eximium. Qui hanc laudem vult videri promeritus, debet esse ἄριστον, comodissimus, præstantissimus, & integrissimæ famæ. Iстis autem monstris, quid fieri, qui partim ex ignorantia, partim ex audacia, sceleribusque sunt conflati, & tamen audent animarum cōf̄f̄ores agere? Quo pacto reus ad contritionem deuocabitur? Scilicet, cantabitur illud euangelicum: Quæ dicunt facitæ, quæ faciunt, facere nolite. Sed quid hoc ad vetam compunctionem excitandam, ad docendum, instruendūque miseros p̄c̄nitentes? Sit igitur illa nostri cōf̄f̄oris prima laus insignis rerum cognitio inculpatæ vitæ coniuncta. Nam quod prodigiis quibusdam videatur satis esse, si non sit mortiferorum cōf̄f̄us, aut saltē non deficit confitendi, & p̄c̄nitendi voluntas, vix possum sine stomacho legere cūm sit certo certius veterem illam Ecclesiam longè aliter hisce de rebus iudi- casse, tam tamque lexitatem, siue potius corruptelam, detestaturam suisse. Secunda nostri confessionarij dos esto taciturnitas ἔχενθια, qua taciturnitas

T t 4 est vox

*Dos secunda  
taciturnitas*

est vox Pythagotica, quam idcirco usurpat Sozomenus, ut indicet non sat esse, si non sit homo, garrulus, si sit mediocriter addicetus silentio, sed oportere multo iam tempore prius ad eam rem exercitatum. Porro ne id quidem sufficerit, si auditia non effutiat, nisi temporis, loci, verborum, signorum, & reliquorum circumstantias, ex quibus peccati cognitio, vel suspicio duci potest, summoperè reticeat, & omnium denique auditorum obliuiscatur: alioquin violatum erit sigillum. Et ne tum quidem, cum iuramenti religione ad prodendum adigeretur, debet religiosum putare, si se ignorare dicat: cum retinera non sibi, sed Deo poenitentium peccata cognita sint. Hæc tamen ita intelligenda sunt apud Sozomenum, ut non putet quisquam esse nefas, annuente poenitente, alicui docto, & sancto viro prodere, & consilium petere, ut saluti melius consulatur. Olim, etiam inuito confiteat, quando sacerdos iudicabit expedire, renuntiabat Episcopo, à quo res deferebatur ad concilium, vt docet Origines altera homil. ad psal. 38. sed quia res illa diudum abiit ex vsu, satius omnia tuta capessere, & silere. Superest tertium insigne præfecti confessionum, ut sit ἡμέρως, siue cordatus, quod prudentiam, & doctrinam complectitur, ut sit versatus in rebus, geratque sese prudenter in illo negotio intimæ deliberationis. Nam si verbis agat lubricis, contagiosis, & periculo proximis, plus datus est damni, quam compendij. Si præterea non contineat peccatorem in modestia, & circunpectione: si quiduis temere effutre permittat, fortassis nouum creabit illi periculum. Satis enim est indicatam esse peccati speciem: quod reliquum est, missum facito, & potissimum in sordibus, & inquinamentis libidinum, quas si commoueas incautius, mox aderit ex reminiscencia discrimen. In præscribendis autem poenitentia legebis tanta requiritur prudentia, quanta dici non potest. Nam si desperabundum tractes asperius, laqueum iniicies, & ad desperationem coges miserum; si temerarium, & impudentem timide, & quasi fugaciter euenerit ut neque illi consulas, & tu de te pessime merearis. Quis enim superbus est, nec torosam cervicem satis inflexit, amandetur, gemit, ploratque prius; ac tum sacerdos opportunè, quod suum erit, perficiet. Iam vero quantum in exhortando, consolando, terrendo, pro sexuum, ætatum, affectuumque varietate prudentia requiratur, quis exprimat nisi sit homo ambidexter, ad omnia paratus, & veluti cothurnus quidam, non videtur posse præstare, quod hinc discretionis ratio postulat: ut hinc discere nobis liceat, quantoperè sit haec tenus erratum in hac parte.

Prosequitur enarrationem tertia dotis presidis confessionis, quam superiori catechesi inchoatam hic absoluimus, & quanta prudensia, iudicio, & scientia sit opus, tota catechesi ponderat.

**N**uper designauimus ex Nectariana historia tres dotes boni confessionarij, nempe rerum experientiam insignem, silentium plusquam Pythagoreum, postrem prudentialiam, ac discretionem. Supererat autem huius postremæ dotis pars altera, scientia: qua quidem in re, quantum sit inuidie hac tempestate, quantum difficultatis, & periculi, ei maximè qui nolit hinc sincerè versari, longum esset dicere. Quod si tamen aliquid sit concedendum in- *Quid à con-*  
*fiducia, & studendum compendio, dicam, quæ à nostris summistis, & fectionario re-*  
*quiscent sum-*  
*miste & scha-*  
*laſt.*

sequuntur, præstare valeat, hoc est, discernere, quis poenitens dignus, indignusve sit absolutionis beneficio, num veniat saltem ductus attritione, sincerè peccata expositurus. Nam, quod velint eum diuidicare, sitne subditus, necne, tam est facile, ut moneri non sit opus. Quis enim vel pastoris nomine dignus, qui vultum pecorum suorum non nouerit, & limites, quibus clauditur? Hæc nostrorum iudicio perficiunt non indignum, qui expiandis conscientiis iudex sedeat. Et profectò sunt ista non poenitenda, si de iis præsertim nolimus perfunctioni iudicare: ego vero, si de ipsis rebus satis non putemus laborare quidem, sed nihil habere compertum, nulla esse puto. Attamen, qui hæc ut cunque adsequuntur, ac præstant, ut liceat eis ad librum recurrere, deliberare, dispicere, vel etiam alios consulere, nostri putant satis instructos: eos autem, qui nequeant vel tantillum effectum dare, arcenos ab exomologesibus, & si quid tentent, capitaliter peccare. Verum si nostri secundi mores intueamur, ista omnia nequaquam sufficere, nullo negotio statuere licebit. Nam ita sunt plerique instituti, vt, si uestigio non absoluantur, sint ipsum sacerdotem mactaturi, metu, videlicet, ne prodantur: alij minùs feroci, si quidem de liberandi, liberosque consulendi spatium concedant, deinceps tamen procul absistent, nec reuertentur. Si qui tamen redeat, ut quo pacto sacerdos sese instruxerit audiant, ita se se interea muniant, ut paratiissimi sint intempestiis consiliis miseri, seroq; sapientis sacerdotis aduersari. Itaque dilationem rem esse periculi plenam, certò existimare debemus. Aut igitur abstine ab isto tribunal, aut in omnem casum, fortunamque non malè paratus accedas. Haec tenus tamen versamus in iis, quæ scholatici credunt ad hanc prouinciam adferenda, quæ nobis quoque satis esse poterant, nisi infelicissimo hoc tempore è sexcentis vix unus sit, qui norit, quid sit excommunicatio, quæ sit casuum ratio, quis numerus, aut modus, vel qui de restitutione somniarit. Quocircà, quoniam non est dissimulanda veritas, quamvis *Quantæ ma-*  
*lulos nos operam vehementer mutuamus: tamen eruemus, quod in iestatis, quæti*

*periculi, quāque diuinum munus iudicis in confessione.*

antiquitate conditum est, si vel vni catechumeno queamus hac ratione consulere. Attende igitur, quisquis es, qui res tuas in tuto constituere cupis: attende (inquam) sacerdotem illum in sua functione exomologetica (si quod res est velimus effari) non hominem esse, sed Deum. Nam Ioannes dicit cap. 5. sui Euangelij, patrem omne iudicium dedisse filio, in cuius functionis partem aduocatos à Christo sacerdotes ex Chrysostomo suprà docuimus. Itaque sunt Dij quidam effecti: nec immeritò, cùm habeant sibi creditas animas Christiani gregis, & ampliorē, quām vel cherubim, vel seraphim, potestatem acceperint. Orare enim possunt, atque intercedere beati illi spiritus pro peccatore, sed absoluere illum non possunt. Tales igitur cùm illi sint, an nō pessimè de Deo Opt. Max. merentur, qui illum nobis representaturi perindè agūt, ac si decreto effet cunctorum pedibus concalcandum exhibere? Quid enim hīc agis in sanctissimo Dei tribunali? Ille est optimus, tu deterrimus: ille sapientia, tu es ipsamet inscītia, ille est indulgere paratus legitimè comparatis, tu nec qui sint illi praeuides, & plerumque pessimos, tuique simillimos non tam absoluis, quām obuoluis grauiori criminē, ex animo resipiscētes interdum tu scelere plenus ita exagitas, ac si non esses caruncula circundatus. Deinde, vt ab hac persona discedam, certum est sacerdotem vniuersalem esse iudicem, eorum duntaxat, in quos potestatem accepit, delegatum à Deo, qui ratum est habiturus, quicquid non iniquè, aut præpostrè fuerit indicatum. Quod si peccatum hīc esse contingat, quis neget in supremi iudicis iniuriā tendere? Ignoramus, quām male patrem traduxerit Absalomus, quāmque facile animos populi in suas partes detraxerit, propter eius temporis corrupta iudicia? Nescimus filiorum Samuelis in iudiciis pessima fide versatorum, in ipsum patrem, atque adeò in Deum contumelias recidisse? Docent horum exempla turpitudinis, & blasphemiae plenum esse, si Dei minister sit iniquis, imprudens, ac stolidus. Adhac confessionarius ille iudex & in scripturis, & in nostris maioribus passim medicus appellatur animarum. Nam iudex quidem ciuilis non laborat, vt reūm adducat ad pœnitentiam, sed quantò magis videt intemperiis agitari, tanto seuerius animaduertit: atqui res in isto foro secūs se habet, vbi idem iudicis, ac medici personam agit, qui non tantum vrere, ligare, secare debeat, verum etiam quicquid est ægritudinis, ac vitij personare. Si quis enim non satis meditatus accedit, idiota, iudis, qui necdum iusto dolore sit præditus, non est simpliciter amandandus, nec ad exemplum Demophili calcibus abigendus: sed tuum est, ecclesiastice censor, venenum tollere, morbum excantare, mortem depellere, tumorem complanare, duriatem edomare, modisque omnibus adlaborare, vt, qui obtigit, reus contritionis spiritum concipiatur, nec nisi ritè confessus, sanatusque dimitatur. Nec defuit hac in parte maiorum nostrorum pia sedulitas, qui præscripsere nobis questiones, quibus vtamur, si inciderimus in hominem, qui se iuuare nequeat. Debes elicere, quod poteris, reuocare in memoriam,

2. Reg. 15.

1. Reg. 8.

*confessionarius est medicus animarum. Chrysost. lib. 3. cap. 5. de dignit. sac.*

*Dion. Areop. epistola ad Demophilum.*

memoriam; & ex coniecturis, quæ desunt, perficere. Si seueriori videas *Iuo.* opus esse cathartico, propter scelerum grauitatem; & reūm à salubri *Burchardus.* opus factio abhorre: tuarum est partium exhortari, exterrere, modisque omnibus agere; vt libenter in se recipiat asperam curationē. Nec enim iudicis tantum opus est superciliosus, sed medici pietate, & eius, qui induerit viscera misericordiæ Christi. Hæc vt ritè præstentur, & iudicij seueritas, medicinæque lenitas salutari commercio in vnius peccatoris liberationem, sanationēque conspirent; statuant catechumeni, quanta sapientia, scientia, eloquentia, doctrina sit opus. Evidem vel Deum, vel angelum esse oportere, qui tam augustæ, diuinæque functioni per omnia satisfaciat; non immeritò quis dixerit. Ne tamen hæc res penitus videatur impossibilis; dicam ingenuè, quid hic satis esse putem. Igitur non requiro (quod nonnulli putant) linguæ, ac sermonis elegantiā; licet foedum sit, instrumentum Christi non posse latina, hoc est, ecclesiastica lingua loqui; sed hac de re non labore; potest quispiam pulchritè munus istud obire, qui tantum calluerit idioma, quo vtuntur sui; & hic sit nēcne elegans, aut ineptus, non admodum refert. De linguis exoticis, & peregrinis, tametsi non rara queant subministrare præsidia, in beo esse securum. Tantis, nimirū, difficultatibus, & studiorum laboribus non inuitus ecclesiasticum hunc iudicem libero. Imò ne scripturarum quidem illam maximam, & exactam require cognitionem; etiamsi non norit, quid Paulus agat ad Romanos; quomodo suos tractet Hebreos; quis sit Matthæi scopus, quis Ioannis (quæ tamen magnā adferrent ornamenta, & adiumenta) modò adhibitis interpretibus valeat scripturæ sensum indagare, non reiiciam; tantum abest, vt philosophiam, ceteraque disciplinas huc adserri postulē, nisi fortassis illam philosophia partem, quæ in vitiorum, ac virtutum consideratione versatur: vsqueadē peculiariis est ars ista, & à reliquis discreta disciplinis; nec comparatur, nisi longo vsu, & exercitatione. Nomen haec tenus non habeo. Si vero quibusdam proprietatibus designandum sit, in quibus ars ista consistat, in concilio sexti vniuersalis decretis multa sunt, quæ huc pertinent. Præcipiunt enim Trulliani Patres confessionarium non solum ita pium esse; vt habent, vultuque pœnitentē ad contritionem permoueāt; sed vt dextrè queat iudicare τερπίδια θέτεσ, siue de rei sui, & peccati affectione; sitne confessionis. quispiam, videlicet, Dei contemptor Mezentius, qui putet sibi deberi *Quenam Patres, & concilia desiderant in prefatis Can. 101.* absolutionem; an sit pusillanimis, ac deictus; quod vbi erit adsequitur, tunc adhibeat aduersus homines benè affectos ἀνίσθετο, hoc est, Cap. 21. rigorem, iustitiam, seueritatem; erga malè affectos autem οὐνίθετο, id est, consuetudinem, facultatem, indulgentiam. Patres autem Lateranenses volunt diligenter inquire in cœnstantias peccati, ac peccatoris; & desperabundis oleum; malè comparatis autem vinum mordax affundi. Postremò in concilio Vvormaciensi cap. 7. Patres vetant, ne confessionarius agat pro libidine cum pœnitentibus; sed vt respiciat, quid canonies dictent cuique peccatorum generi. Sed & fertur Alexandri de *Burchardus* li. 19. ca. 100 cretum,

cretum, quo inter simoniacos referuntur, qui temerè soluunt, vel ligant. Quæ enim esset confessionis (quæsio) facies, si accedit quispiam, fateaturque se nō semel proximi famam appetisse calumniis; & meus interim stipes non inquirat, peccatumne fuerit in præceptorem, amicum, Episcopum, pastorem, fratrem, & cœvb de persona constituerit, tum ad ipsam calumniam descendendum. Est enim grauius, si vel pastorem concubinarium, vel patrem, aut fratrem homicidam esse dixeris; quād si idem conuictum torqueā in alienum. Locus etiā interdum plurimūm facit ad rem, publicē, priuatim, domi, foris. Sed & temporis habenda est ratio, fastōne die, an nefasto. Is etiam, cui dictum est, potest augere, vel eleuare crimen. Tum animus quoque spectādus erit, qui si damnum inferre, vel infamia aspergere voluerit; multūm addet cumulo. Hæc omnia (nec enim libet cætera persequi, si factum ex odio, & inuidia, an ex futilitate, vel in alterius gratiam, alio impellente; verūmne, aut falsum; quæ vel deprimunt, vel eleuant crimen) si negligantur; & post leuem, aut nullam potiū castigationem tētet egregius ille iudex absoluere: num potiū tibi ludere, aut non ludere; sed ius Domini, sanguinemq; redemptionis prodigere, & conculcare videbitur? Quin tu, statua, iube prius vt instauret proximi famam; vt & apud eos ipsos peccatum agnoscat, qui fuere confici; vt fateatur se vel ex inuidia, vel ex odio, vel dñeque iniustè homini innoxio detraxisse: quod vbi factum erit; tum perge securus ad cætera.

*Demonstrat necessarium esse in confessione de grauitate peccatorum, & circumstantiarum examen, & quād causē illud, ac prudenter instituendum.*

### Catechesis 161.

**N**ouissima homilia dictum est exomologetici iudicis non postremam esse virtutem, posse in circumstantias dispicere, & vel oleum, vel vinum infundere: nunc sumus eadem penè replicaturi. Libet enim hīc paulò diutiū immorari; vt vni saltem, aut alteri prosimus, si non excipiendis alienis; at propriis instituendis confessionibus. Quantū enim malorum hinc quisitionis in pelagus redeat cùm ad omnem Ecclesiam, tum ad vtrisque iudicem, circumstantias & reum, exprimi facile non potest. Nisi enim diligenter inquiramus in circumstantias; confessio, si quid ego videam, non est aliud, quam neglecta se colloquium, & secretorum animi narratio: vnde vulgi christiani, & haereticorum sermonem pro manasse non dubito; mirum esse, quod sacerdotibus narrare cogantur ea, quæ in intimis ipsi visceribus secum volunt. Nec enim quicquam fieri ibi præter inane colloquium arbitrantur. Præterea nisi res ista pulchritudinē fiat, quemadmodū Christus instituit; non erit laudabilis pœnitentia, nec satisfactio, nec verum iudicium. Nam si temerè audiantur, ac narrentur peccata; quo pacto prescribetur iusta sa-

iusta satisfactio? Esto enim; dicat aliquis se non amasse Deum ex toto corde, fuisse superbū, parum castè vixisse, nec latius explicit; nec ego perseguar longius; sed omissa grauium minutorumque peccatorum disquisitione, iubeam hominem legere preculas, atque dimittam: an non videbor simile quiddā agere, atque indocti medici, qui sapienterè pro remedio venenum porrigit ignari; quia morbi causam non satis habuere perspectam? Si enim pœnitentem illum reuocaremus ad examen; peccata si expenderentur, & accuratè inspicerentur animi recessus, & circumstantię laudaretur frequenter, qui pro grauissimo peccatore damnatur. Putas enim violati amoris diuini reū esse, nisi qui aliquid designarit grauius? Nisi autem te docente reus intelligat, quantū deliquerit; qui fieri, vt indoctus peccator assurgat in dolorē necessarium mortifero peccato? Fortè confitebitur aliquid leuius, mox lethiferum subiunget; & ibi tu eadem fidelia dealbabis vtrumque parietem; eadem censura peccata non æqualia plectes: vnde in mentem venire illi necesse est, vel vtrumque esse capitale, vel neutrum: vtrum autem sit perniciosus, alij iudicent. Tuum igitur fuerat non obiter examinare, & excutere omnia; & scelere deprehenso, petitis è scripturis iudiciorum diuinorum exemplis, rem exaggerare, terrere magnitudine periculi, gehennam denuntiare; vt peccator, alioqui refractorius, & vecors, compelleretur Dei offensam, seque miserum agnoscere; sicque enixiūs cupere Christi sanguinis per sacramentum se fieri participem. Quod quia tam ignauè procuratur à sacramento huius administris; frequenter accidit, vt homines ad desperationem adigantur; qui nimis ex ista peccatorum confusione, dum quid leue, quid graue sit nequeunt discernere, perinde accipiuntur à suis iudicibus pro leuioribus, atque pro grauissimis; nulloque negotio in Caluini scopulos illidunt nauem; aiuntque impossibile esse vitare peccata. Nam quicquid occurrerit arrogantiæ, ostentationis, iactantia, putant esse idem cum superbia, quam norunt esse grauissimam: ac proinde credunt se omni hora, & momento peccare, dumque se vident ab istis peccatis non tam inquinari, quād tētari: En, quis huic pareat Deo? exclamat: habet leges impossibilis: En, toties iterum peccauit: licetque virorum fortium genia debilitantur. Si quis autem rerum non ignarus, consideratis omnibus, ingenue diceret: Fili, nil hæc sunt: merita sunt potius, quam peccata, dummodū resistas: hos motus vitare nemo potest: hæc in nobis ex Adami transgressione refederunt: si tantum absit cōsentitus, salua res est. Quid igitur opus est factio: inquiet aliquis, qui se hīc impati postulabit. Primum confessio requirit moderamen, & examen circumstantiarum; exempli causa: offertur idiota pressus lethifero crimine (de huiusmodi enim agimus, cùm in causa venialium ista non requiratur) quod tamen reuocare nequeat in memoriā: hic non est agendum Novatione, sed mansuetè, piè & misericorditer ad illius exemplum, qui pro uno peccatore denud mori paratum se in Carpi visione præbuit. Est igitur adiuuandus, & quod ille suo marte nō potest, debet iudicis industria Dionysius Areop. epistola 8. ad Demoph.

*sacerdotes, qui non diffusis peccatis rna libra omnia ponderat, myeros ad desperationem cogunt.*

*Qua ratione conueniendus idiota.*

Burchard.  
bb. 19.

Paradigma.

compensare; ne medicum se esse obliuiscatur. Si enim tantum esset iudex, possit abiicere; sed vetat illud medici officium. In primis admonendus est, ut neutrā in partem rogatus mentiatur; sed vel neget apertere, quod non fecerit; vel ingenuè fateatur, quod admiserit. Vbi sic erit animatus, de conditione, & vitæ instituto interrogabitur; deinde agendum de peccatis illi hominum generi familiaribus; postea deducendus per decalogum; hinc ad septem mortiferorum classem rapiendus: postre mō, vbi certa, constans, & vera confessio peracta fuerit, tum ad singula redeundum. Sed iuuerit eius rei exemplum planè crassum adferre. Nunquamne fili detraxisti? sāpē. Habeo materiam: eūdum longius. Quomodo? cui apud quem? quibus verbis? Nuper videns amici, aut ciuis filium turpiter se gerentem, dixi patri, vt castigaret. Narra aliud: nam ista quidem est virtus. Conscius occulti peccati vel monachi, vel serui, detuli apud prælatum, vel dominum, qui potest consulere periclitanti. Neque hic est peccatum. Sed huper cuiuspiam fratrem vidi actum in crucem, & hoc pluribus aliis narrati. Hic etiam securus esto, si tantum abfuerit pestilens animus; quia toti mundo cognita narrare licet. Dixi in vrbe esse fures, haereticos, fœneratores. Si nominatim non designaueris, nil est piaci. Cætera prudēs iudex facile supplebit, vbi nactus erit operis substantiam. Volumus idem rursus experiri in vestium ostentatione, & vana gloria? Age. Peccauī (inquiet aliquis) quia gloriam desiderauī. Quidni de sideres? Sed dedi operam, vt ea mihi obtingeret. Laudabilia facere, & laudem inde sperare, peccatum non est. Si enim propter opus bonum lauderis; tēque sequatur honesta opinio; & si ad labores vt bene audias, famaque tua maneat illibata: adeò non est vitium; vt sit non leuiter peccaturus, vel qui merito suo, vel specie peccati studeat hominibus displicere. Sed ego superbus fui. Quomodo? Sum formosus adolescentis, aut puella, prodeo in publicum; vt spectata forma laudetur. Erras: non est istud mortiferum. Et hīc reliqua possemus dissimulare, nisi pro vno peccato diabolus centum inueheret naufragia. Dicendum est igitur hīc esse stultitiae, vanitatisque non nihil, quæ charitatem Dei impedit; non tamen animam trahat ad orcum: cuiusmodi nubeculae bonis operibus facilē deterguntur; & dici non potest, quātum hac ratione homines prouehantur ad Dei quærendam misericordiam, & eius bonitatem laudibus efferendam. Sed pergit noster gloriæ captator. Nominis celebritatem, famam, & gloriam summo cum Dei contemptu sum aucupatus, nec detrectavi certum adire peccatum mortale, in pugnas, rixas ruere; vt mihi mea constaret gloria: prouocatus nolui fugere, ne timidus haberer. En tibi vanam, lethiferamque gloriam. Rurus. Ita hac in humana laude acqueui; vt summū esse bonum duxerim, susq; deq; ferens, quo pacto interea mihi cum Deo conueniret. Hic verò habes animæ certum exitium. Postrem tūc erit etiam certa mortis; cūm, vt laudem adsequatur humanā, quis omnia & pati, & facere paratus est; etiam si persuasum habeat esse crimen. Dum ergo huius generis quippiā adferetur;

adferetur, prīmū erit mirabiliter exaggerandum, vt peccator horrore percellatur: tum erit ad contritionem promouendus, quō prius venire non poterat, ignorata peccati gruitate. Si autem desit muneri suo confessionarius, quid aliud faciat, quām in sese peccatum deriuet alienum? Repellere non potest confitentem, recipere non rectè comparatum, est ius domini sui negligere. Itaque adlaborandum erit summis viribus, vt peccator sui sceleris magnitudinem peruideat, nec deerunt argumenta cūm ex numinis offensi maiestate, cuius erunt horrenda iudicia in medium proferenda, sed & beneficiorum longus texetur catalogus, quibus nullam habuisse gratiam piaculare est, ea autem contemplisse, irrisisse, & tanta cum iniuria proiecisse, dæmoniacæ videtur impietatis, non infirmitatis, aut improbitatis humanæ. Quām sit infelix, qui Dei odium promeruit, & quām beatus, qui in illius amicorum album relatus est, erit in regum, magnatum, principumque amicis, hostibusque demonstrandum. Faciet ad peccati exaggerationem modus, *qui faciant ad peccati exaggerationem.* locus, tempus, diutina in illis mora, pessimum exemplum, persona indignitas, si fortassis vel clericus, vel theologus, vel monachus: denique nil erit omittendum, quo pertrahatur ferrea mens ad fletum, & lacrimas. His autem in rebus quantū sit difficultatis, non facile queat explicari. Nec enim sunt plures hominum formæ, quām actionum, & penitentium species. Est enim qui laborat desperatione, mox occurret æquo confidentior, alter inuidia tabescit, alterum diltendit superbia, alij placent auaritiae lordes: cūm aliis interea defluat prodigalitate. Itaque, nisi adsit expromptissima de re, qualibet ex tempore differendi facultas, non video, quo pacto munere suo ritè defungatur. Adhac non tantum iudicem quod sāpē diximus, aut medicum agit, sed veluti in morbi, vel penitentia partem venire debet, ne tantum in altero dolorem exfuscat, verū & ipse doleat, lugeat, suamque hīc etiam in fratre periclitari salutem cogitet, præsentim si phantasticus, & melancholicus occurrat, cui si aut vinum, aut acetum suffundas, parata est des�ratio. Itaque totum misericordia cornu profundendum, & quemadmodum ad Fabium Dionysius Alexandrinus: Ego pro te periclitabor, ego tuo nomine respondebo: sic pius confessionarius moribundum, languenterique peccato animum debet erigere: vel, vt Euangelista Ioannes Ephelino prædoni: Ego pro te Christo rationem reddam, ac si opus fuerit, pro tua animam meam statim proiciam. Confite, meg, à Christo missum tibi crede. Debet enim sacerdotes (si Cypriano credimus) præstare, quicquid est ibi periculi, & suo capite aliorū salutem sartam teatam seruare Deo. Et vbi sunt, qui omnium ignari, ne dicam impij, tantoperè hanc ambiant functionem, vt alienorum criminum debitores constituantur, in qua si indigos absoluant, iuris dominici proditores, si desperabundos abiiciant, ouium Christianorū interfectores ad Christi olim tribunal, cuius & gregem depeculati erunt, & sanguinem prophanum duxerint, causam leuerissimè dicere cogentur? Quid porro de satisfactio-

*Quomodo a-  
gendum cum  
desperabudo.*

*Nicephorus  
li. 2 cap. 4.2.  
Eccl. hist.*

ne dicam, quæ duo habet capita, vt afflictis præbeatur indulgentia, & impudentes adigantur ad pœnitentiam? Niſi enim vtrique fæcerotis inexhausto labore consulatur, ſi non & illius ex aonim diluantur phantasiæ, quæ ex antiquis forte peccatis refederūt, & iſte per ſatisfactionem rident. ſeff. cap. 8. caſtiget, quod eſt in Deum admittum, & grauitate ſatisfactionis mu niatur aduersus relapſionem: fieri nequit, quin confessionarius euadat particeps peccatorum.

### De Excommunicatione.

*Deplorat ministrorum Ecclesiæ depravatos mores, quibus ex communicationis faluberrimam potestatem, dum ea ad fôrdes abutuntur, & crudelitatem, in odium, contemptumq; adduxerunt: deinde eius ſubiungit definitionem duplîcem, atque posteriorem explicat.*

### Catechesis 162.

V M superioribus aliquot catechesibus videamus ecclesiasticum iudicem ſatis informauisse, ad cuius officium videatur excommunicatione pertinere, ſitque illa primus fructus, & effectus absorptionis: operæ pretium facturos nos arbitramur, ſi de illa non quidem ea diligentia, qua vel iurisperiti, vel dogmatistæ: ſed ea Minerua, quam ferre potest catechesi, verba faciamus. Verum & res ipſa poſtulat, & ea, quæ rei acciderunt, vt non nihil, priuquam ad illam deteniamus, noſtra h̄ic peccata, quę rem alioqui planè diuinam, & utiſſimam in omnium odium, contemptumq; traxēre, diſpiciamus, &c, ſi fieri poſſit, deſleamus. Nam cùm antiqui Patres hanc potestatē deferant Episcopis, qui multis eandem ſeculis ſibi vendicarunt: tamen labentibus annis deuoluta eſt in humeros archidiaconoꝝ, à quibus deinceps in officiarios reiecta, pefſimeq; dilacerata, non tā impertita, quām vendita fuit quibuslibet. Illud enim archidiaconorum imperium lenius erat, cùm eſſent ſemper ferè fæcedotes, grauēſque, & docti viri prædicti clauibus regni cœlorum. Iſti autem medij nou habita plerunque ratione probitatis, doctrinæ, pietatis, propalam hanc potestatē ſacrosanctam paſſim obuiis obtrauerunt. Nam, vt potiſſimum de noſtris in quorum imaginem quisque de ſuā regionis hominibus iudicet, noſtri coſtituerunt in vrbibus quendam prouiforem, cui decanum adiunxerunt, qui excommunicandi facultatem ab archidiacono redemptam rurſus aliis locarent, vnde non tantum redemptionis damnum frequenter ſartiebant, ſed magnas opes congerebant, non ſine iniquissima grassatione in populum Dei: adeò vt ſi quis vel calceum, vel caligam emiſſet, nec poſteā ad condicuum diem numeraffet pretium, citaretur iterum, ac ter tiō, ſi

tiō, ſi comparuiffet, nec eſſet ſoluendo, abripiebatur in carcerem, cuius rei metus à hominem continuoſſet dāmi, mox vibrabatur excommunicatione, tandemque res eō deducta eſt, vt non defuerint, qui, amicū volentes rure euocare, abuterentur ad eam rem citationis terrore. En, quō delapſa Ecclesiæ disciplina. En, quo ille mucro etiam angelis formidañdus ad nugas, iocos, rēſque futileſ adhibitus. Pro pecuniola fratrem adiges ad Orcum, & pro quo ſanguinem Christus ipſe profudit, tu ditis execrationibus deuoues, ne lucellum pereat? quāl nulla eſſet lex, & obligatio diligendi proximum, & vitam pro illius ſalute profundendi. Ita cæci facti fumus peccatis noſtris. Optimè Tridentini ſeff. 23. cap. 32. Patres his tandem malis occurruunt. Haec cùm ita gera ſint, ſequuntur principes etiam admisuerint, vel ſimulacrum aliquod excommunicationis certis vrbibus permittententes, vel iustis excommunicationibus ſe oppontentes: quid mirum, ſi Lutherus, & alij hæretici freti populi offenſione, & noſtris peccatis, cooperint iſti disciplinæ reclamare, & dicere vel eſſe papisticum inuentum, & terriculamentum fæcedotum, vel, ſi quid habeat energiæ, contra ſolos hæreticos, & apostatas, non contras Christianos exercendam? Itaque cùm res ſepulta iaceat ſub tanta errorum, abuſuīque caligine, neminem arbitror, qui non putet ſānum, aliiquid ſibi de ea cognolendum. Principiō autem perneceſſariorum eſt intelligere, quibus nominibus partim scripturæ, partim noſtri maiores hanc potestatē exornarint, vt vel hac ratione liqueat, quām ſit res minimè contemptibilis. Vulgare igitur nomen eſt excommunicatione, quod penè in omnes vulgares linguis traductum eſt, valde inſigne, ac penè complectens omnem huius potestatis vim, & effectum. Verum ſunt & alia. Paulus 1. Corinth. 5. & 1. Timoth. 1. vocat traditionem satanæ, qua homo ( vt loquitur Hieronymus ad Heliōdorū ) ſobiicitur diſcerpendus rabido ori cacodæmonum. Hoc autem ſi fiat, ſi homo non tantum relinquatur, ſed etiam veluti offeratur libidini spiritualium hostium ſuorum: facile cernimus, quām non ſit contemnenda, quanto cum piaculo quis ea abutatur. Nuncupatur eadem potestas, ſive eius effectus à Latinis, & Græcis anathema, non autem ἀνάθημα, quas tamen vōces vulgus ferè confundit. Nam ſcholiastes Græcus noui testamenti, qui fertur Oecumenius, ad caput 23. Actor. oſtendit harum vōcum latiſſimum eſſe diſcrimen, vt ἀνάθημα ſignificet aliquam deuotionem, & confeſcationem, vt Iosue feciſle dicitur Ierichunta ἀνάθημα, alterum autem ἀνάθημa ſit, quod vulgus intelligit. Vbi autem vibratur à conciliis in ſepultos hæreticos, eſt cap. 23. ἀνάθημa, tametsi noſtri maiores etiam tum vſurpent anathematis vocabulum. Paulus ferè nuncupat ἐφουστα, quam in constructionem, & vtilitatem Ecclesiæ ſe accepife dicit, alibi virgam appellat, interdum clavis etiam dicitur. Hieronymus nonnunquam gladij, mucronisque nominibus vtitur. Theodosius imperator in colloquio cum Ambroſio apud Nicēphorū, dicit vinculum epifcopale, & fæcedo- epif. 5. ep. 5. X.X tale. Si.

*Missa 28.* tale. Si de typis quicquam sit dicendum, Hieronymus in epistola ad Heliодorum, dicit huius gessisse figuram illam obediendi summo Pontifici omnibus i mpositam necessitatem Deuteronomio. 17. vbi morte iubet scelus expiare, qui Pontificis imperio parere detrectarit. Licet addere exclusionem extra castra ad biduum, aut triduum, cuius praeceptum extat 2. Paralip. 19. quam eodem spectasse author est idem Hieronymus. Atque ista breuissimè dicta sint aliò properantibus, nempe ad istius rei naturæ explicationem, quam ex epithetis forsitan catechumeni mediocriter perspexerunt. Nam questionem an sit, videtur superfluum attingere, cum plerique aduersariorum tale quid nobiscum agnoscant, tametsi diuersum ab eo, quod agnoscimus. Ut ergo compendio rem absoluamus: est aliud nihil excommunicatio, quam separatio à communione fidelium, vel etiam vsu sacramentorum, & fructu corporis ecclesiastici.

*Excommunicatio maior.* Cùm enim sit gemina excommunicatio, utriusque vis erat definitione comprehendenda. Quod si quis velit distinctè ad scripturas maiorem definiri, sic habeat, vt sit ligatio (nam illud ligamen euangelicum hanc potestatem comprehendit) qua primùm homo prædicatur à corpore Christi; deinde tradatur etiam satanæ (vt loquitur Paulus) priueturque omni commeatu domus Dei.

*1. Cor. 5.* Malo enim obscurius agere, dummodò genuinam scripturæ saluam exprimam. Ligationem autem ideò vocavi, quia homini pro pœnitentia imponebatur, atque, vt erat prisci moris, qui publicè patrassent graue scelus, nunquam recipiebantur ad absolutionem, quin priùs excommunicationis onere pressi per biennium, aut amplius genuissent, tantum interea, sub festo paschæ, recipiebantur, vt paschalibus epulis fruerentur, & deinde rursus eliminabantur, nec ultra templi vestibulum progrederi licebat, vt vel ita constricti liberarentur æternis vinculis. Ut autem quantum premat istud vinculum, agnoscat, addimus: *Quia homo prædicatur primùm à corpore Christi,* qua in re latet quiddam incredibile. Vulgus insulsum putat hic nil aliud esse incommodi, præter cūilem quandam fugam, & evitatem, qualem præcipit Apostolus, etiam vbi nulla subasset excommunicatio: sed longè hic aliud intellegitur, nempe à sacramentis omnibus interdictum. Nam qui baptizatus, nec in moriferum relapsus est, habet ius petendi sacramenta, iisque frui potest quotiescumque collibitum est: hoc autem ius excommunicato adimitur. Præterea non licet communibus precibus, & sacris, quibus Christianorum salus vel constituitur, vel saltem vehementer promouetur, interesse. Et postremò (quod est omnium maximè formidabile) præciditur à corpore Christi, priuaturque omni beatifico succo, qui defluit ex diuino capite Christo, hoc est, ingens illud meritum, quo nostra ntititur salus, dummodò siamus illius per sacramenta, & bona opera participes, & inhæreamus spiritali necessitudine mystico corpori, non amplius in animam excommunicati deriuatur, sed oxors omnis diuinæ vitæ cogitur exarescere, & dæmonum improbitatem, tyranni

*Quid separari a christi corpore.*

tyrannidemque perfere; qua re nihil horribilius. Nam quicquid omnes faciunt, qui beata compage tenentur, in singulorum utilitatem operantur; nec priuatum est bonum in Christi sanctorum communione. Quod si quis etiam per lethale crimen à Christo sit alienus; hæret nihilominus vitiatum, & emortuum membrum reliquo corpori; alij pro eo rogant, vigilant, ieunant; & dum felix peccator sese perditum properat, aliorum patrocinis, precibus, eleemosynis, ac reliquis bonis operibus retinetur, & (quidni dicam?) ad pœnitentiam perducitur. Docet equidem orthodoxia Christi potissimum id merito, prædestinationisque beneficio fieri: sed tamen, quid obesse potest fidei nostræ, si intercessiones, orationes, & denique merita sanorum, & valentium membrorum, tanquam instrumenta Dei bonitatis admoueamus? Laborat igitur mater Ecclesia pro omnibus filiis; & aliis quidem gratiæ, & virtutis incrementa; istis impletat pœnitentiam; si ingruant pericula, mox Dei opem in clamat, occurritque discrimini. Et ne cætera huius communionis commoda perseparari, est profectò cur illam maximi semper faciant eius genuini filii. Rursus autem, dum audimus hominem isto mucrone præcidi ab eo corpore; nequaquam vel tyrannidem, vel terriculamentum sacerdotum putare debemus; sed quod Deus ratum sit habiturus, quodque (nisi beneficium solutionis adipiscamur in terris) non æternum extra ecclesiem felicitatem constituat. Et quidem esset tolerabile, si tantum præcideremur; nobisque tale quippam éueniret, quale infantibus ante baptismum pereuntibus (possemus enim acceptum damnum indolentia compensare) nunc autem ita præcisi obiicimur dentibus pessimorum dæmonum, vt inquit Augustinus. Nam quicquid est extra Ecclesiam, verbis Apo diabolum habet crudelēm præceptorem; cui traditi sunt, quos Paulus stolis. discere volebat non blasphemare. Quod si igitur moueant nos bona, terreatque mala; si permultum esse putemus Christi beneficis affluere: corpus illius, in quod semel ingressi sumus, mordicus teneamus, ne præcisi in diaboli laqueos, dentes, rabiesque ruamus præcipites.

*Definita minori excommunicatione, descendit ad ritus, ac verborum formulæ, quibus in excommunicationibus, & reconciliationibus præscita utebatur Ecclesia.*

### Catechesis. 163.

 Estricto anathemate (vt maiores nostri vocabant) seu maiori excommunicatione; sequitur explicanda, quam minorem vocant; quæ ferè ad hunc modum definitur; vt sit *Definitio minoris excommunicationis*. mandata abstinentia sacramentorum, seu priuatio. Nam qui hac ligatus est, nequit absque grauissimo scelere sacramentum violatum percipere; nec ad ullam functionem ecclesiasticam eligi, quin sit paratum mortale peccatum, quod incurrat & is qui eligitur, & qui ele-

qui electioni suffragatur. Et videri posset hoc genus poenae contem-  
ptibile: sed, si quod res est penitus intueamur, telum est valde metuen-  
dum. Etsi enim nostri seculi homines plerique pluris facere videantur  
potestatem abstinenti à sacramentis, quam perfundi iis: at maiores  
nostris putabant hoc esse omnium legalium poenarum iustitiam; adeo ut  
Theophylactus ad cap. 8. epist. Rom. hinc discrimen vtriusque faciens,  
*Lib. 3. episto-  
la 14. ss. 16.  
serm. de la-  
piss.*

dicat coeleste regnum Christianis propositum esse, pro Molaicis omni-  
bus præmissis: pro terrenis autem suppliciis, vnicam hanc poenam videri  
grauissimam, si quis reiiciatur à mensa Domini. Non est igitur ex mori-  
bus nostris huius rei petenda grauitas. Si autem queramus, quo pacto  
id tulere nostri maiores; licet ex Cypriani pluribus epistolis videre, qui-  
bus modis egerint pœnitentes, ut ad sacramenta redirent; quid non ten-  
tarint; quomodo sanctos martyres tantum non coegerint; ut pro pœni-  
tentibus, & abstinentibus intercederent, & suum veluti sanguinem  
oppignerarent; nec raro sacerdotibus ipsis imposuerint, ut liceret ante  
præstitutum tempus gaudere cōmunitibus alioqui sacramentis. Quod  
si prisci illi tantum laborabant, hocque pro vniaco præmio habebant si-  
bi propositum; ut fruerentur calice Domini: an non debemus impensis-  
simè nobis gratulari, qui quotidie possimus eō penetrare; & si quando-  
nos inde contingat arceri, credere nos maximo mulctatos esse infortu-  
nio? Sic profectò iudicabat Augustinus imperator Theodosius, cui cùm  
essent iniecta cœlestia vincula, iamque per octo menses in palatio de-  
geret, nec pateret aditus in Ecclesiam; sub Christi diem natalium fer-  
tur ingemisse, planxisse, miserisque modis animo discruciatum esse,

*Niceph. lib.  
xx. cap. 4.  
Hist. Eccl.*

Ruffinóque moestitiae causas inquirenti respondisse: *Iu quidem, Ruffine,  
ludis. Nequaquam enim malorum meorum sensus ad te peruenit. Mibi  
autem cur gemam, & lugeam, cause extant, qui tantam, qua mihi acci-  
dit, arumnam sentiam. Quomodo vero ego non affligar, cum seruis, &  
mendicis etiam, absque meu omni, diuinum templum ingrediendi libera sit  
potestas: mibi porro non modo id tangere non licet, verum etiam ipsum  
cœlum clausum est?* Neque enim diuini illius oraculi non memini, quod  
disertis verbis statuit: *Quaecunque à sacerdotibus Dei ligata fuerint in ter-  
ris, ea etiam in cœlo certo esse ligata. Qui hæc loquebatur, nouerat pro-  
fectò, quanta sit infelicitas hominem luopte merito à sacramentis ex-  
cludi. Sed hac de re satis. Transeo ad ea, quæ supersunt dicenda de for-*

*Agreditur  
formam, ac ri-  
dém, quod ad formam attinet, poterat à nobis prætermitti; quando-  
rum excom-  
municationis  
apud anti-  
quos Chresti-  
anos.*

ma, & causis partim effectricibus, partim commerentibus. Et qui-  
quidem ad formam attinet, poterat à nobis prætermitti; quando-  
rum excom-  
municationis  
apud anti-  
quos Chresti-  
anos.

quidem ad Episcopos, & sacerdotes clauibus prædictos pertineat: ve-  
rū cùm non desint noui Valentianiani, qui aculeato scorpiaco nitantur  
hoc telum Ecclesiæ eripere; necessum est cunctis declarare quale  
quid hæc sit legitimum, & traditum ab ipsis Apostolis. Nec enim de  
his rebus agentes apud catechumenos tueri decretum est, quicquid vi-  
quam tentatur ab hominibus temerariis, sed quod duntaxat canoniu-  
cum est, atque apostolicum. Nullus igitur arbitrari debet istam homi-

num præcisionem esse nouercalem Ecclesiæ crudelitatem; cùm sit hec  
potestas penes Deum, pérque illius omnipotentiam potissimum perfid-  
ciatur. Sed, vt Ecclesiæ consideremus æquitatem, iuuerit nosse quemad-  
modum istud deberet institui; quod licet cuius ex libro II. decretorum  
Burchardi, & concilii Rotomagensi cap. 5. & 4. Aureliano cap. I. Tu-  
roneñi. cap. 2. Arausiano. cap. 5. in quibus ea describitur excommuni-  
cationis forma, quam metit nemo valeat vel contemnere, vel accusare. Primum enim in media re diuina ( vt tempus etiam adferat reli-  
gionem ) post lectum Euangelium confidebat Episcopus; & cùm reli-  
quum clerum, tum presbyteros aduocabat duodecim, qui hinc inde iu-  
dicem circunuallarent. Si res minus adhuc esset publicè comperta, testes  
adhibebantur tres, aut quatuor. Aderant & illi, quos excommunicandus  
leserat; vt si fur, homicida, vel incendiarius erat, vel pauperum oppres-  
sor, plebs quoque reliqua non deerat spectatrix. Priusquam autem huc  
deuentum esset, præcesserat tria per presbyterum admonitio, qui præ-  
ter citationem hortaretur hominem ad resipendum; & si quidem ali-  
quid profectum esset admonendo, benè addebat tamen Episcopi gra-  
uis, & seria castigatio; nec prius in sectionem progrediebatur Ecclesia, quam  
tertiò reprehensus ab Episcopo toties proteruiæ suæ peccator, &  
obduratae mentis signa dedisset. Tunc demum comparatis omnibus,  
vt iam narratum est, Episcopus causam, quæ in iudicio verberatur, ex-  
ponebat; declarabat facinus, datumque ab Ecclesia omnem operam, vt  
reus seniora consilia caperret; querebatur nil effectum; addebat ecclæ-  
siasticæ huius potestatis origines, & à Christo traditas regni cœlorum  
claves: quibus ad eum modum expositis, rogabatur communis omnium  
sententia, videreturne iustum, & æquum, quod instituebatur; accla-  
mabant omnes esse iustissimum. Hanc enim iudiciorum faciem exhibet Apostolus I. Cor. 5. vbi dicit se absentem corpore, præsentem spiritu  
congregatis vna Corinthiis cum virtute Domini nostri iudicasse trade-  
re hominem satanæ. Sic indicatis epistolis Cyprianus ostendit nunquaque  
latam excommunicationem, nisi conspirante clero, & de plebis con-  
scientia; ac neque postmodum, nisi iisdem consciis, absolutionem de-  
nuntiatam. Post hæc omnia, stringebatur flammeus ille gladius, &  
adiebat in obdurati peccatoris animam; idque iterum, ac tertio. Senten-  
tia autem latæ excommunicationis mox proprio pastori nuntiabatur;  
deinde prescribebatur ad vicinos omnes Episcopos, & pagos, latissime  
que spargebatur eius rei notitia. Non huc adferam (quod tamen Mel-  
dense concilium, & Lugdunense in suis constitutionibus dicunt, nisi  
consciis Archiepiscopis, fulmen excommunicationis vibratum non es-  
se; vt res esset augustior, & latius fama peruageretur. Si hæc obseruan-  
tur, quæ ecclæsiastica sunt; quis vel, vt friuolum, contemneret; vel, vt in-  
iustum, reprehenderet, quod toties admonitus, & ad meliora vocatus,  
iniurias in proximum, impius in Ecclesiam hac afficitur pœna; vt præci-  
si à Christi corpore, satanæque traditi in interitum carnis saltem spiritus

seruetur? Hinc habent(ni fallor) studiosi pietatis, quid iis respondeant, qui Ecclesiam propterea nouercam appellant, quod in homines peruerlos, & insanabiles cogatur animaduertere, & seueriora pharmaca desperatis morbis adhibere. Quod nisi molestus esse metuerem, antiquam excommunicationis formulam adferrem ex concilij Turonensis cap.2. Adferam nihilominus, sperans neminem vsqueadē motosum, qui breuiissimam Ecclesiæ sententiam dedignet audire. *Canonica instituta, & peragebatur sanctorum Partum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatoris, videlicet, rapiores, degradatores, & homicidas. N. in nomine patris, & filii, & munificatio maiorum viri Spiritus sancti, neccnon auctoritate Episcopis per Petrum principem Apostolorum divinitus collata, a sancte matris Ecclesie gremio segregamus, ac perpetua maledictionis anathemate condemnamus, sintque maledicti in cunctate, maledicti in agro: maledictum eorum horreum, & maledicta reliquia eorum: maledictus fructus ventris eorum, & fructus terre illorum: maledicti sint ingredientes, & maledicti sint egredientes: sintque in domo maledicti, in agro profugi: venientque super eos omnes illæ maledictiones, quas Dominus per Moysen in populum diuina legis prædicatorem se esse missurum intentavit, sintque anathema maranatha, id est, persant in secundo aduentu Domini. Nullus eis Christianus ave dicat: nullus presbyter missam cum eis celebrare presumat, vel sanctam communionem dare. Sepultura usi sepiantur, & in sterquilinum sint super faciem terra. Et sicut ha lucerna de manibus nostris projecta hodie extinguntur: sic eorum lucerna in eternum extinguatur: nisi forte respuerint: & Ecclesiæ Dei, quam leserunt, per emendationem, & condignam poenitentiam satisficerint. Tantum de excommunicationis forma. Si vero nunc agatur de reconciliatione, quod est longè plausibilius argumentum: quoniam & ibi opus est forma: eam subministrat nobis iucundissimam, & utilissimam Arausicana synodus. Rursus confidebat Episcopus; adstabat presbyterorum diodenarius senatus, cum reliquo clero; aderant laesi, testes, & plebs vniuersa. Cum poenitente ita agebat Episcopus; vt nullus quantumuis impudens, effingere possit quicquam fuisse nundinationis, & imposturæ; cum id unum spectaret, vt peccatum suum agnosceret excommunicatus; vt poenitentiam lubens in se recipere, & susceptam constanter exequetur. Sed præstiterit appendere verba, saltem quæ post alias preces inter orandum postrem ab Episcopo pronuntiabantur, posteaquam in Ecclesiam eum introduxisset, Christianamque societatem, & communionem reddidisset. Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles: & præteriorum criminum culpas veniam remissionis euacuas, respice hunc famulum. N. & remissionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione deprecatus exaudi: innova in eo piissime pater, quicquid diabolica fraude violatum est in unitate corporis Ecclesie tua; misere Domine gemituum eius: miserere lachrimarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad sacramentum reconciliationis admittes.*

admitte, per Dominum nostrum, &c. Mox, peractis omnibus, & imposita poenitentia, litteræ per totam parochiam, & ad proximos Episcopos mittebantur recepti in Christianam societatem poenitentis nuntiæ. Quibus ex rebus liquidò patet nullam esse crudelitatem Ecclesiæ, quæ tantum salutem poscat ægroti. Hoc autem præterea monendum, propter eos maxime, qui fortassis olim prærerunt absoluti nibus, ne quid agant temerè, & ex animi sententia, ne & poenitentes decipiant, & se grauissimo inuoluant anathemate. Nam, vt canone 3. Meldensi constitutum est, eandem in federiuat sententiam, qui præter canonum auctoritatem, quicquam hic innovare præsumperit. Ceterum quia tam est indulgens Ecclesia, vt, cum ad paucos ius excommunicationis adstrinxerit, iis absoluendi plurimis voluerit esse commune, adeò vt parochis, & eorum cooperariis ( si res occulta fuerit ) fecerit excommunicatum absoluendi potestatem: est operæ pretium, quid agere debeant, agnoscere, si forte incident in poenitentem, qui se vel percussum anathemate, vel saltem illud promeritum fateatur. Sunt enim quædam, quæ si omittantur, nil agetur, sunt quæ prætermitti non debeant. In primis nostri iuramentum exigunt, sponsionemque futuri. Debet præterea transfigi de satisfactione debita laeso proximo, nisi obsit extrema paupertas eius, qui fecit iniuriam. Si enim desit horum alterutrum, ne in supremo quidem halitu licet peccatorem absoluere, & si quis tentaret, contaminaret se graui scelere. In reliquis præscribuntur psalmorum decantationes, vel septem, vt olim, vel vnius, vt nunc, fitque mentio flagellationis, quæ non potest omitti, nisi vbi esset periculum euulgandæ culpæ, & infamiae. Sed nimis multa de formis excommunicationis, & absolutionis, tametsi non petinde speciem inutilia fore.

*De causis, & administris ubi differunt, aliquot excommunicationis species subiungit, quæ ministris, causis, effectis, & aliis inter se differunt, mox aliquot paradigmata subnectit, quibus insontes excommunicatos instruit, quomodo se gerere debeat.*

### Catechesis 164.



Vñ de administris, & causis excommunicationis, cuius Primaria ex-geminam speciem superioribus catechesibus exposuitus. comm. causa Deus est. Primaria igitur causa est Deus, quod propter hereticorum criminaciones est obseruandum, qui vociferantur illum hinc excludi à nobis. Deus est (inquam) qui operatur, Episcopi, sacerdotes, aliud nihil sunt, quam diuinæ operationis instrumenta. Nam & Paulus aiebat se hoc ipsum facere in nomine, ac virtute

Math. 16.

*De secundis  
administris  
anathematis.**Similitudine  
rem illustrat.**Quae penes  
archidiacono-*

Domini. Et Areopagita de ista potestate miraculosè differens. ca. 7. Eccl. Hier. diuinitatem huius rei constituit primariam, & effectricem causam, nec patitur Episcopos, aliòsve sacerdotes in hoc negotio pro sua libidine versari: sed obseruare præcipit Christi præceptum, quod est in istius potestatis condicione. Nam cum diuo Petro Christus illam promitteret, propter insignem fidei confessionem, addidit eam Christi cognitionem haudquam à carne, & sanguine fuisse suggestam, sed a patre cœlesti. Rursus ubi apud Joannem traditur erat alibi tantum promissam facultatem, præmisit Sancti spiritus participationem: vnde discimus Episcopos ita se hac in parte gerere oportere, vt videatur occulto Dei instinctu dirigi, & impelli, quem minimè decet cæcum arbitrari, vt cæcos hominum sequatur affectus. Et hæc satis de suprema causa. Iam sequitur uterior disputatio de causis secundiis, & instrumenti locum obtinentibus. Nam ut omnibus aliis in rebus ferè sic affectos nos experimur, vt magis moueant, quæ cadunt sub sensu, terumque amicula, & circumstantiae, quæ res ipsæ: ita hîc fit, vnde promptum est colligere, permultum referre vt rectè intelligamus, qui sint proprij huius potestatis administrati. Nam ut reliqua diuinissima sacramenta tantò maiori ferè sunt in pretio, quantò sortiuntur digniores, ac sanctiores administratos, vicissimque mystagogis adfert dignitatem, ac splendorem rerum sanctissimarum maiestas: sic fit mutato ordine, vt foedus, obscurus, contemptusque minister sacris functionibus omnem gloriam adimat, efficiaturque ipse sordidior, magisque contemptus. Quocircà, cum haec tenus tam luculenter sit hîc peccatum, sanctissimâque potestas per infames, impuros, sceleratosque nundinatores multis in locis fuerit administrata: non est quod miremur in semichristianorum, & hereticorum ludibriis esse conuersam. Itaque tantò diligenter nobis impræsentiarum de germanis administris erit differendum, de quibus ubi certius constiterit, licebit deinceps de vi, & efficacia pronuntiare. Dubium non est, quin penes omnem principem ecclesiasticum cuiuscunque ordinis resideat quæpiam potestas, qua subditos ad officium cogere possit.

Nam ut imperatores habent sua banna, quæ nonnulli vocant excommunications, quibus proscripti fontes, atque ab imperio praescinduntur, nec defunct inferioribus principibus proscriptiones, & exilia: perinde fieri putandum est in ecclesiastica hierarchia, in qua Episcopi, abbates, pastores, archidiaconi, protonotarij, & alij gaudent aliqua facultate, qua subditos premant, contineantque in officio, & ad obediendum compellant. Certum est enim quemque suo patere debere magistratui, & illum, qui honesta præcipienti non obtemperarit, peccare in Deum: utputa, si quispiam archidiaconus, etiam non sacerdos, nanciscatur immorigeros subditos, posset arcere à communione sacramentorum, nec possent illi poenam non fuscispere sine grauissimo peccato. Et istud à quibusdam vocatur excommunicationis, sed ea non est clavium potestas: non est vis ligandi, atque soluendi, quæ talis est, vt ad ani-

ad animam penetret, eamque permittat diabolo, non secùs, quam nos, & protostas, & notarios, aut quos unque quæpiam ille deserviat, rursumque ab illius tyrannide liberet, cum non sacerdotes est potestas, & nō est excommunicatio.

*Cap. 2.*  
*Ambro. de panitia lib.*  
*ca. 1. 2. 7.*  
*ca. 2. 2.*

Deum in Iobi historia legimus cum satana transfigisse, vt éatenus in legitime donat absolutionis beneficio. Hanc enim potestatem absit vt penes alios esse credamus, quam sacerdotes, & Episcopos, vt locis plurimis aperte docet Ambrosius, cuius subscribebis Burchardus ex pœnitentiali Theodori libro, decret. II. capite 153. dicit eorundem esse sacrificare, quorum ligare, ac soluere: quod ipsum sensisse videntur Tridentini patres sessionis 14. ca. 5. & 6. quibus aiunt claves regni cœlorum penes solos esse sacerdotes, & Episcopos. Verum vt res ista penitus intelligatur, opus est excommunicationem ecclesiasticam, seu vsum clavium agnoscere. Est enim quædam perpetua, quæ vulgo dicitur iuris, sive à canone, altera est ab homine, sive quæ ore tenuis à iudice profertur ecclesiastico in certas personas: tertia pertinet ad forum secretum, nequam ab alijs usurpanda, quam ab iis, qui conscientiis, & confessionibus præsunt. Sed non fuerit inutile de singulis paulò fusiis querere. Ut igitur ad caput reuertamur, tanta est summorum Pontificum, conciliorum, Episcoporumque potestas, vt non tantum hominem committenti queant ad tempus excommunicare, si sit insanabilis, verum eternis vinculis, & anathemate perpetuo constringere legum, ac decretorum suorum violatores, quacunque tandem ætate vivant. Et ea est potestas, quam Christus daturum se fidis ministris pollicetur rem domini sui strenuè facientibus, vt post mortem ius accipient supra decem ciuitates, regendarumque gentium in virga ferrea. Sic enim intellexisse Ecclesiam docet, quod in sacrificiali hymno solennium Apostolicorum rogatur Deus, vt gregem suum non deserat, sed per beatos Apostolicos suos continua protectione custodiat, vt iisdem pastoribus gubernetur, quos operis sui vicarios ejdem fecit præesse pastores. Quod autem dicimus tale est. Potest Pontif. Max. concilium, Episcopus, imò & legatus apostolicus, dum sua fungitur legatione, ferre legem, vt pro exercratis species. habeantur, quicunque sunt manus violentas in clericum iniecturi: quemadmodum olim deuouerunt diris eos, qui ecclesiasticas oblationes interuerterent. Et ista quidem nunc antiquata videntur: tamen docet Ecclesia etiam nunc verè esse excommunicatos, qui patrant huiusmodi, eadēque facultas penes eos, quos diximus, relidet. Alia verò est, quæ fulmen istud vibrat in certos homines nominatim, quibus tanstisper nil tale metuendum, quantumuis interea sint promeriti, nisi Episcopus aut cui suas ille partes commiserit, decernat excommunicationis sententiam, utputa si quis pauperem opprimat, neque hac de re quiequam sit latum decretis, aut canonibus Pontificum, & conciliorum, tamdiu putridum membrum adhæredit corpori, donec Episcopus hominem execratum esse iubeat. Nec ista sunt ignota vulgo. At tertia excommunicationis, quæ omnium est utilissima, non est perinde conspicua, qua homo peccator, etiam propter minimum mortale, ligatur, non tantum si species. Tertia excommunicationis.

*Altera species.*

*Y. fit con-*

*Lib. 1 de pæ-  
nitentia cap.*

*13.14.15. &*

*libr. 2. cap. 3.*

*Discrimen  
tertiae excom-  
municationis  
species à dnu-  
bus aliis.*

*Quibus habet  
imicendum*

fit contumax & obstinatus, sed etiam patientissimus, & ad omnia patrissimus. Eutychianus quondam Pontifex iussit excommunicari homines ebriosos: dum vigeret canonis authoritas, debebant pastores ea lege cum suis subditis agere, peccaturi si dissimulasset, immo similem excommunicationem subituri, ut pulchre Erphordiense concilium ca. 9. constituit. Hieronymus etiam ad cap. 3. epistolæ, quæ est ad Titum, dicit per sacerdotes extra Ecclesiam eiici fures, adulteros, & fornicatores, quamvis inter leuissima mortalia jurisperiti fornicationem numerent. Et istud genus excommunicationis dicit Ambrosius esse laudatissimum, & optandum ipsis peccatoribus. Nam si scortatores, ebriosi, & id genus flagitosorum hominum, execrables, & iniurii redderentur: per hanc potestatem, essent profecti pauciores, & citius ad meliora se se recipere, cessarentque plague, quibus nunc per uniuersum orbem quassatur Ecclesia. Hæc autem excommunicatione, quæ in illo secreto iudicio, penes est sacerdotes, Episcopos: & ad hunc modum se res habebat olim in Ecclesia. Quando quis exomologesim gestiebat instituere, deligebat cum primis sacerdotem idoneum (sic enim docet Origenes ad psal. 32.) exponebat animi morbum, medelam expetebat, mox sacerdos, cognito peccato, subiiciebat hominem excommunicationi, aliquanto tempore depulsus ab Ecclesia discerperetur rabido cacodæmonum ore. Hæ sunt igitur excommunicationis ecclesiasticae species, quibus uti solis fas est sacerdotibus, & Episcopis, atque his potissimum, propter sacramentum augustius, & ampliorem ordinem, ut docet Balsamon ad Carthaginenses canones. 6.7. & 44. & concilij Ancyran. ca. 12. Adde, quam tertiam fecimus, potestatem habere quiddam peculiare nulla ratione in prioribus formis usitatum. Nam excommunicari neque à iure, neque ab homine potest quis, nisi quedam appareat contumacia: hinc autem homines etiam ducti pœnitudine excommunicantur, idque tantò feliciter, quantò sunt ad quidvis perpetuendum paratores. Scio tamen istud demiraturos, qui nostri seculi mores duntagit insipient, quando vix induci valent peccatores, ut crimina confiteantur sua: at olim erat instar summi beneficij, cum licebat peccata apud sacerdotem deponere: itaque quicunque accedebant exposituri candidè, quicquid animum ægrè haberet, erant ab omni contumacia penitus alieni, iamque omnia ferre secum prius constitutum habebant. Quapropter cum Ecclesia de filiorum, quamvis infirmorum, pietate non dubitaret, statim peracta confessione excōmunicabantur, ut can. 9. Agathensis declarat, pro sceleris magnitudine, canonique præscripto. Est igitur hac in re quiddam admirabile, quid homo sciens, prudens, ac volens, & exoptans deturbatur ab Ecclesia, non quia gratum sit adire periculum, & incommode, sed quia non ignorabat eius ætatis Christiani futurum, ut post satanæ flagellationem liceret redire cum plena fide, sp̄eque certissima acceptæ remissionis peccatorum. Alioquin in ea, quæ hodie supereft, excommunicatione, cautum est non immittere, ut nemo illam

illam excipiat, nisi qui vocatus venire ad episcopalē synodus, aut praefens patrē noluerit, aut sagerit ante causę suæ examinationem. Hæc enim sunt tres antiquissimæ cause, ob quas olim licebat excommunicationis telum in cuiuspiam caput vibrare. Hinc Meldense conc. cap. 3. cœuet, ne cuiquā hoc supplicium irrogetur, nisi ob peccatum mortale, & causas à synodo probatas; præsertim si de anathemate res geratur. Hic autem sunt multa obseruanda propter nonnullorum temeritatem, qui istud tractat negotium. In primis enim quisquis est excommunicatus (vt sunt simoniaci, & qui hanc potestatem pretio redimunt, aut locant) frustra hic tentabit quicquam efficere; nisi quid se toties adstringat sacrilegio, quoties ipse ligatus aliis inuestigare vincula parabit. Itaque timendus non erit; duntaxat si res in aliorum cognitionem deducta fuerit. Quam igitur ob causam mereatur quis hoc appeti gladio, non oscitanter videndum; & quidem inter omnes cōuenit, non nisi propter peccatum mortale, illique adiunctam cōtumaciam. Verū vt habeant pīj omnes, quod se, suōque consolentur; primum istud peccatum non à quorumlibet, sed grauissimorum & incorruptorum hominum iudicio pendet; vt putat, canones pridem anathemate percussérunt eos, qui violentam manum in clericum immitterent; si quid tale fiat, incorruptus iudex parum esse putat penit. *Inclusus hoc  
vinculo, illo  
ipso aliis li-  
gare non po-  
test. Latera-  
nense conc.  
cap. 1.*

*Paradigma-  
ta aliquot la-  
ci causa pro-*

sontem iure esse excommunicatum; sed ipse quoque eandem sententiam ingeminat, vt canonum authoritati iudicis accedat sententia. Hic si non malè sit institutus, qui nefas perpetrasse iudicatus est; rerum momenta diligenter pio, docto que narrabit; & fortassis erit factum ioco, dum vel gladiis, vel baculis luderent; non fuit animus vulnerandi; nihil erat si multatis, vel iniuria. Ibi censor granis, & eruditus iubebit hominem esse securum; quia nullum est in ea re crimen; itaque neque à iure, neque à iudice dicet excommunicationem esse metuendam, Alins, dum à clericis temulento, aut iracundo se tuerit (qui fortassis bonum virum inuaserat) infligit vulnus, aut alioqui percutit, quamvis parum christiane; tamen tutus est ab hoc fulmine. Sed nec istud omittendum est in gratiam eorum qui inter huius potestatis locatores, ac redēptores habitant. Multis in locis peruersissimus mos obtinuit; ut mercatores suas merces obtrudant etiam non empturientibus. Deinde freti horum locatorum potentia, euocant creditorem rure in urbem; si ille per schedulam inuitatus adfuerit, illicē compingetur in carcerem. Quid agat miser? Sperauerat sibi credendum anno, quod tam liberaliter offerebat; pauper est; si discedat ab opificio, liberi, & vxor fortiter esurient; itaque manet domi. Accedit secunda euocatio, ac tum multò magis debet credere sibi patere carcerem, vnde non licebit exire nisi persolutis omnibus. In summa vibratur Anathema. Num de salute sua debet actum putare? Dicam inveni. Nil est metuendum; nisi quid danda est opera, ne oriatur scandalum. Quam enim egregie locator nouam instituis carnificinam; & christiane reipublicæ decus emungendis pecuniis, & pauperibus vexandis infestare cogis: Si patrem velis agere, facessant vincula; claudatur carcer, ne.

cer, ne versutus creditor infidetur: & tunc pauper aderit. Dum vero ecclesias in urbem tantum ut crudeliter includas, & expiles, quis te Christi vices, & Ecclesiae gerere credet? Non sunt ergo timenda huiusmodi sententiae; piorum tamen omnium est dissimilare contemptum, partim ne alij offendantur; partim ne ecclesiastica potestas obsoletat. Ne cui igitur hic dubius animus facessat negotium; tribus regulis videor quemuis hominem satis instruere posse. De simoniacis dixi, aliisque, qui cum ipsis sint anathemate cōstricti, credendum non est Ecclesiam suam illis credere potestatem, nedum in coelis Deum obsecuturum illorum libidini. Sed & quandoque sententiam iniustum esse, aut nullam docui; ut si contra canones proferatur: tantum ne nimium ferociat, qui casuo vulnere petebatur. Permittitur enim illi Ecclesiae iudicio, ut domi sit fecurus, donec a superiori curet se absolui ab iniusta sententia; ne cuiquam sit malo exemplo. Postremo si per calumniam, falsumve testimonium opprimatur; si norit iudicem inuidia, & odio petrifici; equidem licet animo esse quieto: interea tutissimum est morem gerere iudici; & ad eum confugere, qui se valeat liberare ab iniusto vinculo. Nam si prouisor faciat, licet venire ad Episcopum; ab hoc ad Archiepiscopum, hinc ad synodum, aut summum Pontificem. Alioqui non esse iniustas excommunicatioes. Theodosius iunior, quem asceta quidam, dum voti compos factus non esset, inuoluit anathemate; cum nec obnoxium sibi haberebat imperatorem; nec esset clauium potestate praeditus: quod tametsi non ignoraret religiosissimus princeps; domum reuersus noluit cibum sumere, priusquam per constantinopolitanum Episcopum iussus esset monachus qualecumque illud vinculum resoluere.

*Quibus in rebus omne cum excommunicato commercium fugere nos oporteat, & qua sit hac in parte pruaricationis grauitas, postremo quibus conditionibus rem nobis esse cum excommunicato liceat, edifferit.*

### Catechesis 165.

 Actenus de causis, & quidem quae instrumenti vicem obtinent, ac stringunt ferrum excommunicationis, ut vocatur cap. 3. Rotomagensi quam ita diuissimus; ut postremam illi, qui confessionibus praesidet; medianam iudici; primam canonibus conciliariorum, ac Pontificium decretis adsignaremus; quae hoc habet proprium, ut in futurum tendat, obq; veniale torqueri possit. Res enim per se levius, & indifferens, ut tabernaculū ingressus attonia coma, & huiusmodi sub excommunicatione prohiberi potest; quantumuis materia minuta videatur. Qua in re sunt admonendi catechumeni esse consideranda verba, quibus ea prescribitur; materiamque ponderan-

ponderandam, personas quoque, ac reliquias circumstantias diligenter expēdendas. Nam sicubi legamus: Clericus, qui barbam aluerit, excommunicetur; agnoscere necesse est perpetuum interdictum, minimè tamen, qui contra fecerit, pro excommunicato erit habendus; cum verbū futuri temporis demonstret solūm non indignū, qui talem sortiatur pœnam; non etiam infligat. Si autem dicant Patres: Decernimus esse excommunicatum; vel: Sit anathema, qui ecclesiasticas oblationes interuerterit: non est tum alterius iudicis expectanda sententia; sed in ipso scelere, ut olim prolatæ ab Ecclesia sententiae miser, præcisus à Christi corpore, satanæ porrigitur. Verum ista quidē fuere superioribus adiicienda. Nunc autem ab inuidioso negotio fugere cupientibus occurunt, quæ cum afflatis fulmine facro, tum reliquis Ecclesiæ membris integris fugienda sunt; & quantum sceleris vtrique contrahant, si positas leges prætergreditantur. Quod igitur ad priores attinet; vitare debent quæcumque hoc versiculo comprehenduntur. *Os, orare, vale, communio, mensa negetur.* Fuerit autem non intempestivum si barbarie non nihil illustremus. Osigitur id, quod ore fit, & propriè colloquium, & osculum denotat. Nec enim licet vel miscere sermonem, vel osculo excipere, quem Ecclesia putavit suis finibus exterminandum. Ne tamen oblitam illam esse pietatis in filiorum castigatione putemus; est paulo accuratiū hisce de rebus agendum. Ista igitur sunt intelligēda de rebus perfectis, officiis diuinis, denique de obsequiis, quæ infirmorum salutem nō adiuuant, sed magis impediunt; vtpūt quæ familiaritatis ergo ciuiliter tantum defunctionis cuiusdam amicitiae signa: vbi autem illorum negotium, r̄sque posset; licet. Penè tantundem dicitur in verbo, *vale*, ut his tribus osculo, salutatione, colloquio, comprehendātur signa amicitiae, & humana commercia, quibus qui non abstinent, non immitteri iudicantur fouere contumaciam; ut minus de resipiscientia cogitent, quod se minus odio haberi, & pro execratis duci ab aliis animaduertunt; itaque susque déque ferunt censuram ecclesiasticam, ex qua nil sibi periisse vident priscæ consuetudinis, ac necessitudinis: cum sit non minimus gradus ad sanitatem erubescientia, qua facilè suffunduntur, vbi se ab omnibus desertos aspiciunt. Adhuc non licet coniungere preces vel priuatim, vel publicè. Hic tamen sunt pernulta, quæ sale indigent. Hodie enim per nostram insciatiam effectum est; vt vix quicquam simile sit metuendum; cum nec oremus simul, nec precemur; non sit autem periculum, nisi vbi sit precum coniunctio, quæ nefcio quoniam exulet. Ergo ratus est hac quidem in parte periculum. Nam si excommunicatus in aliqua templi parte precessit, quod in mentem venerit; & adgit vni sacerdoti, ego alterius; aut si vterque in eodem sacrificio, ille suas preculas recitet, ego sacrificanti cooperer: nihil est metuendum. At si fierent ista more maiorum; si omnes in sacrificiis finem, ac scopum tenderent, quotquot adsunt si coniunctis animis, & votis eundem patrem interpellarent: tum esset piaculare. Ad eudem modum, eo habitat qui spiam excommunicato, vt et que priuatim in

*Quæ finit ex-  
communicatis  
interdicta.  
os.*

*Quæ negatur  
excommuni-  
cati, cum ad  
salutem eo-  
rum faciunt,  
possunt con-  
cedi.  
Vale.*

*Orare.*

*communio.* suo orat cubiculo; nec est periculum contagij. De sacramentis, quæ communionis voce designantur, notum est nullo pacto conspirandum; nec vel danti, vel suscipienti consentiendum: quia semel est, omninoque vetita excommunicatis communio. Postremò neque licet sumere cibum, & (vt ille loquitur) sociis accumbere mensis. Hic tamè opus est prudenter. Nam si contingat hominem, quem noris excommunicatum, conuenire in idem hospitium, & eandem mensam; non est quod verearis, modò ne te vel iniuriarit, vel tu illum, vel te cōscio vocetur ab amico communis: vbi verò nil compertum habueras; si offendis, quem velles abesse, securus es. Nihil enim vel tibi, vel ipsi quoque excommunicato crebitur periculi. Si quis deinceps cupiat nos adiungere, quantum peccet excommunicatus rebus interdictis admixtus; opus est distinctione. Primum enim si se ingerat communioni sacramentorum, sacrificiis, precibus, psalmodiis, supplicationibus, orationibusque publicis: proculdubio concelerat se mortifero crimen; partim quia severissimum matris interdictum violat; partim quia praecisus à corpore Christi per sacrilegiū rapit aliena. Nam Ecclesiæ orationes, & sacramenta tantum sunt filiorum, non etiam canum, & dæmoniacorum. Nec leuius peccaturus est, si ecclesiastica iudicia usurpet; si ferat sententias; si causas cognoscat, sequē pro Christianorum capite vendit; si patiatur se eligi, aut ipse eligit alios; quia membrum diaboli non debet se venditare pro culmine rerum Christianarum. Itaque duplice nomine se contaminat magis; quia inobediens, & sacrilegus, qui leges Ecclesiæ pro nihilo ducat, & inuollet in filiorum Dei peculium; sic nostri. Verum quando agitur de rebus quibusdam ad ecclesiasticum forum pertinentibus, non perinde magnæ dignitatis; vt de testimoniis dicēdis, de consolatione, & huiusmodi plurimis, de osculis, salutatione, mensa; dispares ferunt iudem sententiam. Recentiores enim plerique putant non esse mortiferum, nisi fiat per contemptum; vel huiusmodi nominatim. In interdicto pro execratis iudicentur, vel vbi effrænis rerum istarum usurpatio videretur severitatem ecclesiasticæ correctionis eleuare, paulatimque in contemptum adducere; veluti si doctum aliquem virum cum execrato videamus crebro congregati. Sed longè diuersam produnt maiorum nostrorum, Pontificum, ac synodorum sententiam Isidorus, Burchardus, & alii, quibus visum est excommunicationis non de esse presentissimum periculum, etiam si clam, vbi nullus est vel offendiculi, vel cōtemptus timor; tale quid fiat: vñqueadè, vt ne patientur eum, qui sanandi hominis causa, & ad meliora prouocandi congregatur, vel cibum sumere vñ, vel temere conferre sermonem. Praeclarum igitur, fateor, quod nostri tradunt, & obturant hæreticorum virulentis percommode: tamen apud me pluris fuit semper veterum, & conciliorum authoritas, quæ mihi persuadet hominem, qui sciens, prudens versetur cum hæretico, peccare mortaliter; quamuis illud æquè certum sit vel ex ipsis synodis, eum, qui id propterea faciat, utruocet ad mentem, retrahatque à pertinacia; nullā contagionem;

*De peccato  
excommunicati,  
qui se implicat in interdicta  
societatis,  
& munieribus  
officiorum.*

*Quid rectiores  
conferant  
de excommunicato,  
cui cùl  
aliis in leuibus  
rebus est nego-  
sum.*

*Diversa ma-  
jorum nostro-  
rum sententia.*

*Burchardus  
lib. 19. cap. de  
excommunicatio.*

*Retromagen-  
sis can. 4.*

*Aurlianen-  
sis ca. 1.*

*Punitentiale  
Rom.*

*Burchard.  
lib. 11. cap. 3.*

tagionem contrahere. Qui enim possit, cùm id poscat charitas omnium legum, iurisque christiani fidus interpres: Hactenus de rebus interdictis. Sed nílne permittit Ecclesia filii suis? Nullamne solicitudinē adhibuit, vt libere Deo seruant, neque vanis conscientiarum scrupulis mordeantur? Imò verò plus satis hic pientissima parens indulxit, seorsim quinque casus, conditionēsve constituens, quibus liceat cum excommunicatis habere commercium, quas minus eleganti quidē, sed iuuandæ memoriaræ percommode versu comprehensas non pigebit adserre. *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* Vtilitatem exceptit vtriusque, & eius, qui intra Ecclesiam consistit, & quem illa profligatum voluit. Si enim alterius ita commoda ferant, licebit tractare. Huc pertinet, quod superius diximus, reuocatio à contumacia, quam tentare liberè possunt pastores, clerici, pij, docti, & viri. Itane agis miser, sic animæ salutem prodigere, & sub hortenda latente tyrannide periculose vitam agere diutius decreuisti? Quid moraris? quid tremendam Ecclesiæ potestatem cōtemnis? Age, recurre ad caulas, refer pedem, quem in ipsorum inferorum limine dum posuisti. Et si hac causa congressum non fugiat, nihil est noxæ. Rursum consilij gratia, si desit aliis, adire excommunicatum, nefas non est: vñputa, si putem me incurrisse peccatum, nec adsit, qui me iuuare queat, & animum quietum reddere. Imò, vt matris clementia clarius perspiciat, si ante excommunicationem contractus aliquis intercesserit, a quo nolit ille discedere, licet alteri pergere, si rebus suis ita consultum fore credat, Iterum si desit vestis, cibus, aut quippiam simile, nil est quod timeras, vbi compendij tui causa adieris. Lex præterea hominem excusat. Coniunx enim perinde agere debet cum coniuge, ac si nil tale contigisset. Humilitas autem filios, subditos, colonos, liberat, vt possint, nullo cum metu, agere cum parentibus, ac dominis suis. Adde si quis ignorat hominem esse excommunicatum, non teneri lege. Si autem id quidem compertum habuerit, sed tam sit rudis, & in fide, ac religione male institutus, vt nesciat vitandum esse proscriptum ab Ecclesia: plerique eruditiores credunt excusari, tametsi non abeat prorsus immunis à peccato. Postremò excusat necessitas: & quidni, cùm etiam legibus absoluat vtilitas? Si enim vel periturus sit alteruter fame, vel mortem præsentem quispiam intentet, fortunarumque direptionem, nisi congregari, & simul accumbas: aiunt nostri cessare leges, omneque tum sublatum esse contagionis periculum. Putant enim hic esse locum vtilitati. Verum vt necessitatem excipiendam fateor, quod tamen de vtilitate dicunt, non videtur exactum, cùm nō de vtilitate, sed de violenda Ecclesiæ potestates geratur, ac propteræ fortiter potius mortem pecuniariūque, & opum omnium euersionem perferendam esse, quam vel vnguem latum ab ecclesiasticis legibus discedendum arbitror, præsertim cùm ista nostrorum opinio inde prodisse videatur, quod ea, quæ de mensa, & aliis dicta sunt, inter venialia numerent, de quibus longè diuersum iudicasse synodos veteres in superioribus diximus.

*Lex.*

*Humile.*

*Res ignorata.*

*Necessitas.*

Absolutus hac catechesi quicquid ad minorem spectat excommunicationem, de causis, administris, commerentibus, & aliis compendiosè differens. Mox detractis aliquot plurimis, quibus se Patrum testimonio exornant heretici, panca de subditis, & casuaria reservazione subicit.

## Catechesis. 166.

*Quid minor excommunicatio supra catechesi. 263 Error quorundam, qui nihil preter mortale peccatum agnoscunt.*

*Error aliorum, qui ob veniale infi- gunt hanc excommunicacionem posse putant.*

*Formula antiqua huius excommunicationis.*

*Burch li. 19. cap. de ecco- municatis.*

**N**stitutæ disputationis ordo nos tandem ad minorem deduxit excommunicationem, de qua non nihil iis, quæ dicta sunt, prius addendum, quæ ad obiectiones aduersariorum veniamus, quibus nonnulla de casibus addituri sumus. Est igitur excommunicationem, minor mandata sacramentorum abstinentia: quam defiritionem alibi satis declarauimus. Hic autem est ante omnia praestituendum, non deesse graues viros, qui non solum priuatim senserunt, sed vulgatis etiam libris docuerunt, hanc esse nihil aliud, quæ peccati mortalis reatum: sed minus id verè. Nam licet in huius excommunicationis merito sit lethifera culpa: constat tamen eam habere vinculum ecclesiasticum, censuramque christianam. Et quamvis mortalis culpæ sibi conscient nequeat frui sacramentis absque certissima damnatione, attamen eius rei ignara Ecclesia non habet, ob quod hominem arceat: vbi verò istud vinculum iniectum fuerit tum aperte, ne indignus irrumpat ad mysteria, cautum est. Iam quod nonnullis placere video, hominem citra mortiferum crimen huic censuræ fieri posse obnoxium (si quod res est ingenuè sit dicendum) hactenus mihi non probatur. Nam, quemadmodum in superioribus dictum est, dum conciscit quispiam hanc excommunicationem, per excommunicati nefarium commercium, non esse veniale, sed mortalem culpam vetustissimi Pontifices, atque synodi olim pronuntiarunt, Rotomagensis can. 4. Aurelianus can. 1. & Callisti decretum tertium. Fuerit autem operæ pretium agnoscere, quid ratio ecclesiastica, priusquam antiquus, ille rigor elangueretur penitus, nō tantum senserit, verum etiam quotidie factitarit. Et, si graue non videatur catechumenis, proferam tres versus è volumine, ex quo olim pronuntiabantur sententiae: Habuisti aliquam communionem: cum aliquo excommunicato, te sciente, vt simul cum illo orares in Ecclesia, aut in alio aliquo loco: aut, salutasti eum: &c. si fecisti, tunc, & tu similiter excommunicatus es, sicut & ille, & debes quadraginta dies in pane, & aqua (quod carinam vocant) cum septem sequentibus annis: poenitere. Si, quod solent omnes ethici philosophi, peccati grauitatem ex supplicij mensura constituamus: minimè putandum est, quenquam veniali culpa septennem poenitentiam commeteri: quocircà retinendum est, nemini citra peccatum mortiferum iniicienda esse vincula. Nam licet Episcopi, ligati, Pontifices queant leges

leges ferre de rebus alioqui per se minutis, addita excommunicationis poena: tamen si quis ea in parte Ecclesiæ contempserit authoritatem, dubium non est, quin sit mortale crimen. Ea enim poena tanta est, vt si quis illam contemnat, audacterque violet, proculdubio conceleret seipsum. Sit igitur hactenus dictum contra illos, qui vel solum hic mortale peccatum agnoscunt, cùm sit præterea vinculum, à quo nequeat quis liberari, priusquam legitimè fuerit solutus, cùm à mortali possit quilibet per facerdotem potestate prædictum absolti, vel pro veniali credunt infligendam. Cæterum, vt ad causas veniamus, eadem sunt

*Eadem ferè primaria, & instrumentales huius, quæ fuerunt anathematis, nisi quod ad huius rei facultas pluribus fieri consuevit. De commerentibus autem hanc censuram, plura dicenda sunt. Principiò autem mortiferæ culpæ deberi docuimus, vt tametsi adiungi etiam valeat interdicto rei per se alioquin indifferentis. Et cùm antiqui canones innumerabiles sint, qui*

*De commerentibus hæc censuram. Observatio- nes.*

*minorem intentent excommunicationem, iuuerit catechumenos obseruasse ferè, quoties de illa agitur, epithetum minoris exprimi, aut quippiam aliud, vnde tantundem colligatur. Nam est catholicum istud, intelligendum esse anathema, quoties nil apponitur, quod rem coërciat, atque restringat, simplicitérque nomen excommunicationis adscribitur, cui nonnunquam adiunctæ vel cause, vel poenæ demon-*

*strant ad minorem esse referendum. Atque res ista propter interdicto Periculū frē rum varietatem, ac turbam rerum, erat ante Constantiense concilium quæstissimum: mirè formidabilis, hiucque soleo minus admirari, quod tam frequenter maiores nostri monachicam vitam amplectabantur, atque vel in eremos, vel in coenobio, fugitantes mortalium commercia, concedebant, de huius ex- communicationis, homi- nes ad exco- polle- posse consulere, qui seculo non renuntiasset, vbi quoties erat negotium cum excommunicato (in quem frequenter incidere, & vita communis necessitas, & talium innumera turba cogebat) mox trahebatur con- tagium. Quæ miseria tandem permouit Constantienses Patres, vt nobis rectius consulerent, itaque decernerent ne deinceps foret periculum saltem ab his, qui excommunicationis vincula gestarent. Verum istud est proprius intelligendum. Norunt omnes mandare scripturam, vt non solum excommunicatos fugiamus, tanquam ethnicos, verum etiam*

*vt discedamus ab omni fratre ambulante inordinatè. Nam dum graues illi peccatores non vitantur, dum cum iis versamur familiariter, dum honoramus eos: facimus vt neque eos pudeat, neque pigeat scelerum. Si autem daremus operam, vt infamiae, solitudinis, ac desertionis. tæderet, vt fornicarius se tales agnoscit, vt scenerat criminis suum: in alienam conscientiam transisse cognosceret: fortassis de mutanda vita cogitarent. Eapropter constitutum est satis improbos, & manifestos peccatores, vbi non est spes correctionis, & reuocationis ad poenitentiam, esse vitandos. Interea si quis cū huiusmodi versari nunc susineat,*

Duo nūc fu-  
giendi, excō-  
municatus de  
nomine, & de  
facto.

*Adinore vin-  
dus excom-  
municatione  
sullo secum  
versante af-  
ficiat contagio.*

*Hæretorum  
in episcopis re-  
tundit.*

*Ambrosium  
enale ad se-  
trahunt ha-  
retici.*

*Ad cap. 5.  
prioris ad  
Zimach.*

Si salutare, colloqui, & contrahere non metuat, vt à peccato nequeat excusari, tamen liber est ab excommunicatione: qui verò ante saluberrimum Constantiense decretum idem tentasset, erat certissimum periculum, quod si etiam nunc maneret, me quidem authore, nullus ad triduum maneret in seculo, sed monachican capesserent omnes. Quis enim vel nostri ordinis tutus esset, vt se res nunc habent, si sexenta præcipitia Patres sanctissimi, & optimè de christiana republica meriti non sustulissent? Nunc verò non est, quod nimil tremperemus, si duntaxat duos scopolos fugiamus. Nisi enim quis nominatim sit excommunicatus, & quidem denuntiatione facta publicè, pro more regionis, resque tibi comperta sit, non est quod timeas, quod quidem ad vinculum attinet. Nam si malum Christianum fugias, rectè feceris. Itaque nunc licet versari cum Calvinistis, Lutheranis, & huiusmodi perfidiosis hominibus, licet sint à Pontifice generatim excommunicati, nisi designetur ex nomine fugiendus. Esto, noris ex colloquio hæreticum, ex fama lenonem, fœneratorēmque cognoscas: nisi tamen vibretur nominatim in hunc, vel illum anathema, non est quod formides. Alter est scopolus perpetui anathematis. Si enim quispiam agnoscat violentas manus in clericum nonmodò Episcopum, aut sacerdotem, sed priuam tonsuratum immisisse, quia huc non requiritur denuntiatio, vitandus est, sed tamen habet res hec multa asyla. Si quis enim duntaxat tentavit, si vibrat gladium, nec attigerit, nihil est, si ioco, ignorantērve factum sit, est metus: quia oportet perfectam esse actionem. Adhac si per modum castigationis fiat, aut vim illatam repellendo, nil metuendum.

*Hæc duo si fugias, tutus es ab excommunicatione. Si querat aliquis, quid contagij dimanet ad eos, qui versantur cum iis, qui tantum minoris excepérunt excommunicationis sententiam, aio nil esse hac in parte discriminis. Nihilominus ad eum modum qui ligati sunt, neque ad sacramenta penetrare, neque cuiquam electioni consentire debent: cùm ipsi etiam suffragatores non sint extra teli iactum, sed eadem mox induant vincula. Quocircà consultè faciunt, qui ante absolutionis beneficium in exomologesi liberant hominem ab ista censura. Hæc sunt, quæ nostris catechumenis suffictura videntur. Nunc tribus verbis diluamus, quæ aduersarij solent obiicere. Primum damnant in catholicis, quod penes Episcopos hanc potestatem esse contendant: quod nullius esse momenti, docet caput 16. Matthæi, & cap. 18. vbi Christus Petrum, ac reliquos Apostolos hac prærogatiua gaudere iubet. Alibi Patres attulimus, qui ad hunc modum interpretantur, Areopagitam, Ambrosium, & canones Carthaginæ. 3. Ancyranum 12. & Tridentinum ca. 5. & 6. sessi.*

*14. Quod autem Ambrosij se nisi iactitant testimonio, dicimus non Ambrosij, sed Pelagijs esse commentarios, ex quibus illi suffragium hærefoes mutuantur. Nam quæ fuerit Ambrosiana sententia, prodit germanus illius fœtus liber de pœnitentia prior, cap. 2. 3. 7. & posterior cap. 1.*

Et vt

Et vt sua præxi nostram hanc fidem suam fuisse declararet, quem adhibuit vel sacerdotem, vel clericum, vel alium è plebe, cùm in Theodosium vibraret hoc telum Ecclesiæ? Chrysostomum autem velle in eisdem trahere partes, summae est impudicitia; cùm apertissime nostram ille orthodoxiam tueatur libri 3. de dignitate sacerd. ca. 5. & 6. Fateor Episcopos grauter hac in re debere vesari, nec temere sine sacerdotibus ferre sententiam, maximè vbi de anathemate res agatur, vt superius ostendimus: interea penes Episcopos residet tota potestas. Quod autem maiores nostros crudelitatis insimulant, ac nominatim D. Cyprianum, ludicrum est; cùm & ille libri 1. epistola 3. & Ecclesia Aurelianen. cap. 1. & Rotomagen. ca. 4. suam abundè clementiam demonstrent. Nec enim aliud quærebatur, quām vt peccatores ad mentem, in columnatorem, ac salutē reuocaretur; nec in alios, tentatis prius omnibus, quām in desperatos, & cōtumaces iste muero stringebatur. Quod adferunt Chrysostomi nomine quandam homiliam de anathemate, quæ est in tomo. 5. mirum est: cùm ille planè reclamat in opere confessio, lib. 3. cap. vltimo de dignitate sacerd. Quæ tamen homilia, si esset Chrysostomi, nil vult aliud, quam ne prius quisquam anathemate percellatur, quām adhibitis omnibus, nulla ratione curari potuerit; quod & nos optaremus, & Tridentina synodus sessi. 25. cap. 3. decreuit. Nam penè inauditum præcidere, & tradere satanæ, vel horrendum telum in incertum vibrari; & vbi non constat de cuius vel vita, vel morte decernatur, dærestabile est. At vbi nihil te profectum scias; vbi noris membrum toti Ecclesiæ corpori perniciosum: quid dubites, quin cum Apostolo Paulo tradas huiusmodi hominem satanæ, vt ille Alexandrum, & Hymenæum; non vt penitus intereat; sed vt discat non blasphemare? Nam Ecclesia constituit diabolo terminos; vti quondam in Iobi causa primū in opes, ac liberos, postea & in corpus; vt tandem à crudeli paedagogo cibratus, atque vexatus indulgentissimæ matris gremium requirat, & inaeniat. Explicatis De subditis & finctione.

Z. z. 2. pestiuum

*De referuatis  
basim.*

*se si. 14. cap.  
2.*

pestium est hinc decedere. Nec enim quenquam latet peccata venia-  
lia tam esse libera; vt peculiarem, ac proprium iudicem non requirant.  
Reliquis erat nodus de casuum reseruatione; sed quia ex iis, quæ nuper  
de clauibus dicta sunt, constat non tantum penes Pontificem, & Epis-  
copos esse hanc potestatem; verum etiam posse vel totam, vel ex parte  
aliis impartiri: idcirco non plura de hoc capite; præsertim cum habe-  
mus diuinum super hac re Tridentinæ synodi iudicium. Qui autem, &  
quot sint casus vel à Pontifice, vel ab Episcopis reseruati, disputandum  
non est. Nam vt Pont. Max. per eandem synodum, rebus id exigentibus,  
Christianæque reipublicæ commodis, omnium casuum fecit Episcopis  
potestatem; ita sanè optimi quique Episcopi vniuersum illud ius  
doctis curionibus permiserunt. Nam cum peccatorum confessio, ad  
quam olim magno ambitu peruenire satagebant, sordeat; quid ager cu-  
rio, si in morosum incidat peccatorem? Evidem si me consultorem au-  
diant catechumeni; nunquam regendarum animatum grauissimam sar-  
cinam in suos humeros deuolui permittent, nisi vna cum hac ab omni-  
bus casibus absoluendi potestate. Interè nihilominis firmissimè reti-  
nendum inuitis Episcopis nihil hic licere curionibus.

### De restituzione.

*Encomium, & definitionem ponit restitutio-*  
*nis, ad quam deinde*  
*qui teneantur decem constituit hominum genera, postremò*  
*cui debeat fieri restitutio declarat.*

### Catechesis 167.



B excommunicatione rectè facturi videmur transitum ad  
restitutionem. Nam vt illa impedit, quo minus impendi  
queat absolutio; nisi prius cœlestia vincula resoluantur: ita  
frustra quis peccatorum sibi cōdonationem pollicetur, qui  
restitutioni prius non dederit diligentem operam. Hoc au-  
tem argumento nihil magis vel opportunum, vel necessarium arbitror.  
Incidimus enim in seculum, in quo vix villa priscae huius virtutis appa-  
rent vestigia; & cum vbique graffetur, ac regnet iniquitas, cædes, furti,  
rapinæ, dolii, fraudes; restitutionis, quæ his omnibus malis finem im-  
ponat, ne nomen quidem superesse videtur. A summo vertice ad plantam  
& regnante omni penè rbi que iniustitia, usque in corpore ecclesiastico vix quicquam cernas liberum ab ini-  
ustitia. Et collegia, & monasteria, & Episcoporum sedes, & quicquid sa-  
cram, ac sanctum usquam; & contaminatum, depravatum, & iniquitate  
conspurcatum. Inuidiosa, fateor, oratio, sed vera: neque pudet, neque pi-  
get teneras autes mordaci radere vero, si cuipiā prodesse queamus. Cum  
enim curionibus mille factæ sint iniuria, cum illis plurima iniquissimè  
extorta;

*Hoc seculo  
quam necessa-  
ria si restitu-  
tio graffante,  
& regnante  
omni penè rbi  
que iniustitia.*

extorta; cum latissimè vagetur immane barathrum, & horrendum sacri-  
legium simonia; quis nostris hominibus neget peropportunam fore  
hanc tractationem? Iam si ad potentum, nobiliumque rationes acceda-  
mus propriū; videntur ludum instituisse non tantum de capite, fortunis-  
que pauperum; sed etiam de opibus ecclesiasticis. Et cum maiores nostri  
se gratissimam Deo victimam macratae iudicauerint, si ecclesias, ac mo-  
nasteria splendidè ditaissent: nunc vicissim non videtur hæc ætas Deo  
gratus agnoscere sacrificium, quam si fortissimè vastet, expilet, exhaus-  
riat, euertat denique veterum, ac maiorum summæ pietatis præclara  
monimenta. Si in vulgus etiam prodire libeat, ubi non occurret foene-  
rator, & (vt vocant) finanziarius? Quotus est hominum, qui mercatu-  
ram exerceat, vt proximo, ac reipublicæ consulat; & non duntaxat, vt  
quam maximas opes congerat? Attamen extra controversiæ est omnes,  
qui hoc vitæ genere tantum ditescere querunt, obnoxios esse restitutio-  
ni. Non simus igitur imprudentissimi, si cum ita res se habeant, neque  
inquiramus, quo pacto nostram innocentiam, & securitatem conscién-  
tiæ seruare queamus; neque caueamus ab alieno contagio? Atque vt hinc  
nullum esset periculum, vt existeret, quæ olim vigebat, liberalitas: tamen  
ista restitutio res est tam laudabilis, dignaque homine Christiano; vt  
non immeritè dici queat à Christo alienus, qui hanc non amet, exof-  
culetur, exerceat. Si enim id pulcherrimum est, quod omnes in se vir-  
tutes complectitur: quid cum ista virtute conferatur, quæ non est nisi  
iustitia, siue iudicium, quo nítitur iustitia, quo homo & id, quod Deo, &  
sibi, & proximo debet, persoluit, atque conseruat illibatum? Si admirabili  
videtur fortirudo; quid restitutio fortius? videntur enim homines  
obnoxij restitutio quiduis potius præstaturi; adeò vt plurimi in sua  
obruantur, ac sepeliantur iniustitia, priusquam ed adducantur, vt male  
parta laudabiliter restituant. Nam vt post mortem curemus extrui tem-  
pla; multa erogemus in pauperes; instituimus anniversarios: posthu-  
mum est, serum est, fruolum est. Post mortem tui iuris esse desinunt;  
nec placent Christo, quæ ex rapinis, furtisque conflasti. Quod si tuo  
nostrorum moueris periculo; respice ad sanctissimorum patriarcharum iusti-  
tiam; & vel ex illa pulchritudine tuæ tibi sordes minus arrideant. Oc-  
curret laudabilis Tobias constitutus in caligine; excitus ille ad furtiu  
hœdi balatum: *Videte (exclamat) ne forte furvius sit: reddite eum do-  
minis suis, quia non licet nobis aut edere ex farto aliquid, aut conti-  
ngere.* Abrahami quoque sumnam iustitiam laudat Philo Alabatches;  
qui cum iusto bello partis spoliis onustus rediret à cæde regum, & rex  
Sodomorum obuius tantum laboraret de animabus: *Leno manum meam  
ad Dominum Deum excelsum posseforem cœli, & terra (inquit Abra-  
hamus) quod à filo subtegminis, usque ad corrigiam caliga, non acci-  
piam ex omnibus, qua tua sunt.* Sed & alias, ubi de emptione sepul-  
chri esset sollicitus, noluit gratis obtrusum agrum accipere. David quo-  
que audiens fabulam propheticam, quæ tamen de ipso narrabatur; *Reg. c. 12.*

Tob. 21.

Genes. 14.

Ibid. 13.

2. Reg. 25.

Labilitate.

Definitio re-  
stitutionis:

Damnum quid.

Hominum ob-  
noxiorum re-  
stitutioni ge-  
nera decem.Aperia ini-  
zia.

Iusso.

virum mortis esse iudicat eum, qui ouiculam eripuissest. Sed & in de-  
ferto versatus cum pastoribus Nabalis, tantum habuit innocentiae te-  
stimoniū; vt die, noctūque pro muro gregibus fuisse faterentur. Sed  
quid pauculis immoramus; cūm passim offerant sese talium rerum exē-  
pla Moses, Samuel, Helias Daniel, & alijs quamplurimi. Utilitatem verò  
quid attinet prædicare, cūm nemo non fateatur esse consultissimum ha-  
bere manus puras ab omni munere, rapina, & iniuitate? Quis ne-  
scit criminis non sperandam esse veniam, si ista non præcesserit? Quòd  
si externas opes intueamur, notum est malè partum malè dilabi, & ferè  
raptorum, & iniustorum hominum liberos, esse prodigos. Sed fac im-  
menses opes, &c, si ita velis, totum mundum congestum in tuas arcas  
quid iuuat cum perpetuo luctari cruciatu? Semper pallescit, qui sibi  
malè partorum est conscius. Quocircā pios omnes arbitrio flagrare de-  
syderio cognoscendi rem tam præclarā. Sed est argumentum perdiffi-  
cile, atque ita à maioribus nostris tractatum, vt non minus laboris ad  
cognoscendum, quam ad præstandū Christianum officium requiri vi-  
deatur. Spero tamen nostros catechumenos, qui sese non segnes, inertes-  
que præbuerint, ea facile reportatuos, quæ satis eruant futura. Et vt rem  
aggregiar, en breuissimam definitionem. Restitutio est pro eo, quod cui-  
piam damnum dederis, congrua satisfactio. Hic si quis intellexerit, quid sit  
damnum, quis illud vel dederit, vel dare possit, & quæ sit satisfactio con-  
grua: rem totam habebit cōpertissimam. Damnum igitur, quod alij ac-  
ceptionem vocant, non id solum complectitur, quod vulgus intelligit,  
sicut videlicet in pecunia, vel re quapiam ablata, sed omne prorsus in-  
commodum, quod vlla ratione queat inferri, vt damnum, dederit, qui  
vel pugno lætit, vel infixit plagam gladio, vel pestilenti sermone fa-  
mam conscelerauit alterius, quive depositum negauerit: vt partim ini-  
quam actionem, partim rem ab alio sublatam significet. Sunt autem hu-  
ijs pestis tam varij sinus, & nocendi rationes, artesque tam varie, vt ex-  
plicari nequeant. Itaque de illis potius agamus, qui illatum damnum  
sarcire debent; quos, si ita videatur, possumus in duos versiculos com-  
pingere, ineptos quidem, sed insanoū est hominum delicatos cibos  
in fame fictilibus illatos contemnere.

Iusso, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obliquans, non manifestans.

Sunt enim hominum obnoxiorū restitutioni genera decem. Primum  
autem, vt notissimum, in versibus istis nō adnumeratur, patratorum cu-  
iuspiam iniustitię, vt qui cædem, rapinā, fœnus, aut tale quid siue iussi,  
sint conducti designant, cū primis ad damnirestitutionem teneantur. Et  
quia nulla est hac de re quaestio, non immorabimur. Sequitur Iusso. Qui  
enim mandat, etiamsi manus à furto, & iniustitia, linguam à detrac-  
tione cohibeat, si tantum subornet alios, si inducat, exhortetur, imperet;  
non est extra noxam. Si tamen nil sit effectum, liberatur is, qui iusserat:  
quod ubique spectandum est; quia vbi non est illatum damnum, nil est.  
quod resti-

quod restitutionie indigeat. Iam verò, qui dederit consilium sceleris, <sup>consilium</sup>  
etiam si præterea nil conferat, ne se immunem credat. Nam quilibet  
horum, quos geminis versibus cernimus alligatos, debet quicquid est  
noxae refundere: non quod decuplam fieri oporteat restitutionem, sed si  
reliqui negligant, vel decimus præstare debet. Si tamen non successe-  
rit consilium liber est, quamvis in Dei conspectu sceleratus habeatur  
consultor. Quod autem ad consensum attinet, non illico censetur ob-  
strictus, qui quoquo modo consentit, sed qui demum ita conspirat, vt  
ad criminis patrationem conferat. Nam (vt res manifesta fiat exemplo)  
si quosdam videā aliquod facinus aggredi, quod mihi placeat in finu,  
occulta illa lētitia nihil promouet illoī iniquitatē: ac prop tereā nou-  
censebor author accepti nōcumenti. Sed si non essent alioqui patraturi,  
quod moliuntur, nisi cōsentirem & approbarem: tum demū, quia pa-  
ratos ad matū magis ago præcipites, fio particeps iniquitatis. Quintum  
locum obtinet adulator, qui si post iniustā actionem accedit, & eā falsis  
euehat laudibus, non est censendus obstrictus: quia, vt fieret iniuria, nul-  
lam ansam præstitit. Si verò prius hominem dementarit, vt ille captus  
adulatione animū instituat ad flagitium perpetrandū: ibi preculdubio  
fit socius iniuriæ, cuiusmodi homines, certissimæ pestes rerum publica-  
rum, vtinam nō tā frequentes adefsent principibus, iudicibus, & magi-  
stratibus. Sequitur Recursus, refugii, asylium, vt si deprehensi hac in ci-  
uitate fures, sacrilegi fugiant in agrū Cameracēsem, quod læsus nequeat  
persequi: proculdubio qui talibus præstant perfugium, ne cogantur legi-  
bus vel furtū reddere, vel dare pecnas, ipsi sese alieno crimine inuolent,  
nec suā saluti queunt consilere, priusquam ab aliis factam iniuriam ipsi  
persoluerint. Nec immeritō: cū tahtū non prouocent improbos, cer-  
tē alant in scelere nefario, vt perseuerent, &c, quam semel acceperunt,  
iniustitiam ad postremum usque persequantur. Nam si quis paret iure  
furem persequi, ad sunt mox isti iidem receptatores, vt fidissimos, aut po-  
tius fœdissimos alienæ iniquitatis se patronos exhibeant, ipsis furibus  
iniquiores. Septimam sedē occupant participas, nō tantū qui rapinæ,  
& rerum malè partaru est particeps, sed qui consors est sceleris, & ope-  
ris nefarij, vt sunt fœnectorum administri, qui pignora accipiunt, vel  
curant: quod genu's hominum non est alienum necessitate restitu-  
tio-  
nis, quicquid interea sibi pollicantur, & mentiantur. Quemadmo-  
dum non est sceleris purus, qui ad necem conductit homicidam: ita  
qui fœnectori præstat operam, reus est. Nam & cædis primus ille au-  
thor poterat quidem alium inuenire sicarium: quia tamen hic suas  
locat operas, homicida est: sic res habet hac in parte, nisi quod tanto  
minus cogendus erit ad restituendum, quanto minus quis in scelere  
fuerit intimus. Octauo loco Mutus ponitur, qui cūm possit monendo,  
increpando, comminando, absterendo, & sexcentis modis aliis homi-  
nem ab infania teuocare, & furtum, vel iniquam actionem impedi-  
re, deest officio; vt si pater filium, præceptor discipulum, herus seruum  
<sup>Mutus.</sup>

552 videat quippiam iniuste tentantem, nec obsistat. Nam hic locus non omnes, sed eos duntaxat complectitur, quorum id muneris esse videtur: tamen dici non possit, quām res ista latē fundatur. Si enim vel spē aliqua ductus, vel metu reticeas, dissimiles, tacitusque videas iniquitatem, audies illud propheticum: *Canes muti, non valentes latrare.* Ne quis tamen oriatur scrupulus, si quem tale quid aggredi videas, & possis monere, atque adeō impedire, nec facias, quia tibi commissus non est, nulla quidem erit restituendi necessitas; peccabis tamen grauiſſime, qui salutem fratris negligis. Mandauit enim Deus vnicuique dē proximo suo. Tempus, & locus postulant, fortassis est spes compescendae insaniae: & his contemptis à correctione fraterna discedis? Ex isto capite lux quædam frequentibus infertur. *Non obſtans*, qui non impedit vel præsentem, vel futuram iniquitatem. Atque hic locus complectitur eos duntaxat, penes quos est in republica potestas. Quicunque autem vel latrocinia patiuntur, vel fures protegunt; ac fouent in suis viribus, euadunt obnoxij restitutioni damni, quod illi dederint. Ad hunc modum si grassantur hæretici, sicut nocturni conuentus, seducitur plebs, est qui hoc malum non ignoret, timore vano dormitat, nequit moras, causatur quippiam, interim pestis in dies proferit: quisquis ille est, fit reus pereuntium omnium animarum, & ærumnarum illius loci, siue sit prætor, aut iudex, qui habet à principe creditam fidei suæ ciuitatem, si, quantum fieri potest absque suo damno, non fecerit officium. Superest postremus *Non manifestans*, qui ad occultæ iniustitiae declarationem spectat, utputa si quippiam vel nunc factum, vel futurum propediem agnoscam, quod propalatum, vehementer conduceret rebus proximis, nec manifestem: sum in criminе. Si enim furum consilia inaudiuerim, nec proximum, vt caueat, admonuerim: meum est datum damnum restituere. Ad eum modum, si quis pro furto captus sit, quem noueris innocentem: nisi tu testatam facias eius innocentiam, etiam iuramento, non facis officium Christiani. Huc etiam pertinet testimoniorū fides, & ratio, qua in parte peccatur hodiè grauiſſime, dum vix inuenitur, qui veritati, cuius erit conscientia, velit testimonium perhibere, cūm sit illa res diuinis cultus pars multo maxima: quo circa si per testimoniū taciturnitatem cuiquam nocumentum illatum fuerit, illis preſtantum est. Verum cum hactenus de restituzione loquamur, necdum diximus, cui debeat illa fieri. Igitur in vniuersum illi facienda est, qui damno fuit affectus. Si per contumeliam, detractionem, plagas, incendia læſeris proximum, illi eidem cura vt satisfacias. Sed hīc opus est summa prudentia. Nam interdum fieri potest, vt res, quæ iniuste apud alium erat, furto tollatur: itaque si ille conductam habebat, potest vel conductori, vel locatori restitui. Rursum si quippiam vestes, aut vag argenteum creditum, vel depositum feruerit, que furto surripiantur, ea quidem non malè creditori redderentur, nisi debet ille, cui res primū deperiit, depositum, vel pignus restituere. Itaque debet illi fieri restitutio, qui rem habuit depositam, vel concreditam,

&amp; sic

Isaia 56.

Ecclesiasticus 17.

Non obſtans.

Non manifestans.

Cui fieri debet restitutio.

& sic tenendum est, vbi res translata est ad alium dominum. Qui autem furibus ablata in publicos aut suos usus conuertunt, & illis adimunt restituendi facultatem, & luculentam irrogant iniuriam iis, quibus prius sublata fuerant, quos æquum erat sua recipere: quamuis non ignorem quibusdam in locis ius istud iniquissimum obtinere. Restitutio enim domino fieri debet, si res non sit alio translata: quod si factum sit, tum ei, qui proximè ius in rem obtinuit, vt inde ad primum possessorem redeat. Si verò quippiam fœnator, aut avarus ita pignus obseruet penes se, vt nunquam redditurus videatur, si furto postmodum auferatur, & res ad secretum forum deducta fuerit: non immetit censeatur debere restitui pauperi, qui pignus illud fœnatoris dederat, si modò ille suis in rebus nullum damnum accipiat. Postremò si quis ita prodigus sit, vt rem non tam suam, quām alienam videatur dilapidatus, huic si quid extortum fuerit, non male restitueretur ei, cuius esse constaret. Cūm autem ignoratur, qui damnum accepit, in proximi locum succedant pauperes, & in vniuersum Christus omnium hæres. Sed vbi licet restituere ipsi, cui surreptum est, vel eius liberis, atque hæredibus, præclarè.

*Cuius, quanti, ubi, quo tempore, & quomodo restitutio facienda sit.*

## Catechesis 17.

**P**ostremo conuentu de damno, atque personis, quæ ad restitutio definitionem pertinent, satis. Sequitur vt explanemus extremam illius partem, de satisfactionis congruitate, & isti rei finem imponamus. Itaque, vt sermo noster non euagetur in diuersa, congrua hæc satisfactio quinque in quæ capitibus absoluitur. Spectandum est enim quidnam sit restituendum, & quantum, vbi, quandò, quomodo, & quo ordine, ac serie: quæ satisfactione ab aliis copiosissimè disputantur, sed catechecitis angustiis ita inferiue- spectanda. Quid restituendum.

igitur id tantum postulat satisfactionis congruitas, vt qui rem quam- piam sustulerit, aut penes se deprehenderit, illam reddat integrum. Et istud usqueadē necessarium est, vt si quis rem non iniusto titulo com- parauerit, reddat tamen oportet absque pretio, vbi quis eam sibi iniuste vendicauerit: qui autem sic emptam vendiderit, lucrum ex ea, si quod accesserit, refundat necessè est, quod si lucri nil fecerit, censetur immuni- nis. Neque valde tuti sunt, qui nimium familiariter versantur cum usurariis, atque iis potissimum, quibus nihil est iniuste partum. Nam facturus erat domi quippiam sumptum prandendo, debet pauperibus, aut Ecclesia, vel iis, quos expilauit ille, restituere: quod si tantudem sumptus domi fiat, atque si ibi pransus esset, nihil tum erit periculi, quia nullum sit lucrum. Quod ad secundum attinet, certum est hominem partia facere oportere restituendo: quanquam landabiliter Zacharias reddiderit quadruplum, sed hoc non est necessarium, nec aliud debetur, Quantum restituendum.

AA. quam.

*Ecclesie restitu-*  
*tione.*

*Restitutionis*  
*tempus.*

*Exed. 20.*

quām res eadem, vel æquale prætium, si tamen is, cui sublatum erat, nil iactetim damni senserit propter rem sublatā, vt si quis vet instrumentis, vel vestibus spoliatus cogatur fraudare genium, aut grauata sua pignora, tunc enim quicquid accessit detrimenti, sarcinandum est. Et in his rebus tatiſſima est rem non nostro arbitrio; sed viri boni iudicio aſtimare. Si quid sit de loco dicendum, ferè in vniuersum ſufficit, ibi reddi oportere, vnde fuerint ablata. Sed quia frequenter ſedes mutant homines, danda erit opera, vt res ad ſuum dominum perferatur: qua in re ſi fit faciendus ſumptus, illius erit præſtare, qui proximo fecit iniuriam. Si autem res nullius fit momenti, aut certe non tanti, vt probable fit dominum de ea non laborare, nec velle quicquam impendi, vt eam recipiat: tum bono viro iudice dabit pauperibus, aut Ecclesiæ. Quæ ſuperfunt maiorem habent difficultatem, & cum primis maximi est momenti tempus reſtitutionis, in quo primum falluntur, qui putant idcirco non eſſe primo quoque tempore de reſtitutione laborandum, quod videatur eſſe præceptum aiens. Nam etſi verum fit aientia præcepta loci, temporisque opportunitatem præſtolari: tamen ſi recte iſtud conſiderauerimus, non tam eſt affirmans, quām negans: Non detinebis rem alienam: illi perſimile: Non furtum facies: cuiusmodi nullam moram patiuntur. Nolim tamen iſta ſic vrgeri, vt ſi quis media nocte inducat animum ad reſtituendum qui detinet aliena, ſtatim per tenebras ſursum, ac deortum curſitare debeat, vt ſatisfaciat: ſed ſatis tempeſtuum erit, ſi primo quoque tempore, ſi potest hac hora, ne in ſecundam, aut tertiam differat. Quia autem ſepiſſimè contingit, vt qui alienum occupat, reſtituere nequeat, ſine graui rerum, & familiæ incommode: ſi quid ſimile exiſtat, videtur non iniquum diſſerre nonnihil, donec rebus ille ſuis melius proſpiciat, niſi fortassis cui furtum factum eſt, iſdem difficultatibus inuoluatur. Tunc enim iuſtius reum, quām inſontem, afflixtari. Aſt vbi iuſto titulo quis hereditatem adierit illius, quem poſtea comperiet fo-neratorem fuſſe, & ita ſi properata reſtitutione fit ſe exhausturus, & familiam ad egestatem, anguſtiasque redacturus: non iniqua fuerit prorogatio. Si autem iſiſt, qui per fraudes, ac nefas corraſerit proximorum opes, illi nulla danda eſt mora, etiamſi fit redigendus ad inopiam. Eſto, ne teruncium habeat, ſit miser: id enim ſatius eſt, quām non reſtituere, quæ per ſumma iniquitatem parauerat. Si tamen fama periclitetur, tum indulgeri nonnihil poterit, vt exiſtimationi bona interim conſulat. Fortassis enim ſi hodiè reddat, cras habebitur fur, & infamia nota mifubitus eſt: atqui non eſt aurum tantū, vt illius ergo nōminis iactura fiat. Hic igitur expectanda erit opportunitas, exquirendus aliquis, per quem peragi queat reſtitutio: & ſi interea dies, mensiſque vnuſ, aut alter effluant, non eſt periculum. Ad haec præſides exomologetici nullam hic debent moram concedere: exigenda eſt ſatisfactio, quæ ſi defit, aut faltem peratus animus, abigendus eſt peccator. Quid enim de aliena pacifceris iniuria? Læſus eſt, cruentus adhuc ingemit proximus, pauper

pauper etiamnum vociferatur, & numen inclamat: & tu authorem iniurie absoluere: Absit. Abeat potius, reddat, redeat: ac tunc demum abſolute. Quia tamen interdum tempus aliud poſtulat, & reus ipſe bona fide ſe mox facturum pollicetur; meliusque de illo ſperandum eſt, qui de cordis expiatione ſolicitus eſt; permittitur dilatio: ſed ſi denudò reueſſus, neclum ſatisficerit, ne audiatur. Sic equidem noſtri, quorum hac tēpeſtate conſiliū eò magis placere debet; quod ita veremur in confeſſionibus; vt putemus nos ludere. Huc adde pauperes, qui non habeant reſtituendi facultatem, poſſe admitti ad abſolutionē: ſi duntaxat promittat, ſi vñquā liberalior fortuna eſfulgeat, ſe quicquid furati ſunt, reddituros. Qui enim nil diuitiarum poſſidet, is tutò ſoritur longiſſima ſpatia reſtitutionis. De modo autem non multum erit laborandum, vbi ſecura erit fama, & anima. An verò per ſe, an per alium debeat fieri; eſt quæſtio. Si tamen tutò fieri poſſit, ſatius eft eum, qui fecit iniuriam, huic rei operam dare. Et quidem vbi de Christo, vel pauperibus agitur; nullum eſt periculum: ſi tamen hac etiam in parte ſit metus, ne homines putent largiores eleemosynas ex rapina fieri; licebit aliena vti opera. Quod attinet ad res minutas, & occultas; per eum, qui fraudem admifit, clām reſtitui poſſunt: ſi incerta ſunt, fere ad Christum redeunt. In rebus publicis tenendum, quod leges habent municipales, aut ciuiles cuiusq; vrbis, aut municipij; vbi verò quis eft obnoxius ſarcinæ proximi famæ, ingens eft difficultas. Nam ſi quis cuiuspiam exiſtimationem falſo cri- mine, nulla affectus iniuria, vel propter iniuidiam, vel proprij compen- dij gratia laſerit; necesse habet apud eosdem ſeſe mentium fuſſe con- fieri, apud quos proximum accuſauerit. Vbi autem verum crimen fue- rit obiectum: ſed tamen ex malevolentia: eft cantè agendum. Neque e- nim te mentiuſi eſſe dicere debes; ne peccatum peccato velis abſtergeret: ſed his verbis liceret vti: Ego illi viro nuper detraxi, dixi eſſe hæreticum, ſimoniacum, &c. in iuſtè feci: ne quæſo a vobis talis habeatur, quale ego dixi. Atque hic rufus videndū; ne huiusmodi reſtitutione plus noceat. Si enim apud virum prudentē, atque in his rebus veratū dicas te ini- què detraxisse; ſtatim ille te quidem dolere intelligent, propter lapsu- lingua: ſed nihilominus verum eſſe coniiciet, quod alteri fuerat obie- ctum. Itaque oportet sermonem ita iuſtituere; vt ex eo nil tale ſubodo- rari poſſit; vt ſi quis dicat: Rogo, ignoſce mihi; nuper enim hoc narran- do offendi Deum, & te, & proximum. Huc pertinet quod ſi quispiam ſtudio, ac industria diſcipulos, aut alios quoſuſi falſa docuerit; ſi qui- dem ad rerum intelligentiam illa pertineant; obnoxius eſt reſtitutionis, quā per palinodiam exhibeat: ſi res ea ad morum ſpeſet corruptelam; danda erit opera, vt in viam eos reuocet. Qui autem incaute, vel loquē- do, vel operando dāmmum dederit, ſaluberrima reſtitutio eſt pœnitenti- ia exemplis rem ipsam, ſe q; ipsam dāmmare. Quod ad ſeriem, iſtud ſuf- fecerint. Si potes omnia reſtituere; paru refert cui priuis, cui posterius. Si non potes omnibus; quæ apud te etiā tu in ſua ſpecie integra cognociſis,

*De modo reſ-*  
*stitutionis.*

redde propriis dominis: In reliquis, quæ incerta sunt, sequeris leges municipales: atque omnibus in vnum conflatis, si minus queas, quod suum est, vniuersis; saltem singulis nonnihil restitue. Nostræ etiam istud probant, vt quæcunque inuenta fuerint, etiam empta, imo necdum soluta, redigantur in cumulum, ex quo satisfiat iis, quibus fraus facta est. Verum quæ integra sunt, vel accepta pignore, vel deposita, non sunt in illam confusionem deducenda, sed propriis quaque dominis restituenda. Hæc qui sectatus fuerit, non male sive saluti prospexitse iudicabitur.

### De confessione.

*Difficultatem, quæ aggressuro confessio[n]is materia[m], prima ocurrat, aduersos diaboli, hæreticorumque conatus, & catholicon[um] h[ab]it[us] vita indicat, maxime leui certamine tentatis hereticis, apud sacerdotes iudicium peccatorum residere ostendit, & quid hic peccetur à multis exponit.*

### Catechesis 169.

 Estatum satis arbitror nostris catechumenis nil dici verius, nihil moribus nostri seculi accommodatius, nihil salubrius; quam mundum hunc vniuersum positum in iniustitia: vt si qui sint, qui cupiant emergere, quibusque pes in directo sit positus, optentque Deum in ecclesiis benedicare, atq; ita ingredi in innocentia; vt tamen laborent interea, coganturque poscere redemptionem: iis esse protinus confugiendum ad confessio[n]is remedii nemo dubitet, quæ post baptisimum relapsis vnicarum tabula supereft. è peccatorum naufragio enatare satagētibus. Nam fruſtrā vel restitutio, vel satisfactio instituetur; si postmodum ista non succedat. Itaque posteaquam de illis, quod satis est catecheterio, differimus; ad hanc est sermo conuertendus. Quamuis enim de confessione, vt est pars sacramenti penitentiae, non semel loquuti simus cum alibi, tum in praecipsis Ecclesiæ, tamen (quod ibi monuimus) plurima huc pertinent. Atque utinam liceret subterfugere; neque locus eandem tractationem à nobis flagitaret, quæ in ipso statim limine tam est impedita, lubrica, scandalis, & inuidentia referta; vt vix liceat homini libero sententiam explicare. Quid tamen hic agat veritatis amans, & professor catechistes? Satan hostis generis nostri, & oppressor diuinæ miserationis dedit semper operam; vt confessio[n]is administri Episcopi, & sacerdotes nescio quo thraſonico typho inflati protelarent peccatores; & vix tandem paratissimos admitterent: hoc autem seculo, vbi videt sacerdotes Dei esse factos assentatores, & sub omni cubito puluillo consuere; huius rei saluberrimæ odium ipsis ægris, atque peccatoribus instillat. Aliunt enim hæretici totum hoc negotium metam esse tyannidem; pugnare cum christiana

*Datus dia-*  
*boli.*

*Quid h[ab]it[us] est in confes-*  
*sione?*

stiana libertate; vix ante Nestarium ambitionis quosdam homines id *stani rabies heretica.* imposuisse populo Dei, quod Nestarius, pro sua constantia, tandem excusserit: illi Chrysostomum ita successisse; vt idem adserenda libertatis demandatum sibi studium fortissime retineret; atque in istam sententiam à pluribus Episcopis itum fuisse. Itaque sublatam confessionem, donec Gregorius Magnus, vel Innocentius III. in concilio Lateranensi iugum istud ab Orco reuocatum populi Dei ceruicibus rufum imponebat. Sic sacram anchoram peccatorib[us] eripiunt; & perditos, vt porrò in morte, criminumque lethargo sepeliantur, vetant querere medicinam. Et, quod est extrema impietatis, vt populum hac tempestate ad rerum mutationem anhelantem inflammat, dementatque magis, qui per se satis insanis; iunt sacerdotes istud vrgere tantum, vt aliena corda perscrutentur, & norint, quid quisque sceleris ad miserit; quod deinceps habeant sibi obnoxios, & metu prodendi, quod latet, exterreat; quæ belli tuba ybi increpuit, incredibile dictu, quam ingentia agmina desertis orthodoxis ruant in barathrum Caluinianum. Hac porta pedibus eūt innumerabiles in Anabaptismum; alij alio itinere in auia Lutherorum discesserunt; paucissimi in maiorum sanctissima religione perseuerantes rem istam suscipiunt. Atq; in tanta paucitate (quod miserium est) quantum est vitij, ac tenebrarum? Quidam ita consententur; vt insano pudore multa vel mentiantur, vel reticeant; & quæ in foro inter cōgerones, & compotores aperte prædicant, dum huc ventum est, etiam rogati negant. Alij ita versantur in hac re; vt videantur aliud instituere, ita omnia inuoluunt, & illudunt fungis sacerdotibus. Plerique tales sunt; vt confessionem de die in diem prorogent; ita vt vix in fine vitæ plurimi ve- Quantum est  
vitij, & con-  
teptus in fre-  
quentatione  
huius sacra-  
mēti intereo,  
quietiam cre-  
dunt. lant confiteri: fitque hunc in modum, vt exiguae illæ caule Christi vatriis imposturis, & voluntaria morte pereant. Hæc cùm ita sint; quis non agnoscat, fateaturque libenter istud argumentum non tam hominē, quam angelum; non nostram infantiam; sed diuinam quandam eloquentiam requirere? Nam in quibusdā dogmatibus adeò plana, & aperta sunt omnia; vt vix dicenti liceat ingenium prodere; nec auditor ullam patiatur mortam; sed orationem præcurrat intelligentia. At h[ab]it[us] experimur, quod Ilioneus insignis orator apud Maronē reginæ Carthaginēsum dicebat: *Quod genus h[ab]it[us] hominum: quæve h[ab]it[us] tam barbara morē Permitit patria? hospitio prohibemur arena, Bellum c[on]fient, primisque vetant confondere terram.* Ad eum enim modū h[ab]it[us] sit cū catechista; nec primū quidē vestigium licet in littore tuto collocare. Nam cùm prima sit de rei essentia qualis; quæ constituta, liceat progredi longius; statim hic occurruunt aduersarij, primaq; fronte negant villâ esse confessionem. Itaq; nihil h[ab]it[us] non contouersum, ac difficilimū. Quapropter, vt ad id propius accedamus; si usquæ requiratur grauis, cordatusq; disputator, huic materie talem optare contingere: interea tamen præstabo, quod extēporalis, & catechetica meditatione suppeditabit. Negant inquit, aduersarij villâ superesse confessionem. Quidni enim hunc initia fructum, & ignoratæ ecclesiastice antiqui- Relatione. AA 3 tatis for-

tatis factum agnoscamus? Hi igitur inficiatores sunt partim Caluiniani, partim Lutherani, denique omnes heretici, cum quibus triplici nunc congregendum erit. Tu quis es? Lutheranus. Est ergo tibi persuasum non esse confundendum sacerdoti? Quidni ita credam? At qui Iacobus Apostolus cap. 5. dicit oportere confiteri alterutrum peccata, & orare pro inuicem. Si igitur faciendum hoc sit quibuslibet; quidni fiat etiam sacerdotibus; vt potè si nil aliud, certè hominibus? Verum epistolam illam non recipio. Prodeat igitur Caluinus, aut Libertinus quispiam. Agnoscis scriptum apostolicum? Ut vt de auctore mihi non constet; scaris tamen scripturis accensendam epistolam iudico. Ecquid ergo confessionem inficiari? Non inficiar quodidianos nauos, & erratula quædam, vt si quis paulò sit ad gariendū proclivior, aut nimis diu desideat ad mensam, & similia mutua confessione dilui. Ingenuè tu quidem; sed vi teris oblitus tuorum principiorum. Nam vniuersa peccata te iudice mortifera sunt; neque nullum est veniale, nisi quod Deus pro incredibili bonitate condonet. Ergo scriptura tibi necessitatem confitendi imposuit, non tantum illas minutias sed etiam qualibet grauitissima. Quidni igitur recte faciāt homines religiosi, dum admittantur suā pœnitentiē penes sacerdotes.

Demonstrat  
potestatem re-  
mittendi pec-  
catae penes  
sacerdotes.  
Ioannis 15.  
Matth. 9.  
Luc. 7.

accipit (in-  
collegis eandem se daturum promisum); tandem rediuius: Accipe (in-  
quit iisdem) spiritum sanctum. Sicut me misit Pater, & ego mittō vos. Quo-  
rum remissiō pœccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt  
quasi diceret: Pater plena manu potestatē remittendi pœccata in me trā-  
stulit hominis filium: nunc vicissim eodem modo in vos Apostolos meos  
interpretati sunt Areopagita Eccl. Hiet. ca. 7. Cyprianus sermone de lapis,  
& Chrysostomus li. 2. ca. 5. de dignitate sacerd. & vt non suppeteret veterum  
rum interpretatio; quæ deinceps post Christi assumptionem factitarunt  
Apostoli, hoc ipsum manifestissime declarant. Hinc enim Paulus cap. 5.  
poster. ad Corint. dicit mandatum sibi negotium reconciliationis; & eo  
iure cap. 5. priorum litterarum vtitur, tradens hominem satanæ, hoc est,  
(vt Ambrosius interpretatur) demandans peccatorem detrectantem a-  
gere penitentiam diabolo-eatenus, vt eruditetur ad meliora tandem in-  
eunda consilia. Vbi autem idem Apostolus vidit hominem tantum non  
absorptum, ac desperabundum: Confirmate (iebat Corinthiorum pres-  
byteris) in eo charitatem; & condonate. Ad eundem modum inten-

Galatas

Galatas docet quosdam fuisse spirituales, hoc est, eandem potestatem Gal. 6.  
præditos, quos adhortatur, vt suscipiant, admittantque peccatores in-  
spiritu lenitatis, sinecdochicōsus susceptionem nominans, pro toto nego-  
tio penitentia. Ex iis facile est cuius intelligere, penes sacerdotes resi-  
dere ius absoluendi homines à peccatis, nec falli eos, qui talibus admini-  
stris animarum suarum incolumitati consulunt. Verum ( inquiet ali-  
quis ) esto, gaudeant illa prærogativa sacerdotes: sunt tamen & aliae  
viæ redeundi ad Deum, nec unicus ille sartientia salutis rationem esse  
voluit. Scilicet, quasi verò tum, cùm in terris adhuc Christus diuersaretur,  
fuerit, aut nunc enatum sit aliud nomen, in quo oporteat nos saluos  
fieri, aut alia denique potestas, præter eam, quam vel ipse suscepit à pa-  
tre, vel suis demandatam voluit esse ministris. Adde, si placet, sacerdo-  
tes esse iudices, vt potè quibus dedit filius iudicium, esse & medicos: officium autem facere neque iudex neque medicus potest, si vel crimen,  
vel morbum ignoret. Si enim tu te sanum esse mentiaris, morbumque  
non prodas, quid agat medicus? Si causam vel mendax rhetor, vel per-  
fidus patronus, vel callidus teus tenebris inuoluat, falsaque narratione  
corrumpat: qui poterit iudex iustum proferre sententiam? Quod igno-  
rat medicina, non curat. Tribunalia ex allegatis, & probatis vel dānant,  
vel liberant. Itaque absolutus esse nequit, qui, quod res est, non propo-  
suerit. Quod si agatur de huius temporis recepta cōsuetudine, non per-  
inde ista locum habere videbuntur: cùm in plerisque confessionibus ta-  
cere præstaret, quæ, velis nolis, alteri sunt rursus de narranda, si te saluum  
esse cupias. Si enim pro confessionario abutaris homine indocto, nulla  
iurisdictione prædicto, qui neque curio sit, neque delegata potestate præ-  
stet: quicquid conaris, totū est sacrilegium. Neque enim cuius licet nar-  
rare pœccata sua, neque occulta cordis retegere. Et tamen præclarè tunc  
rem nos gessisse putamus, cū hoc ipsum sit scelus, virus animi in simili  
homuncionis cuiuspiā, qui iudex non sit, effundere. Ibi enim tacendum  
erat, & verus medicus inquirendus. Quæ autem est ista peruersitas, cui  
non debes, velle confiteri, vt similes habeant fortè labra lactucas: legiti-  
mo autē præsidi nolle detegere vulnera? Hoccine est cōfiteri? videbas ali-  
bi doctam, ac piūm pastorem tuum, quem vt scopulū fugisti, ne pro tuis  
meritis dignam inte sententiā statueret. Non est quod tibi placeas. Nam  
vbi de iudicio, ac iustitia, deque medela cordis agitur, frustra sperat à  
peccatis se liberatum iri, qui ea non ritè exposuerit legitimo iudici. Nec  
enim eadem est humanorum, ac diuinorum iudiciorum ratio, vbi iudi-  
cem ludas, & fallas: sed ita versandum hīc est, vt quod gestum erit, apud  
æterni Dei horrendum tribunal ratum habeatur: vt peccator olim va-  
leat Deo eius vicarij sententiam offerre, ac dicere: En quod à te consti-  
tutus iudex decreuit, ille causam meam diligenter expendit, multam  
iudicavit, parui feci, quod iussisti, da quod promisisti. Et hoc vt fiat, ne-  
cessē est singula pœccata narrare, vt pro illorum grauitate leuia, aut  
acerba adhibeantur pharmaca. Sed ista verbosius, quām par est post

Occurrit obie-  
ctionē.

sacerdotes  
iudices con-  
stitui.

Depravata  
nunc multi-  
rum consue-  
tudo, qui ne-  
glecto pro-  
prio iudice,  
ab aliis sacer-  
dotibus vene-  
tes absoluto-  
nes petunt.

Trident. sef;  
14. cap. 6.

Lateranensis, Florentini, Tridentinique concilij luculentissimas definitiones. Sit igitur haec tenus dictum de erroribus, qui huic ferè incumbunt argumento, & necessitate confessionis, quam obliquo ductu libuit adserere, producta nimis rūm satisfactionis æquitate, ut factam Deo iniuriam diluamus, detractūmque reddamus honorem ex medici, iudicī, post causæ, & morbi cognitionem, præscripto.

D. Iacobi profert, & fulcit de confessione testimonium, institutio-  
nem publici pænitentiary presbyteri, eiusque abdicationem  
Constantino, & à Nectario factam explicat, & pro catho-  
licis probat facere, deinde D. Gregorij, & Innocentij qua  
fuerint constitutiones, quale de publica confessione maio-  
rum nostrorum iudicium, postremò qui typi legales huius  
sacramenti extiterint, ostendit.

### Catechesis 166.

Iacobi s.

**N**ouissimo conuentu confessionis necessitatem, ac veritatem, obliquis argumentis adseruimus: idem recta linea nunc sumus acturi, obiterque refutaturi hostium obiectiones non aliunde, quam ex rerum nostrarum imperitia natas, inde ad typos, & noménclationes progredimur, quæ vbi perfecta erunt, proponemus definitionem, & ea complectemur, quicquid ad ritè confessionem peccatorum instituendam desideratur. Ut igitur noster catechumenus cùm suæ, tum aliorum fidei, conscientiisque medeatur, hoc instrumentum accipiat. Iacobus Apostolus nos ad confessionem exhortatur his verbis: *Confitemini alteriūrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.* Hæc ad nostrum institutum pertinere discimus, eð quod certum sit, atque à Tridentina synodo definitum, non esse necesse, vt quis venialia sacerdoti confiteatur, quibus expirandis multa remedia Seruator nobis præstítuit, nescio an etiam salubriora. Nam leuium delictorum enumeratio, quia non incutit pudorem, imò nescio quid laudis adserit, non ita efficax est, atque ieunium, aut elemosynæ: quod cùm ita sit, non debemus putare Iacobum esse sollicitum de re non necessaria. Si quis tamē ambigat, & velit authores sibi nominari: in promptu sunt Beda ad 5. Iacobi, & 6. Marci, Callistus, & Innocentius ad Eugubinum. Decentium ca. 8. Theodorus martyr, & Archiepiscopus Cantuariensis, Cabilonensis concil. ca. 33. vt non adseram Iuonem Carnotensem parte prima lib. 18. decret. & Burchardum lib. 19. ca. 145. Chrysostomus etiam huc adferri poterat ex lib. 3. ca. 5. de dignit. sacerd. nisi locus esset obscurus. Ceterum non omnes hos authores ita intelligunt. Nec mirum, opus est enim antiquitatis cognitione. Sed hoc est extra omnem controversiam, nominatos Patres dicere Iacobum ibi institue-  
re, aut,

re, aut, quod malim, à Christo acceptum promulgare, quod etiam nunc in vngendis ægrotis usurpat Ecclesia. Estne igitur quisquam tam ignarus, qui nesciat, quid hic geratur? quod si nouitium cuiquam illud videatur, ascendat mecum ad annum millesimum, quo tempore Henricus Romanum tenebat imperium. Ea enim tempestate scribens D. Burchardus, quid tunc fieret, quidque à maioribus factitatum esset, retulit hanc formulam, qua sacerdotes agere debeant cum Christianis agentibus animam, his verbis: *Cum sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe, ciùò ad eum perga, & ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum adspergat cum antiphona: Asperges me Domine, & versu: Exurgat Deus, & dissipentur inimici, &c. Deinde dicat orationem: Deus, qui sacerdotibus tuis tantam gratiam. Deinde cantet septem psalmos cum precibus pro infirmis: deinde litaniam cantet. Post hec, omnes iubeat extra cubiculum scedere, & appropinquans letto, quo infirmus decumbit, eum blandè, leniterque alloquatur, ut omnem spem suam in Deo ponat, ut flagellum Dei patienter toleret, & ut hec ad purgationem, & castigationem suam prouenire credat, ut peccata sua confiteatur, ut emendationem promittat, si Dominus vitam concederit, pænitentiam pro culpis commissis spondeat, ut substantiam suam, cùm adhuc sensus, & ratio viget, disponat, ut peccata sua elemosynis redimat, ut his, qui in se peccaverunt, indulgeat, ut fidem rectam, & crudelitatem teneat, & si fidem ex integrō non sapuerit, presbyter eum docere debet, & ut de Dei misericordia nunquam defteret, doceat. Cum his, & huiuscmodi alloquitionibus fuerit mens infirmi relentata, data benedictione, interroget eum de singulis per ordinem. Hæc liquidò monstrat Ecclesiam vsu suo, qui est omnibus æquis optimus legum interpres, intellexisse Iacobum agere de confessione sacramentali, non de ciuili quadam erratolorum confessione. Et hanc probandi rationem tam efficacem arbitror, vt putem sanabiles nil aliud desideratueros: tamen addamus traditionis supplementum. Quod igitur Iuduersari tam inuidiosè vociferantur, rem istam humanum esse commentum, à Nectario quidem explosum, & ab Innocentio, vel Gregorio reuectum in orbem, tale est, vt eosmet proprio gladio iugulet, si ea, quæ vel Nectarius, vel illi duo sanctissimi gesse Pontifices, consideremus. De primo igitur scribit Socrates lib. 5. ca. 19. Deinde copiosius: Sozomenus lib. 7. ca. 16. & post vtrumque Nicephorus lib. 12. cap. 28. Ex his quam sit impudens hereticorum mendacium, nullo negotio deprehendere licet. Et si illi tacuissent, Ecclesæ veterem consuetudinem ex Ter-  
tullianî libro de pænitentia, & Origene ad Psalmū 37. homilia secunda, discedere potuissent, vt omittam Apostolorum, & aliorum exempla, cuiusmodi quiddā traditur ab Areopagita in epistola ad Demophilum, & Clemente Alexand. sermone de diuite euangelico, quæ omnia rem ita se habuisse ab initio tradunt, vt nō vñus, aut alter, sed omnes presbyteri præficerentur negotio confessionali, nisi cuiquam ea re nominatim. Episcopus interdixisset, præsertim cùm tales essent tunc tēporis omnes.*

*Ius Ecclæ  
quid de Faro-  
bi sententia  
indicit.  
L. s. d. decret.*

*Pænit pres-  
bit. origo, ab-  
dicatio con-  
stantinopoli,  
qualis.*

presbyteri, quales huic rei aptos esse diximus. Qui ergo sentiret animum ægrum, ad horum quæ tempiam se conferebat, quem maximè iudicaret idoneum presbyterum, vel certè ad Episcopum. Is autem tunc erat canon ecclesiasticus, vt posteaquam euomuisset pœnitens omnia animi ægritudinem in fidissimo sinu presbyteri, non euestigio sequeretur absolutio (vt ibi docet Origenes) sed inquirendum erat accuratissimè in omnia, quæ fideli confessione prodita fuerat, & si interdum id morbi ratio poscebat, oportebat crimen in Ecclesiae proferri notitia. Et si quid esset leuius, priuatim transigebat sacerdos: si quid atrox, funestum ve, vt adulteria, homicidia, & similia publicè expiabantur, & accertima infligebatur excommunicatio: vnde Tertullianus suæ tempestati gratulabatur,

*Lib. de pen.*

*Zib. 3. epist. da. 14. 15. 16. 17. 18. & to. so sermone de baptis.*

quod nō oporteret omnia publicè cōfiteri. Cū hæc nostri maiores probè intelligerent, quo tēpore Nouatus turbabat Ecclesiam, aduigilatum est à prudētissimis, ac vigilatissimis Episcopis, quo pacto illius hætesis minimū incremēti sulciperet, qui peccatorū adserebat reparari nō posse ruinam. Itaque vt neque properata pax molestis interpellatoribus daretur, neque plures Nouatiana desperatione deficerent: itum est ab omnibus in eam sententiā, vt vnu exomolegeticō negotio p̄ficeretur omniū lectissimus, qui & dignos recipere, & in dignos excluderet. Nā suo tēpore non defuisse queritur Cyprianus, qui peccatores intēpestiuia miseratione dū ad pacem admitterent antē legitimā pœnitentiam, & illos p̄focarēt, & hostibus caluniandi ansam porrigerent. Et hoc est, quod illi tres historiographi narrant tēpore Decij, incipiēte Nouato insanire, additum esse canonis (sic enim vocant officia ecclesiastica) presbyterum pœnitentiale. Porro tempore Nectarij certè optimi, & eloquentissimi Archiepiscopi Constantinopolitani (vt orationes aedita: olim testantur) contigit nobilem matronam agere pœnitentiam, quam dum peragret, post confessionem, vt moris erat ecclesiastici, in quadā cellula (cuiusmodi plures erant in eum vsum constructæ in ecclesiis) tandem reuersa ad presbyterum narravit se à diacono cōstuprata in templo. Is confessim refert ad Episcopum, clamat prophanatum esse templum, peccatum esse in Deum, & in templicam. Res tandem deducitur in publicum, mulier id palam cogitur enuntiare, sequuta est incredibilis aduersus clericalem ordinem calumnia, plebe nimis tam indignissimè tam indignū facinus, & ecclesiae Dei contumeliam tam insignē acerbissimè ferente. Ibi Nectarius dubius animi, & in tanta rerū confusione, totiusque cleri graui pudore, quid ageret ignarus, diaconū quidē mouit ordine, propter scorlationem, presbyterum autē exomologeticum ex cuiusdam Eudæmonis consilio ex canone ecclesiastico sustulit, quod Socrates, ac Sozomenus non vulgariter deplorant. Quid igitur ex hac historia p̄fidiū sumēt aduersarij ad auriculatē (quando sic vocare libet) confessionē explodendā: cū Nectarius nil simile fecerit, imò non mediocriter eam confirmari dū exacto illo pœnitentiali presbytero, iussit rem ad antiquū reducio-

*Quid b. Gre.*

& quam Nouati improbitas mutationem induixerat facessere? Beatus

verò

C A T E C H E S I S C L X X .

verò Gregorius, quem huius confessionis reparatorem mentiuntur; me-  
gor. & Inno-  
minat, fateor, sanctissimæ huius institutionis: nil tamen nouum inuenit, & inno-  
cent. huc fece-  
fed duntaxat, quod à maioribus suis acceptum, atque seriātum in suam  
vñque cernebat extatē, id porrò nepotibus tradere, atque in futura, quo-  
que secula traducere voluit. Innocentius autem tantum abest, vt de suo  
quicquam addiderit; vt (si fas sit dicere) pessimè consuluerit hominibus  
licentia studiosis, dum eos exhæredandos esse non censuit, qui si non  
sapient, saltem semel in anno confiterentur. Hoc enim putauit ille ma-  
gnum, si à quibusdam etiam sui temporis hominibus impetraret, quod  
alioqui non poterant sine certissima damnatione negligere, cum vbiq;.  
Dei timorem exulare cerneret, adeoque hanc animi curam, & medelam  
exosam haberi; vt vix in vita semel de illa cogitandum sibi ducerent.  
Quid igitur ille aggrauauit? quid oneris Christianorum humeris impo-  
suīt, qui tātum de Ecclesie prisca severitate remisit? Quis est vñque adeo  
effrons; vt penē immoderatā huius Pontificis clementiam Ecclesie Dei  
pro vitio audeat obiectare? Hoccine est (os impudens) nos esse in serui-  
tutem redactos, oppressos tyrannide, spoliatos libertate, in Ecclesiæ car-  
nificinam adiumentam fuisse cōfessionem? Imò est, quod nos pudore de-  
beat nostrarum deliciarum. Erat enim moris apostolici confiteri omnia;  
& si quid visum erat, euulgabatur: nunc autem, edicto etiam Tridenti-  
no, liberati sumus ab illa necessitate, & verecundia; nec aliud quarit,  
quam vt homini, fortassis indocto, tibi simili confitearis peccata; cuius  
est tam fortibus clauditur seris, & obsignaturex p̄cepto synodi Late-  
ranensis; vt si quid effutuerit, perpetuā adigatur ad pœnitentiam. Et  
vt nostram magis damnamus inertiam; maiores nostri pudorem illum  
publicæ confessionis ita extenuant, vt credant hominem intolerabilem  
esse, qui genus hoc medicinæ fugiat. Cùm enim confessio fiat apud fra-  
tres tuos, & quos iudicas, membra eiusdem tecum corporis, qui debent  
æquè tecum lugere peccata tua; qui tecum sunt futuri in fæco, & cine-  
re, & tuam breviorem facturi pœnitentiam; quid est, quod cauferis? Ad  
eudem modum Ambrosius. *Hoc in Ecclesia facere fatus, ut Devi sup-  
plices, ut patrocinium ibi ad Deum obsecramus sancte plebis requiras,* *lib. 2. de pœ-  
nitentia cap. 1. &  
ambros. ep. 1. b. s. ep. 2.*  
*vbi nihil est, quod pudori esse debeat, nisi non fateris; cum omnis sinus pec-  
catores, ubi ille laudabilior, qui humilior, ille iustior qui sibi ubi cetero, fleat*  
*pro te mater Ecclesia, & culpam tuam lachrymis lanet: & multa in hanc*  
*fententiam. Et quia meminimus Ambrosij; non abhorruit à publico* *Nicophilus cap. 41. &*  
*pudore cogente Ambroſio Theodosius, qui per totos nouem menses*  
*pœnitentia lubens ignominiam pertulit, neque duntaxat publicum: il-  
lud Thessalonicae facinus; sed quicdquid scelerum illi crudelitatē con-  
iunctum erat, pia impietaria publicè confessus est. Philippus autem (vt*  
*in eadem imperij maiestate geminum habeamus contempti ruboris*  
*exemplum) vixum tinctus, cū in illa imperiali licentia sibi plurima  
permittteret, atq; in perungiliis paschalibus, vellet se reliquis admisceere*  
*Christianis, à Fabiano publicè pñiectis manibus retractus, atque proie-*

Nicolph.lib.5. Actus extra Ecclesiam, cum totius Ecclesiae conscientia penitentiam agere compulsus est. Si in mediis adhuc persecutionibus ad istum modum tractabatur imperator, cum vix dum martyrum crux stillare desisset; si tanto fastigio, quicquid est publicae confessionis oneris, imponebatur: quid nos viles animae, quod queramur, habemus? quam verecudiam incusabimus? cuius existimationis iacturam, aut periculum formidabimus? Quid igitur hostes nuperam hanc nituntur confitendi necessitatem persuadere, nisi partim infidem, partim ingenij peruersitatem suam vna prodere velint? Quam deinceps Ecclesiae, sacerdotumque tyrannidem traducunt apud vulgus indoctum: cum id, quod Christus, Apostoliique tradiderunt; quod Apostolici viri factarunt, tam acerbum & graue fuerit, ut hominibus de sua salute sollicitis videri non tantum indulgentissimam, ac lenissimam, sed blandam, suauem, ac delicatam Ecclesiae legem oporteat; si cum antiqui seculi moribus, integritate, severitatique conferatur? Verum nunc typos verbo attingendos locus admonet. Et primum videtur ista confessio apud primos Dei cultores ipsius naturae fibris insita. Nam vix lapsus erat Adamus, & illici vocatur ad criminis confessionem: *Adam ubi es?* Si peccatum agnouisset, putat Theophilus Alexandr. non exturbandum e paradiso fuisse. Cain vix dum stillantem fraternum e manibus sanguinem abstulerat, cum audiuit: *Vbi est frater tuus?* Paulus post Lamech catholicè confitetur, & quidem vxoribus. Pharao non semel se peccatorem agnoscit, Deique prædictat iustitiam: *Dominus iustus, & ego, & populus mens impi.* Vniuersa lex aliud nil penè, quam huius rei perpetuam exprimit imaginem. Præscribuntur enim certis peccatis peculiares victimæ, ex quibus promptum erat postmodum colligere, quid quisque designasset, cuiusve peccati se reum fateretur. Iubetur non recipi cuiusquam victimam, priusquam sacerdoti culpam retexisset. Alio in loco leprosi, dum se præbent spectandos sacerdotibus, manifestum huius rei nobis exemplar exhibent. Tobias, Nehemias, Daniel, & alii sanctissimi prophetæ, Deoque dilecti viri, quoties isto veluti philtro diuinam eliciunt misericordiam, dum partim sua, partim populi peccata confitentur. Imò vero nunquam non tanti momenti habita est humilis admissorum, ingenuaque confessio, ut Iobus, ac Salomon non semel homini certum denuntiarint integrum, quem ab ea re pudor ignarus abstruerit. Quidni igitur nunc iussi à Deo idipsum prestemus? Adde illud *τὸ μετρούχης legis*, ac Euangelij Ioannem suos discipulos instituisse, ut ante omnia confiterentur: cum tamen remittendorum criminum nulla facultate præditus esset. Parebant tamen præceptor, nec illaudatæ dabant exemplum obedientia, confitentes homini laico, ita ut Magnus Basilius non abs re dicat proximum illum fuisse nostræ sacramentalis confessionis typum, ut saltem ab Antonio abate in Melitta citatur. Si igitur imperatores non pudent, si libuit Iudeis, si meretrices, milites, publicani non detractarunt ei, qui nullas claves habebat, confiteri profecto si est inexcusabilis, qui

Peteres huius sacramentis gura profert. Genes. 3. Genes. 4.

Ibid.

Exod. 9.

Leuitic. 4. 5.

6. 14.

Numeri. 5.

Tobi. 3.

Nehemias

9.

Daniel 9.

Iob. 3.

Proph. 18.

apud

apud legitimum iudicem, Deique ministru idem agere noluerit; vt qui nuc pudore vietus recusaret vel monacho, vel alij cuiquam potestatem habenti crimen occultum retegere, sit olim in totius mundi theatro, velit nolit, angelos, cacodæmones, omnésque homines male quondam testi sceleris testes, inspectores, & accusatores habiturus.

*Nominibus confessionis eius definitionem subiungit, quam in singulas partes resolutam explanat.*

### Catechesis 171.



Os t confessionis nostræ questionem primam sequitur, vt, quæ maximè insignia videbuntur, epitheta subnotemus. Hebreum igitur nomen est πνη thodah, quod ambiguum est ad laudes, atque secretorum cordis revelationem, Syrum πνη thoditho, penè tantudem significans, Græcorum vocabula sunt ἔγωμολόγησις, ἔμολόγησις, & postrem δυολογία; quibus vtitur scriptura. Patres eadem usurpat, & quedam alia maximi momenti ad naturæ inuestigationem. Sozomenus Hermias narrat, quod à diacono corrupta mulier καλαμηνη, id est, indicavit, prodiit flagitium locis nuper citatis. Vnde colligere est vocatam καλαμηνη, quod denuntiationem, & occultæ rei prodictionem queas interpretari. Idem scriptor προσομοιοπία nominat, &c, quod maximè ad nostrum pertinet institutum, καληνη, eò quod, qui ritè confitetur, accusarem potius agat, quam defensorem. Postrem Germanus ἀγέρεντη, καὶ ἐξαγέρεντη appellat, quæ dictiones non nihil forent, & iudiciale sonant. Cætera, quæ passim inueniuntur, quibus Patres metaphoricæ detectionem, medicinam, aliisque denotant, referre, nendum exaggerare, infiniti laboris effett: itaque de his non plura, sed rectâ ad definitionem pergamus, quam ita habeant catechumeni. *Confessio est admissorum à suscep-  
to baptismō, quorum quis memor, ac sibi ritè conscius sit, apud vicariū Christi sacerdotem catholicum, sūmque iudicem, non sine venia iusta depreciation, propria, ac legitima accusatio.* Superest explicare singula, & tum habebimus, quicquid à Theologo desiderari queat. Dicimus ergo confessionem esse admissorum à suscep-  
to baptismō, quia ne-  
mo ad istud tribunal merito vocandus est, qui prius initiatus baptismō non fuerit. Et quamvis in primitiva Ecclesia legamus quosdam cate-  
chumenos instituisse quandam scelerum suorum confessionem: non era-  
t tam illa necessaria, quam si quis etiam nunc faciat, laudandus erit;  
dum tamen intelligat sacramentum absolutionis ipsi gratificari non posse, cum Ecclesiae potestas extra christiani populi pomœria se non ex-  
tendat. Sed quæ iam tinctus admisit, necesse habet quisque confiteri, si  
sunt mortifera, si quidem non abierint in obliuionem. Multa enim fu-  
giunt me

giunt memoriā, nullōque vel studio, vel labore queunt in animum reuocari: quapropter expedit illud: Dauidicum frequenter inter orandū vspare, secundum Ecclesiae laudabilem consuetudinem: *Ab occultis meis erunda me domine, & illud: Delicta iuuentutis mea, & ignorans me m: miseris.* Quis enim recordis adolescentiae, ac temulenta iuuentutis innomera flagitia recitat queat quae accedentibus quotidiū ad cumulum nouis peccatis obruūtur? Horum igitur non est necessaria confessio, sed opus est illorum veniam quotidiani lachrymis, orationibus, & sacrificio postulare. Quorum autem manet altæ menti defixus aculeus, vt grauijlorum solet vermis arrodere conscientiam peccatorum, necesse est confessionē fieri. Addimus porr̄e. *Ac sibi rite confiu: vt norimus oportere præuiam esse aliquam præmeditationem, capiendum aliquod tempus ad retiocandum in memoriam, quæ sunt patrata, nec ita pridem fortassis exciderunt.* Retexenda enim est series totius lapsi ab ultima confessione temporis; secundum est per actionum, commerciorum, viarum, societatum, totiusq; interea transactæ vita historiam; *vt sic saltē grauiora peccata latere nō possint.* Quod si accedat, vt nemo tam sit ignauus, quin priusquam committat lumina somno, reuocet ad examen quicquid eo die gestum, dictum, cogitatumve fuerit, & quædā excusat, quædam grauiiter accuset, de recte factis Deo gratias referat, eumque pro eo die admissione deprecetur: fiet vt ne volēs quidem obliuiscatur. Hic tamen arbitretur nemo ea, quæ ritè quis aliquando fuerit confessus, esse in istud iudicium reuocanda: sed ea duntaxat, quæ anteā nunquam sacerdotis censuræ credita fuerunt. Vtrum autem lēpenumerio eiusdem peccati se reum apud iudicem fateri expediat, mox videbimus: nunc pergamus ad definitionis partes reliquas. *Apud vicarium Christi catholicum sacerdotem, propriūque iudicem.* Facestā mimesis hæretica. Nam puti Lutherani habent huius rei quoddam simulacrum, dum coenaturi laico cuiquam generatim confitentur. Illud autem, quod ad prīcas confessio- nis exemplar instituerant, vt publicè peccata enuntiarēt, statim fuit ex- plosum, quod in iurgiis viciſſim audita sibi improparent ebrij: quod ipsum satis indicat, quid Ecclesia posset, ac deberet à suis filiis, vbi ratio id posceret, impetrare. Sit igitur oportet vel sacerdos, vel Episcopus, &c. quidem proprius, aut cui sit ab iisdem, aut S. Pontifice huius rei facta potestas. Vbi autem nacti fuerimus huiusmodi, accendum erit: sed nonie. depre- *Non sine iusta venia deprecatione.* Venimus enim ad accusandum nos ipsos, non vt conderanemur, intereamusque penitus, sed freti bona spe venie consequendæ, fiduciāque remissionis peccatorum erecti: non quidem confidentes fore, vt tantum blanditiis, lenitate, ac indulgentia nobis omnia constent; sed adhibentes iastam depreciationm, atque ingenuè, vtque Christiano pectore dignum est, iudicem alloquentes: Domine, entalia feci; offendit numen illud æternum; tam indigis modis ingratus beneficentissimum Deum in meam perniciem iritavi. Iniunge quod placuerit, æquum est, vt aliquid luam; habes me paratum, age mecum iusti:

cum iustè: nolim tamen obliuisci te miserationis, & clementie. Ea enim demum iusta videtur deprecatio, quæ ita flagitat misericordiam, vt nolit sibi omnia donari, neque rursus ita provocat ad iustitiam, vt velit benignitatem abire de medio. Istud enim superbi, suamque fragilitatem est ignorantis animi, alterum degeneris, & ignavi, proprieque non consulentis incolumenti. Citò enim relabitur, qui pro delicto nullum experitius supplicium, qui autem sub virga gemuit, sui peccati prolixè menor, cauebit in posterum, ne deflenda committat. Ceterum necesse est propriam esse confessionem. Nam si muliebriter vel vxorem, vel maritum, vel familiam, socios, amicos, hostes, denique alium quemlibet accuses, non est, quod querimus, alienum id est facinus, non tuum, hic autem de tuo agitur capite. De salute tua periclitaris: & adeo otiosus es, vt reiecta in tergum mantica, alienorum te peccatorum iudicem præbeas? Te ( inquam ) non aliud debes incusare. Et in ista accusacione non quodlibet colloquium intelligimus, sed verè sunt referenda, quæ te reum peragant, quæ damnent, & legis prævaricatorem conuincent. Neque hoc satis. Legitima sit oportet, quod tum demum accidit, cùm, vt minimū, sexdecim virtutes in istud caput congeruntur, qua extre constituent licet nostri catechumeni, quanto sit molis recte obire istud sacramentum. Querebatur etate sua D. Ambrosius vix vlos esse, qui confessionem ritè instituerent, atque in eum vsum editis libellis Christianos instruxit, quo pacto deberent in hoc negotio versari. Hodie autem, Deum immortalem, quæ nostra est oscitantia? Miscemus omnia, maximisque laboribus res nihil consumantur, adeoque nihil, quantumvis diffitum, arduum, imisquam terræ visceribus obrutum, quod non mortalium incredibilis diligentia, & cupiditas reuellat, explicet, adsequatur: de hac vna re omnium vt ilissima, in qua salutis nostræ cardo versatur, nullus est anxius. Imò, quod est deterrium, non satis est negligere, quod solum tamen atrocissimam damnationem merebatur: sed in rebus diuinis ludimus, horrendumque sacramentum prophanamus. Quin agimus potius, quod agendum est: & quibus iudicandi incumbit prouincia motum integritate, doctrina, gratuitate, loci, munerasque tuentur dignitatem, peccatores autem diuina se miseratione dignos exhibere laborat, vt fidei, ac religionis hostibus sancta nostra prodidisse non videamus? Nugas ille locus, tempusq; non postulant: sed desperabundis instillanda spes venie, confidentiorum tumor erit comprimens, fontes iudicis acerbitate, nisi si quid timeatur acerbius, vrgendi, innocentes animæ pattia lenitate confouenda, mundissimis autem illis vasculis ( innoxiam puerorum etatem dico ) si quæ interdum offrantur, infundendum erit, quod olim ad pietatem, & religionem cum Dei, tum parentū conducat, vel quod grandisculos postmodum eōdē paulò magis instructos reducat. Assuescant potius tenera puerorum ora dicere: Offendi parentes, læsi familiam, non parti præceptotibus, & huiusmodi, quam vel nō intellectas obscenitates, vel maledicæ sonante.

Ionare. Verum ista mittamus. Ratio autem confundi simplicissima est. Quae enim ars queritur, ut referas, quae commiseris? Non est vel in ordine, vel sermone laborandum, sed quo simplicius, eo milius: Nuper hinc infregi colaphum, tantum vini nuper exhausi, ut neesse fuerit regerere, per desidiam factum est, ut non legerim horas canonicas. Intervim est sanctissimi moris, ut petatur a sacerdote benedictio, quae otiosa profecto esse non potest: deinde sequatur illa formula, quam vocamus; Confiteor, mox recisis hinc inde omnibus ambagibus, proferatur, quod ægram torquet conscientiam. Sed ineptus sum, qui haec persequar: attamen cum ubique tantam experiamur ignorantiam, nec dubitem multos perire, tantum quia rectæ confessionis rationes ignorant, erit cordati catechumeni non indignè ferre, si in catechetorio videar pueriliter agere. Nil enim puerile minus, quam quod ad salutem villo pacto specat animatum.

### Sexdecim virtutes in confessione necessariae.

#### Catechesis 172.

*confessio  
perspicua.*

*humilis.*

T ea, quæ proximis homiliis de instituenda confessione dicta sunt, magis illustrentur, per sexdecim virtutes necessarias decurremus, easque sigillatim explicabimus. Prima igitur virtus bonæ cōfessionis est, ut sit aperta, & simplex, ut nimis neque ludat verbis affectatis, neque rem inuoluat. Non enim hic ostendandi locus, aut tempus eloquentiae, neque oratione prolixa, & Asianismo tenebras offundendi. Ne Romanis quidem placueré diffusiora procœmia, cum alioqui ferè iustitiam orationibus metirentur. Principes non fuerunt prolixos interpellatores, Neque tu igitur hic cothurnis locum esse putas, sed rem ipsam nudam expone. Deinde oportet humilem esse præ se ferre submissæ mentis indicia: quæ in parte quātum peccetur, præsertim ab hominibus bene natis, aut inflatis hæretico veneno, dici non potest. Videntur prorsus obliti, quid hic agatur, ac nescire Christi vicarium esse sacerdotem, qui cœlum & aperire, & claudere, quoties visum fuerit expedire, potestatem habeat. Scilicet, reus aduocabit iudicem suum, & sibi in vili scamno iubebit assidere, demurmurabitque in aurem nonnihil, ac tum se iubebit absoluī. Miror tam humilem usquam sacerdotem vitare, qui huiuscmodi ferre queat, aut absolutionis dignetur beneficio, ac non potius injectis cœlestibus vinculis cogat ad officium. In hac autem animi submissione istud cum primis requirimus, ut homo reuerā se dignum morte, ac sonoricum intelligat, quod, cum sit vilissimum Dei figmentum, non dubitarit creatorem suum tam grauiter offendere, ut illum coegerit ac perpulerit scelerum indignitate, hominis furentis instar, ex dilecti filii sui corpore membrum rescindere, dareque diabolo mille modis excarnificandum. Neque id satis: sed affecte, ac voluntatem eadē virtute usqueadeo depressam

depressam esse oportet, ut homo sese libenter Dei iudicio subiiciat, illius sententiam, quæcunque illa fuerit, auido pectore suscepturnus. Occidat, mactet, vrat, fecet, statuat iudex, quod placuerit, humilius Deus omnia letus obibit. Adde spectandam esse verborum modestiam, quam insigni epistola data ad Cyprianum defuncto iam Cornelio Romanus clerus ita complexus est, ut nil addi posse videatur. Volunt enim ritè confessionem instituturum adferre modestam petitionem, verecundam postulationem, humilitatem necessariam, & patientiam non otiosam. Sed & ipse Cyprianus in sermone de lapsis, ait nil perinde decere penitentes, atque humilitatem, ut potè qui Dei maximi iudicio de salute æterna periclitentur, quia legitimæ iudicis sententia in calis rata est. Sed & totius corporis habitus, ac gestus hanc spirare debet humilitatem, usqueadeo, ut sancti Patres à peccato non liberent: eum, qui accedens flectere genua, vel aperire caput non dignatur, nisi aut vitium, aut morbus impedit. Et utinam, quæ scribit Hermias Sozomenus de antiquis penitentibus, apud nostros homines refricarentur, & iis omnibus locis inscriberentur, in quibus diuinum istud exercetur iudicium. Stabant illi perinde atque ad cerrissimam mortem condemnati, vultu in terram demiso, quasi iam Dei horrendum iudicium, atque ad gehennæ incendia condemnantis sententiam auribus intorantem audirent, magnoq; cum luctu sese abiiciebant ad sacerdotis vestigia, ubique lacrymæ, facci, cineres, comarum laniatio, & huiusmodi. At Cyprianus: *Si quem de tuis charis mortalibus exitu perdidisses, ingemisceres dolenter, & fleres, facie inculta, ueste mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto, indicia mortis ostenderes. Animum tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua superuinere hic tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare coepisti: & non acriter plangis, non ingiter ingemisci!* Tu enim sexcenties periisti, & non luges. Efferunt alij cadauer mortuum: tu vero, qui animam gestas in funere peccatorum extinctam, non fles? non doles? nihil pro te facis? Sed hac de re satis. Tertium inter cæteras dotes locum obtinet puritas, ne *pura*: quid alienum, aut parergum admisceatur, ne ludere potius, aut ampullas ostentare magis, quam peccata narrare peccator videatur. Quorfum enim & sese dicendo fatigaret, & miseri sacerdotis aures obtunderet, cum tribus verbis dicere possit: Hoc, & hoc feci. Sed istud ferè cum primo recidit. Adhæc, ne aliena potius, quam nostra referamus. Et si quando socij non desuerint in scelere, & hoc peccari ratio postulet: fas est facteri crimen, personam necessum est omittere, nisi grauis, plusque contingat sacerdos, qui & silere, & pro illorum salute preces, orationesque effundere queat.. Si talis non adsit, & sit periculum prodendæ personæ ex circumstantiis, expectandum erit, dū. Pythagoricus aliquis obtingat. Sed properandū est ad reliqua huius cōfessionis ornamenta. Quarta igitur dos est, ut sit verax, in quam partem utriq; peccatur a multis. Nam alij sunt nimis irreligiosi, alij contrā plus, quam par sit, abiecti. Dum enim quis dissimulat, etiam minutias, & momenta scelerum, peccat.

*Frequens.* Quemadmodum & illi, qui putant crimen admissum, sc̄que accusant, vbi vel nullum est peccatum, vel etiam laudari merentur. Igitur est peccatum mortale si quis reticeat, quod erat confitendum, v̄fque adeo vt si quispiam rogatus de venialibus, negarit, peccet gravissimè: cùm non rogatis liceat omnia venialia pr̄termittere. Quocircà, vt hanc veritatem illibatam seruemus, oportet mortifera omnia, quorum sumus nobis conscij, confiteamur, nec quicquam vel addamus, vel demamus. Nam si excusandi studio paulò longius abeas, peccabis: si exaggerando, quod verum non est, adiicias, idem subibis periculum: vt si quispiam sibi conscius futilis detractionis, dicat, peruenso animo factum, quod vel ex leuitate prodierat, vel mox, post dictum, secura est p̄enitentia; non debuit sese falso criminē grauare. Contrà, si dicit alius non satis easte se vixisse, rogatusque causam, respondeat se tentatum conspecte puellæ desiderio, cùm fortassis ad osculum v̄sque rem deduxerit, nec prodat: peccat in ista veritatem, quæ postulat, vt incorruptè referantur omnia, neutrāmque in partem discedatur à vero. Quantum hic peccet, dici non potest. Fc̄lix est, qui eruditus, atque in catechesi probè institutus compertum habet, quid sit confitendum, quid secūs. Nam rudes h̄ic mille pr̄cipitijs sunt obnoxij, cùm & necessaria dissimilant, & superuacanea frequenter adferant, itaque grauius interdum inquinētur, quam mundentur. Tuttissimum est eiusmodi monitos esse, ne quid pr̄eter ipsum opus narrēt, & que rogati fuerint, bona fide vel negēt, vel fateantur. Quinto loco frequentē esse oportet. Nam tametsi mater Ecclesia, pro sua indulgentia, putet non exhemandos, qui tantū semel in anno confitentur: tamen hac yti licētia per in ciōsum esse, quis non cernit? Pr̄imum enim (vt hoc tantū dicā) ver-samur in hoc corruptissimo seculo, laudabilis est memoria: sumus mūdes disciplinæ christianæ, nunquam non adest illecebra peccati: & nihilominus post annum de exomologesi cogitabimus? Rectè, si tum vlla ratione fieri posset, vt non eset certissimus interitus. Homines pijs, docti habent, que singulis penè diebus expiare cogantur: & homo indoctus, immersusque curis huius seculi, poterit per menses aliquot, aut annum integrum absque confessione persistere, sine pr̄äsentissima morte? Etenim licet Dei sit ingens misericordia, admissorumque remissionem factura generali confessione, quæ nullo labore, iustōque studio in mentem reduci valent: tamen, dum quisquam procrastinator volens obliuiscitur, quis facilem ausit illi veniam polliceri? Clamabit olim senex: *Ab occulit meis munda me Domine*: sed respondebit iustitia: Cur, cùm illa patrabas, non statim carrebas ad medicum, qui tibi omnibus in locis erat obuius? Cur patrocinando spontaneam obliuionem captare visus es? Cur non confitebaris, cùm tempus, ætas, memoria valeret? Quapropter meritò ad legitimam confessionem requiritur, vt sit crebra: non quasi laicos adigere velim, vt hebdomatim confiteantur, sed saltem quoties ægritudo corripit, & dum sanctius, augustiusque

festum

festum appetit. Sexta lede nuditas sequitur, de qua nihil aliud videtur *Nuda*. dicendum; quam vt remotis omnibus in uolucris, & velaminibus, ipsum opus nudum profratur. Verum huic adiungenda est septima virtus *circumspecta*, diffissima comes, quam circumspectionē, vel cautionem dicere queas; quæ pr̄stas, vt cordatè confiteamur. Ea autem pr̄imum requirit, vt in verecis verecundè loquatur peccator; ne scurrām potius agere, quam culpam deprecari videatur. Si enim in honestorum virorum corona vix audēamus fordes nominare: quam in virginis Christi virginitatis, ac puritatis amantis sumi iudicio, casto sermone putas vtendum? h̄ic tamen cauendum est contrarium vitium obscuritatis; ne ita castitati studeamus; vt iudex non intelligat; vt si quis pro scortationibus dicat se minus diligere operam integratam. Sed nec otiosis circumstantiis res erit vestienda; ne peccetur multiloquio. Operis materia indicanda, vt: Toties sum fornicatus; &c, si quid erit necessarium ex adiunctis, antecedentibus, aut subsequutis, addendum erit; modus autem (id enim potissimum in h̄iusmodi vitiis fugiendum) pr̄termittendus. Nec enim dici fas est: Sic, & sic amplexatus, vel deosculatus. Fugienda autem iteratio; vt qui decies furatus erit, satis habeat hoc fateri: si autem semel pileum à se sublatum, secundò calceum, tertiò aliud narrare occipiāt; nemo feret nugacem peccatorem. Si autem, dum meditatur quispiam exomologismū facere, prius secum per omnes peccatorum circumstantias euagetur, num quid sit, quod ad rem faciat, atque hoc paetō sese ad peccati odium inflammet: pr̄aeclarè fecerit. Atqui, vt h̄ec adsint omnia; si voluntaria non fuerit confessio, nil prodest. Si quis parentum, hospitium, amicorum impulsu confiteatur, nullam meretur laudem; nec absolti potest, qui iniuitus accedit ad beneficium accipendum. Nec enim Deus charismata non volentibus elargitur. Sit igitur libens animus, incensus, & inflammatus tantæ gratiæ desiderio, si quid adsequi voluerit. Si quis tamen instantे sacratiore aliqua festiuitate agens in familia catholica, vbi omnes confiteri solent, optaret dari occasionem effugendi; tandem, vbi spes non est declinandi, mutata voluntate agit, quod agendum est, pr̄emeditat, & excitat sese, facitque officium; me auctore non est huiuscmodi excludendus à venia. Ad h̄ec accedat pudor oportet, ac verecundia. Decet enim peccatorem pudore suffundi; sc̄que ipsum erubescere: Quid feci, miser? quantam infelix, quam turpiter offendī maiestatem? quam diu, quam impudenter sum versatus in sceleribus meis? Pudet homines habere flagitorum consciōs; & non pudebit humilem p̄enitentem, quod sceleratis actionibus diuinitatis oculos quodammodo defecauerit, quos habuit nequitia perpetuos testes? Huius rei cogitatio facile pudorem incutiet. Pr̄eterea peccatorum enarratio debet erubescientiam habere. Quid enim? Dum vel flagitium, vel indignum quicquam narramus, subinde nos pudore narrationis dicimus: & confitentis oratio prorsus effrons ad scelerum appellationem non erubescet? Sed neque ita pudibunda erit oratio, vt ipse

*Voluntaria  
prompta.**Verecundia.*

*Integra.*

vultus sibi similis permaneat: sed & ipse rubore debet revera suffundi. Verum iustior est dos, quæ sequentem locum occupat, integritas; quæ nihil subtrahi, nil celari permittit; nec satis habet, quæ in mentē veniat, dum res agitur, denarrare; si non dederit operam, vt cuncta venire possint. Imo qui diligenter prius secum anteactam vitam expenderit, si tamen quorundam prius affectata obliuione reminisci noluerit, securus non est. Attamen si quis eius rei sibi conscius, diligenter adlaboret; vt omnia, quæ prius etiam volens est oblitus, renocet in memoriam; & si eo nomine se accuset, quid data opera quædam olim passus sit excidere: non debet multum trepidare. Sola enim requiritur seria premeditatio, constansque voluntas omnia traducendi in sacerdotis notitiam, si fieri queat. Qui hoc præstat, discedat tutus, & cum aliis communione fruatur. Si tamen postea redeant in animarū consultum fuerit etiam in iudicium reuocare. Si verò quispiam parocho confiteatur, & pontificales causas non proferat, non ignarus quid ab huiuscmodi non potest ille iudex absoluere; non peccat in hanc virtutem, nec se care confessionem dicendus est; vt nec is, qui apud Episcopum ea tantum prodit, quæ sunt Episcopis referuata. Post hæc omnia, secretarū esse necesse est: qua laude in primis optimè consultum est penitentibus; vt nemo ita confiteatur, vt ignota, & priuata scelera deducat in publicum; neve temerè quomodolibet chartis ea committat; nec per epistolam confiteatur. Est enim periculum ne scriptum excidat, inque aliotum manus de lapsum deuocet Christi vicarium in periculum, quasi violarit ille silentij religionem. Si quis tamen iuuandæ memoriae gratia symbolis, & notis quibusdam peccata ita depingat; vt nemo queat intelligere, non reprehenditur. Vt queadè voluit Ecclesia pudoris, & ignominiae metu, & causas praecidere; vt ne proprij peccati quenquam voluerit esse proditorem. Imo, quod mirabilius est, dicunt nostri sicubi non nisi per interpretem fieri posset confessio; tunc illam non fore necessariam.

*Pergit virtutibus recensendis, quæ ad confessionis  
integritatem sunt requisita.*

### Catechesis 173.



A m supersunt quinque nobilissimi lapides inferendi nostro diademati catholicae confessionis, quorum tres postremi videntur miram habere cognitionem cum tribus donis Magorum auro, thure, myrra; quos hodiè tam celebri festiuitate prosequitur Ecclesia. Si quis autem præcognoscere velit, ne frustra se coruum hiantem spe deludi credat à nobis; primus notabitur lectissimus sardonix; sequetur sasaragdus; post adiugetur fortissimus adamus; indeut deinde carbunculus; & ad postremum fidus inducetur achates. Vbi has gemmas auro inclusarimus no-

*stræ core*

stræ coronæ; tum eam integrum nostris catechumenis offeremus. Igitur primo loco sardoniacem inseramus, qui, cùm habeat nonnullam cum nubibus, & vndis similitudinem; denotat lacrymabilem esse debere confessionem. Verum non quafuis lacrymas intelligimus: licet enim vehementer lacrymis ornetur confessio; tamen potissimum internæ, & quæ in Dei conspectu tacitis perstillant animorum singultibus, requiruntur. Interea magni semper aestimatae sunt exteriore, si modò non doctis profluant oculis; vsqueadè, vt maiores nostri censerent indignum hominem, qui admitteretur ad confessionem; qui nulla vi potuisse lacrymulam extundere; vti nuper ex Hermia Sozomeno docuimus. Abiciebant enim se penitentes ad vestigia presidis exomologetici; tenebant solum frontibus, rigabant fletibus; & illud subinde ingeminabant miserorum lugubre carmen: vñ, vñ; heu, heu; adeò, vt tota lana in fletum iret Ecclesia, vt paucis confitentibus impetraretur à Deo venia. Debet igitur adesse contritio, sive compunctione, qua homo peccatum admissum ita detestetur; vt nullam rem æquè indicet abominandam; sequere indignum, quem vel terra diutius ferat, qui suum conditorem manificissimum, dulcissimumque redemptorem sic offenderit. Nec debet tantum de præteritis cogitare: sed etiam in futurum coniiciendi sunt oculi; vt quodlibet peccatum horribilis omni supplicio ducat; potiusque moriendum sibi, nihilque non constantissime preferendum decernat, quam iterum designare. Cæterum hunc sardoniacem oportet quadrangularem intelligere. Sunt enim quidam in summo gradu, quos præcea Ecclesia videtur solos agnouisse, qui tanta Dei gratia prædicti sunt, atque peccata tantoperè detestati, & vlti in seipsis; vt priusquam ad sacerdotem accedant, sit iam illis dictum: *Remissa sunt tibi peccata tua.* Sed hæc est rara avis; & quibus id contingit, non est compertum; ac ne expedit quidem. Fiduciā habeas. Esto: caue tamen, vt confessionem tibi ne putas esse necessariam. Atque hoc est, quod Cyprianus tantoperè virget, Deum esse placandum nostra confessione, lacrymis, & penitentia; nec ante tempus ad pacem prorumpendum. Quibus id concessum est, gaudeant: nos interea ad nostri seculi mores proprius accedamus. Videre est alios, qui habent sardoniacem; sed nondum ad priorem illam felicitatem concenderunt. Dum enim defunguntur exomologesi, strenue laborant, dolent, flent, obtuentur sceleris gratuitatem, diffluunt lacrymis, exhorescunt ad irati numinis maiestatem: sed tamen eosque nondum peruerterunt; vt vel manifestè sacramentis non indigeant. Atque huiusmodi sunt optimi quique, qui per tempus, quibus possunt modis, ad iustum dolorem seipso extimulint; & ipsi non mediocriter beati. Tertij generis sunt, quales ferè omnes sumus; qui, vbi tertium, vel compelluntur ad confessionem, reuocant peccata non nihil ad sensum; sed ita, vt nihil eorum, quæ iam dicta sunt, sentiant; verum perinde agunt, atque si bonum virum placare decreuerint; illius aueriovis, horroris, detestationisque peccati nihil experientur. Et hi hisariam lacrymantes,

*Lacryman-  
tiūm panien-  
tiū m genera  
quatuor.  
Primum.*

*secundum.**Tertius generis**lacrymantes,*

*in duas classes diuiduntur. Alij enim bona fide narrant peccata; emendationem pollicentur; nec amplius committunt eadem: qui licet non manifeste præferant odium anteactæ vitæ, futuræque propositum emendationis: tamen non leuibus indicis hæc non abesse iudicantur. Reliqui agunt aliquatenus, atque sacerdoti hoc ipsum persuadent; sed revera mens est aliter affecta, & audita mentione suorum peccatorum, vel ridet, vel etiam sibi ob illa placent; & si quod adferunt odium peccati, mox evanescit; & si quid restitent ad primum tentationis motum, mox sequuntur impulsus illius; atque, quasi bos ad lanenam, se ad nefas non tam trahi, quam duci permittunt. Tales frustra veniunt; nec iuvantur, quantum licet confessionis, & sacramenti sit energia; quia Deo cor hominis ignotum esse non potest. Sed nulli iniiciendus est laqueus. Etiam qui venit contritus, relabi denud potest. Itaque non sunt fortium viorum genua debilitanda. Neque si quisquam interrogetur, num crimen admissum cane peius, & angue detestetur; num sit quiduis ferre paratus potius, quam iterum committere; & haesit: idcirco reiiciendus, & veluti minimè contritus iudicandus est. Nam sicuti spiritu constamus, & corpore; atque in istud feci magis propendemus: ita plerunque fit, ut quod mens laudat, & approbat, sensus nequeant statim sibi persuadere; vt si quispiam diues furtum confiteatur, & rogatus num vellet ad extreemam se redactum inopiam, vt illud infectum redderetur: non dubito quin exterritus non possit illico statuere, quod dictat ratio. Itane (inquiet caruncula) meis repente spoliabor deliciis? Quid filii, vxori, familiae futurum est? Sic immersus sensibus non ita viget spiritus; qui alioqui si se collegerit, & vel Dei gratia, vel diuitiis excidendum serio sibi proposuerit: proculdubio cœlestem amorem rebus omnibus anteponeret: Itaque iuuerit plurimum harum rerum peccatoribus notitiam instillare. Vide fili, quid egeris, quam commutationem elegeris: Deum tuus libidinibus, aut ebrietati postposuisti: regnum æternum, vitamque beatam cœno, sordibusque mutasti. Quid te calamitosius, & ærumnosius, si ita perrexeris? Vis igitur etiam nunc summum bonum infinitis commutare miseriis: his vbi pœnitens moueri, turbarique videbitur: erunt subiecti stimuli charitatis, & beneficiorum Dei: atque ita promoueridus ad officium. Porro extremi ordinis sunt deterrimi, nimis tamen frequentes: qui neque de admissis peccatis cogitant: neque dolore tanguntur: neque in posterum, quid acturi sint, deliberant: immo fortassis post aliquot menses, vel hebdomadas redeundum sibi putant: ad ingenium, quales sunt scortatores, concubinarij, fornicatores, & huiusmodi fax hominum, quibus exundant ista secula: qui tametsi cuperent admitti ad confessionem: equidem cum prisca Ecclesia reiiciendos, potissimum si noti sint, arbitror: nisi testamat prius Ecclesiæ fecerint suam pœnitentiam. Tales enim olim saccis induiti, & conspersi cinere (si qua fides Epiphanio, concilio Laodiceno, & Ambroso) post multas preces admittebantur ad confessionem: post quam satisfactio ex canonum prescriptis imponebatur:*

*nec prius*

*Epiphani.  
Novato.  
Laodiceno.  
gen. 2.*

*nec prius in sanctæ plebis recipiebantur consortium ( nisi vel naoribus desperatus, vel persecutio ingueret ) quam planè fecissent satis legibus ecclesiasticis. Qui autem tale nihil præstiterant, arcebantur, ac ne nunc quidem videbantur admittendi: nostri tamen putant recipiendos, vt vellicati, sectati, adusti tandem excitentur ad meliora, si forte Dei bonitas dignetur illos respicere. Piè quidē, & verè dicuntur ista: sed quotidianis exemplis edocti nostram lenitatem nihil pertinaces animos commouere, deberemus mutata sententia tales auersari, vt vel ita sentirent sui peccati, & periculi grauitatem. Nam ista facilis admissio videtur præcepto Paulino contraria, quo iubemur discedere ab omni fratre ambulante inordinatè. Atque hæc de prima gemma. Nunc ad eam, quam vocamus simaragdū, quæ, testibus physicis, tanta attrahendi vi prædicta est, vt homines reddat insatiabiles: ob idque pulchritè cum decimatertia confessionis virtute conueniens, quæ ad properandū, & maturandum hotatur. Nam vt nupera vulnera citò coacant, si repente medica manus adhibita fuerit: ita si Christianus statim, vt inflatum peccati vulnus animaduertit, recurat ad medicū, nullo penè negotio pristinā recipit sanitatem. Atque hoc est, quod monet August. in homilia quadam aduentus, dū calent vulnera peccatorum, sic sibi adhbeat medicamenta salubria: quia medicus noster est omnipotēs: sicque cōsuevit plaga nostra curare, vt nec cicatricū vestigia post illa medicamina remaneat. Et si ille tacuisset, multa sunt, que nos eō prouocat. Qui enim peccat, iacet sub satana, vacua est eius domus, spoliatus est omni gratia, pro qua tenebreg, & caligo mentē occuparet. Prætereà certū est peccatum, nisi citra pœnitentiā deletū fuerit, pōdere suo in aliud trahere, nec vsquam quietū hominem permittere, donec in barathrū desperationis, aut infidelitatis deuoluatur. Quod igitur est consilium utilius, quam vt euestigio currat ad medecinā, & vulneri curet admoueri ecclesiastica pharmaca? Si enim istud fiat, non ita videbitur amasse peccatum. Vnde & Origenes Adamantius ita loquitur de hac re, vt in properata pœnitentia putet quasi Dei gratiam non adfuisse, nec peccatorem Dei inimicitias contraxisse, qui repente percussus rapido cursu querit remedium: non quod res ita se habeat, sed quod tantū in illa festinatione momētum esse putarit. Igitur si vis Christi vicario te approbare, & summo iudici Deo, refuge ad eum, citò te coligas post peccatum, nec diutius differas confessionem, quam vt dignè peccati foeditatem, indignitatēque perpendas: quod ubi factum erit, expue mox in sinum sacerdotis mortiferum virus, priusquam in animæ partes omnes diffundatur, hoc est, priusquam vel in consuetudinem abeat, vel fœcunda propagatione totum peccatum oppleat vitiis.*

*Tres, que supererant, confessionis comites virtutes exponit.*

ficit, perquam (vt loquitur Tertullianus) confessio euadit benè impudens, & feliciter stulta. Nam mundus nil æquè putat esse pudendum, aut stultum, quām occulta, soloque Deo teste gesta depromere in illius conscientiam, qui sit nobis non dissimilis. At si rem propius expendamus, videbimus peruersum hoc mundi iudicium aliud esse nihil, quām meram dæmonis imposturam. Pudoris enim erat officium retrahere à scelere: quod cūm non fecerit, qua fronte audet hominem fugientem ad medicum injecta manu retrahere: dignus est, quem peccator ad hunc modum ablegat à se: Nunc demē ades, pudor? vbi tandem dormitasti? cur non anteā munere tuo functus es? Scilicet, non aderas, cūm insperante Deo, cūm intuentibus angelis, ac diuis omnibus patrarem nefas: itaque nequè nunc es audiendus, vbi dūntaxat adhibentur arbitrii, qui meæ sunt impietatis cōscij, ac testes, vbi mortalium is tantùm adsciscitur, qui capitis periculo ne mutire quidem valeat. Et si parcam tibi, o pudor ingratissime, tu ipse mihi non parces in illa omnium hominum, ac spirituum vniuersali exomologesi. Sic vincendus, fugandusque pudor intempestiuus. Et certè qui perpendit, quæ fuerit olim publicæ penitentia necessitas, facilè inducet animum, vt inuercundam hanc verecundiam irrideat. Si quis tamen ita pudibundus existat, vt non ausit ipse prodere crimina sua, sed velit à sacerdote rogari: non est reiiciendus. Nam video maiores nostros etiam hoc optasse, vt peccatores vel rogati faterentur. Sunt tamen huiuscemodi degeneres adamantes: itaque sint potius foeminae adamantes, quando inter gemmas sexus etiam reperitur. Annuant igitur, vbi rogati fuerint, caueantque diligenter, ne sacerdos confessionem & absolutionem concludat, priusquam fuerint omnia discussa. Nam si tunc reticeant, si non remoren tur manus impositionem, si non occurrentia peccata sponte retegant: sacrilegi sint: minùs tamen, quām ij, qui etiam rogati pernigant, & nihilominus absoluti sibi videntur. Et huius generis mortalium omnium deterrimi, pro suo scelere, audent sacerdotes Dei, & sacramentum vocare in iniuriam, quod de penitioribus, domesticisque vitiis interrogentur. Erat alius ingenij Dauid, qui sua peccata ad posteros scripto trāsmisit. Alius Augustinus, qui metuens, ne propter sequutam vitæ sanctimoniam pueritia nimium laudaretur, scripsit ipse omnia, quæ ante annum trigeminum designauerat. Sic enim edocitus fuerat ab Apostolo, qui per se quæstionis, & grassationis suæ in christianum gregem frequenter meminit, cūm tamen foret per baptismum diluta. Horum igitur constantiam, ac fortitudinem potius imitemur, quām primos parentes nostros peccatores Adamum, Heuam, Cainum, & similes, qui rogati vel inficiebantur, vel crimen in alterum deriuabant. Alter lapis est carbunculus admodum insignis, & mirè conguens tenebris peccatorum, & latibus cordis humani, vt confessio latentia quæque, & abditissimis animorum fibris condita proferat in apicum. Qui hunc habere cupit, debet in primis seipsum accusare, ne vel in Deum, vel in res diuinias, vel in

fatum,

fatum, corporisque temperaturam, vel in socios noxam detorqueat. Non erit tamen vituperandum, si, vt iudex de peccati grauitate melius statuere valeat, cūm pugnatum, aut rixatum fuerit, dicat poenitens, an prior, an lacesitus: cūm ebrietatis est malum, an prouocatus, an coactus, an volens alium inebriare, quod geminum est. Sed instituere apologias, & extenuare peccata, pugnat cum ista virtute. Et tamen nec defunt, nec defuisse videntur inquam, qui hoc malo sibi placuerunt. Atque adeò Genes. 3.. nobis ferè adiutum est istud vitium ab Adamo transsum in nos cum reliqua illa infelici hereditate. Mulier ( aiebat ille, Deum videlicet reum facturus) quām dedisti mihi sociam, dedit mihi: quasi dicat. Nisi tu mihi sociam dedisses mulierem non eram peccaturus. Illa porrò: Serpens decepit me, vt serpentis creator hereret in culpa. Ad istum modum Saulus pereunstanti Samueli, quidnam fecisset. Imò ( inquit) audiri vocem Domini, & ambulan in via, per quam misit me Dominus. Cūm grauissimè Isaia 58.. peccasset, volebat videri pulchre defunctus officio. Sic veteres quondam Iudei: Quare icinuimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nesciisti? Non est aqua via Domini, quasi Deum iniquitatis, non se violatae legis reos constituent. Atqui vulgares opiniones tale quid instillant. Quid enim aliud agunt, qui se nescio quo planeta natos quiritantur, vt à furtis, vel scortationibus abstinerè non possint, peruersitatis suæ noxam in optimas Dei creaturas, atque in Deum ipsarum conditorem detorquentes? Alij se ita natos aiunt, vt, nisi potent, sint morbum contracturi: cuiusmodi mendaciorum, quibus blasphematur Deus, plena sunt omnia, cūm prædicti arbitrij libertate possimus irritamenta cuncta respuere, nec à quoquam cogi, præterquam à Deo valleamus, qui tamen ita nos instituit, vt nullam sit necessitatem impositur. Quapropter facessant cauillationes, ne dicam blasphemiae. Verum est, desertum: à gratia non posse abstinerè à peccando: Deus tamen suos ita conseruat, etiam orbatos gratia, cūm per angelos administratos tentationes amouet, vt facillimum sit in peccata non ruere. Qui antè diu assuevit peccato, mirabilem quadam propensionem ad illud contrahit, vt deinde, etiamsi maximè cupiat, nequeat sibi temperare, quemadmodum de se fatetur ante baptismum Augustinus. Sed qui tale quippiam experitur, configiat illico ad Christi sanguinē, is facilè radices altissimas, veterum peccatorum stirpēs arescere faciet: qui autem sponte in sordibus voluntur, & peccatis inhærere gaudent, queriturque sibi vires non suppetere, nil aliud, quām se in eam fatetur conieciſſe misericordiam, vnde se propriis viribus nequeat expedire. Quocircà qui vult recte confiteri, dicat oportet: Ego sum, qui peccavi, ego qui iniuriam commisi, Deus gratiam obtulit, sapienter liberauit: ego tamen per meam improbitatem, ac summu nefas in istud me coenum sponte conieci. Supereft postremus achates, qui significat optimum comitem, imducem fidum satisfactionem. Nam nisi quis accedens ad confessionem satisfaciens sit paratus parere medico, & quicquid mandabitur, exequi: frustra labo- rat, imò.

rat, immò sceleratior euadit. Sed est h̄c diligenter inspiciendum. Nam videoas interdum indoctos, & improbos homines imponere meticuloſis conscientiis onera grauissima, quæ tantū nō deturbarent in desperationem, niſi Deus omnem credulitatem execratus, manum porrigeret periclitantibus. Achates autem requirit, vt apud ſe peccitens decreuerit morem gerere iusto iudici, & medico misericordi. Nec enim minūs in medico pietas, & clementia, quām in iudice requiritur iustitia.

**Gal. 6.** Quod adeò verum eſt, vt Paulus Galatariū presbyteros exomologeticos his alloquatur verbis: *Vos, qui ſpiritualis eſtis, instruite huiusmodi in ſpiritu lenitatis.* Et Lateranensis concilij Patres ita iubent iustitię vinum infundi, vt non minus olei misericordiæ affundatur. Origenes autem ad Psal.

**Can. 21.** 37. homilia secunda, hoc vnum in ſacerdote requiri videtur, vt ſit miſericors, vt cum exprimat, qui maledicit nimium ſeuoris hominibus, & oblitis, quām liberalem habeant dominum, ne ſi quando tentetur, & labatur, æquè ſeuorum experiatur in ſe dominum ſuum. Hoc enim eſt, quod ait Paulus: *Considerans teipſum, ne & tu tenteris.* Huc pertinet, quod Nazianzenus dicit Nouatianos fingere ſe carnis, & ſanguinis expertes, hoc eſt, nunquam vel fuisse, vel eſſe poſſe peccatores. Hæc de iudicibus dicta ſunt. Huiuscemodi viro, qui morē gafferit, perinde ac ſi Dei omnipotentis ore pronuntiata ſit ſententia: *habet ille fidum achatem.* Sed quia ſatisfactio eſt pars vel præcipua penitentia, neceſſarium eſt de illa peculiari traſtatu accuratiū diſſerere, ne quid vel ignoratum, vel neglegatum h̄c fuerit, euertantur omnia, quæ haecenū pulchrè conſtituta videntur. Quocircà nunc tantū noſtra coronaē lapides, familiaribus versibus in ordinem redactos, accipite, & ſatisfactionis diſputationem proximis comitiis expeſtate.

*Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,  
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens pudibunda.  
Integra ſecreta, & lacrymabilis, accelerata,  
Fortis, & accusans, & ſit parere parata,*

*Deplorat hæc etate neglectam ſatisfactionem, quam nobis etiam ſuperēſſe, poſt Christi meritū, maiori būſque noſtri ſumma viſam neceſſitatis, quam tā ſeuere exigerent, oſtendit, deinde nomina eius ex antiquitate breuiter indicat.*

### Catechesis 175.

**2. Cor. 1.**

**N**isi me circumscripſiſſem terminis auguſtioribus, nusquam putarem eſſe magis locum quiritandi. Nam cūm in pri-  
mis vbiq̄ue requiratur ſatisfactione, nescio qui factum ſit, vt ea inter poſtrem reiiceretur. Et fateor Paulum oſtendere, nō ſemper eſſe nefas ante legitima penitentia tēpora re-  
cipere peccatores, ſi desperationis, mortis, aut tyrañidis metus oriatur:  
ſed po-

ſed posterioribus ſeculis cepta eſt apostolica permifſio, iſtar haberi precepti; vt tum exigeretur ſatisfactione, cūm homines eſſent abſoluti. Et initio quidem ſatis præclarè, cūm iniunctas penitentia leges maxima diligentia feruarent, pœnasque præscriptas religiosè obirent: at nunc ē mille vix vnuſ dignatur vel ſuſcipere, vel imponere iuſtam ſatisfactionem. Sed licet hac in parte ſacerdotes non faciant officium: erat tamen piorum Christianorum id ſibi deſumere, vltroque ſubire, quod iudex detrectaret, vel neſciret præcipere. Nec deſunt quidam, qui frigidam ſuffundant editis libris, docentes non indignos eſſe venia, qui poſt peccatorum factam confessionem petant ſe abſoluī; & nihilominus apertè fateantur ſibi in animo non eſſe in praefenti vita ſatisfactione. Quid h̄c dixiſſes, ſanctissime Cypriane, ſi tuo ſeculo talia prodiſſent; qui tantoperē fremebas propter intempeſtiuam quorundam pie-  
Lib. de lappis.  
& ad corne-  
lium.  
tatem, qui reos nondum canonica defunctorum penitentia recipiendoſ iudicabant ad pacem, & communionem; quod contra Dei legem, & Eu-  
angelium fieri voſiferabar? Qualibus epiftolis confodidiles iſtorum indulgentiam, qui licere contendunt hominem, contempta ſcilicet ecclieſiaſtici iudicij maiestate, proiectaque rei, & peccatoris humilitate, reſpuere penitentiam, quam iudex, & medicus adhibitis in conſilium iuſtitia, & miſericordia, præſcribat? Evidē, ſi quid videam, iuuati ſacramentis huiusmodi non poſteſt; ſi tamen non deterius afficiatur. Hæc ta-  
men dicuntur à catholicis. Poſt hos adeſt hæreſis, quæ cuncta deprauat, & ſatisfactionem clamat eſſe blaſphemiam; tantumque detrahi Christi gloriæ, quantum deferatur operibus. Iſta dum audiunt, qui libenter obſequuntur corpori, totis agminibus tranſeunt in talium corruptorum ſententiam. Noſ incredibili Dei miſericordia haecenū conſeruati, ſatisfactionis doctrinam recipimus, clamamus eſſe ſcripturis conſentaneam: interea gnari voluntatis dominicæ, nihil minūs præſtamus, plagi dig-  
nioreſ, quām ſi vel penitus ignoraremus; vel ingenuè negaremus, quam non libet implere. Cūm igitur hæc ita ſe habeant (non enim longius abeundum eſt) catholicis omnibus diligenter cauendum eſt, ne hinc abrepti ad ſeuerrimum iudicem Deum cogantur rationem reddere o-  
perum male expiatorum. Poſtò vt intelligent catechumeni, quid hac de ſatisfactionis tradiſſatio: re debeant à nobis expeſtare; priuūm eius neceſſitatem, inconuſtiamque firmitatem, ac veritatē aduersus hæreticos vbi non nihil demonſtrauerimus; tantumque abeſſe, vt Christi gloriā obſcuret; vt etiam il-  
liuſ meritum ſummopei illustre defiſcendiemus ad nomina, ac typos, & no-  
to deinceps curriculo percurremus definitionem, à qua mox ad reſ-  
deſtinatas, & effectas properabimus. Vnde igitur docebis (inquiet ali-  
quis) cuique noſtrum obeundam eſſe ſatisfactionem, poſt illud Christi  
meritorum inexhaustū pelagus? Eſtne aliud ſub cœlo nomen, in quo ſal-  
uari nos oporteat? An non vniqa oblatione Christus perfecit in æternū  
ſanctificatos? Anathema, qui non credit. Sed, obone percutiatoř, qui  
tauſe ſocordia præſidia tam prompte retulisti, diſce hunc agnum non  
meritū nobis.

*Post Christi.*  
DD. 2 tantum.

A.C. 4.  
Hebr. 10.

*luendum effe tantum te, non tantum me; sed omnes etiam beatis, qui vñquam vixerunt iusti: & tamen illum eundem agnum semper aliquid proprij laboris, & operę à peccatoribus exegisse. Nonne Adamus Christi merito beatus est? Sic docuit Ecclesia, cùm olim damnaret Encratitas. Eodem merito mater omnium Heua seruata est. Attamen dictum est Adamo: *quia hoc fecisti, in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Cur non ibi responsator Adamus tergiversabatur? Quæ, Deus, est ista rusticatio? quam tu mihi pœnam, quos labores denuntias, quem filij tui sanguis est redempturus, atque à peccatis expiaturus? Num aliquid sudor hic meus immortalis pretio est additurus? Minime. Ille quidem te redimet; sed nihilominus est aliquid tibi luendum. Quis non veram Dei responsionem agnoscat? Certè nos miseri plus, quam optaremus, frigoribus, inedia, morbis, æstu sentimus, quid Adamus & meruerit, & præstare debuerit. Ad eundem modum Christus Heuam ab inferis erexit secum deduxit in cœlos: nemo tamen ignorat damnatam ad fœnitos dolores, quos hodié-*

*Matt. 3.* que mulieres experiuntur. Et, vt cætera prætermittamus, nónne Ioannes prædicationem auspicatus est à pœnitentia? Nunquid Christus, & *Matt. 6.* Apostoli eadem via sunt ingressi? Et quid apertius dici potuit eo, quod Seruator *Luc. 13.* *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis?* Ergo necessariam esse oportet. Sed quorsum; siquidem filius Dei semel omnia peregerit? si nihil addi licet eius satisfactioni? Ne vērū quis nouum pœnitentiæ genus excogitat, aliisque detorqueat; quid pœnitentia

*Matt. 11.* tia nomine intellexerit ille, manifestat *Luc. 11.* vbi dicit Niniuitas acturos fuisse pœnitentiam in sacco, & cinere. Ad eundem modum Paulus *Actor. 17.* præconem agit pœnitentiæ: & si de ea quoque velit quispiam illius habere testimonium, quæ post baptismum suscipitur; scribens ad

*Corin. 11.* Corinthios, ait se lucturum ex eis plurimos, qui à baptismo redierant ad pristinas fordes, nec égerant pœnitentiam. Apocalypsim autem Ioannis quid opus est commemorare, vel quedam illius integra capita proferre; cùm nihil aliud toto eo libro agi videatur? Atqui de satisfactione sermonem institueramus, & ad pœnitentiam delabimur. Verum non tantum est crebra in his nominibus catachresis aptid maiores nostros; sed res vtraque alterutro sàpè nomine designatur. Nam qui, prius quam absolvatur, dignam egit pœnitentiam; nihil est, quod de satisfactione postea cogitet. Conterere fortiter; insignem de peccatis vltionem

*catachresis in nomine pani. tentie, & satisfactionis.* sume; imitare peccatricem euangelicam: & dicetur tibi: *Vade in pace,* quoniam dilexisti multum; idque quia defunctus es satisfactione; quemadmodum consueuerat in prisca Ecclesia fieri; vt docent Tertullianus, *cap. 16.*

*Innocent. 3.* Cyprianus, Origenes, Sozomenus, & alii. Necesse enim habebant vete-decretor. *ca. 9.* res insigni pœnitentia declarare germanam resipiscientiam, & execrationem peccati; hac stipulatione promerebantur admitti ad confessionem, ac tum iubebantur satisfacere: quod vbi peractum esset, postrem tandem absoluebantur; nec interea segnes erant diaconi, qui seuerissimè inquirebant in vitam pœnitentium, num præscripta seruarent, & suo se ordine di

ordine dignè gererent. Hoc igitur si etiam nunc obtineret; non esset opus variis argumentis demonstrare nihil aliud esse pœnitentiam, quam satisfactionem; nisi quid ea quondam præcedebat, quæ nunc sequitur confessionem. Et si quid tum addere libitum erat, laudabatur: nihil tamen imponebatur absolutis canonice satisfactionis. Sed si quis ante expletum pœnitentiæ tempus cupiebat admitti ob causas à nobis non semel indicatas; si contigisset vel à morbo liberari, vel persecutionem evadere, præstandum erat, quod prius videbatur omissum, iuxta *Carthag. can. 74.* & *Araulicanum 3.* Neque hoc ipsum præter Apostolicum siebat exemplum. Nam Paulus illum Corinthium recipiens in gratiam, ne tristitia absorberetur: *Cui enim (inquit) donastis, seu gratificati estis, & ego.* Est enim *χαρίσθε, & κεχάρισμα,* quod Chrysost. Theoph. Euthymius, & alij interpretantur de redditâ pace ante peractam pœnitentiam. Et quia interdum erant, qui morbum simulabant, vt vel sic ad pacem reciperentur; testatur Cyprianus lib. 4. epistola 2. tam seuerè maiores nostros iustæ satisfactionis tempora vrsissæ; vt ne in mortis quidem articulo vellent recipere, maximè grauissimos peccatores, quales sunt adulteri, quos, post totius vitæ pœnitentiam, sinebant in suis perire peccatis, relinquentes diuinæ misericordiæ, quicquid de huiusmodi statueret. Postea tamen inuenta est ratio, qua fieret illis tandem gratia, nec pœnitentes Dei sacerdotibus imponerent. Et videte (quæso) prorsus adamatianam seueritatem. Iussi sunt infirmi pœnitentes gaudere viatico; sed ita, vt porrigeretur illis corpus Domini sine absolutione: ne si hanc etiam obtinuissent, conualescentes fallerent; nec reliquæ vellent exigere pœnitentiam. Num satis persuasum est satisfactionem à pœnitentia nō differe; Ecclesiam tamen, vbi necessitas hoc postularet, etiam agnouisse feram hâc, & posthumam satisfactionem? Sed nos quid facimus? Importuni, & obliiti omnis iustitiae Dei, veluti prius obtrudimus mercès hominibus, quam constet de pretio; prius facimus libertos, ac liberos (vt loquitur Tertullianus) ac tum vibices, liuorēsque plagarum inspicimus. Ac tum istud quidem esset laudandum, & optandum, si tunc saltem aliquid fieret; vt haereticam impudentiam retunderemus, & illorum stolidam temeritatem, qui omnia vel purgatorio, vel inferno potius nunquam diluenda reseruant. His rationibus planè effectum esse confido, quod dixi. Deum petere ab hominibus satisfactionē, vt vel antè, vel post aliiquid præstent; quo euadant infiniti pretij Christi participes. Omnis haeresis clamat opus esse pœnitentia; & ignorat eam aliud nihil esse, quam satisfactionem, diversisque nominibus rem eandem designari. Itaq; dum garriunt miseri, Christique satisfactionem iactitant; expertes absolutionis pereunt. Si quicquam post haec de nominibus dicendit est; vñ satisfissemus est μέσαρια, proprium tamen, & maximè germanum tradit Epiphanius in Nouato μέσαρια εἰπ. Nonnunquam occurrit res eadem nomine τὸ ἐπίσημον, & frequentissimè τῷ ἐπίσημῳ, quia instar multæ iis, qui sibi multum indulserunt, imponatur: interdum apta périphrasis

dicitur καρπὸς τοῦ μετανοίας. Vocant præterea maiores nostri satisfactio-  
nem, contritionem, poenitentiam, exomologesim, communibus vñi vo-  
cabulis, quæ toti sunt etiam propria sacramento. Typi sunt, præter eos.  
Numer. 11. quos iam produximus, Adami, Heua & aliorum, vniuersamque Ioannis  
historiam; Mariæ sororis Aaron poenitentia, & Dauidis lib. 2. Regum,  
cap. 12. Prophetas qui vel attigerit, inueniet huiuscmodi rebus esse re-  
fertissimos. Sed ista delibasse fat est.

*Quid, & quotuplex satisfactio, quig, eius fines, & officia.*

Catechesis 176.

*satisfactio quid.*

**E**xpeditis vtcunq; iis, quæ ad primam de satisfactione qua-  
tionem videbantur pertinere: proximum est vt, quid ea sit,  
indagemus, proposita rudi aliqua definitione; vnde proximus  
erit ad formas, causasque traectus; à quibus ad desti-  
natorum sedem, quām maximo dabitur compendio, ve-  
niemus. Ergo vt primum aggrediamur; hoc tempore satisfactio est po-  
enæ peccando commerita iudicio sacerdotis confessionarij legitima re-  
demptio. Poenam peccando commereri & per se tam clarum est, & su-  
periū ita discussum; vt superuacaneum putem vel verbum addere. Nam  
cūm necesse sit, Christo teste, eum, qui perire nolit, agere poenitentiam,  
quæ aliud non est, quām satisfactio; nullus de hac re potest ambigere.  
Porro hanc poenam, siue eius redemptionem stare iudicio cōfessionarij,  
non videtur habere magnam difficultatem. Nam cūm de vi clauium a-  
geremus, ac de necessitate, veritatēque huius sacramenti; probatū est sa-  
tis ligare non esse aliud, quām peccatori mandare huiusmodi poenitentiam.  
Est igitur penes sacerdotes ius, & potestas constituenda poenæ.  
*Quod si quis sibi ipsi iudex fuerit, atq; in se suplicium statuerit; satis-  
factio dici poterit, sed non huius generis.* Postremò dicimus esse redem-  
ptionē inflictę poenę à legitimo iudice. Nam certum est, si Deus pro no-  
stris virtutibus nos ornaret, eterna supplicia nostris peccatis esse prome-  
ritos. Verùm Dei minister sacerdos sempiternum illud contrahit, atque  
in temporarium commutat: quod elegantissimè docet. Ambrosius ad-  
uersus Nouatum li. 1. ca. 4. super illud: *Si conuersus ingemueris, saluus eris.*  
*Expectat gemitus nostrus, sed temporales: ut remittat perpetuos. Expectat la-  
crymas nostras, ut profundar pietatem suam.* Hec breuiter ad definitionem,  
quæ & alibi dicta sunt, & mox iterum inculcabuntur. Porro est legere  
in christianis litteris, & Patrum monumentis triplex genus satisfactio-  
onis. Nam potest fieri (atque hoc deceret maxime) vt quisque pecca-  
tor præscribat ipse sibi poenitentiam, sumatque de se vltionem: cūm ni-  
miram animaduertit sacerdote, vel oblitum officij, vel nimis indulgen-  
ter secum egisse, nihilque grauissimis peccatis dignum iniunxit. Tunc  
enim procul dubio, qui bona cum fiducia ad tremendum De tribunal  
olim venire cupiat intrepidus, necesse est, vt sibi sit iudex, vltorique rigi-  
dus; quem.

*triplex satis-  
factio.*

dus, quemadmodum ait Hieronymus in epistola ad Damasum, asperi-  
ma illa poenitentia suæ adolescētiae diluere. Sed quid opus Hieronymum  
adducere, cūm ipse Paulus hoc doceat apertissimè, dicens, 1. Cor. 11. *Quod  
si nos metipso indicaremus, non utique indicaremur?* Verùm istud iam ad  
alterum genus pertinet, nihilominus ostendit voluntariè suscepitum à  
nostrum quolibet aduersus seipsum iudicium, non carere insigni fructu.  
Ante Apostolum hoc ipsum suggererat Ezeciel, hortatus vnumquemque,  
vt faciat iudicium, & iustitiam. Itaque cūm tam sit eneruatus rigor  
iudicium ecclesiasticorum, consultissimum est, vt ipsi nobis poenas irro-  
gemus: tametsi non futuras tam efficaces, atque si à Dei ministris iniun-  
gerentur. Cūm enim illi polleant coelesti potestate, quicunque mulctam  
exoluit ab illis indictam, confidere debet Deum ratam habiturum suo-  
rum administratorum sententiam. Tertium genus attingunt Patres, nunc  
citato loco epistolæ ad Corinthios. Nā Deus nō tard cessantes in hac par-  
te iustitiae: sumpta ipse virga castigat, immissoq; bellis, fame, peste, cæ-  
terisque flagellis, de nobis exigit poenas, nec patitur patientissimus im-  
punè ferre scelerā, ne olim, pro sua iustitia, cogatur æternis flāmis adiu-  
dicare, vt apud Iobum Elihu copiosissimè disputat. Et tergeminam hanc  
satisfaciendi rationem, maximoperè commendarunt, salutaremque esse  
docuerunt Tridentini Patres 14. sess. cap. 8. quamuis media sit omnium  
certissima, & mobilissima. Cæterū de finibus, & officiis est copiosior,  
vtiliorque disputatio. Nā reliqua sunt partim tractata, partim extra con-  
trouersiam posita. Sunt igitur fines, quorū gratia vel imponitur, vel sus-  
cipitur satisfactio, tres, nūc nostro vitio, pudendaque negligentia planè  
sepulti, vsqueadē rerū utilissimarum cœpit obliuio. Primus est, vt faci-  
nus admīssum puniatur, alter est, vt phatasiæ (vtar vocabulo Dionysij)  
debellentur, & eradicentur: pōstremus, vt in posterū homo diligens, &  
cautus efficiatur, atque à peccatis arceatur. Vigent autē isti fines potis-  
simū in ea satisfactione, vbi ecclesiasticus iudex facit officium. Sed  
de singulis agendum est paulò latius. Peccatum igitur puniri oportet,  
nec nisi perniciōsissimè multum relinqui, sacræ scripture innumeris  
exemplis probari potest. Et vt vnum, atque alterum ex immenso depro-  
mamus aceruo, qui non legit ministros, atque Leuitas destinatos cultui  
Dei, sanctificasse dexteras suas in scortatorum nece, dum strictis ensibus  
obuios quoque fratres trucidarunt, itemque numinis sōnticorum mor-  
te placarunt? In Heli sacerdōtem quām terrible statutum est exem-  
plum, quia connivebat ad scelus filiorum, quos vno die cæsos audiuit,  
& infelici ruina fractis ceruicibus exhalauit animam? Saul autem,  
cūm pepercisset Amalec, & Agag viuum conseruasset, adeò misericor-  
die laudem non est consecutus, vt amicitia Dei exciderit, & regno:  
hincque factum est, vt nepotes, ac superstites reliquæ deditæ Gabaoni-  
tis, atque in crucem actæ fuerint. Nōn est necesse plura commemo-  
rare, cūm ex ipsis paucis liceat statuere Deum vsqueadē de testari pec-  
cata, & non solum, si quis deprecetur, & abominetur illorum vindi-  
dus; quem,

*satisfactionem  
qui fines.*

*Punitionem  
incubere pec-  
cato exēplis,  
& rationibus  
scriptura o-  
ffendit.*

Exod. 32.

1. Reg. 4.

1. Reg. 15.

Etiam, sed etiam si proroget, tam agere ferre, ut nihil atrocius consueverit vlcisci. Ad nos autem eadem pertinere, cum multis rebus ostendi potest, tum Latini vocibus ipsis pœnitentia, & satisfactionis abunde videntur significasse. Quod enim peccato factum est, nequit infectum fieri: sed qui satisfacere cupiat, reliquum est, ut pœnam, tanquam certissimum asylum, complectatur. De his non plura. De primo autem fine sunt quædam insuper addenda, ut intelligamus, quod ista tendant. Ergo qui vult ritè suum punire scelus, debet, quod sibi nequiter indulxit, iustè detrahere; & si temulentia peccarit, ieiunio compensare, si libidine, castitatem, continentiamque reponere debet: atque in hunc modum de virtutibus, vitiisque reliquis diceadum. Sed (inquiet aliquis catechumenus) difficile est hominem in se tantoperè fœnire, cum simus plerumque Suffeni, nobisque nimium indulgeamus. Verum, ut valere finamus eos, quibus etiamnum sua vitia placent, consideremus scripturas, illarumque momenta diligenter expoundamus: & facile contemnemus, quicquid hic pœnarum infligi potest. Ponamus igitur nobis oculos eum, qui à baptismo relabitur in peccatum, & ex Pauli doctrina, quæ nefariè Christum rursus agat in crucem, animaduertamus: & si quid supplicij in hoc seculo tanto scelere dignum esse crediderimus, nihilominus certum est etiam in nobis occultam peccati radicem delitescere, quæ de alieno, nostróve criminē rectè iudicare plerunque nos non permittat. Hinc aspiciamus oportet, quæ luculentam Spirituifancto irroget iniuriam: & si non quodus tormentum commereri fuerit nobis persuasum, nos à Dei Spiritu credamus oportet alienos. Adhac, si in mentem veniat filium Dei conculcari, & ipsius sacrosanctum sanguinem pollutum duci ab eo, qui semel ablutus iterum se contaminat; proculdubio si vel Salvatoris vlo amore, vel salutis tangamur desiderio, existimabimus, quodlibet mortiferum peccatum esse grauius, quam ut vlla poena valeat expiari. Sed iuuerit fortassis explicare capita, quæ iustissimam ostendant esse satisfactionis necessitatem. Ergo dum Apostolus dicit hominem relapsum à baptismo crucifigere sibi rursum filium Dei, hoc sibi vult: hominem, dum intingitur, Christi personam induere, & cum illo mori, ac sepeliri, dum ex aquis emergit, ad Seruatus exemplum resurgere, denique totam illius salutarem œconomiam repræsentare. Atqui certum est, Christum ita satisfecisse, & vna morte sua cuncta complesse, ut amplius mori non possit, ac ne oporteat. Hæc autem dum ita constituta tu malus imitator perueris, atque deprauas, dum relaberis in peccatum, iterum moreris, tuumque, & omnium redemptorem maxima affidis blasphemia, quem singis iterum posse mori. Hoc igitur est dèdecus, quod peccando nostrum, quilibet interrogat filio Dei. At verò sanguinem eius pollutum is dicit, qui non videtur morari, quod fuerit sanguine redemptus, adsertus libertati, iustitiae restitutus, æternaque beatitudini consignatus. Nam quemadmodum Iudæi eapropter nō verebantur hircorum, & taurorum mactationes instaurare, quia

*Quomodo b.  
g. Zetus pec-  
cans mortali-  
ter christum  
crucifigat.*

*Qui sanguis,  
nem Christi:  
ducatur pollu-  
tum.*

sanguis.

sanguinem illorum non ita magis faciebant: ita minoris facere videntur filii Dei sanguinem, quæ brutorum animalium quondam Iudæi sacrificatores, qui beneficium, quod perillum acceperunt, tam frequenter prodigunt. Postrem, faciunt huiusmodi damnata capita Spirituifancto, quo consignati sunt, maximā contumeliam. Is enim in eis templum erexit sibi, sacrarium instituit, tentorium non tetendit modò, sed in dies, & horas, in immensum dilatare pergit, dum, quantum in se est, cupit. homines magis, ac magis occupare, atque in se transformare. Hæc agentem impij, vixque receptum Spirituifanctum, & admissum intra limina faustissimum hospitem, contra fas, iusque gentium eiiciunt, sublatumque, imò extinctum cupiunt, nec illum tātum, sed vna patrem, ac filium, qui simul immigrauerant, vix uno die receptos, pessimeq; tractatos extrudunt: Ista qui designant, an non putamus grauissima opus habere pœnitentia? Si quis regem, aut principem offendat, miscentur omnia, trepidatur, nullū patet effigium. Et quid est creatura, si cum suo creatore conferatur? Horrendū est incidere in manus Dei inuentis. Si hīc tibi parcas, vide ne cū mundo pereas. Hīc enim est tempus veniæ, nulla hīc satisfactio non maxima tormēta redimit. Olim tantum iudicij; suppliciorumq; tempus erit. Sed vocat nos finis alter, ut phantasiaz depellantur, eque mentibus malè sibi consciis extergantur. Nam cū agitur de flagitiis, & spurciis libidinum, adhærent tam pertinaciter, ut quem semel occuparint, vix missum faciant, neque tunc solūm, cū infernalis naphtha mentem incendit, agitque in peccatum præcipitem, sed multos post dies, ac menses etiam, vbi deferunt aëstus, pergunt nobis esse molestæ. In aliis autem peccatis tanta est proclivitas, ut nostri non immerito dicant priori peccato contrahi posterius. Si enim videas hominem temulentum ad dies aliquot inuitum arceri à cupidis poculis, dicas hominem moritum: si pateat rimula, effugit, potitat, dulcique mero se proliuit. Sic aleator, etiam iuratus, atque ligatus, scelestissimas manus ne ad horam potest compescere. Sic reliqua scelerata validos nexus implicant suis mancipiis, quibus ad perditionis massam retrahantur. Considerere enim, gradumq; in vitiis figere nemini datur, propter insitas peccatiphantias. Has autem Dionysius dicit expurgari per ieiunia, reliquaque pias actiones, sanctissimosque pœnitentiaz labores, & contraria castigatione vitia curari: ut puta, si quis rapina, furtóve peccarit, postea non contentus profundere proprias, & iustas opes in eleemosynas, labore, insuetasque manus exerceat, si abstinentiaz laudem ferre velit, diabolique laqueos penitus exuere. Atque ad hunc modum dicet in cæteris philosophari. Postremus finis est, ut peccata deprecemur, fugiamus & absistamus, abhorreamus, cuius rei pulcherrimum exemplum postremus fit, præbebit Augustinus lib. 8. cōfess. cap. II. vbi sanctissimus vir ita peccata confitetur adolescentiaz sae, ut postea quæ facile sibi interdixerit omni relapsioni, demonstret. Cogitandum igitur est in primis, quid sit reuerti ad vomitum, deinde reuocandum in mentem tanto deterius esse pecca-

*qui faciant  
spiritui gra-  
tie contume-  
liam.*

*secundus pa-  
nitentia finis.*

*tertius, &  
nū pœnit.*

tum iterum admissum, quantè est errore malitia grauior: Hæc, & huiusmodi si sollicita mente versaremus, non possemus, non vehementer abominari peccatum. Sed ad hæc præsentissima satisfactionis virtus. Qui enim peccatum tunctionibus afflictum inspicit, qui exantlata ieiunia reducit in animum qui sacci, cinerisque recordatur, qui inficta pernigilia recenset, facile sibi persuadet sedulò fugiendum esse, propter quod se tam acerbè molestatum agnoscit. Vulgo dicitur, pescem non facile ad hamum redire: ita qui semel est expertus iustæ satisfactionis virgam, probè intelligit non temere tentandum esse, quod tanto molimine, dolore, molestia redimendum est. Atque hæc mihi videntur de istis finibus sufficienza. Sed est operæ pretium considerare, quæm nobis male consulerimus, qui omnem iustum satisfactionem interuerimus. Qui enim per tumultuantiam, aut libidinem sese prorsus inutilem reddit, priusquam de satisfactione cogitet, si adiungatur ad ieiunium, queritur stomachum ferre non posse. Rapaces, & auari eò tñdem infelicitatis sese deliciunt, vt non videantur tutò eleemosynas dare posse, cùm nihil habeant non iniquè partum. Alij, profligato patrimonio, ne teruncium pauperibus valent erogare. Atq; hoc pacto nos ad satisfaciendū ineptos reddimus, Deique consilium eludimus. Restabat oratio, sacra velut anchora, sed quid agimus? Cor ita caris distrahit, ita peccatis corruptum emarcuit, ita sordibus obruitur, vt nullum inter orandum facere queat officium, sitque plus metuendum, ne sua irreligione peccent, qui huiusmodi sunt, quæm itatum numen aliquousque sibi cõciliens. Et tamen quibus in periculis versemur, vix quisquam cogitat, succurréendum, & opem à Deo Opt. Max. tantis miseriis implorandam, certè nemo inducit in animum. Sed satis est de finibus. Quod supereft, tribus istis potissimum nititur satisfactio, ieiuniis, orationibus, & eleemosynis: olim plura adhibebantur, quæ nunc in obliuionem abierunt, cilicum, cineres, humicubatio, & similia: quæ tamen non arbitror cuiquam temere iniungenda, sed ea, quæ scripturæ satisfactionis instrumenta subministrant, dolendum est vsqueadè exolescere. Verùm istis omissis eundem est ad negotium iustificationis, quæ est primus, ac præcipuus effectus poenitentiae. Sed quia nunc videmur catechistica spatha differendo transiisse, proximæ concioni totum illud integrum seruabimus.

*Tria quibus  
potissimum  
nititur satis-  
factio.*

*Deum plura nobis in hoc sacramento absolutionis misericordie,  
quæm iustitia reliquise monumenta, docet, mox præcipuos, ac  
singulares eiusdem sacramenti effectus recenset.*

### Catechesis 177.



VM diuina maiestas mortalibus misericordie, iustitiaeque non-minibus, potissimum innotescere voluerit, quæ virtutes cùm in aliis, tum in christianis maxime sacramentis apparent: semper

femper ipse mecum dubitauit, vita magis in sacramento poenitentiae sit spectabilis. Nam si referas animum ad eorum considerationem, quæ in huius tractatione dicta sunt; & in primis expendas magnitudinem virtutis illius, quam vocamus contritionem; putabis Deum potius nimis rigidum, & seuerum, quæm parum iustum. Nam cùm fatis nunc norimus eam, nescio quid plusquam humanum, requiriere; vt homo peccatum ita execretur, vt nihil supra, velitque seuerissime castigatum, quæ est rara avis in terris; id tamen & Deus exigat, & Ecclesia olim etiam à suis extorserit: nullum esse putò, qui non perspiciat clarissimè, quanta sit in hac parte iustitiae necessitas. Deinde si confessionis operositatem examines, quæ tot egregiis virtutibus absoluatur; vt de ministro, qualis hæc requiratur, nihil dicam: quis erit aedē de se securus, qui se nusquam hæc cæspitare, deficeré audeat prædicare? Postremò, cùm diximus satisfactionem vel à Deo præscriptam & efflagitata ab Ecclesia, rem esse tam inamœnam, & inhumanam; vt aliud nihil crepet, quæm saccos, cineres, lacrymas, ieiunia, carinas, & mille id genus: nemo tam cæcus est, qui plurimū hæc iustitiae inesse non videat. Contrà tamen, si reflectas oculos, attentusque spectes, quæm sit ingens gratiæ argumentum, quod benignissimus Deus hominibus subinde relapsis noxam remittat, siquæ semper paratissimus in gratiam recipere miseros, & millies gehennam promeritos; facilè pietatem, ac misericordiam hac in parte cum Dei iustitia paria facere credes. Sed tum maximè demiraberis incredibilem bonitatem, si, quæ hodiè in Ecclesia fiunt, consideraueris, vt inuitet aueros ad reconciliationem, vt refugientes retrahat ad pacem, vt nihil non faciat, quo vel inuitos, reluctantèisque conseruet. Si verò, quanta hæc dissimulatio ne vtatur, quantum remittat ex pristino rigore perpendas; obstupefces viscera diuinæ miserationis. Denique si profusionem indulgentiarum; si ea, quæ mox dicenda sunt, id est, quæm ingentia munera largiatur iis, qui vel mediocriter defunguntur officio poenitentiae: nunquam fatis mirari te posse credes diuitias inexhaustæ benicitatis, & clementiae. Ergo qui haec tenus ex his, quæ diximus, Christi, vel Ecclesiæ rigorem exhorrebat; hinc desumat lenimenta formidinis. Cæterum vt ad ea tandem veniamus; locus admonebat, vt de indulgentiis, quod catechumenos nostros referebat cognoscere, traderemus. Verùm cùm de iis aliis sit à nobis prolixè disputatum; non libet repetere: habituri sunt enim in illa tractatione, qui eam inspicere non detrectarint, quicquid ad orthodoxyæ, vel cognitionem, vel propugnationem catechumenus desiderare queat. Hoc tantum loco visum est indicare, Tertullianum li. extremo de pudicitia, ubi Phrygastam agit, proque suæ hæreseos placentis disputat, catholicisque virtio verit, quod homines digamos ecclesiastica pace dignarentur: inter cætera, id quoque reprehendere, quod non tantum sacerdotibus; sed etiam martyribus ligandi, foliendiq; potestas apud eos credita videretur. Scribit autem in hæc sententiâ: *Domini enim, non fama.*

*De rebus effectis sacramenti absolutionis, & pri-  
mò de iustificatione.*

non famuli est ius, & arbitrium Dei ipsum, non sacerdotis. At tu iam, & in martyras tuos effundis hanc potestatem: ut quisque ex confessione vincula induit adhuc mollia in novo custodie nomine, statim ambiunt mæchi, statim adenit fornicatores: & post pauca: Alij ad metalla configiunt, & inde communicatores reuertuntur, &c. Hæc tamest dicat hæreticus, nostramque fidem oppugnet; fidissimum testem exhibit tamen sententia catholicae. Nam haud inficiatur sacerdotes remittendi, retinendique peccata ius à Christo traditum habere; sed duntaxat arrodit illam eorum temporum consuetudinem, qua pœnitentibus martyres penè nimium licenter (quidni dicam, quod toties incusat Cyprianus?) addicta satisfactionum suarum portione, tantum non extorquebant absolutionem. Non enim ita ligabant, vt sacerdotes; sed cùm suorum meritorum particeps facerent, videbantur aliquo modo soluere. Hæc prioribus inuentis idiuncta sunt. Nunc de rebus effectis catholicæ absolutionis dicendum, non quidem eo modo, quo facturus esset, qui de iustificatione accuratam, perfectamque traditionem instituisse; sed vt conuenit argumento præsenti, hoc est, iustitiae secundæ, vel quæ promanat ex hoc pœnitentia sacramento. Nam quæ in baptismo tractatu dicta sunt, non liber repetere. Principiò igitur quantuncunque multa sint à baptismo cumulata peccata, sacramentum istud omnium remissionem pollicetur, & præstat: & si quidem lernam vniuersorum à condito mundo patratorum scelerum in vnius caput compingeres; modò se huic medicinæ permittat, salus est certa. Quod si libeat meminisse placentorum veterum Theologorum; licet abhorrent à Nouato, quia de Dei misericordia nimis auarè loqueretur, & sentiret: tum demùm intelligimus, quantum hic sit beneficij. Tertullianus (vt vnum citem pro mille) in libro de pœnitentia, putat esse extremæ impietatis, vel optare frequentiorem veniam, quam vnicam: *Collocavit in vestibulo pœnitentiam secundam, qua pulsantibus patefaciat: sed iam semel, quia iam secundo, sed amplius nunquam, quia proxime frustrà.* Semel regeneratus, ac saluatus rediisti ad antiquum, deteriusque laborare coepisti: denud restitueris in integrum; quid est, cur velis misericordiam Dei quodammodo ludificare? Atque ita profectò se res haberet, si probè nobis compertum foret, quanta sit virtutis, & gratia hominem, filium diaboli, perditionis hæredei, peccati mancipium semel liberatum, factumque Dei filium, Christi fratrem, æternæ felicitatis alumnū; sese postea in pristinum coenū immersisse, sponteque iisdem se subiecisse miseriis; atque ab illis rursus extraētum, adque priorem dignitatem reuocatum esse. Hæc si penitus considerarentur; num videretur prodigijs simile, quod homines tam facilè Deum offendant? Hoc est igitur sumum beneficium, & benemeritum istius sacramenti; vt peccator semel, iterum, tertio, centies, millies ad Dei misericordiam aditum inueniat. Neque putandum est, quod isti volunt Dei gloriae osores, peccatum duntaxat obuelari. Deumque pro sua bonitate dissimulare. Nam catholica fides hoc habet, hoc prædicat,

prædicat, eū, qui remissionis gratiam adsequatur, ita liberari; vt nullum ibi peccatum, nulla radix, vnde postea denud succrescat, relinquatur: adeò vt Augustinus, in homilia de natali Domini, Deum esse tam benignum asserat; vt nisi nobis ipsi defuerimus, ne cicatrices quidem vulnerum superesse patiatur. Cùm autem nihil ipsi præstemus; totumque reiciamus in sacramentum: mirum non est, si postmodum appareamus cicatricosi. Quod autem isti sepulchrorū incrustatores adferunt scripturas, quæ tegi, operiisque peccata docere prima fronte videantur, Deumque peccatorum non futurum memorem: si credamus Athanasio tertia oratione aduersus Arium, & Epiphanio in Ariomanitis, est perpetuum vitium hæreticorum; vt tantum palpè corporis extima, nec altius penetrant. Nam cùm huiusmodi scripture sint significantissimæ, non descendunt ad recorditos sensus, & energiam; sed in ipsis vocum sonis acquiescunt. Dum enim dicuntur operiri peccata charitate, dum contegi, & non imputari prohibentur; non ita intelligendum, quasi relinquatur sub quibusdam tegminibus inuoluta: sed duntaxat Deum, pro sua omnimoda scientia, nosse non tantum, quæ facta sunt; sed etiam quæ vñquam futura; itaque peccata non posse abire penitus in obliuionem; dici tamen contecta, quia sunt compensata, & operta; quia quæ Deus videt sua illa perspicacitate, non videt misericordia; non quod hæreant in hominum conscientiis; sed quia, cùm non ignoret illa Deus, etiam postea quām deleuerit; non tamē dectreuit punire. Præclarè Damascenus ex Dionysio docet, *lib. r. cap. xx.* obliuionem in Deo non id esse, quod in hominibus; sed dilationē opis, *Orth. Fid.* ac misericordiæ. Itaque cùm dicitur peccatorum obliuisci, non significatur illum hominis instar oblitum; vt nulla supersit rei memoria: sed peiinde facta habere, ac si nunquam contigissent. Et vt ea procul abesse à Dei filiis intelligeremus; alibi dicuntur projecta in cor maris. Ad eundem modum non imputari dicuntur, cùm, et si meminerit Deus, noueritq; probè; tamen pro eo scedere, quod nobiscum pepigit, & merito filij sui, non vult ea nobis in iudicio officere; eoque pacto nobis patruginatur. Nam dum ait se amittere de memoria, se tegere, & post tergum proice re sclera nostra; monet obiter, vt nūquam èd dementia prouumpamus; vt contempto D. Petri consilio videamur oblii antiquæ remissionis; sed eo veluti flagello nos excitemus ad animi gratitudinem. Et si cordate verteris in scripturis, deprehendes in illis locis tale quid semper adiunctum. Nam vbi dictum est: *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum:* additur: *Nec est in spiritu eius dolor:* quod vtique non vere pronuntiatum esset à propheta, si Deus tantum connueret ad peccata. Quo pacto enim Spiritus esset expersus totius dolii, hoc est, peccati; si non ablata, sed obruta duntaxat ibi crimina laterent? Huc adferri poterant, quæ de baptismali iustificatione pridem à nobis dicta sunt. Quo pacto enim Paulus Corinthios antè flagitosos diceret ablutos, emundatos, sanctificatos, ac iustificatos? Qui conuenit sanctimonia cum hac peccatorum residentium congerie? Quæ puritas, vbi nihil est expiatum? Sic dum

*Psal. 3. 1.*

*1. Corint. 6.*

Nathanael, & huiusmodi Israëlitē dicuntur carere omni dolo, quos peccasse procul dubio prius constat; indicatur ritu Mosaico, & fide in Christum reuerā iustificatos esse. Prædicantur à Davide *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Christus elegit, & abluit sibi sponsam non habentem maculam, & rugam. Ergo reuerā beneficium huius absolutionis est primum, vt hominem beat munere purgationis, & iustificationis: & quemadmodū ibi David prædicat hominem beatum; ita profectō in hac seculi nostri contagione beatus est, qui vel spe præsumit se hoc à Deo consequutum, sibique remissum esse peccatum. Alterum autem est beneficium, quod huius sacramenti participes cumulantur omnibus virtutibus, idque non eo modulo, quo perdidérint. Nam ferè tepeſcimus ante peccatum mortale, & vſque ad infimū iustitiae gradum degeneramus; vt neque frigidi simus, neque calidi: dum autem recipimur in gratiam, si in caluerimus stimulis verae poenitentie; si cū Davide, & Petro diuīnum quoddam cestrum conceperimus; non refunduntur languidulae virtutes; non in extremo iam consūstimus; sed euehimur in summum fastigium. Quę res quolibet peccatorem sumū poperè debet animare, dum se tantum lucrum in iustificatione, si illam ritè ambiat, faciliū intelligit. Perierat suo vitio, resurget Dei misericordia, hoc est, alieno beneficio, & merito restituetur, qui sponte interitum sibi cōſciuerat. Sed rara est hęc virtus in terris. Cui tamen ita fauerit numen propitium, vt ea, quę diximus, gnauiter præstet; primū charitate cumulabitur, gratia, quę totum complectitur; atque inuadit hominem; spe, fideque formatis virtutibus donabitur; nec deerunt cardinales virtutes, vbi regna charitas immigrauerit, cum quibus totum agmē reliquarum virtutum, & charismatum Spiritus sancti ingredietur. Et fateor quidem in nostro frigore, & ignavia superesse cicatrices; restare phantasias; residere proclivitates ad peccandum; sed si faciat quis officiu; dixi ex Augustino. Deum esse tam clementem; vt nulla vulnerum velit manere vestigia; per nos autem fieri, quod minus restituamur in integrum. Si igitur homo ebriosus, aut scortator post poenitentiam sentiat se retrahi ad sordes; si experiatur quandam proclivitatem; non est culpa sanguinis Christi; sed eius, qui se, peccataque sua probè vltus non est. Si enim dignum in se iudicium statuisset; procul dubio illa caligo, & phantasia faceſtuisset. Ad hęc, homo ingratisimus recipit omnia sua merita, quęcunque per elemosynas, ieunia per fidem, spem, charitatem antea congeserat, quorūque peccando iacturam fecerat. Atque hoc est, quod docet Ezeziel cap. 18. & Paulus cap. 3. Galatarum: *Tinta (inquietus) passi estis sine causa, si tamen sine causa,* quod Chrysost. eum suis ita interpretatur; vt Apostolus promittat Galatis, eos bonorum omnium operum ius recepturos; si abiurata haeresi rediiffent in viam. Sic dum adhortatur suos Hebræos idem Paulus, infinita pro Christi fide perperos; sed iam partim labefactos per desperationem, partim distractos alio, inquit: *Non enim iniustus Deus, ut obliniscatur operis vestri;* quasi dicere: Si resipiscatis, & agatis poenitentiam, Deus,

*Alius. absolu-*  
*tionis factus.*

*Quartus hu-*  
*ius sacramen-*  
*ti effectus.*

*Hebr. 6.*

tiā, Deus pro sua iustitia restituet vobis omnia, nec perire sinet tot præclarę gestorum mercedem. Hęc sunt huius sacramenti ferè præcipua, & peculiaria commoda: cetera habet cum aliis communia sacramentis, vt fieri membrum Christi, adire consortium, & communionem omnium bonorum operum Ecclesiæ, & similia. Quęc cùm ita se habeant, non dubito, quin videatur catechumenis difficultū statuere, vtrum hęc sit maior misericordia, quam in illa cōtritione iustitia. Nā vt mortales iudices meritō in sēpius relapsos durius animaduertūt, ita certè poterat Dei iustitia frequenter inquinatos minori semper gratia donare. Nunc verò tam bonus est, & misericors, vt cū flagitiōfissimis videatur liberalissimè age-re, reuertentibusq; vberiores bonitatis suę pādere diuitias, quam iis, qui constanter in accepta semel iustitia perdurarunt. Filio enim frugi nun- Luc. 15. quā est maestatus vitulus, sed tū ille demū laienæ fuit adiudicatus, cum prodigus filius ad paternas ædes rediit, aptissimus omniū peccatorū typus. Calcei, stola, annulus, proferri optima, darique præcipiuntur, quia Deus redeūtes ad se tātoperè cohonestat foedifragos, apostatas, & quolibet impiissimos, vbi seriam poenitentiam aggrediuntur, vt in quolibet eorum videatur suę clementiæ, prōpensionisque ad miserandum vel reliquis adhuc in peccatis iacentibus luculentum exemplum statuere.

### De sacramento Extremæ Unctionis.

*Profugorum fidei horrendas in extrema unctionis mysterium blasphemias infectatur, quam tamen vel ipsorum definitione commentitia docet esse sacramentum.*

### Catechesis 178.

 Oties quiritatus sum de malitia aduersiorū, & blasphemia in Spiritum sanctum ( auditores ) vt quid nunc adferre possim, non videam. Itaque non semel venit in mentem imitari eum pictorem, qui, apud Quitilianum, cùm in Iphigeniæ delineatione artem vniuersam penè consumplisset, cùm ventum esset ad parentem Agamemnona lugentem filiam, veritus ne vel moeroris non posset sensum exprimere, vel Græcorum principiis decorum obseruare, faciē velo texit. Sed cùm heri, hodieque legerē infandas hereticorū, blasphemias, & maledicta, mutato consilio, non potui non euūperē in mōestissimam vocem. Nunquā enim vel audisse, vel legisse memini magis infanda: vſq; adē omnem hęc pudorem abiecerunt, vt Christianum hoc mysteriū totis conuictiorum plaustris onerent, sceleratissimisque blasphemias impudentissimè proscindant. Vocant enim ( horrendū est mōminisse ) putidum oleum, fœtidum oleum, nefandam pinguedinem, & quid non? Certe audire mihi video nefarium Manenta priscum hæresiarcham, Dei creaturam hostem,

& osorem, qui etiam execratur panem, vinum, & similia, quibus pascitur, & indignam trahet vitam. Sic enim isti pro�us oblitu videntur honoris, quem deferre debent creatori, dum res illius effectas tanto odio prosequuntur. Esto enim, simus canes, simus idolatriæ, erremus graviter, quid commeruerunt innocentissimæ creaturæ, ut à vobis tam indignis modis calcari, conspurcari que debeat? Equidem facile adducor, ut credam infidelem Turcam non magis odisse catholicos, quam Calvinistas, & horum quendam deprehensum, qui sacrosanctam Eucharistiam pedibus detruisset, iussisse interfici: quod, si nihil aliud, certe panem tanta afficerat cōtumelia. Igitur si nullum sit, quod sanctissimum creditimus, veteramurque sacramentum: at oleum est, & quidem olitum, quod talibus epithetis detur pandum à vobis erat, creatura Dei est, si non alio nomine, vel propterea optima, quod suo talis est visa creatori, cuius vel benedictionem, vel commendationem nulla malitia potest interuertere. Deinde ignoratione nobis obiectat oblitu officij christiani, qua tamen in parte utinam pro�us infantes essemus. Verum non illi virtutia duntaxat nostra nobis exprobrant: sed quia nostræ profitemur simplicitatem, quia non inficiamus incuria, & iniuria priscæ barbarie quedam obscurata, quedam ideò tecta mansisse, quia id ita visum est Deo, qui à nonnullis humanam cogitationem, & inquisitionem submouere voluit, nos derident, stultosque vocant: cum interim non tantum vetus Theologia, verum & scripturæ nos doceant fidei officium esse, quedam ignorare. Scimus enim ita certam esse fidem, vt sua ænigmata, & obscuritatem habeat. Nam si omnem caliginem adimas, velisque omnia esse perpicua, iam fides arte, scientiaque mutabitur, illiusque meritum omne tollet è medio. Aduersarij suam iactitant sapientiam, & manifestationem, seque omnia è sacris scripturis clarissime deducere gloriantur. Laborat tamen mirabiliter Caluinus in adseritione baptismi puerorum contra Anabaptistas, & si suis urgetur legibus, nescio quid è scripturis esse prolatus. Confudit enim destitutus (ni fallor) hæretica manifestatio, ad foedus, quod Deus percussit cum Abraham, propter quod securos contendit esse parvulos, etiamsi absque baptismo defungerentur. Sed quid facturus est de circuncisione adeò necessaria, ut hac sine certum esset exitium? Num ibi quoque de Abrahams pacto somniaret? Sed hæc præter institutum, ad quod redeundum est. Postremò igitur depravant historias, & ea nos docere configunt, quæ nunquam cogitauimus. Aliunt enim Sigebertum narrare ceremoniam, istam ab Innocentio primo institutam fuisse, quod mendacio nullum vidi splendidius. Nam scriptor ille refert, quod habetur in epistola Innocentij ad Dicentium Eugubinum, qui rogandum putarat à Pontifice, num liceret Episcopo sacramentum istud administrare, cui respondet Innocentius, quemadmodum discere licet ex eadem epistola, quæ est in omnium manibus. Caluinus tamen in suis institutionibus hoc ita speciose comminiscitur, nominat Sigebertum, ait institutum ab Innocentio sacramentum.

Hæreticorum  
mendacium  
impudentissi-  
mum.

Qui

Qui ita nobiscum agunt, qui talibus fabulis, & impudenteris mendaciis nostram orthodoxiam moliuntur traducere, num anilem potius ritum, quam legitimum certam instituisse videtur? Sed ista mittamus, & vel hæreticorum iudicio probemus, extremam vocationem habere veram sacramenti rationem, priusquam vel ad nomina christiana, typosq; veniamus: quibus expeditis, tum demum orthodoxa ratione demostribimus eidem vocationis notionem sacramenti pulchre cōpetere. Negant igitur aduersarij extremam vocationem esse sacramentum, quod non sit ceremonia à Deo instituta, habens diuinā promissionē mandatam Christianis in omnē ætatē: quæ tria si falsa esse docere valuerimus, nō erit quod è sacramentorum numero deinceps conetur expungere. Primum igitur *Heretica sa-*  
*cramenti de-*  
*sinitio extre-*  
*ma vocationi*  
*cōpetere pre-*  
*batur.*  
*Mac. 6.*  
*Iacob. 5..*

esse ceremoniam nemo negabit, cum illorum nonnulli concedant, & nominatim Caluinus ad 5. cap. epistolæ D. Iacobi, Ceremoniam enim aliud nihil intelligunt, quam certam rationem quipiam externis ritibus obeundi. Hic autem assumitur oleum, illinitur homo, addūtur statæ preces, quæ omnino absoluunt intelligentiæ ceremoniæ. Cæterum hanc ceremoniam esse à Deo institutam, Iacobus ostendit. Nam cum Christus ita suos ad prædicandū discipulos ablegaret, ut simul iuberet infirmos vngere, & curare: hoc ipsum repetit D. Iacobus, ac docet etiam post Servatoris adunctionem usurpari. Nam veteres Iacobi interpretes. Oecumenius, ac Beda, & generalia cœilia, cum Theophylacto ad eum Marci locum, ostendunt Iacobum commemorare, quod à Christo mandatum erat Apostolis, nec quod sibi primùm in mentem venerat referre, sed quod prius Apostolos norat in christiani huius sacramenti typum facti tasce edoces à Christo, quemadmodum tradunt Patres Tridentini. Et ut magis miremur, Caluinus cum suis in Geneueni farragine ait Iacobum ad illud, quod Marcus cap. 6. refert, alludere. Ex his igitur non immerito colligimus Iacobum non de quavis agere ceremonia, sed ante à Christo instituta, ut typo, atque postmodum in sacramentorum numerum cooptata. Verum non sunt hic nimium contentiosi, sed quam à Christo non inuiti fatentur Apostolis traditam, nolunt diutiū vim habuisse, quam floruerunt miracula. Hæremus igitur, nisi hunc nodum veritatis securi discindamus, probemusque hanc ceremoniam esse perpetuam. Et sane id veba Iacobi videntur innuere, si lector liber, ne hæretico præjudicio corruptus accedat. Nam antecedentia non est dubium, quin æternum obtinere voluerit Apostolus: *Tristatur aliquis ve-*  
*strum? oret. & quo animo est? fallat.* Quis nescit illa, nobis etiam omnibus esse dicta? Quod autem ponè sequitur de confessione, profecto videatur catholicum habere præceptum, vt i ipsimet hæretici tradunt, & ex ipsa epistola facilè fuerit conuincere, si negarent. Itaque transeundum est ad catholicam perpetuamque traditionem, qua ostendatur Ecclesia semper fuisse persuasum extremam vocationem & esse, & perpetuum esse sacramentum. Quapropter ut ab eo, qui est antiquissimus, Dion. Areop.: exordiamur, Dionysius cap. 7. Eccl. Hier. videtur huius rei habere men-

Euseb. Pont.

INNOC. I.

Chrysost.

*Hæreticorum  
cauillum sol  
uit.*

tionem. Nam licet ibi loquatur de oleo infuso sanctorum corporibus iam cœmeterio inferendis: tamen si quis theoriam consideret, videbit non hanc solam in cadavere infusionem, sed aliam quoque ante mortem factam fuisse, ut eum Dionysij locum intellexit Ambrosius Camaldulensis primus eius interpres doctissimus, & post eum Faber Stapulensis in scholiis, & quisquis fuit author catechismi Pontificij, seu Tridentini. Fait equidem Areopagitæ seculi consuetudo, ut oleum, funderetur in corpus exanime: sed cum docuisset ille factum id esse tanquam argumentum futuræ resurrectionis, posteâ meminit sacratissimi vnguenti, & diuinæ communionis augustissimorum signorum, hoc est, sanctissimæ Eucharistiæ, quorum illo quidem corpus, ista verò (quæ semper extreemam præcessit vocationem) anima in diuinum transiret consortium, non obscurè tale quippiam ante mortem factum fuisse significans. Interpretes quidem Græci non iuuant nos: sed si quis velit rem diligenter expendere, & loca inter se conferre, non dubito, quin idem illi magis arrideat. Nam alioqui non videtur ylla ratio, cur eo loco traditæ Eucharistiæ mentionem faceret. Sed discedamus à Dionysio, quia forte quibusdam non videbitur nobis adstipulari. Inter martyres numeratur Euzebius Pontifex, cuius hac de re luculentū testimonium adseruauit, Burchardus lib. 18. cap. 11. Et quia iuuauit fortè non nihil ad illustrandū Areopagitæ nunc prolatum suffragium, non pigebit appendere sententiam. Si quis penitentiam petens, dum sacerdos venerit fuerit officio lingua priuatius, constitutum est, ut si idonea testimonia habuerit, quod ipse penitentiam petisset, & ipse per motu aliquos suæ voluntatis aliquod signum facere posset: sacerdos impleat omnia, sicut suprà circa egrotantem penitentem scriptum est, orationes dicat, & ungai cum sancto oleo, & Eucharistiam ei donet, & postquam obierit, ut careris fidelibus, ei subministret. Num videtur sanctissimus Pontifex intellexisse Iacobi verba quiddam euanidum, & temporarium significare? Post hunc Innocentius primus, coœvus Hieronymo, & Augustino consultus à Decentio, respondet se non hoc instituere, sed esse perpetuæ consuetudinis. Hi sunt Latini suffragatores. Chrysost. (nam Areopagitam nominauit) pro græcanica ecclesia testimoniū dicturus hac de re lib. 3. cap. 6. de dignitate sacerdotali, committit prolixissimè veteris testamenti sacrificios cum Christianorum sacerdotibus, & nostros quidem dicit in immensum superare, vt pote qui non tantum hominem mundum, vel immundum declarare possint, sed ex integro generare, & peccata remittere per preces, neque id tantum in baptismo, verum etiam diutissimè postea: atque ut illud inconcussum ostendat, sūisque verbis pondus adferat, hanc, de qua disputamus, Iacobi sententiam adiungit. Hic si cauillari placeat hereticis, quasi non sacramento, sed precibus is effectus tribuatur, iam illis respondit Chrysostomus, dum ait Ἐγώ διδάσκων πίστον, καὶ ριστήν, ἀλλὰ καὶ τῷ διευχέντι βοηθεύ, id est, neque docere solum, & monere, verum & per orationes auxiliari: intelligens proculdubio formas sacramentales. Quis enim

enim alioqui tā est indoctus, qui neget baptismo remitti peccata? Quod Iōā. Damaſc. si formæ facer ille scriptor id rectissimè tulit acceptum; aequissimum est Nicol. caba- de huius quoque sacramenti forma loquutum intelligere, in quo vix filia. quicquam, præter preces, apparet. Vnde Iacobus quoque orationē apud interpres, ſeu ἐνχήριον appellauit. Chryſtomō licet addere Iōānē Da- maſcenū li. de quiescentibus in Christo. Sed multò clariū hac eadem de re loquitur Nicolaus Cabasilas cap. 29. ad liturgiam D. Chryſtomi.

Incepta traditionis serie pergit ostendere, non simul post Aposto-  
los cum gratia curationum desisse hanc unctionem; dein  
quanta frumentitate Calvinus ad sensus litem de sacra-  
mento reuocet, aperit.

Catechesis 179.

Vperrimè cœptam, & angustia temporis intercisiā seriē  
catholicæ traditionis vt persequamur, auditores, probe-  
mūque luculentius non fuisse antiquatam extremæ vn-  
ctionis ceremoniam, quo tempore desit in terris reperiri  
munus sanationum; inter libros adscriptos Augustino fer-  
tur opusculum de infirmorū visitatione, quod si pro fœtu Augustinireci-  
piatur; habebit procul dubio eandem authoritatem; quā Innocentio tri-  
buunt omnes; quia et si inter hos authores sit magnum discrimen; tamen  
quia cum Caluinianis est nobis negotium, qui plurimū semper defe-  
runt Augustino; facile par erit vtriusque momentum. Ergo in posterioris  
libelli cap. 4. est amplissimum testimonium, quo & ægri erudiuntur, quo  
pacto hic se gerere debeant; & qui cum ægris sunt acturi. Sed vt scri-  
ptum illud non sim pro Augustiniano contra me admissurus: ita, ne  
parum ingenuè pugnare videar; non premam hostem inde petitis argu-  
mentis. Nec enim arbitror Augustino id vñquam vel lectum, vel scri-  
ptum fuisse. Est tamen non nihil, quod ante trecētos annos maiores no-  
strī putarint non esse indignum Augustino, cuius etiam nomine docti  
viri citarunt. Cuius autem sit ætatis, nullus est, qui vel quicquam addi-  
uinariet. Esse tamen Beda vetustiorē, duo sunt argumenta. Prius est, quod,  
cū tempore Theodori Cantuariensis Episcopi ante ætatem Bedæ fue-  
rit relatum in canones ( vt ex illorum pœnitentiali appareat ) morientes  
ante exactam pœnitentiam non esse grauandos vlla satisfactionis ne-  
cessitate: tamen author huius libri quosdam suæ ætatis confessionarios  
reprehendit, quod hominibus emigraturis auderent pœnitentiam im-  
ponere in altero seculo peragendam, atq; eos nullum negotium facel-  
fere debere morituris; quæ res si tum fuisse canonibus tam diligenter  
inhibita, serius hic venisset monitor. Alterum est, quod is author ostendat  
etiam tum obtinuisse morem Ecclesie, ne sacerdotes ex animi sen-  
tentia; sed ex canonum præscriptis pœnitentibus satisfactionem inuin-  
Liber de ini-  
fi: monum vi-  
stitione non  
est Auguſtini.

gerent. Quando autem ea seueritas cooperit elangescere, num sub Laternense concilium, vel anteā, nondum habeo constitutum. Ignōtum illum authorem sequitur Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis, qui in suo p̄c̄nitentiali p̄claram orthodoxyā navarat operam, si temporū iñuria nobis sanctum illud opus non inuidisset. Illius tamen suffragij partem conseruauit Ecclesiae, D. Burchardus lib. 18. cap. 14. *Ab infirmis in pericula mortis positis per presbyteros pura inquirenda est cōfessio peccatorum.* Et post quædam alia, quæ huc non pertinet, addit: *Et ideo secundum canonicam autoritatem, ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus, & consolationibus ecclesiasticis sacra cumunctione olei animati, secundum statuta sanctorum Parrum communione viatici reficiantur.* Audin, hæretice, vñctionem istam non otiosam esse; sed ægris animos addere. Eandem sententiam tribus in locis diuersis libris retulit Beda Venerabilis ad 6. cap. D. Marci, cap. 5. Iacobi, & Lucae 8. vt hoc nomine Illyricus cum suis centuriarum confarcinatoribus illum oderit pessimè; quia hoc de sacramento & scripsit, & sensit religiosissimè; & in commentario ad Marcum dicit etiam nunc Ecclesiæ consuetudinem id habere; vt energumeni, & ægroti oleo benedictione pontificali consecrato inungantur, & oratione sanentur. Eadem penè repetit ad Iacobi epistolam; nisi quodd addat ex Iacobi verbis liquidd monstrari hunc morem Ecclesiæ fuisse ab Apostolis traditum. Inungebat igitur Beda; sed comitante oratione. Et ne Illyricus dicat illum simum egisse; quod Apostoli tradiderant, usurpauit, & ægros adhibita oratione curauit. Sequitur Callistus (ni fallor) eius nominis secundus. Nam primus vixit tempore persecutio-  
nē; postremus patrum nostrorum memoria. Secundus igitur, qui flo-  
ruit circa annum Domini 1125. in suis decretis fidem Romanam ita ver-  
bis Bedæ contextuit; vt nescias vter sumpserit ab altero; nisi constaret Bedam esse antiquiorem. Et ne quis dicat Innocentij decretum superius prolatum à catholicis esse confictum; idem Callistus illud agnoscit, & approbat. Vnde contexam huius rei propagationem indiuulsamque si-  
milis, eiudemque fidei seriem in Ecclesia cernimus. Superest vnu testis  
Bernardus in vita D. Malachia. Superest vnu testis  
agendum

agendum sensisse, adeòque hoc sacramentum administrasse; deniq; non minus postmodum ea de re scripsisse religiosè, quām piè senserat ante Malachias. Hic igitur est ordo traditionis, quā (ni fallar) vehementissime sanabilibus persuasit Christum hanc ceremoniam ita instituisse; vt voluerit esse perpetuam; tametsi iam non perinde succedat sanitatis dominum, vt quondam factum est: qua de re videtur non nihil etiam dicendum; quia aduersarij conuicti Patrum sententiis, hoc potissimum vrgēt; & Caluinus ipse vocat ad sensus experimentum. Et quis non videt (inquit) horum vnguentum esse toxicum, & homines enecare potius, quām curare? & credemus apostolicam esse vñctionem? Ad hunc ille modum quiritur. Sed positis affectibus, quæso, sincerè catechumeni, quid hac stropha moliatur diabolus, expendant. Et primum quale est, obsecro, quod sensus velit consuli, vbi de fidei sacramentis est quæstio? Dic, præclare legislator, quid sit in baptismo? vtique totus homo renouatur: & quid ibi cernis? quid experiris, præter aquam, & sermonem? quid videmus in plerisque, qui adulti baptizantur, non illorum plurimi nihil meliores euadunt? Nilne igitur in baptismo efficitur; quia nil appetet? In coena tua dicis nil esse præter panem: tamen cùm vis adulari Saxonibus, adseris quandam energiam, ac virtutem inesse; & persuades in pane homines comedere carnem filij hominis. At quæ est hīc sensus experientia? quis aspicit, aut contrectat illam vel energiam, vel spiritalem carnem? Vides illa, quæ sunt fidei, non admittere sensuum iudicium? Sed inquiet nos dicere, quandam donari hīc sanitatem, quam se non percipere queritur. Respondeo, primum partim per ministros, partim per eos qui donantur sacramento, stare (quod sanè deplorandum est) vt factamenta vim non exerant suam. Nec enim est immerito dictum à Iacobo, fidei orationem saluataram infirmum: vt si accedat sacerdos nulla fide, nulla scientia prædictus, ignorans quid sit acturus; & forsitan æquè male instructum infirmum; mirum esse non debet, si nil sequatur; cùm idem Apostolus alibi dixerit, fluctuantem orationem aut nil, aut perparum effecturam. Pertenuis ergo fides orantis nil impetrat. Deinde, vt sit minister doctissimus, & sanctissimus; vulgus est adeò rude, & indoctum; vt huius tempestatis plurimi Christiani, veluti animalia bruta, non plura norint, quam sentiant; itaque minimam è sacramentis adsequuntur utilitatem. Illud tamen non sit vitio vel sacramenti, vel ordinationis ecclesiasticae; sed nostro, clericorum, qui tam sumus ignari; laicorum, qui tantâ laboramus ignavia. Si autem mihi Bernardum aliquem administrum dederis, & ægrum Malachiam, cuius à Deo decreta mortis dies nondum appetierit: equidem nisi fiat, quod credimus; vincat hæresis. Nam sacramentis nostris nil vñquam certius, vel efficacius. Vetus ipse met Caluinus praestare quoque tum debebit culpam suorum commentariorum ad cap. 5. epistole D. Iacobi, vbi confitetur sic olim se rem habuisse; vngente Iacobo, sanarentur omnes. Itane certum erat, quod tentabant Apostoli; semperne successit, quod moliebantur. Non arbitror. Sed ha- FF 3 bet ille,

*Prepostore  
Caluinus in  
litem de hoc  
sacramento  
sensus aduo-  
cat.*

*Effectus hu-  
ius vñctionis  
sæpè ministri;  
& suscipientis  
vitio non se-  
quitur.*

*Iacob. c. 1.*

*Multa tenta-  
runt sancti  
nullo effectu.  
Matt. 27.*

bet ille, quo effugiat calamniam. Dicturus est enim id imputandum fuisse administris, qui symbolum istud hominibus admouebaunt. Quid ita? Quia praediti dono discretionis praeuidebant, qui essent sanandi, qui non: itaque illis duntaxat impertiebantur hanc inunctionem, quos a Deo ne-rant sanitatem donandos. Praeclarè: quasi vero sanctos multa tentasse fru-strà non legeremus; quos tamen sanationis charisma habuisse certum est. Nonne videmus apud Matthæum eicere conatos dæmonium, nec rem illam successisse? Quorsum ibi tentabant, quod efficere se non posse cognouerat? Quinimo Christus ipse narratur a Marco nullam virtutem edere potuisse, propter hominum infidelitatem, quibus erant conferenda beneficia. Quod si in ipso Seruatore factum negare non possumus: quid mirum, si nostri homines remoram iniiciant efficacia sacramentorum? Non est igitur necessarium sanitatem semper apparere. Quod si recipiant olim interdum secutam, interdum minimè; hoc prius, est quod credimus, & fatemur. Sunt multi certæ morti destinati. Plerosq; scimus Dei misericordiæ permisso, in quibus, si non obsit male instituta fides, subsequetur sanitas. Certè qui vult liberè, & ingenuè de his rebus pronuntiare; audiat homines, qui hac in parte aliquid sunt experti; intelliget vix quenquam esse (qui saltem tolerabiliter instructus fuerit) qui sacra inunctione sese recreatum, & aliquousque relevatum non senserit. Equidem paucis adfui inunctis ægrotis: semper tamen animaduerti vel animi maiorem tranquillitatem, vel, paulò post, meliorem valetudinem.

*Non omnes  
alim bac vn-  
Elione subito  
persanati.*

Nam ne olim quidem repente fuisse persanatos docent historiae; & in ipsis Christi miraculis quædā legimus paulatim successisse. Hæc de hæretici sacramenti definitione; vt habeant stulti dignam se responsionem.

*Huius sacramenti typos, nomina, & definitionem proponit, eiusque nonnullas partes probat, & illustrat.*

### Catechesis 180.

*3. Reg. 17.*

Xpedita nuper hæretica definitione (auditores) sequitur ut rem altius aggrediamur, deque illa non iam hæretice; sed catholicè differamus. Principio igitur, si quid de typis audiire velint catechumeni; mirum non est, si quidam negent olim huius rei exemplaria præcessisse; cum lex nil ad perfectum adduxerit, sitq; istud veluti colopho totius perfectionis, ac limes: mihi tamen veterem historiam euoluenti duo clarissimi typi esse videntur; nec deest quiddam medium. Dum enim lego illum guttum Tsaæphthanæ ydiaz altricis Eliæ, quæ dicebat sibi non nihil olei superesse cum pugillo farinæ, quibus adsumptis putabat sibi moriendum; non obscuram agnosco huius sacramenti figuram. Farinula designabat Eucharistiæ, que exitiorum est viaticum. Et quia hæc duo semper fuere coniuncta, vt prius confessi, mox inuncti, & communicati dimitterentur: id est non iniuria seruata illa.

seruata illa sibi in vita finem arbitrabatur. Istud autem, quod iam dictum sum, dignissimum est omnium admiratione, quod nimirum in duobus similibus, confederatisq; prophetis huiusunctionis tamen pulchre mysteria conspirauerint, vt quod in uno stupeas, in altero quoque non defuisse mireris. Nam si legas viru duplice Eliæ spiritu prædictum, Elissaum procurasse, vt oleum obæratæ viduæ inadscriptibili virtute austū, atque distractum, quicquid erat æris alieni, dissolueret: existimo te quoque non negaturum aliquid ibi typicum fuisse, quod hoc nostrum sacramentum præfiguraret, quandoquidem ea sit peculiari vi prædictum, vt obæratos homines, & qui soluendo non sunt, liberet, & omni obligatione distractat. Medium autem quiddam fuisse id, quod Apostoli facit tarunt Christo superstitiæ, non est quod neget quisquam, cum preter interpretes, quos supra citatum, Ecclesia id definierit. Erat enim quid perfectius oleo propheticæ, vt pote quo Apostoli ex Christi præcepto morbos curabat nequaquam tamen ad nostri sacramenti dignitatem adsurgebat, quod non tantum corpora, sed etiam mentes, easq; potissimum sanet. Magis insignia vocabula sunt, syrum quidem in Iacobo, & Marco *μέσχον* mescho, quod unctionem queas interpretari. Græca partim τὸ ἔλαιον absolute, oleum, partim τὸ ἔλαιον τὸ χριστόν, id est, oleum unctionis, partim τὸ μέρος, id est, vnguentum, καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ ἔλαιον, id est, sanctum oleum. Innocentius capite 6. ad Decentium vocavit sacram chrismatis oleum: dicitur & chrisma, & postrem synecdochicæ oleum energumenorum, ac dæmonicorum, quia ad illorum etiam linitionem usurpabatur, vt testatur Beda ad 6. cap. Marci. Sunt & alia, quæ maioribus nostris fuerunt in usu, vt est sacramentum unctionis infirmorum, sacramentum exitiorum, &c, vt semel finiæ, extrema unctionio, quibus nil dici potest significatus. Nunc supereft, vt catholicæ tradamus definitionem, illamque probemus. Et non ignoto posse quidem succinctius, & forte melius describi hoc sacramentum: visa est tamen, quæ nunc traditurus sum, definitio nostro catecheterio percōmoda, cum adiuuandâ catechumenorū memoriâ, tum ad proprietatem, & efficacitatem Indicandâ, vt sit Extrema unctione sacramentum, quo periclitari per mörbi de vita, sacro oleo delibuto interdum quidem etiam sinitas corporis, aut salte aliquando leviam ægritudinis, semper vero medela animæ, ac robur diuinum conceditur. Nuc probemus singula. Et, quod ad sacramenti nomen pertinet, vix opus est ullo labore, cum in examinanda hæreticorum definitione rem istam effectam dederimus. Nam licet illi alio torqueant sua, tamen insisterentes illorum vestigiis, abunde ostendimus extream unctionem sacramenti nomen omni ex parte prometeri. Quod si cuiquam id placeat alia quoque ratione tentari, hanc habeat rectam, & apertam demonstrationem. Innocentius primus in epistola iam notissima, vocat sacramentum, & dum negat illam concedendam esse pœnitentibus, hanc adfert rationem: Est enim genus sacramenti. Chrysostomus quoque libri 3. de dignit. sacerd. cap. 6. dum confert unctionem cum baptismo, atque per illius τυχην (quo nomine formam intelligit, *Huius sacra-  
mēti nomen-  
clationes.*

*Sacramētum  
extrema un-  
ctionis, quid.*

*Demonstrat  
nomen, & ra-  
tionē sacra-  
menti huic un-  
ctioni compre-  
hendere.*

vt superius declaratum est) hominibus remitti peccata, indicat proculdubio esse vnum è septem eximiis, quod sanet morbos animæ. Nam authores catechismi Tridentini abunde id se probasse putant, si doceant ex epistola D. Iacobi dare peccatorum remissionem, quæ est vis propria sacramentorum. De Florentinorū Patrum ad Armenios epistola, & Tridentinorum decreto, nil est dicendum. Quod si velimus istā vunctionem ad sacramentorum christianorum rationē exigere, quæ sunt instrumenta, quædam à solo Deo instituta, quibus is, qui ea suscipit, Deo initiatur, & inadspectabilis gratiæ, quam rite præparato mystæ conferunt, adspectabilitia signa: quis dubitat esse huiusmodi? Nam Christum quidem instituisse, dum Apostolos amanderet, & eò postea Iacobum allusisse concedunt etiam hæretici. Hoc autē instrumento hominē initiari Deo, hoc est, fieri magis intimum, atque arctius amicitia iungi per condonationem peccatorum, & iam diximus, & Iacobus, Chrysostomusque paulam testantur. Porro non deesse, visibile symbolum occultæ gratiæ, vel oleum aptissimum symbolum energetia spiritus sancti. Marc. 6.

*oleum aptissimum symbolum energetia spiritus sancti.*

cæco perspicuum est. Nam ipsi hæretici, qui sua improbitate nos cogunt ista fortassis minutius probare, confitentur oleum esse aptissimum symbolum energiæ Spiritus sancti, cui adscribi omnem misericordiam, gratiam, & beneficiorum Christi communicationem, nullus ignorat: sed tamen per vunctionem, tanquam diuinæ operationis certissimum instrumentum, id effici pernegant. Ceterum, quia ad symbolum sermo delapsus est, notandum est duos interpres Græcos Euthimiū, ac Theophylactum, ex quibus sua desumpsiſſe videntur authores catechismi pontificij, ad caput D. Marci tam accurate vsum omnem, significationem, & efficaciam olei sacri, & naturalis explicare, vt nil viderim absolutius. Atque in primis dicunt oleum vehementer obdurare corpora, & redire laborum, dolorumque patientissima, lenire molestiam, hominem exhilarare, valere in medicamentis non tantum exteriū adhibitu, sed infusum quoque mederi corporibus, propter vim, qua facile quiduis penetrat, postremo esse valde lucidum, & in lychnis, at lampadibus alimento subministrare lumini. Has naturæ dotes aiunt illi scriptores mirabiliter colludere cum huius sacramenti rebus effectis. Nam oleo sacro liberamus à molestiis, & ingrato labore peccatorum: sed & lumen interfert animis, vt ea perspiciat homo, quæ prius nebula vitiorum obuolutus cernere non poterat. Adhæc, qui prius tristis lugebat sarcina peccati depresso, spiritali perfunditur iucunditate. Postremo sacros athletas corroborat mystica vunctione, vt eluctati demonum terriculamenta victores ad Christum agonothetam perueniant. Sed de efficacia iterum erit agendum: itaque redeamus ad definitionis explicationem. Dicimus impendi sacramentum periclitanti per morbum de vita: quia sanis, aut non periculosè laborantibus non debet adhiberi. Quia verò multis aliis modis adeunt homines vitæ discrimen in duellis, in noxiōrum suppliciis, præliis, & huiusmodi, morbi rationem habendam esse duximus, mala cōsuevit illi fiat huius copia sacramenti, qui putatur moriturus. Interim tamen arbitramur.

arbitramur non esse prorsus iniustos hæreticorum latratus, clamantium tuto, quæ plerique semi-mortui inunguntur.

arbitramur non esse prorsus iniustos hæreticorum latratus, clamantium nos non tam homines, quæm cadauera inunge. Blasphemant illi; sed tamen merito nostro, & quamvis ducantur hæretico spiritu, veriora tamen hac in parte dicunt, quæm velle. Et hanc esse zœr vel maximā causam, non sequatur inunctionē sanitas. Vbi enim quis ne sentire quidem potest, quid rerum agatur, nedum fidē exercere, vel spē erigere: quid mirum est, si minimū iuvetur à sacramento? Si quis autē in illam necessitatē deuenisset, dum vel cunctantur sacerdotes, vel eorum, qui ægrum curant, negligenter, vt tātum non agentē animam offendant presbyteri, qui tamē prius optasset fieri particeps: is etiā si tantum non mortuus inungatur, fiet, efficaciter. Nā si olim Ecclesia dignata est hoc sacramento dēmeniacos, phreneticos, energumenos: nō debemus existimare fieri inutiliter in hominibus destitutis vsu sensuum, & rationis, qui prius humilius rei votum, ac desideriū prodiderint. Sed rite oportet: qua voce comprehendimus, quæcunque reliqui loci sibi priuatim vendicant; sed potissimum vt per sacerdotes exhibeatur, ita tamen vt cum Decētio Eugubino nolimus Episcopus excludi. Deinde vt seruetur mos, ritusq; catholicus in sedibus, instrumentisq; sensu. Delibuto: velle habere aptius vocabulū, quod in memoriam reduceret, quod in Ecclesia catholica solet fieri. Nā Dionysius non de vunctione, aut litura, sed de infusione loquitur: quemadmodū & Innocentius, homo Latinus. Vnde discimus olim non ita parcē actum, vt nūc, sed tota infusa, delibutaque fuisse corpora: neque tantum organa sensuum, sed omnes ille partes inungebantur, in quibus moribus potissimum grassabatur, idque interdum per continuos septem dies, neque solūm à sacerdotibus, verū etiam ab ipsis infirmis, aut eorum amicis, nisi quod non erat tum sacramentum.

*Pergit in explanatione, & confirmatione reliquæ definitionis sacramenti extremæ vunctionis, eiūque dein materiæ, & formas exponit, & tuetur contra obgannientes hæreticos.*

### Catechesis 181.



Definitionis quæm nuperim nequiuimus absoluere, ne prolixior catechesis adferret tādiū, restat ea pars, quæ huius sacramenti res effectas cōtinet, quæ vbi breuiter explicuerimus, obiter addituri sumus, quicquid erit cognitu necessarium. Observandum igitur sanitatē ab hoc sacramento semper promitti, & cōtingere, quoties Deus nō cōstituit hominem è vita subducere, tantāq; eius esse efficacitatem, vt, si per Dei decretū liceat, sanet infirmum. Nā quod volunt aduersarij, dū olim vigeret dona curationum, fuisse Apostolos præditos quadā futuri cognitione, ne frustra tentarent, vbi res non esset successura, vanum est. Primum enim D. Iacobus nō dicit, accurrisse sponte presbyteros, percitos scilicet

occulta illa cognitione eius, quod futurū esset: sed aecerfitos ab infirmo, qui ab illis impetraret, vt facerūt officiū, vt vngerēt, ac precarētur. Quid vocati facerent, si domesticum oraculū doceret sanitatē non secututurā? Non vngērent: nō adessent? Aut nūquid dicturi sunt aduersarij, sacerdotes tūc omnes eo præscientiæ dono præditos? Nō arbitror. At quos vocasset infirmus, ignarus quibusnam ita fauisset Spiritus? Vocabantur in incertum presbyteri, vt facto officio, quod esset reliquam, permitterent misericordiæ Dei. Quod si Jacobus iuberet presbyteros vtrō venire ad inungendum, probabile videri posset, quod dicunt: sed cū eos vocari velit ab ægroto, satis indicat euentum à Deo pédere. Attamen (ne quid dissimilem) videre est antiqua decreta, & bonam partem libri 18. decretorū Burchardi occupatā in huius sacramenti serie explicanda: monere ne sacerdotes expectent, donec euocentur: sed, mox vt aliquem suorum morbo decumbere cognoverint, eō se cōferant. Verū hæc ita sunt obseruata rebus olim melius constitutis. At vbi tyranni grassabantur, nec tutò Christianum agnoscí licebat, docet Jacobus opus fuisse, vt sacerdotes fierent per alios certiores. Quæ autem, & quanta sint huius effectus impedimenta, dictum est ex parte, & dicetur in destinatis. Quod supereft, dum adserimus leuamen aliquod contingere, tam est manifefstū, vt nulla probatione indigeat: cū nullus (qui interfuit) non sit expertus ægrū, etiā si mox sit moriturus, mirū in modū recreari, & nescio quid alacritatis affulgere, quæ morte etiā tolerabiliorē efficiat, & hominē cū animi nouo robore reliquū agonē exantlare. Quod postremò addimus, semper medelam animæ cōtingere, dupliciter accipiēdum est. Primum enim intelligimus iustitiam partim priorem, partim posteriorem, vt si homo sit alicuius exitialis criminis reus, quod exciderit memoria: istius vñctionis beneficio remittatur. Nam quamvis propriè sacramētū istud aduersetur venialibus: tamen inter omnes catholicos conuenit, si que obliuioni tradita mortifera deprehendat, abolere. Sic enim ait scriptura: *Et si in peccatis sit, remittentur ei: vel, quod nos magis iuuat, καὶ νόμος ἡ τε ποικιλός.* Sic Jacobus syrus: *Et si peccata facta ei: nimis, ne reum prudentē, ac scientē intelligamus: sed qui aliquando patrariit criminis, & passus sit excidere: vti fit.* Quapropter homines pīj nō possunt hac in parte Dei beneficētiam satis demirari, qui, cū suis nūquām defuerit in vita, tum maximē periclitantibus, iamq; emigraturis tanta vñctuerit arma, præfidiāque præparare. Altera medela est, posterior iustitia, qua homo prius absolutus accedente sacramēto donatur. Nam quoties in homine sibi benē conscientia fides, & charitas exercetur, visq; sacramēti cuiuspiam accedit: fieri non potest, quin augeatur iustitia. Adiungitur præterea robur animæ, quod eruditī plenique putant esse proprium huīus finē sacramenti, sicque interpretantur illud Iacobi: *Et alienabit eum Dominus: quod Græcis, Syrisq; dicitur. Significantius ἐγένη, & ἦν γὰρ οὐ μεκίν, quasi dicas, faciēs stare: quod proprius explicabat: vetus Ecclesiæ versio, qua vñctur Innocentius ad Decentium: Et suscitabit eū Dominus.*

Hæc

*que medela  
hoc sacramē-  
tiū sequatur.  
Jacob. 5.*

*Robur animæ  
per multione  
augeatur.  
cap. 5.*

Hæc igitur suscitatio significat illud robur, per quod in definitione ve-  
nit intelligenda refocillatio, & victoria aduersus morbum: vt ille reddi-  
tus par viribus ægti, nullum inferat animæ noctumentū. Nā alioqui ne-  
mo tam est rūdis, qui nesciat, quanto pē homines ægtritudine frangā-  
tur, & ad benē, vel dicendum, vel cogitandum, vel agendum reddantur  
inepti. Itaque primū in homine ritē agonem obituro, necessē est mor-  
bum redigi in potestate: ne, videlicet, is etiā hostis accedat plus satis  
occupato. Nā hinc premit cōsciētia non optimē sibi cōsciā: terret mōs  
in ianuis: semel aleam iacere nemo: non formidandum putat: facessit ea-  
ro negotiū, dæmon omnes artes, dolos, & machinationes, explicat:  
vt migraturi salutē euertat: accedit postremò morbus. In tanta rerū des-  
peratione, si huius sacramenti diuina virtus noui tulerit suspectias: quid  
superest, nisi certissimus interitus? At vbi Spiritus sanctus per hoc instru-  
mentū hominem afflarit, is, infirmitate contempta, tantam dē Dei bo-  
nitate fiduciā cōcipit: vt pīgeat huius vitæ, ac miseriū: cupiatq; quām  
citissimē filum abrūmpere, Deoque iudicisti, fretis æquitate sua ca-  
sæ. Et hoc est, quod Areopagita loquitur de sanctis, qui nimirū, publi-  
ca non indigebant expiatione, quod vbi mortem adesse sentiunt, reuoc-  
cantes iranimum Dei vetissimas promissiones, certissima spe eriguntur,  
lætissimēque præsenti vitæ valēdīcūt, quasi ad certaminum sanctissima  
præmia euocati. Itaque oleū istud non solum armat hominē ad pugnā:  
sed signat eum, quād benē functus est officio, sperare debet se iam in  
tato positum: neque tam parta victoria vngi ad nouum certamen, &  
subeundem rufus stericulum, quād abstero, iam puluere, positisque  
cæstibus declarati victorem mox triumphabundum in cælestē Ierusa-  
lam inuehendum. De forma, & materia hoc tantū præterea dicēdum  
arbitror, quod materia sit oleum oliuarum ritū ab Episcopo, seu (vt lo-  
quitur Beda) episcopali benedictione consecratum. Quæ autē sit appo-  
sita materia, nūpē diximus, & ex iis, quæ deinceps differuimus, quām  
intelligit, quād pulchri sacramentum ipsū suis respondeat symbolis.  
Rörperat enim oleum: & nos non dissimilem effectum ostendimus. Cu-  
rat vñctera, medeturque corporibus. Iam ex parte demonstratū est, quām  
efficac hinc trahatur succus, animæque medicina. Est luminis pabulum  
hæc vñctio, itaq; fidem illustrat: vt non immerito dicat Areopagita  
hominē inūctū veluti coram cernere missiā diuinitū: præmia: ipsa-  
que fides ita roboratur: vt homo reddatur prorsus inūctus, atq; ipsi etiā  
demonibus formidabili. Sed dē his non plura. Quod autem aduersarij  
blasphemant ritū: consecrationis olei, vti in pontificalibus habetur  
Romano, & Ambrosiano, agūt suo more: suntque hīc tam curiosē ma-  
lēdici, vt quoties vel crux pingitur, vel in genua procubitur, diligenter  
subnotent, nobisque exprobrent. Sed pergent illi; nec ullū (si ita videa-  
tur) calumniandi finem faciant: nos viçissim maiorum pietatem, si non  
operando, saltē credendo sectabimur: atque ab illis edociti retinebimus,  
nullam ritē perfici consecrationē, nisi lignū crucis accedat. Alias autem

Materia sa-  
cramenti vñ-  
ctionis;

Hæreticorum  
blasphemias  
in consecratio-  
nis olei ritū  
cluit.

*2. ad Timoth.*  
*¶ Forma hu-*  
*is sac. amen-*  
*ti diversa.*

*Partes corpo-*  
*ris, inungēda-*

*Differunt cer-*  
*te hic quædā*  
*preces a for-*  
*mata sacer-*  
*menta.*

*cur sapè nul-*  
*la sanitas cor-*  
*poris inūcio-*  
*ne sequatur*

vindicauimus à superstitionis calunnia istam consecrationum consuetudinem. Non enim intelligunt Ecclesiæ datam à Christo potestatem conculcandi cacodæmonas, & Dei creaturas reddendi nostris vñibus aptiores: cùm dicat etiā Paulus cibos Dei verbo sanctificari. Forma sacramenti est diuersa, licet mens eadem vbiique seruetur: quod propterea dico: vt studiosi pietatis intelligent Ecclesiæ fidē non erubescere. Nam sicuti in Latinis ecclesiis latine: in Græcis græcè, & in aliis aliter licet hanc formā pronuntiare: neque quicquā deperit energiæ: sic prisci regionū istarū Apostoli Belgarum, Germanorū, Gallorum, pro sua māstitudine, ac pietate, vtebantur magna libertate, nec multū laborabant, si quædā voces demutaretur, si tantū mēs, & sensus maneret integer. Hinc factum est, vt in antiquis agendis, & libris ecclesiis, ac cœnobiorum ante plus minus octingentos annos descriptis, nonnihil hac in forma vel mutatu, vel omissum reperiatur: *vrputa parcat, pro indulgeat: peccasti: pro deliquisti: quæ tamen sententiam non variat.* Sed quia indotum effet velle nostram fidem propterea in dubium reuocare, vt Casander, aliiq; fecerunt, non libet de his plura dicere. Hæc autem forma est singulas partium corporis inunctiones: ita tamen, vt norimus tumidum perfici sacramentum, cùm sensuū fides omnes fuerint inunctæ. Renes quidem omittunt, alij putant etiam liniendos. Nolim quicquam præteriri, vbi patitur honestas. Hic etiam admonendi sunt catechumeni, nē turbentur, si quando incident in hæreticorum, ac semichristianorum libellos, qui miscent omnia, latum esse discrimin inter sacramenti formam, & preceptionū certas formulas, quibus vtebantur nostri maiores, dum peculiariter agerent de sanitate corporis impetranda. Nunc enim nulla habetur ratio membrorum malè affectoru, quæ olim peculiari prosequebantur oratione. Non est igitur statim noua forma, si quid occurrat, quod prisci sacerdotes super malè habitas partes corporis pronuntiabat, & summo veluti nisu beneficium sanitatis extorquebant. Sicuti igitur pedes, manusve nominentur, non est ea forma sacramentalis, sed precatio, qua vel podagricis, vel chiragricis opē implorabant. Atque hinc rursus suppeditatur nobis argumentum, quo obturemus os hæreticis dicentibus Ecclesiæ presbyteros necis potius, quam curationis authores. Quid enim est mirum raram cōtingere sanitatem: cùm vix habeatur nunc ratio partium malè affectarum, quas nostri maiores totis septem diebus inūgebāt? Adhibebat validas preces, suppeterant merita, nec deerat fides in Deū, seu fiducia, quib; ebus quiduis poterat impetrari. Iā verò cùm ea vel ignoremus, vel cōtemnamus: mirari nō oportet, si nil sequatur, vbi vix necessariæ preces intelliguntur, aut leguntur attentè. Accedit, quod recte obseruatum est ab authoribus Tridentini catechismi, propterea non semper adsequi, quod Ecclesia per tot preces postulat, quia non expedit, aut quia Dei sapientissimi decreta trahunt aliò, aut quia sunt orationes indignæ, quæ exaudiantur. Sic David pro filio postulans, repulsus est. Ezecias autem vita suæ quindecim

cim annos addi precibus obtainuit. Quæ cùm ita sint, equidē sacramento non est imputandum, si votorum compotes non siamus: cùm in ipsis rebus tam simus partim ignari, partim inepti: ne dicam irreligiosi.

*Nonnulla de causis, administris huius sacramenti, ritibus eius*  
*antiquis, suscipientibus, cateris que adiunctis integra diffe-*  
*rit catechesi.*

### Catechesis 182.

 Actenū de rebus antegressis causas sacramenti vñctionis, de quibus ea nū dicenda supersunt, quæ in trāscursu prætermissa fuerunt, nimirū effecta, destinata, & res applicatæ. Et quamvis pauca videantur superiores homiliae effugisse, tamen in destinatis quædam apprimè necessaria sunt, quorum ignorantie factum puto, qui minus hodiè fiat, quod deberet. Causam igitur efficientem, ac principem Deum esse diximus in definitionis hæreticæ, & catholicæ accommodatione. Hic adde synodus Cabilo-

*ca. 48 sub*  
*Carolo Ma-*  
*gno.*

nensem pedibus ire in Patrum, & cōciliorū alias productorū sententiā, & vocare sacramentum istud medicinam animæ, & corporis, cōsentaneūmq; adserere Iacobi doctrinæ, Patrūq; decretis. Caterūm hūc Apostolū istud promulgasse, frequenter est repetitum. Administrū principale ex Innocentio didicimus Episcopū esse: vt reliquorū quoque sacramentorum ius residere primariū penes Episcopos ( si tamen sacerdotio prediti sint) nullus ignorat. Quod autē à Patribus, & cōciliis ferè sacerdotes dicātur huius mysterij administrī, sit propter grauiores curas, & functiones Episcoporū, qui verbi prædicationē, & ecclesiastū visitationem obeuntes, presbyteris, & maximè curionibus vngendi legabant officiū. Interim ex Innocentij epistola, aliisque locis colligere est, non hōs tantum, sed etiam laicos vlos hoc eleo ad inungendum mēbra dolore corrēpta: quod tamen sacramentum non erit. Porro esse hoc sacramentum efficax, quosque ad fines destinetur, ostensum est in definitione. Itaque si tres hoc loco primarios effectus breuiter indicavero, descendam ad id, quod summum est, quid nempe requiratur, vt non impediatur energia. Igitur diximus ritē susceptum homini ( si tamen expediat ) conferre sanitatem, proprium verō, & principem effectum, qui nūquam deest ( si modò non stet per suscipientium peccata ) eis roburingens animæ, quo homo & contemnat ægritudinis impedimenta, & fascinationes diaboli derideat, conceptaque homine Christiano digna fiducia, mentem obfirmet, vt agonem legitimè conficiat, siveque listat tribunalis Dei securum. Postremus effectus est omnium peccatorum ( si inuenta fuerint) remissio, & pœnarium, quæ nonnunquam condonatis peccatis remanent, vel mitigatio, vel absolutio. Verū ista præclara quidem sunt,

GG; non

*Primus huius*  
*sacramētū ad-*  
*minister est*  
*Episcopus, se-*  
*cundus sacer-*  
*dos.*

*Qui olim hic  
ritus in r. su.* non tamen cuius temerè contingunt. Itaque quibus opus sit, vt diuinæ has operationes queat efficere, paucis considerandum: & quædā ex antiquitate repetenda, quæ, vt fuit apostolicæ traditioni vicinior: ita res omnes religiosiū adhibuit, & obiuit. Et in primis quām plurimos aduocabat presbyteros, qui si decessent adhibebantur, qui erant ē clericorum: aliis ordinibus, quorum si non fuisset copia: vocabantur vtriusque sexus religiosissimi quique: & omnium erat idem labor extorquere effectum sacramenti. Nam quid aduersarij illos apud Iacobum presbyteros volunt quosdam senes significare, inugae sunt: vt ex Chrysostomo, Innocentio, & Beda docuimus, cùm de sacrificio missæ disseruimus. Quod autem nostri volunt enallagen esse numeri: eātenus est verum, quatenus ad sacramenti administrationem unus satis esse posse potest: tamen maiores nostri, pro sua religione, aduocabant quos poterant sacerdotes, aut clericos: vt clarissime in rebus gestis Bedæ videre licet, cuius exemplum & doctrinam tam pessimè oderant Illyricani: vt ne dissimulandum quidem sibi putarint centuriae octauæ cap. 6. Negare tamen haud possunt Vincentum in speculo historiali libr. 23. cap. 10. narrare Bedam sub vitæ supremam periodum aduocasse fratres omnes, & in illorum medio inunctum, frutumque tremendis mysteriis, quemadmodum de Malachia Bernardus quoq; scripsit prodidit, qui firma adhuc valetudine de cœnaculo ad suscipiendam inunctionem descendit, & inunctus denuo concendet. Nec dissimile est, quod in Cisterciensium institutis iubentur monachi post inunctionem concedere in templum, ibique viaticum suscipere; vt intelligamus, quo momēto, ac tempore debet istud adhiberi sacramentum. Ut autē agnoscat clerici, & alij laici, quomodo sit hīc sibi versandum, notandum est olim in ipso ingressu præcessisse quandam præcationem, & cōsecratam aquam, qua domus, ægerque aspergebatur: his, aliisque peractis, decantatum hymnum, qui etiam nunc extat in exemplaribus manuscriptis posteriorum Sapphico carmine in hunc modum.

*Hymnus quo-  
dam in admi-  
nistrazione  
huīus sacra-  
menti decan-  
tans.* Christe celestis medicina patris,  
Vetus humana medicus salutis.  
Prouide plebis precibus potenter  
Tande fauorem.

En ob infirmos tibi supplicamus,  
Quos nocens pestis valetudo quassat,  
Ut pins morbo relenes iacentes,  
Quo quatintur.

Quo potestate manifestus extans,  
Mox scorum Petri febribus iacere,

Reguli prolem puerumque salvas:  
Centurionis.  
  
Corporum: morbos, animaque sanas,  
Vulneris causis adhibe medelam,  
Ne sine fructu cruciatus urat  
Corpora nostra.  
  
Ferto languenti populo vigorem,  
Efflue largam populo salutem,  
Pristinis more solito reforma  
Viribus agros.

Iam.

Jam Deus nostros miserate fletus,  
Pro quibus te nunc petimus, medere,  
Ut tuam cunctus recubans medelam  
Sentiat ager.

Omnis impulsus perimens recedat:  
Omnis incursus crucians liquefacat:  
Vigor optata foveat salutis  
Membra dolentis.

Gloriam patrī, genitāq; proli,  
Et tibi compar utriusque semper.  
Nomine trino, Deitate soli  
Sydera clarent.

Amen.

C Leri igitur ad istū modum, plebisque iūctis precibus ardētissimis, quid mirum si plura, quām hodiē, fierent, cūm plus obsimus, quām proslimus ignorantia, peccato, mentium, & orationum distractione? Ad hāc, non siebat illud perfundorū, ac properanter: sed vbi āger non cōualescet, redibant eōdem sacerdotes per septiduum vngētes, nō quidem sacramentum toties repetētes: sed statis precibus, & vñctione curantes laborantia membra, præbentesque sacrosanctam Eucharistiā. Si quis autē seriem agendorum velit cognoscere: adeat librum 18. decretorum Burchardi, vbi sacerdos defunctus antegressis precibus, & aquæ asperzione, remotis arbitris dicitur accedere ad ægrum, hortari vt non prius à medicis pendeat: sed spem conferat in Deum, eius flagellum ferat æquo animo, cessurum in partem satisfactionis: condat testamentum: omnes condonet iniurias, ducatur amara pœnitudine, in futurum proponat meliora: denique vt quām potest diligentem peccatorum confessionem instituat; si dem, si recte sit institutus, recitet: sin autem, sacerdotis erat decere: vt necessaria fide, spēque prædictus ad pœnitentia, extremæ vñctionis, & sanctissima Eucharistiæ sacramenta veniat. Nunc etiam hæreticorum inungimus cadauera: aut, vt optimè cedat, tantum non mortuos catholicos hoc imbuimus oleo: cum maiores nostros lōgè aliter factitasse vel ex iam dictis appareat. Post confessionem de vita periclitantibus non iniungebatur pœnitentia, indicabatur tamen, quam superstites debuissent exoluere. Interim, vel vt eleemosynis, vel amicorum opera leuarentur, dabat sacerdos operam: alioqui promittebat āger se præstaturum, si conualeceret, atque ita absolvebatur, & manus imponebatur: hinc inunctus muniebatur viatico, quod, si mors non statim consequebatur, à redeuntibus sacerdotibus semper porrigebatur: vsqueadē sibi ad cælos tremendis mysteriis muniebant viam religiosi nostri maiores, quæ si cum summa pietate, religione, desiderio, assiduitateque fiant: quid in his rebus valeant, vberimè docet ipse Iacobus 1. & 5. cap. Porro licet olim præsentem vsum rationis requireret in his, quibus exant istud sacramentum impatituri: si quem tamen de-  
*Quonodo ver  
sarentur ma-  
iores nostri  
circa inse-  
mos.*

prehendissent, in quo sensus non facerent officium, non negabant hoc remedium, si modò constaret de vita probitate, & inunctionis desiderio. Et quidni, cùm etiā Christi corpus non negauerint, vbi præcessisse desiderium cognoscebant, etiā non absolutis, vt indicant canones Carthaginens. 78. & Arausicanus 3? Vbi autē de fide, moribusq; probatis nullū extabat testimoniu, vel cùm essent compertæ nequitia, ne cōmuni quidem sepultura fruebantur. Cæterū nō desunt eruditū quidam catholici, nō tamen satis methodici theologi, qui adserat vñctos olim infantes, freti quadam epistola Nicolai Chusani Cardinalis eruditissimi. Ego tamen hactenū Chusani non arbitror intelligendū de usu sacramenti, sed olei mirifici, quod olim non tantum ad sacramentum, sed ad pellēdos, aut leniendos morbos, ac dolores usurpabant (vt habent ipse consecrationis formulæ Romanæ, & Ambrosiane) cuiusmodi fuisse apostolicas, ante institutū sacramentum, inunctiones facile adducor vt credā: ea autē q̄ accedit oleo ex episcopali benedictione. Quæ res adeo frequens erat nostris maioribus, vt Carolus Magnus libri capite 152. de legib; Francoru iubeat sacerdotem in omnem euentum deferre oleū in ampulla. Quod ad locū attinet, Burchardus meminit secreti: sed est intelligendus de momento, quo erat scienda exomologesis. Nam Malachiā, & Bedā in cœtu fratrum iunctos dudum retulimus. Tēpus quoque satis indicatū est, cùm exemplis sanctorū virorum, qui integra mente, vigente sensu, ac ratione se inungi voluerūt, tum ex iis, que Burchardus partim ab administris, partim ab initiando requirit, non esse expectandū extremū halitum, sed tū maximè huic rei dandā esse operā, cùm æger fidem exercere, spem fouere, seq; totū diuinæ operationi aecōmodare potest: quæ si fierent, non dubito, quin etiam nūc multi Dei beneficentiam experirentur. Hæc sunt, quæ de hoc sacramento sufficere visa sunt nostris catechumenis. Superest vt sibi prorsus persuadeāt verū istud esse sacramētū institutū à Deo in rē nostrā, neq; satis vñquā à nobis honoratū, diuinæq; benignitati gratias agant, seq; pueros ab hæretinorum cōseruēt ingratitudine, qui tātum abest, vt hoc Christi beneficiū agnoscant, ac venerētur, vt impotētissimè in Dei Opt. Max, creaturas innoctissimas debacchētur. Nā vt horū impietatē maissam faciamus, aī nō est penè incredibile, si fides, traditioq; non haberet, peccatorē hominē desperabundū à propitio nomine nancisci tale præsidiū, remediu, quod eū capacē reddat fructū amplissimoru sacrofanciæ cōmunionis, quæ hinc euolatē deiehat ad ipsum Christū? Habes enim hīc, orthodoxe, post sacramentum confessionis (si non fueris omnimō ritē defunctus) alteram anchoram, quæ fluctuantem sifstat, faciatq; paratissimum ad id, quod restat, nempe viaticum, quod conceptam fiduciam perficiat: vt valeas mortem contemnere, & religiosè confidere de Dei misericordia, quæ proculdubio felicior erit, quām sit periculatum hæreticorum insana fides, aut potius infidelis insanía. Discamus igitur omnes Christi beneficē.

*Epiſtola 3.  
Chusani  
quo oleo dicat  
pveros inun-  
ctos.*

*Zocuſ inun-  
Elionis.  
Tenipus.*

*Epilogus.*

beneficentiam hac in parte agnoscere, & condigna gratiarum actione prosequi, & ipsi, cūm erit vtendum, non desimus officio nostro, & alios, vt seſe queant accommodare, diligenter instruamus.

### De Sacramento Ordinis.

*De callido diaboli astu, & hæreticorum blasphemis, quibus ipſi peccatis nostris anſam porrigitur, prefatus, ad nomina, typos, ac definitionem sacramenti ordinis progreditur, & effe sacramentum ostendit.*

### Catechesis 183.



V c̄ usque differuimus de iis sacramentis, quæ vel omnibus, vel singulis sunt necessaria: super sunt duo, quæ nō iam omnibus, sed vniuersitati sunt pernecessaria, sacer ordō, & matrimonium, de quibus ita deinceps instituetur disputatio, vt sacrū ordinem priūs aggrediamur. Ne autē videamus augustinissimum hoc sacramentum illotis adire pedibus: necessarium duxi cùm meos, tū cateche menorū affectus istac homilia præpurgare: vt intelligent omnes & quanti sit negotij, hac in parte præclarè versari, & quām inconsultè faciant, qui temerē ad hoc sacramentū irrumpunt. Soleo autem demirari vbique gentiū, nec iniuria, fures, raptore, piratas, & talia portenta, haberi semper execrabilis, tolliique de medio, & tamen, nescio quo fato, legum, ac iudiciorū archipiratas, & archicleptas tolerari, numerari, inter non malos, à quibus dā laudari. Scripturas etiam videamus, si quando fiat cōparatio cum grauioribus, tales ita censere, vt non maximi faciant: *Non grādis est culpa* (inquit Sapiens, comparans furem cum adultero) *cū quis furatus fuerit. Furatur enim, ut cōfūrente impleat animam: deprehēsus quoque reddet septuplū.* Iustè tamen in genus hoc hominum animaduertitur, tanquā in certissimas reipublicæ pestes, ac perturbatores. Sed dū parcitur latronū principibus, atque in viles fæuitur animas, eam etiam tū inter nos peruersitatē vigere declaramus, quæ nunquam non in vsu fuisse proditur historiis. Notum est enim piratae illius apophtega dictū Alexādro. Sed quorsum ista? Ut intelligamus nullum genus furi esse detestabilius hæreticis, qui prædonū, & raptorū verē dici possunt antistites. Nam, vt omittamus quæ patrarunt semper, & nuper experti sumus, deuastationes templorū, direptiones monasteriorū, rerumq; omnium sacrarum temerationes, vt de corruptione, ac depravatione diuinorum oracularū nil dicamus, vt dissimulemus ad detortam, ac peruersam eorundem interpretationem, quis ad sacramentorum prophanationem conniveat, cui non bilem emoueant tot in sacramentorum sacrificium facta conutia? Præterquām enim quod nos spolarint maxima parte diuinorū remediorum, quod eorum plerique démere nitantur

H H. ex albo.

ex albo sacramentorum vel tria, vel quatuor, vel quinque, quod sacramenta reliqua priuant, exuantque bona ex parte ratione, ob quam potissimum id nomen promerentur, nobis obrudentes mortua, & inania signia: christianam republicam omni cum hierarchia, & sacerdotio, tum sacrificio spoliare conantur. Et quidem de aliis haec tenus sigillatim dictum est: nunc est in manibus totius Christianismi decus, & isti sacri fures satagunt ornamenito, & priuilegio nudare nos, vt præter omnium gentium ac populorum consuetudinem, nulla nobis neque sacerorum, neque sacrificiorum, neque placandi, aut cœiliandi ratio numinis supersit. Nam videmus simia, ac diuinitati æmulum satanam ad rerum diuinarum imitationem in omnibus urbibus, ac, penè dixerim, domibus finxisse quædam impiaæ religionis initia menta, templa, sacrificia, pontifices, altaria que instituisse: & ( Christo placet ) Christiani, quibus vera solis manifestata est religio, hoc honore carebunt isti authoribus, qui non satis attendere videntur, quod ista tendunt, & quantum iuriis, & gloriae Christianis adiument, dum hanc rerum prophanationem moluntur introducere? Sed calide suu hic diabolus agit negotium. Qua enim ratione sacramentarij rectius in suum scopum collimarent? Aiunt enim præter panem in altari nihil esse: tolle Episcopos, redige sacerdotes in ordinem laicorum, fac nullos esse diaconos, amanda totam seriem reliquorum ordinum: nos tandem acephalos confitere, & euiceris in coena nil esse præter panem, & vinum. Nam una est Episcoporum, sacerdotumque certissima potestas id consecrare, quod Ecclesia credit. Huc igitur tedit sacerorum ordinum heretica sublatio. Cæterum quod ad prælens negotiū pertinet, credidi alias nemine, quantumuis insignem sycophantam, vel atrociores blasphemias, vel acutiora excogitare posse conuitia, quam euomuerint aduersarij in præcedentia sacramenta: sed adeò falsum opinabar, vt quasi nunc demum ad maledicendum accedant, neque virus ullum haec tenus eiaculati sint, ita nouis copiis instructi destomachantur, vt nedum scipios, sed ipsum quoque parentem suum hac in parte superare mihi videantur. Atque hic si iustum animi dolorem prodere licet, cum clerici ita sit deformatus, cum tam sceleratis compendiis huc irrumpant homines nefarij, cum suscepimus nequiter officium contemniant scelestius: equidem non dubito, quin peccatorum commeritas luamus poenas, dum isti nostra vita sursum, ac deorsum exigitant, nisi quod Deus nostris tantoper irritatus sit malis, vt suo quoque nominis patiatur iniuriā fieri, rebusque sanctissimis, quod nostram grauius impietate vlciscatur. Aiunt enim illi, quod res est, nos septem minores ordines frustra adferre, cum nullum eorum videatur exerceri ab eis, qui eorum titulis se venditant. Videamus enim laicos plurimos ubique adferre cereos, templa claudere, vinum, & aqua sacrificaturis ministrare, qui tamen, vt creati fuerint acoluthi, nil tale sibi tentandum putant. Diaconi cooperantur sacrificiis, & fortè lexitant sacras ex Euægeliis lectiones, vbi vero facti sunt sacerdotes, & pingui beneficio mactati, non existimant sibi deinceps rebus diuinis incum-

*Astus diabolici, dum sacramentum ordinis evanescere mutatur.*

*Vnde calamitatem hereticis mactatio.*

nis incumbendum. Haec cum ita sint, eaque nostra vita spargantur in vulgus ab hostibus; dici non potest, quam multos rapiat precipites. Quæ in ipsis sunt ordinationibus (de quibus forte suo loco dicetur) talia sunt; ut nostræ causæ noceant vehementissime. Adhac superioribus æstatibus in altissima pace multa effutuerunt scriptores liberrimè, nullamque dismissione dogmatum inter se se morati, nonnullam calumniandi ansam hostibus porrexerunt. Illorum enim pugnas, & placita isti colligentes, veluti pro catholicis prodita inuidiosissime vexant, & octodecim, aut plures ordines ridendo comminiscuntur: quia nostrorum quidam lectores, psalmistas, laboratores, pollinctores in certos, ac proprios distinguit ordines; alij Archiepiscopos ab Episcopis diuidunt; nonnullis ultra sacerdotes nullum ordinem libuit agnoscere. Qui igitur hac in parte grauiter theologi fakturus est officium, sit versatus oportet in antiquitate, habeatque perspectam necessæ est hereticorum calliditatem, atque prudenti libertate sit præditus in carpendis vitiis; vt verum constanter adserere, & falsum euertere queat. Verum est enim, quod inquit Areopagita, eum, qui loquitur veritatē, sic loqui debere; vt refelli nequeat. Quæ cum ita sint; existimo quemlibet cordate catholicum magnam hinc dogmatum caliginem, & adserendæ fidei difficultatem animaduertere. Verum hæc in variuersos ordines prefationis loco satis. Nam cum simus gradatim in hoc argumēto progressi, de singulis iterū non nihil ex ordine dicendū erit. Nunc igitur tritissima semita pergamus ad nomenclationes, typos, & definitionē: quod iter vbi confectum erit; mox ab infimo gradu mouentes ad verticem enitemur. Et quidem, quod ad nomina pertinet, non videtur apud veteres multum insignia; forte quia putabant rem præstantissimam, & satis commendatam omnibus, non indigere hedera. Ferè tamen vocatur à Græcis οὐρανός, & aliquando βαθύς, quod gradum queas interpretari. Magnus Areopagita nominat θυράεις; alibi ἀπολυράτεις, quasi dicas portionem, siue participationē hereditatis: quia hypodiaco-nus nequit præstare, quæ diaconus; neque isti licet iterum ea tractare, quæ sacerdotibus; à quibus denudò differenta est Episcoporum functio; ita vt quicunque suā habeat portionem, ultra quā progredi non liceat. Interdum res eadē dicitur diaconoponēs, εξστάτη, η ἀγρία, sic Græci. Latini autem ordinationes, consecrationes, gradus, & ordines vocant se postrema appellatio est frequentissima, & omnium optimè quadrat, si quis recte intellectexerit. Nam vt ordo significat rectam constitutionem rerū inter se diuersiarum; & quandam inter superiora, & inferiora distributionem ita sibi mutuò hi ordines subseruiunt; ut ascensi pulcherrimo à tonsura perueniamus ad sacerdotiū; quam rerum ordinatissimā seriem heretici dum explosam volunt, nihil aliud, quam ἀρρεγχαπ, & confusionem omnium typi, inducere moluntur. Sed ad typos, quos habemus in veteri lege præclaros. Et non desunt, qui Noachi, Abrahami, Iobi, & aliorum patriarcharum sacrificia, & sacerdotalia typum huius rei gessisse velint; cum inter veteres plerique vocent eos ἀλεξανδρεῖς, quod habuerint va-

*Sacramentum ordinis nominata.*

*Dionys. ca. 3.*

*Definitio.**Rationem sa-  
crameti facis  
ordinibus qua-  
drare demon-  
strat.**Acto. 14.*

luntarium sacerdotium: sed in lege tamen habemus apertiores figuræ. Est enim ibi Aaron summus sacerdos viā cum filiis minorum sacerdotum exemplaribus: non desunt Leuitæ, ianitores, aquatores, lignatores, & reliqua familia sacra. Itaque tantum hac de re. Veniamus ad aliquam descriptionem, in qua declareret hos ordines non esse (quod cauillantur hæretici) commentum indoctorum hominum; sed institutum a Deo reuerà sacramentum. Sic igitur non absurdè mihi definire videor; vt sit *sacer ordo sacramentum*, quo ad formulam conceptam episcopalis benedictionis, vel etiam manuum impositionis, atque unctionis idoneo clero gratia varia, & potestas diuinitus infundatur. Sequitur vt hæc demonstremus, atque probemus. Primo dicimus esse sacramentum non vulgare; sed unum è septem, per quod, ceu exundantissimum labrum, crux Christi diffundat omnem vim suam in capaces animas. Verum ista necedum probantur. Et quidem non sum nescius maiori compendio posse id perfici: mihi tamen nihil videtur solidius, & catechista dignius, quam si rem re æstimet, hoc est, si ipsam definitionem sacramenti ad amissim quadrare declaret. Quod dum facimus, coccisimum, quæso, nostrum non exhortent catechumeni: sed quam de vno aliquo ordine definitionis partem explanauero; tantundem de ceteris ipsi constituant. Sacramentum igitur cum sit instrumentum à solo Deo constitutum; haec tenus proposito conuenit; quod illæ manuum impositiones, quarum frequenter sacri scriptores meminerunt, non alium, quam Deum habent authorem; vt videmus Actorum 6. ab Apostolis creatos diaconos hoc ritu; & Paulum, cum Bernaba, presbyteros ordinare. Dicuntur enim illi *χειροτονίας*, quod, quid sit, multi disputant, & suo fortassis loco disputabimus. Quod ad rem præsentem attinet, non utrūq; alio interprete, quam Ioanne Zonara in scoliis ad canonem primum Apostolorum, vbi cum dicantur pasim Episcopi, & clerici *χειροτονία*: ait ille factum esse manuum impositione, eamque vocem significare quandam *τελεσθέγητη*. id est, perfectam operationem, quia Pontifex certis precibus, & impositis manibus creet Episcopum, presbyterum, diaconum. Ex quibus verbis apparet istam *χειροτονία* esse quoddam instrumentum, quo spiritus aduocetur. Sic autem appellatur, quod Episcopus manū imponat, pingatque crucem. A Deo autem institutum inde discimus; quod ne ipsi quidē aduersarij dicturi sunt Apostolos quicquam hic tentasse, quod à Deo non fuerint edocti. Porro cum unumquodque sacramentum tale sit; vt hominē Deo initiet: idem fieri ipsis ordinibus testatur illa Zonarae descriptio *χειροτονία* qua dicitur aduocari Spiritus sanctus. Paulus quoque non obscurus est testis gratiae, qua confertur diaconis in prioris ad Timotheum ca. 4. & cum posterioris ca. 1. precipit discipulum non negligere gratiam; sed quasi extinctam resuscitare. Habere autē hos ordines inuisibilis gratiae signum adspectabile, nullus arbitror inficiabitur, qui & unctiones, & crucis efformationes ibi conspicerit occultæ gratię certissima symbola. Nam quod ad manuum impositionē spectat, Paulus abundē testatur ad eam con-

eam conferri gratiam. Atque hæc, quæ nunc obiter perstrinximus, reliquam definitionem expediuunt. Cum enim tale instrumentum esse constat; palam est id, quod diximus, efficere ad conceptam formulam episcopalis benedictionis: neque negabit hæreticus ad ipsam formulam sacramentum vim suam exerere. Sed dum conceptam nominauimus formulā, absit vt quarundam rerū porrectionem excludamus; vt dum sacerdoti calix, diacono liber, aliis aliud porrigitur: sed quia in quibusdam res illa benedictione peragit; idcirco formulæ benedictionis episcopalis meminimus; in aliis autem, vbi etiam manus imponuntur, dicimus ad illam ceremoniam hoc ipsum fieri; cum verò sacerdotes inunguntur, credimus ad illam unctionem infundi gratiam. Postrem, quod idoneum requirimus clericū, ita accipiendū est; vt licet, qui hoc ambiat sacramentum, saltem prima tonsura prædictum esse necesse sit: tamen inter tractatores conuenit, posse repente fieri sacerdotem, quemadmodum Augustino contigit; quod etsi non negemus; hodiè tamen non futurum absque graui sacrilegio nō ambigimus. Cætera suis locis videbūtur. De potestate hoc tantum. In inferioribus ordinibus non video peculiare infundi gratiam: in ceteris luce clarissimum est, mystas diuinitus propria cuique functioni facultate donari; de quibus erit fusiū in singulis differendum.

*Nomina, typos, originem tonsura recenset, & hæreticorum strepitum coercet, qualis ea fuerit apud priscos, quantaque eius religio, quid ea denique sit indicans.*

### Catechesis 184.



Ic delibato totius sacramenti ordinis vasto gurgite; nunc à primo gradu, hoc est, prima tonsura libet exordiri tractationem. Quia autem argumentum istud vehementer est abusibus defecatum, & obscuratum; eiusque nihilominus utilissima est cognitio: propterea diutius erit immorandum, quam properanti catechistæ conueniat. Atque in primis de nominibus agendum est, quibus initiamentum istud appelletur; deinde typorum, & postrem originis quoq; ratio inuestigandā. Igitur Græci autores, atque sacratissimæ synodi, nominatim Trulliana *περὶ τῆς κορωνῆς*, hoc est, sacerdotalem (vt Gentianus Heruetus vertit) sive clericalem nūcupant; & interdum *έφαντο*; id est, coronam. Nec tamen solum hæc tonsura coronæ nomen obtinet, propter orbicularē formam; sed quia gestatur in symbolum, ac monumentum eius, quam impij milites Seruatoris nostri capitii ludibrii olim causa imposuerunt. Nonnunquam rursum quoque vocabulum occurrit; sed duo priora Græcis Latinisque notiora. Typicum autem in veteri lege fuisse, quod Naziræ in capite suo *τύποι* præferebant; testatur Aquisgraniensis synodi imperante Ludouico Pio origo, & quis celebrata canon primus. Nunc de origine accuratiū. Nam derident *tus ea pœna*

*tur calumnias nos aduersarij, quod hanc rasuram credamus non carere præclaro mysterio; cui tamen nulla in parte respondere videamur. Et si cui libeat illocum audire criminaciones: Quidam ipsorum, hoc est, catholicorū (inquit) comminiscuntur indicare contemptum rerum periturarum; cùm, sacerdotibus, Episcopis, & clericis nil rapacius, aut magis auarum. Atque utinam istud tam falso nobis obiicerent, quām æquum fuerat; sed ita iussi à Deo nostra peccata vellicant. Præterea egregium (inquit) commentum, quod assiduam diuinorum contemplationem significare contendunt; cùm his nil ineptius, & indoctius. Grauiis calumnia: sed nos ita vitam instituimus; vt haec tenus appareat verissima. Postrem, quām præclarum est mendacium (aiunt) quod suas illi (clericos autem intelligunt) coronas velint esse symbola cuiuspiam regiæ dignitatis; quod sint vitæ suæ totius, & actionum omnium reges: cùm tanta sit nostri ordinis hominum indulgentia, penè dixeram, corruptela, vt hæreticorum maledictis ingentem fenestrâ aperiant. Ne dicam catholicorum plurimos eò dementiæ prolapsos; vt hac tonsura suos liberos duntaxat propterè cureret insigniri; vt impunè, videlicet, postmodum quiduis designare liceat, tutis nimirū à suspendio. Hæc igitur preposta nostrorum hominum religio facit, vt hæretici vana nos, & irrita symbola iactare falso quidem; sed non citra nostrum meritum vociferentur: quæ idcirco à me commorantur; vt si neque Dei metus, neque religionis amor, neque propriæ cura salutis nos mouet; saltem pudor nos in viam reducat; atque ab antiquis peccatis tādem discedere cogat; propter quæ certimmo diuinæ institutiones ab hostibus haberit ludibrio. Rebus ad istum modum comparatis, progrediuntur ad ipsam originem, & putant harum authores nihil pensi, dum has instituerent, habuisse; sed errore tantum inductos huiusmodi nugas excogitasse. Nam cùm Germani, Angli, Belgæ, alique ad fidem primū accederent; Apostoli eattū gentium voluerunt hac ratione clericos, quos creabant, à vulgo distinctos; nihil interim mysterij, vel significationis alterius sibi proponentes; quos deinceps posteri sunt imitati. Itaque fruolum est (inquit Caluinus, & Illyricus) credere nos ad Deum his rebus vocari, quas stultitia, & error inuexit. Hoc illi. Nunc est orthodoxyæ studiosi perscrutari, num res ita se habeat in antiquitate. Et vt nostris catechumenis glaciem hīc secemus, ad quæ Christianos scriptores veniamus, qui huius rei meminerunt, & ipsius exposuerunt mysteria; Dionysius Areopagita cap. 6. Eccl. Hier. tradit Therapeutas cohonestatos hoc insigui tonsuræ monachicæ; illamque interpretatur vitam mundissimam, & nulla figura fucatam, quæq; nullis coloribus inductis, animi deformitatem exornet; sed ipsa in seipso non humanis venustatis, sed singularibus & vnicis ad Dei exactissimam similitudinem properet; sic Ambrosius Camaldulensis interpres. Quæ profecto aliud nihil sibi volunt, quām quod tradit Augustinus, rem eandem tractans cùm alibi, tum ad Psal. 51. vt nimirū fluxa, & mundana omnia contemnuntur; præterque vita necessaria presidia, nihil queratur, aut recondatur à mona-*

*Traditionis  
calculus ton-  
sure anti-qui-  
tati suffi-  
gatur.*

*Dionysius Areop.*

*Augustini.*

*tur à monachis. Cæterum, ne quis putet istud ad clericos rō pertinere, obseruatio.*

quod dictum est de Therapeutis: primò constituendum est, initio ita se rem habuisse, vt ad clerum ex solo Therapeutarum ordine deligeretur: & licet differentia aliqua fuerit inter tonsuram therapeuticam, & clericalem, seu sacerdotalem ( vt nunc etiam, qui in minoribus sunt ordinibus, angustiores gestant coronas, quām ipsi sacerdotes ) nihilominus utriusque par erat necessitas. Et ne illud prætereamus, inter Therapeutas erat utriusque sexus homines, quapropter quod de illis ad clerum destinatis dictum est, idem accipiendum de sanctimonialibus. Post *Basiliss.*

Areopagitam non habeo antiquorem D. Basilio, cuius suffragium conservauit nobis D. Burchardus lib. 16. cap. 35. Is igitur agens de pœnitentia sodomitici clerici, dicit eum cogi debere in ordinem, & tonsuram clericalem ponere, ne postmodum vlo pacto à laico differat: qua in re quis non videt notam Basilio tonsuram, nec ita parui estimatam, cùm tanti criminis reus, pro grauissimo suppicio, gestandæ illius in posterum ius amitteret? Si quis recipiat historiam Abdiæ Babylonij, cuius interpretatio adscribitur Africano, vt in vna sententia geminos testes habiturus sit, non solù in Matthæo tradit Ip'igeniam, Therapeutida futuram, depositisse comā, sed etiam in Thonæ historia quiddam simile prodit: verū in ea multum est Manichæi fermenti, sic fortassis nolet quispiam hunc testem recipere, nec ego inuitis obtrudam, quod sciam à Paulo quarto damnatam historiam. Prodeat igitur Augustinus, & lib. de opere monachorū cap. 31. nostros tiam monachos acriter castiget, quod capillum iactet, ac nutritant. Nec est quod frustra laboret Caluinus, dum hunc locum in sua castra traducere nititur, quasi tunc temporis monachicam tonsuram non agnouerit Augustinus. Nam lib. 2. retractationum cap. 21. declarat inuestum se in monachos, qui à suis statutis discedentes, comā alere volebant, idque ad ostētationem. Et si quando Paulina obiit, 1. Corinth. 11. cereretur authoritas, tum se viros esse negabant, sequē aiebant demisso capillo tegere peccatorum suorum fœditatem. Qualis autem fuerit hæc tonsura, ex duobus clarissimis scriptoribus licet cognoscere, altero Græco, altero Latino. Diuus enim Germanus ad liturgiam D. Chrysostomi dicit duplē in Ecclesia tonsuram usurpari, monachicam, eamque latiorem, & alteram clericalem, & angustiorem, & illam quidem factam ad imitationem D. Iacobi Ieronolymitani, qui monachicam vitam gessit, cùm esset etiam Naziræus, hanc autem ad Petri similitudinem, qui clericorum exemplar edidit in se luculentissimum. Is enim hac ab infidelibus affectus iniuria, atque in corona modum attensus, veluti mortalium stultissimus, deinceps hoc decus in gloriam Christi conuerten̄, per totam vitam sic tonderi voluit, vt spineam Seruatoris hoc saltem modo coronam representaret. Hoc imitati postmodum clerici, externo cultu demonstrabant se ad brabæ coelestis coronam pertendere. Vnde liquet rem nō esse nuperam, neque ab Agathone, aut Vitaliano (vt nugantur Illyricus) inuestam, sed chri

*Abdiæ Ba-  
bylon., cuius  
authoritas  
nutat.*

*August.*

*I. Corinth.*

sed christianam, & Apostolicam. Quod autem B. Germanus de tonsura scribit, accipendum est de forma. Nam ca. i. Aquisgran. dicit Pauli factum eodem pertinere. Testis Latinus est Beda Venerabilis cap. 14. lib. 4. Angl. Histo. vbi narrat Petrum apparuisse puerō peste laboranti insignitum clericā tonsurā : nēdū est audiendus Illyricus, qui ad Romanos etiam characteres (videte quō rem dēducat insanus) allusum esse putat. Idem Beda habet doctissimam epistolam ad regem Neutanum de origine, & significatione huius tonsuræ. Nam cūm Neutani subditi tonderentur, vti fērē nostrates, vt comarum extrema tegendā nonnihi ceruici, temporib[us]que relinquerentur: Golfridus hoc reprehendit, aitq[ue]: Si monem Magum sic attonsum fuisse, Petrum orbiculariter, vti solent monachi, qui instituta sua conseruant, interēt inculcat potiorem esse curam oportere fidei, & charitatis, quae sunt in primis præstanta, nec tamen extēnorū huiusmodi rituum curam abiiciendam. Hinc opinor manifestū esse Græcam, & Latinam ecclesiā hanc traditionem semper agnouisse, atque ab Apostolis profectam (vt ex Dionysio patuit) adseruasse. Cæterū ne traditionis hīc laborare videamus inopia, cūm suppetant authores innumeri, non erit abs re præstantissimos in medium adducere. D.igitur Epiphanius in Messalianis reprehendit monachos Mesopotamios, quod detrectarent hanc *τερατινήν νουράρην*, id est, sacratam tonsuram, vellentque ad monachicūm institutūm clericos adigere, dicitque hoc penitus aduersari traditioni. Cuperem autem nostros catechumenos obseruare sermōnem fieri. de Mesopotamīis monachis, quia Cornarius deceptus, in margine annotat agi contra clerum Romanum. Omitto can. 21. Trullian. & septimā synodi can. 14. & Carthaginen. 4. can. 44. cui non tam interfuit, quam præfuit Augustinus. De Aquisgranēsi can. sēpē dictum est. Germanum, & Bedam protuli. D. Hieronymum non possum silentio præterire, qui ad Sabinianum scribens, ait eos, qui mundo renuntiantes suam Deo virginitatem consecrant, ponere capillos. Notandum est tamen in ista voti esse huiusmodi tonsuram, & pro voti emissione frequenter usurpari, quemadmodū ad 6. can. concil. Carthaginen. Ioannes Balsamon ostendit. Cæterū, vt germanum huius rei usum norimus, adeunda sunt D. Burchardi libri 18. decretorum cap. tria, quae rem istam vehementer declarant, nec leuem adferent utilitatem penitus inspecta. Sunt autem ea 1. ex Toletana synodo, 3. ex Moguntino concilio, & 27. ex Toletano, vbi tantam huius rei quondam fuisse religionem apparet, vt qui tonderi se passus esset, etiam nulli addictus religioni, nunquā postea nutriendū comē potestatem haberet, sed, si quidem cuipiam ecclesiā, aut monasterio se deditasset: eo reuerti profugus cogeretur, sin minus, per totam vitam cogebatur, gestatione coronat p[ro]fe ferre voti violationē, aut temere usurpatum viisque perferrere. Quid verbis opus est? Non erat minus infame refiliere à tonsurā proposito, quam nunc probosim habetur votum, aut institutū monachicūm deferere. Nam vt suscepimus nunc habitus, ita quondam.

quondam gestata tonsura portendebat hominem tendere ad castitatis, & arcta disciplinæ propositum. Quapropter Episcopi non admittebant ad tonsuram, nisi quos vel propriū, vel parentum votum alicui saltem Ecclesiæ destinarat, & hoc parentibus vt perstradeatur iubent Patres Triburienses. Vnde videre est, quam hodiē agant præpostorē, qui cūm pueros nuptiis destinari, iubent tonsuram accipere, quod si quidem fiat ex voto, & certa spe parentum fore, vt imbuti gratia aliquid olim sp̄ient generosius laudandum esset, cūm tonsura nihil sit aliud ( vt *Quid tonsurā obiter definitionem adhibeamus* ) quam initiatum aliquod, quo homo proponat se sc̄iire Deo.

*Partes, causas, effectus, definita, & reliqua, quae ad tonsuram clericalem spectant, exponit, ac postremo Caluini petulantiam coēret.*

### Catechesis 185.

**S**V. Vprema catechesi progressi eramus ad tonsurā clericā, & monachicā definitionem. Iam ad hīus partes, causas, ac determinata transeamus. Nam si quid in definitionis explanatione desideretur, perficietur expositione causarum. Diuisionem autem repete piget, quam toties in superiori tractatione tradidimus. Notum est enim ex canonibus partim esse monachorum, partim clericorum: cūm olim soli therapeutæ crederentur sacerdotum ordinum esse candidati. Nunc igitur de partibus. Et quidem, quod ad materiam pertinet, præter attonsonem, & sacra vestis traditionem, nihil video requiri à canonibus, decretisque Pontificum: tamen obiter est obseruandum, Balsamonem tanti facere vestis mutationem, quae semper fit in clericis, vt vel hac recredat ad strictum clericum resilire non posse: quam sententiam si sequamur, triplicem hīc habituri sumus materiam, comā, nimirūm depositionem, vestis mutationem, & inductionem superpellicij. In tonsura autem hac mos iste seruabatur, vt in partibus quatuor *Quatuorpartes* fieret, sincipite, occipite, & in vrōque latere, ac prætereā in vertice. De *tesolim tonsuræ vestibus* ex parte dictum est. Nam plerique omnes pullis vtebantur, vt *vestes*. habitu præse ferrent pœnitentiam. Atque in canonibus ethici ferē tratores censent exitiale periculum, si quis vel rubro, vel viridi vtatur. Quod ad candidam, eam gerebant Alexandrini therapeutæ, quali ferē *Formam quatenus* nunc induuntur Carthusiani, vt Philo describit. Postremò, vestis linea, sive superpellicium mutatis vestibus inducebatur, quae res præcipuum videtur habere momentum, quod ad illam Pontifex crucem pingat. Tantum de materia. Formam hīc non habemus peculiarem: imo quidam est dispar sacramentis reliquis, quod non tam Pontifex, quam ipse candidatus formulam pronuntiet, recitare iussus. *Dominus pars hereditatis meæ, &c.* quem verbum clerūs antē decātāt. Et potest ea forma videri:

præsertim cùm inter attonendum id fat. Sed mihi haec tenus videtur eam esse positam in precibus adiūctis, quæ haud dubiè tales sunt, vt solæ queant mysterij huius antiquitatem arguere, adeò sunt eruditæ, elegantes, & latenter quandam spirant energiam. Nec mirum, cùm & in extrema vniōne preces formæ vim habere conspexerimus. Porro, quod ad rem pertinet, ne quis putet humanam inuentionem, Dionysius adfirmat hanc esse traditam à Deo ep̄itasin: & quamvis non desint, qui putent instinctu Dei factum ab Ecclesiæ, nec ego sum inficiatus illam addidisse, explanasse, & promulgasse nonnulla, causam tamen huius initialementi Deum ipsum fuisse credo, fretus Areopagitæ suffragio, qui cap. 6. Eccl. Hier. defert huius originem thearchiæ, id est, principali & originali diuinitati. De administris autem non est poenitenda in iuris pontificij tractatoribus disputatio: verum vt nos catecheterio vitemus disceptationes, vsus Ecclesiæ docet non modò Episcopū, sed etiam abbatem, monachorum præfectorum hoc insigne conferre, adde Choropiscopis can. 4. septimæ synodi huius conferendi potestatem tradere, quemadmodum cæterorum quoque ordinum alij tribuunt cùm ipsis, tum Romanis Cardinalibus, maximè si sint presbyteri. Dionysius vero huins ministrum sacramenti sacerdotem præstituit, nisi quod Balsamon ad ca. 6. Carthaginensis, & 7. can. alterius Nicæni concilij restringit ad sacerdotes monachos: mihi tamen videtur intelligi posse de tonsura monachica. Itaque in vniuersum verum erit, quod tradit Dionysius, vbi adfuerit permisso pontificia. De huius rei finibus, ac rebus effectis non habemus certiora argumenta, quām ex ipsis præscriptis pontificalibus. Igitur ante omnia dilectio Dei præstiuenda est comam ponentibus, vt iis locum hīc non esse norimus, qui compendij sui causa, vt vel leges effugiant, vel pingue adeant sacerdotium, hoc ambiunt: cùm solus amor Dei, eiisque seruitium, & honor Ecclesiæ, illiq; deferendum auxilium eò cunctos debeat impellere, vt matrē adiutent in tanta malorum clericorum copia. Interim tamen sciendum est eos, qui huc properant, iure sperare posse incrementum virtutum. Nam gratia hac in re non solùm augeretur ex opere operantis, sed & ex opere operato. Barbarè quidem hoc dicitur, aptè tamen ad declarandum, quod docet Dionysius, nempè initialementum hoc ( si rite suscipiatur ) sua vi ex instituto Dei hominem imbuere maiore gratia. Quod si Pontifex rerum diuinatum peritus, & pius adsit, & initiatus insigni fide, mentisque feruore sitibudus in se derivuet Christi gratiam: dubium non est, quin geminetur beneficium, & quæ in precibus, votisque petuntur, inter tondendum, si non ineptum se mystes exhibeat, liberalissimè conferantur. Atque hīc erat vna, atque altera collecta recitanda, vt intelligent catechumeni, quid sperare debeant, sed satis fuerit referre sententiam. Optat igitur Pontifex, vt non tantum coma pouatur, muteturque vestis, sed etiam animus, affectusque transformatur, vt quemadmodum apertus vertex cœlo patere iubetur, sic oculi spiritales cordis recludantur, & vt ab omnibus corporis vide- tur exue

*Administr.**Fines.**Effectus.*

tur exuere superfluitates, ita vitiosos affectus, & quicquid ab officio remorari potest, abiiciat. Condicit præterea mystagogus futurum, vt initiatus velit, aut queat in eo gradu consistere; nec eo se indignum præbere ad honorem, ac decus Ecclesiæ. Certe cùm huc præruptis omnibus repagulis inepti, indocti, denique mali proruamus; neque vel quid hinc sperandum sit, compertum habentes; vel, si cognitum id sit, per vitæ, ac morum impuritatem sperare ausi: mirum non est, si degeneres filii matrem Ecclesiæ dedecore afficiamus; nec tam præstemus, quām diffugiamus officium, & ne ad horam quidem in eo persistere queamus. Quæ sanè pudēda nostri ordinis hominum labes, qui vel in sacrificiis, vel statutis precibus adeò contineri non possunt; vt contra interdicta canonū cùm ipsis sacris vestibus ex templis, & sacris adytis profugiant, tantum ut fabulentur, aut obambulent, aut lusent, fidemque nostram exponat Iudicio. Optat insuper Pontifex, qui legitimè sunt initiati, adiuti à gratia hinc inde à sacramento Episcopalique inuocatione, propriaque accommodatione suscepta, sic animentur, vt immori libeat officio, virtutibusque cumulentur, & cœlestibus armentur præsidii, quæ D. Areopagita docet manuum impositione Pontificis designari. Nam quod à prophaniis tuti sint iudiciis, quod hic addi poterat, alio loco dicemus. Postremo ut intelligamus non esse finivolum, quod superius dictū est, coram hāc brabæ cœlesti polliceti; petit sacer antistes, vt non tantum in cœute fiat criminis refectio circularis, sed animæ quoq; postmodum corona præbeatur in cœle. Prætereundū istud videbatur, vt non magni momenti admonet tamē clericos Episcopos, vt meminerint hac se gloria diduci à foro, tribunalibusque seculi ad censuram, & iudicium Ecclesiæ, à mundo videlicet ad cœlum, à tēpētuoſiſſimo mari ad trāquillam stationem, tutumq; portum; sibiq; partū ius ad sacerdotium, & beneficium, ad quod nemini præterea patet aditus. Dicerem plura de hac prærogativa, nisi notiore illam arbitrarer iis etiam, quorum potior nobis esse cura debuerat. Neque plura de illa clericorum dignitate referre liber, quos sacros, & inuolatos esse voluerint infiniti canones; ne cuiquam vel attingere liceat, quin statim cōfodiat animam horrendum telum excommunicationis, à quo non illi solūm est metuendum, qui vim intulerit; sed iis etiam omnibus, qui vel adiuerint, vel consenserint: qua de re alias dictū est nonnihil: sed in ista seculari licentia nunquā satis multa dici possunt, propter nostræ tempestatis violentiam, ac tyrannidē. Expedit enim catechumenos ista nosse; vt vel sibi, vel aliis medeantur, qui Dei ministros nihil morantur, & fretos diuina protectione violant. Hīc ergo violenta manus intelligitur, quodlibet instrumentū, quo nocere quis valeat clericu. Et ne tantum vulnera, cadesq; locum habere quisquam putet; sputū, & pulueris iniectio, si prava nō desit voluntas, meretur anathema. Aliud tamen est, vbi vel ignoranter, vel præter animi propositum, & absq; deliberatione quicquam geratur. Nam si non constet esse clericum; excusat, dummodò ex habitu, aut aliundè non sit cuius id facile iudicare.

*Ecccl. Hier.  
cap. 6.**Quæ sit violencia manus,  
a qua tuti es-  
se clerici de-  
bent.*

Tunc enim frustia quis ignorantiam fingeret. Ad eundem modum, si quispiā ex animi quodam impetu tale quidpiā tentet, cuius mox eū p̄c̄siteat; leuius erit periculum. Denique, quando cunq; non esset mortiferum peccatum, si fieret idem laico; salua res est; nec est tū ab anathemate formidandū. Nec obstat, quod iam dixi de coniecto puluere: quia vbi peruersus accedit animus, quiduis induit naturam exitialis culpe; maximē si adiuncta sit contumelia. Cæterū non solos in isto canone vulgo notos clericos, verū etiam monachos, illorū nouitios, & conuersos intelligo, qui proximē accedebāt ad sacros ordines; quē admodū & clericī minimum distabant à monachis. Neq; verò se tutos arbitrari debet, qui aliena opera ad nefas abutūtur: quia quicunque momentum adfert, vt patretur facinus, contagionē attrahit: adeò vt nec extra teli iactū consistat, qui, quod potuit prohibere, neglexit; maximē si magistratu præditus sit; imd quod magis mirum est, priuati quoque, si queat absque suo damno succurrere, ni faciant, haud insontes habentur; vnde qui religiosores sunt, huius periculi non ignari, quoties vident clericum, perficiari, quem tutari non valeant, fugiunt; ne præsentia contagium adferat. Nec refert si malus sit clericus, si mille mortes commeritus. Potest tamē magistratus manū iniicere, vt retrahat à scelere, vtque reddat hominem proprio iudici; potest furentem, & ebriosum compescere; ulterius progrederi non licet; alioqui non aberit horrendum excommunicationis periculum. Hæc autē, quæ de violentis manib; dicuntur, nequaquam ita intelligenda sunt, quasi tutum se credere debeat; qui vel inbente, vel violentem clericū adoritur, truncat, vulnerat; cum ipse met clericus seipsum mutilare non possit, quin uestigio diris adstringatur. Sunt tamen effugia quædam, & excusationes, de quibus non nihil est delibandum. Si quispiam igitur in extremo discrimine gladium, vel equum eripiat clericō, cui tale non immineat periculum: vt suæ vita consulat; nec essitas hominem securū facit. Idem de patribus, præceptoribus, alijsque statuendum authoritate præditis. Multū quoq; defertur iræ mariti, & cognatorū in vxori, & consanguinearum tuenda, vel vlciscēda pudicitia. Si mulieres, pueri, virgines vim, quā clericus conetur inferre, morsibus, vnguibusque propulsent; laudi ducetur, tantū abest vt ibi sit vllum periculum. Denique licet à clericō fure cuius res suas extorquere; & inuadentem clericū vel ferro, vel alio quoquis modo cōpescere, suæque incolumitati consulere: si res tamen consistat intra limites inculpatæ tutelæ. Adhac doli, & furti machinatio libera est ab hoc fulmine; vt si fur clam loctulos expilet sacerdotis. Nequaquam igitur lève putemus hac in parte leges Ecclesiæ violare, aut eas temerè transgredi. Et licet veteres canones hic abunde sufficiant, & concil. Constantiense: maximi tamen est momēti, quod in tridentina synodo res ista toties recinitur. Atq; vt pij intelligat, quā liberaliter nobiscum agatur; non ita pridē Romā adire cogebantur, qui hoc anathemate se liberari voluissent: at Pius quartus, conciliūque Tridentinum eius rei copiam fecerunt Episcopis, & eorum vicariis

sess.24.cap.

*Quibus occa-  
sionibus cleri-  
corum inferre  
licent.*

sess.24.ca.6.cūm prias vix licet pueris, mulieribus, monachis, infirmis, egenis, & quibus in itinere videbantur hostium insidiæ metuendæ, sese conferre ad Episcopos. Huic prærogatiuæ affinis est clericorum immunitas, quæ hodiè nimis temere contemnitur, & proculcatur; de qua superius egimus. Nec defunt antiquæ concessiones, & amplissima quondam à christianis principib; in hunc ordinem collata priuilegia; de quibus copiosius differere, non est instituti cæchetici. Supererat destinatorum tractatio: sed quia partim obiter multa diximus, paitim multa dicētur in singulis ordinibus; hoc impræsentiarum satis fuerit, olim candidatos seuerum examē subiisse; vt inepti, indignaque summouerentur; multāmq; rerum christianarum cognitionē ab iis desideratam fuisse. Nunc, vt omnia pessundedit mystagogorum negligentia, christianique vulgi contēptus, & imperitia; qui norunt psittacorum in morē psalmum quinquagesimum, & versiculū: *Dominus pars hereditatis, &c.* bellissimē censemur instructi. Olim cūm res ab archidiaconis religiosè obibatur, diligenter inquirebatur in vitam, mores, præpositum, eruditioñē; denique summo ti fuissent à consura, quos nunc ad hypodiacaonatum admittimus: quia mox post initiationem inseruire cogebantur Ecclesiæ, consulere proximis, legere psalmos, & scripturas reliquias, ac tātē nō catechistas profiteri; quod alioqui monendum nō erat; nisi vt, qui rebus istis nequaquam instructi hoc insigni donati fuerint, vel serō discant, quod Ecclesiæ parenti dudu præstare oportuit. Priusquam tamen à clericis digrediar; ne quisquam inani metu interdū se discruciet; visum est admonere, non omnes hanc dignitatē saitam teatam adseruare, quam ab Ecclesia suscepserunt. Qui enim vel duxit viduam, vel secundas nuptias fecit, expungitur albo clericali; hæreticis, scismaticis, publicè flagitiosis hominibus Ecclesia vult hoc ius ademptum; neque sinit hac potestate gaudere eos, qui nec habitum, nec tonum verticem gestant. Qui gladio instructus, & chlamydatus incedit, qui militem profitetur, nequaquam in clericorum numero est celsus. Qui autem virginem duxit, vestēque, & tonsura susceptæ dignitatis indicia semper præ se tulit: ius, prærogatiuamq; retinere putādus est. Et hīc locus admonebat de nostrorum clericorum probitate dicere, quos & omnis modestiæ, tā in vestibus, quam in moribus oblitos, & clericalis tonsura pudere cernimus, ni pigeret horridam mouere camarinam. Maiores nostri tamen; & scholastici putant nō esse tutos à mortali criminie, qui gerunt intōsum verticem, pullāisque vestes negligunt, & coccineis, variisq; usque delestantur; palamque circumferunt arma, quodque maximē notandum est, holosericis, bissinisq; lasciuiunt, regēsq; luxu, ac superbia viñcere cerant. Videas enim plerosque, fordes populi, & infima de fæce vulgi natos, indoctos, egenos, nulliusq; pretij homines fraudare genium suum, vel bonis viris facum facere, contracto etiam ære alieno, pretiosis vestibus ita superbire, vt vix à canonis, & Episcopis liceat distinguere. Norint igitur, qui huiusmodi sunt, se se hominum doctissimorum, & sanctissimorum iudicio nō esse expertes

*Quibus cleri-  
calis orde de-  
bereat.*

II 3 sceleris,

*clericorum  
immutat.*

*Quales anti-  
qui in clericos  
ascenderint.*

sceleris, & siccotentam suar dignitati facere iniuriam. Et certe, qui tales sunt in clericali tonsura, videntur sui gradus iacturam facere; sed in diaconis, & sacerdotibus cum non sit huius rei periculum; nihilominus iniurij cum in suum ordinem, tum in seipso iudicandi sunt: ac propterea rectissimum in Tridentina synodo itum est obuiam istis vitis. Quidni vero etiam de clericorum profusione dicam non nihil; cum illis potissimum laborete catechesis? Nam cum, ut nuper ex Areopagita docuimus, verticis attorsione profiteantur insignem rerum perituratum, fluxarumque contemptum; pro sua rapacitate plurimi tantum huius terrae coeno inhiat, quasi fœdissimum in domo Dei quæstum, ne dicam latrocinium, instituerint; ut mox turpiter congestas opes, milleque sacrilegiis partas diuitias nequius profundant. Igitur grauissimi, doctissimique scriptores censent istos, qui libidinantur domi, stertunt tota secula, pocalis indulgent, per noctemque ludunt aleam, exercere deterrimum sacrilegium. Cum enim nullam Ecclesiæ Dei nauent operam; neque diuinis intersint precibus, vel, si adfint, quicquam conferant: sed vel muti, & otiosi sedeant, vel impi rideant, fabulentur, obambulent, quo iure percipiunt, quod debetur pauperibus? Evidem sunt, qui pro furibus tales haberi velint, nisi refuderint, quæ numerata sunt indignis: alij tamen capitale solum crimē addicunt, quod ipsum satis magnum est; nisi fortasse quis contemnendum putet peccare in Deum, & mortiferæ culpæ æ alienum contrahere, quod nunquam exoluere queas, nisi Deus ipse gratis condonet. Præterea, ut omne vitium nunc stat in precipiti, quod isti pessimis rationibus, artibusque pepererunt, non elargiuntur pauperibus, aut infirmis; non conferunt in libros, & ea, quæ ad Dei cultum pertinent; quod, redderet fortasse crimen tolerabilius: sed omnia congeruntur in vilissima scorta, ganeam, luxum, insanas compotationes, & similia; quæ omnia cum à prodigiis clericis restituenda constet; tum verò à meretricibus, & compotoribus refundēda sunt, non huiusmodi luxuribus; sed pauperibus, & Ecclesiæ Dei, nunc, potor, & gaude te horum esse amicum. Iam certum est tonsuram clericam vnicam esse viam, non solum ad sacros ordines: verum etiam ad ecclesiastica beneficia; eam autem non posse conferri non baptizato, certo certius est. De confirmatione, an illam præcessisse oporteat, a quibusdam dubitatur: sed si more maiorum ista tractemus; si Areopagitam audiamus, hoc insigni præditos, ac therapeutas inter sanctam plebem, & clerum collocantem; non feremus quemquam ad istud initiantum conuolare, qui confirmatione donatus ante non sit; præfertim cum antiquitas non duxerit hominem perfectè Christianum esse, qui sanctæ confirmationis complementum non suscepit. Atqui quos Dionysius *et alii* vocat, à veteribus iij. dicti sunt, qui post baptismū confirmati, christianam militiam essent aggressi; quibus tamen excelluisse clericos, ex illa Dionysij distributione palam est. Sed hac de re sat. Nunc superest, ut Caluinum hic petulantius exultantem, nosque nimis (ut putat) artificiosè deridentem, quasi doctrinæ suscepimus immemores.

*Olim non nisi  
cōfirmati ad-  
debet in cleri-  
cos.*

*Retunditur  
Caluinum per-  
lantia.*

mus immemores, paululum compescamus. Quod igitur ille putat nos septem ordines euertere, dum plerique nostrum inter Ecclesiæ ministros plures numerant, quos nunc penè abiisse videmus in obliuionem, nugamentum est. Profitemur enim ingenuè septem ordines, atque, si placet, octo. Nam episcopatum excludendum non esse, qui est omnium perfectissimus ordo, docet Areopagita cap. 5. Eccl. Hier. Ergo septem, vel octo, si, quod res est, dicendum sit, ponimus ordines: non tamen absque certa ratione. Nam idem Dionysius cap. 6. Eccl. Hier. agens de monachis, & ante illum Philo de Therapeutis, vocant aperte sacramentum illud, quo monachi initiantur, mysterium, & sic post eos interpretati sunt Eusebius lib. Eccl. hist. 2. cap. 17. & Nicephorus item lib. 2. cap. 16. Vnde liquet Ecclesiam duplia semper habuisse sacramenta, septem quidem augustissima, alia τὰ μικρά (ut vocantur ab Areopagita cap. 7.) qualia sunt monachice, & hæc tonsura, in quibus dum symbolum foris exhibetur, ad quod gratia vel confertur, vel augetur, haud dubie non absurdè sacramenti nomen obtinent, cum his destinetur homo religioso instituto: quæ fuit causa cur in definitione vocaremus initiatum, noto apud Senecam vocabulo, idque, quod sacramentum, significante. Hac igitur ratione queas nouem, aut decem numerare sacramenta. Ad istum ergo modum, quod plerique scolastici negant esse tonsuram sacramentum, de septem potioribus illis ordinibus intelligunt, qui & singuli totidem sacramenta seorsim constituunt, & conflati unius naturam obtinent. Traditur enim episcopatus distincto sacramento, quemadmodum sacerdotium, diaconia, & reliqui deinceps peculiari mysterio perficiuntur. Quo pacto igitur unum? Instructi ab Ecclesia parente credimus, ac dicimus laicos integrum accepisse sacramentum, etiam cum alteram tantum speciem perceperunt, ac tantundem pronuntiamus, cum sacerdotes catholico sacrificio defuncti sunt, nec aliter loquebantur etiam, dum utraque species porrigeretur, ut nec isti geminum, nec illi dimidiatum, sed unum omnes, & æquale sacramentum habeant: quia panis, uniuersæ species simul iunctæ tendunt eodem, Christique mortem repræsentant. Quemadmodum igitur ineptus disputator haberetur, qui Calvinum tria sacramenta recipere contenderet, quia coena geminum panis, & unius sacramentum complectatur: perinde age re credendus est, qui hinc nobis struit calumniam. Iterum, quemadmodum in extrema unione quinques eademi repetitum inunctio, & forma, neque tamen plura dicimus esse sacramenta, quod uniuersa scopum eundem propositum habeant: ita in præsenti negotio statuere oportet. Nam per hos gradus omnes ascenditur ad sacerdotium, veluti ad fastigium, & summum ad confectionem Eucharistiae necessarium ministerium, qui autem in inferioribus recte funguntur officio, gradum promerentur ampliorem. Cum igitur unum esse dicimus sacramentum, illud potissimum spectamus, quo spirituales patres constituunt, ut non tantum ea percipient, quæ ad vitam pertinent, sed alios quoque progenerent,

*Qua ratione,  
preter septem,  
multa min-  
stra sacra-  
menta esse dican-  
tur.*

*Quomodo se-  
ptem ordines  
unum faciunt  
sacramētum?*

vt in Aërio loquitur Epiphanius. Nihilominus ordo quilibet est verum sacramentum, quamvis ingenti discrimine separantur: interim qui est omnium infimus, talis est; vt, si vel solus à Deo suppeditaretur, nuncquam satis illius bonitatem admirari, & illi gratias agere possemus.

*Consuetudinem catholicorum, qua ordines quosdam sacros, quosdam non sacros appellant, ab hereticorum morsibus vindicat, mox aliquot observationibus instructi lectore, ad ostiarum nomina, typosque, descendit, & definitionem, cuius singulas postea partes explanat.*

### Catechesis. 186.

A m<sup>o</sup> consensuris ad fastigium superiorum ordinum ster-  
nitur primus ostiarius gradus. Nam vt iis, qui in amplas  
aedes penetrare cupiunt, subeundum est ostium, ita nom-  
antē conscendere licet cuiquam ad huius fastigium sacra-  
menti, quām huic rei ceruicem prius inclinauerit Cate-  
rūm priusquām hunc ordinem aggrediar, operæ pretium est quosdam  
hereticorum calumnias diliuere, certisque regulas præstiuere, quibus  
partim in conciliandis locis, partim in fidei confirmatione iuuentur ca-  
techumeni. Ergo quod ad præsens sacramentum pertinet; aduersarij,  
nos derident, quod hunc ordinem inter sacramenta numeremus: cùm  
illius functionem minimè sacram esse putemus, rēque ipsa declaremus,  
non nisi ad laicos pertinere. Quius enim vel puer, vel idiota cōstituitur  
æditius, & claudendæ Ecclesiæ, vel aperiendæ munere fungitur, qui si  
quando huic initietur ordini, deinceps ab eo labore supersedendum in-  
dicat. Evidem nuper diximus eam non prouersus iniustam criminatio-  
nem: sed isti intelligunt diuersos mores Ecclesiæ: non prouersus necessa-  
rios, alias etiam functiones requiri. Si enim, quo olim modo, conser-  
varentur Ecclesiæ, si perinde cleris in vestibulo consisteret, ipsosque  
laicos à choro, & altaribus abstineret: esset profecto cur ostiarios offi-  
cium facere iuberemus. Si etiam in peccatores inquireretur, si publicè  
flagitiosi arcerentur: at templis: quis non intelligit fore tunc opus homi-  
nibus aliquo ritu ad eam rem sacratis? At nunc cùm nostra templo pa-  
teant hereticis, canibus, sceneratoribus, ebriosis, homicidis, adulteris,  
imò frustra eos iuitemus, vt dignentur intrare, tantumque non cog-  
amus: quid est mirum, si ostiarij deseruere stationem suam? Sed si Tridentina  
synodus optando quicquam proficeret, si decreta nobis aliquam re-  
ligionem incuterent: profecto rediretur ad antiquam seueritatem. Sancti,  
quod ad me attinet, optarem ( nec defutura mihi credo piorum homi-  
num sanctissima vota ) hereticos nos ita flagellare, vt vel iuuti huic  
confugeremus. Esto igitur, laicus, ignarusve puer hanc obeat prouinciam, num idcirco perit nobis ea dignitas? Tu heretice, qui istud iactas,  
restitue.

restitue nobis veterem disciplinam, cuius reliquias totis viribus labefactas: & videbis non defore nobis ostiarios, qui sceleratissimos canes, & te quoque sacris eliminent. Verum & illud notandum est, in cuius ignoratione caligant aduersarij, aliud esse, ac fuisse ostiarij, & æditum. Nam B. Ignatius epistola nona ad Antiochen. ostendit alios fuisse, qui prima templi ostia seruabant, & alios, qui pro intimo adyto. consistebant. Heretici autem videntur tantum agnoscere, qui primas foēs apertecebant, cùm olim omnes claves totius templi, omniumque ostiorum haberent ostiarij, quorum tamen principes pro sacris adytis adstabant. Obganniant prætereà non conuenire satis inter Theologos hisce de rebus. Atque utinam tantū suis inter se tribuerent ipsi dissidiis. Audiamus tamen. Quidam ( inquiunt ) hos, quos vocant non sacros ordines, ab Ecclesiā, alij ab ipso Christo cōtendunt institutos, quidam psalmistas, cantoresque pro iisdem habent, nonnulli diuidunt. Innocentius non ita pridem subdiaconatum inter sacros relatū ordines ostendit. Postremò ve-  
hementer exagitant, quod ipsi non sacros appellemus, quasi tū prophanos dici oporteat. Sed facilimum est spicula mendaciorum veritatis vmbone retundere. Ergo post maiores nostros, vocamus ordines nō sacros: non sic est accipendum, quasi solos superiores tres velimus esse sacros, licet ita soli vocentur, quod sint occupati circa nunquam satis honoratum missæ sacrificiū, quā de causa sacerdotij nomine dignatur Epiphanius in charactere, non quod hypodiaconi, vel diaconi sint sacerdo-  
tes, sed quia requiruntur, proximeque circumstant, cùm res diuina pera-  
gitur. Ordines autem remotiores dicuntur nō sacri, hoc est, non perinde necessarij ad rem omnium sacerrimam. Addunt nonnulli superiores illos sacro nomine censer, propter adnexum illis cælibatum: quia de re suo loco. Hæc est igitur eius appellationis ratio. Quod si libeat hereticis sa-  
cros nuncupare, non contendimus. Iā quod adferunt Urbanum, & Gra-  
tianum dicere duos tantum ordinis olim in Ecclesia fuisse, presbyterorum, ac diaconorum, nihil est. Nam Anacletus epistola tertia, & Caius ad Felicem eodem modo loquuti sunt, quorum hæc fuit sententia, non omnes semper in cunctis Ecclesiis ordines extitisse, sed in illa raritate fidelium, & tanto fastigio non indignorum. Apostolos, illorumque suc-  
cessores nonnunquā Episcopo, & diaconis, vel sacerdote, & iisdem dia-  
conis contentos fuisse: non quod tūc deessent ordines Ecclesiæ, sed quia non suppeterant omnibus in locis, quibus illi demandarentur. Intelli-  
gendi sunt igitur illi Partres, de suæ tempestatis inopia, quæ cogebat, vt diaconi ferè vniuersas omnium ordinum functiones obiret: quæadmodum ex Areopagita cap. 3. & 5. Eccl. Hier. Iustinoq; secunda apolog. colligere licet, vbi liquet diaconos stetisse proforibus, discreuisse catechu-  
menos ab energumenis, & hos iterum à pœnitentibus, & sancta plebe. Nam ordinum, quos nunc habemus, nullum Ecclesiæ apostolicæ igno-  
rum fuisse, vel unus docet Ignatius, qui epistola 9. nota serie cūctos enu-  
merat, nisi quod acoluthos aliter, nempe nō sacerdos, hoc est, laborantes  
ad Antiochenos,

Quomodo  
quosdam or-  
dines non sa-  
cros vocemus.

Panarie  
extr.

Dicitur. 6. ca.  
Nullus.

nuncupet. Porro nec illud obseruatu fuerit inutile, Patres, de his agere parcius, atque tantum obiter interdum nominare, quia nulla hæresis fusio rem extorqueret tractationem. Hoc enim si spectemus, non mirabimur, si rariora nobis occurrant in antiquitate testimonia, nihilominus quæ suppetunt, vel per uicacibus abunde satis esse queant. Itaque *obseruatio.* & loco. Nam nos tros catechumenos ex Epiphanio hæref. 75. & Oecumenio ad cap. 14. Act. animaduertere prisca scriptores, quoties de ordinibus erat agendum, solitos non plures, aut alios ordines nominare, quam in ea, ad quam scriberent, Ecclesia compertum haberet existere. Hinc Paulus interdum salutat Episcopum, cui alibi diaconos, alibi presbyteros adiungit, quos nonnunquam solos alloquitur. Nec illud est prætereundum, pro diuersitate functionum, hos ordines alia, & alia sortiri nominavnde qui lectores sunt, aliquando cantores, psaltae, vel, ut est in Epiphanius charactere, interpretes vocentur. Cum ergo diuersis in Patribus has deprehendamus nomenclationes: nū ministrorum, sed officij varietatem oportet intelligere, atque in hunc modū Isidori sententia erit interpretanda, dicentis aliud esse lectoris, aliud cantoris officij. Qui enim cantores sunt, poterant in prisca ministrantium inopia psallere quoque, & interpretari: quæ multis in foris à solis peragebantur diaconis, ut etiam nunc in quibusdam ecclesiis fieri cernimus. Accedit quod sancti Patres alias interdum homines septem his admiscent ordinibus, ut Ignatius confessores, virgines, viduas, ac martyres, non quod persuasum haberet tam, esse multiplicem ordinum seriem, sed quia velle totum Ecclesiam & agmen impartiri salute, quemadmodum Epiphanius in eodem charactere docet. Quid verò, quod sensus communis, & quæ singularis diebus audimus, nobis idem persuadeat? Nonne videmus prorsus eadem officia apud urbes, populosque vniuersos variis vocitari nominibus: Germanis pastores vocatur papæ: plebanos alij nuncupant, vel parochianos: hic pastores, curatosque dicimus. Si quis propter multiplicem appellationem dicat esse varia sacramenta: nunquid nugari videbitur? Idem est de sacerdotibus dicendum, quos ferè hic prebyteros nuncupamus: olim in Germania nomen honestissimum fuit papa, ut etiam in Africa, & Italia: ut videre est in epistolis Augustini: quod nomen hac infelici tempestate, per ignorantiam hæreticorum laborare coepit infamia. Ista cum ipsimet experiamur quotidie: quid mirum est, si variis in locis eadem sacra menta non eandem sortiantur nuncupationem? Hæc præstituere visum est: ut si testes fuerint Patres adducendi: non putet catechumeni nos aliena proferre testimonia, in quibus diuersum numero inaudient. Nunc ad rem veniamus. Quod igitur ait Innocentius hypodiaconatum non fuisse sacram ordinem: illud fuit in causa, quod (ut sepe dictum est) initio diaconi omnes penè obibant functiones, ad quas non admittebantur hypodiaconi, qui fortassis rarius creabantur: cum ad sacerdotium, aut diaconiam ex insimis ordinibus sepiissime raperentur. Itaque mirari non oportet: si, quæ nunc sunt, non semper fuerint honore,

&amp; loco.

*Isidori sententia quomodo intelligenda.**Epistola 9.**Quomodo Innocentius hypodiaconatum dicat non fuisse sacram ordinem.*

& loco. Nam Laodiceni Patres c. 22. vetant eos deserere stationem pro foribus, & sacra vasa tractare: quia id erat commissum diaconis: unde & *vñnpérás* Areopagita nuncupat. Interea tamen hæc mutatio functionis, & officij non mutat sacramentum. Quod itaque veteres quidam, Lombardus, Gratianus, & coœvi scribunt, hos minores ordines in Ecclesia primitiva nō fuisse: caue sic intelligas, quasi noue more posteriori seculo hos inducere, & instituere coepit Ecclesia: sed prius etiā à Christo institutos fuisse, minus tamen cognitos vsu duntaxat, non fide. Rebus autem melius constitutis, cum orthodoxyæ manus dedisset Constantinus: tum ubique coepit emergere sacra familia, & potissimum in frequentibus viribus. Alioqui fatentur catholici nō esse potestatis humanæ create sacramentum, & initiamentum, quo praeditus homo superet humanam facultatem. Sed redeamus ad ostiatio s. Vocantur isti non rorū ianitores: Græci tribus, ut minimum, vocare solent nominibus. Nam dicunt interdum τελέτας, nonnunquam θυράπης, ut in Epiphanius charactere, & Ignatii epistola 9. ubi tamen dicuntur ijdem φεστι, τελέτη, τελέτη, hoc est, excubitores, siue custodes sanctorum portarum. Fuisse porto in Iudaica hierarchia Leuitas, & alios homines, quibus incumbet ostiariorum cura, notius est, quam ut repeti debeat. Superest definitio, unde huius sacramenti natura clarius eluceat. Nam esse sacramentum, iam ex parte diximus, & mox dicetur. Igitur, ostiarius est ordo ariatus. non sacer, vel sacramentum, quo ad conceptam formulam episcopalis benedictionis, & ad ritum porrectiois clauium de altari, gratia, & potestas officio congruens clericò diuinitus infunditur. Sacramentum esse his locis probandum est. Primum ita præscribit Tridentina synodus post Florentini concilij definitionem. Sic sentit concil. Carthag. 4. ca. 9. cui præfuit Augustinus, quem tantoper iactat ubique Caluinus. Ne dicam illud concilium tam aperte rem istam adserere, ut putem sanabilem quilibet reducendum in viam. Est amoliendus scrupulus, ad quem facile catechumenus posset impingere. Aliunt enim illi Patres lectorē ad vocem solius sacerdotis constitui: unde mox colligunt haeretici non esse reuerā sacramentum eam ceremoniam, qua lector iniciatur, cum de officio duntaxat: non de gradu sit canon interpterandus. Vult enim sacerdotem reliquis inferioribus mandare posse: ut suum quisque munus exequatur: at proinde lectori etiam præcipere: ut legat, vel interpreetur. Præterea Laodicena synodus nominatim ostiariorum meminit ca. 24. ubi vetat ne quis è clericorum ordinibus tabernas ingrediatur. Et haec synodi prouinciales (ne quis autoritatem contemnat) haec sunt pondus in concilio sexto ca. 2. Nominati frequenter Epiphanius in charactere. Caium ad Felicem protuli, qui longa serie ordines omnes enumerat, prohibetq; quenquam saltu (ut nunc loquimur) ad fastigium conuolare: non quasi non sit rata consecratio, si quis tentarit: sed offendens, quid Ecclesiæ decorum postulet. Ad hunc modum Cornelius Pontifex, & martyr in epistola ad Fabium Antiochenum, tam disertè suffragatur *Cornelius P. K. 2 huic*

*Quomodo lōb. Gratia. aliisque intellegendihoc loco.**Nomelatio- nesostiariorum.**Typi.**Definitioosti- ariatus.**scff. 23. c. 3.*

Tengue.

Ostiarietum  
discrimina.

huic fidei, ut etiam si desint cætera, quilibet cordatus in eius facile concessurus videatur sententiam. Neque nūc epistolas profero, quæ vel extant in conciliis, aut Isidoro, quas tamen Pontificales duco, sed quā adseruauit Eusebius Pamphili lib. 6. cap. 43. Ecc. hist. vbi contra Notiatum disputans martyr sanctissimus, ait in Romana Ecclesia fuisse exorcistas, lectores, ostiarii, que numero quinquaginta duos, eōsq; reliquis accēset ordinibus. Post concilia generalia, & tā antiquos Patres, non est, quod Rabanum, aliosque recentiores proferamus, vt huius ordinis diuinam & originem, & autoritatem adseramus. Dicimus præterea fieri ad cōceptam formulam episcopalis benedictionis: nam benedici, siue consecrari clericos, dū suscipiunt sacramentum, docet eleganter Caius in suā prædicta epistola, & Augustinus li. 2. cap. 13. contra epistolam Petiliani Donatistæ. Sed & pontificales formæ hoc ipsum copiosissimè testatur. Nō est autē, cur probem esse in Ecclesia ritum porrigendi claves: cūm illum ipsum nobis exprobet hæretici, & conciliū Carthaginense 4. can. 9. probet eundem. Dari autem, potestatē, & infundi gratiam, non ita disserit Patres adsequerant, sed à postremis conciliis clarius traditur, quām vt liceat ambigere. Nec enim est diuinæ misericordiæ, quēquam alicui officio destinare, quem necessariis opibus, & praefidiis non instruat. Hi autē ostiarij op' habebat spiritu discretionis, quo inter hœdos, & oves facilè distingueret, & illis exclusis, has in ouile christianū admitterent: nisi cui nullius opera fuisse videatur, inter pœnitentes, ac solutos catechumerios, infidelesque statim ita discernere, vt nihil vsquam peccaret. Illorū præterea fidei cōfidebantur omnia sacramēta, thesaurus, sacra suppellex: denique nihil erat in basilicis, & vniuersa ecclesia non traditum ostiariorū custodiae. Itaque fides cūm primis desiderabatur, ne quicquā depecularentur, atque in suos usus cōuerterent. Neque obscurum est in rebus gerendis opus fuisse prudentia, quæ si prius adesset cum fide, virtutib[us]que reliquis, & iustificante gratia, factā ingentē accessionem per sacramētū, certissimū est. De charactere peculiari loco dicetur, quem hic nō defuisse credimus. Hæc omnia diuinitū infusa dicimus: & tantò copiosius, quātò magis preparati, & expiati veniret. Formarū discrimen dūdum ostendi, non quod ad initiationē, sed quod ad officium pertinet. Nam alij pro sacractionibus adyti, alij pro templi foribus consistebant: vt apud Ignatium, & Laodicenos Patres cā. 22. & 24. videre est. De matre, quod satis est, dixi, quæ erat pōrectio clavium. Cūm autem inter porrigendum ait Episcopus-candidatō: Sic age, quasi redditurus rationē pro his rebus, quæ his clavibus recludentur, formam promittat. Reliqua sunt cūm aliis ordinibus cōmunia. Habemus igitur, partim ex fide sacrorū conciliorum, partim ex antiqua traditione gradum ostiariorum esse quoddam sacramentum à Christo institutum, qui solus instituendi potestatē habet ea, quæ vel ingerant, vel augeant in cādidiatis gratiam. Quapropter quicquid obganiunt hæretici, pro diaboli machinam éto est habendum, qui vniuersa misere conatur, vt Ecclesia præstantissima dignitate,

dignitate, quæ in horum ordinum pulcherrimo discriminē vel maximè sita est, exuat. Nos autem scitissimā hāc rerum distinctionem, in qua regnum illud sacerdotiale potissimum consistit, & retinere, & ad suas functiones reducere totis viribus laboremus.

*De lectori, nominibus, typis, definitione, & officio eiusdem.*

### Catechesis 187.



Vnc de proximo lectorum, cantorum, siue psaltarum discrimen ostendamus ordine, atque vtinam in episcopio (vt veteres loquebātur) potius, quām in catecheterio res ista doceretur. Si enim id fieret, non dubitarem mihi polliceri futurum, vt ij & religiosius accederent, & acceptam dignitatē gererent melius. Tamen quia non desunt fortassis inter nostros catechumenos, qui huc adspirent, erit operæ pretium cognoscere, quis sit, & quantus lector, quodque illius in Ecclesia munus. Id enim ignorantum, aut neglectum inuenit multa scandala in Ecclesiam: itaque quanto fieri poterit compendio absoluemus, quæ videbuntur necessaria. Principio igitur vt consueta via eamus, erit nunc upationibus, typisque dicendum nonnihil, definitio proponenda, & enarranda, cum officio, & partibus. Quod ad epitheta pertinet, diximus alias Græcos ἄρχοντας, γάρτες, cantoresque, & psalmistas non tam sacramentorum, quām officiorum nominibus appellare. Epiphanius tamen in charactere nuncupat γραμματές τ& λόγις, & ἐργατές, hoc est, scribas, interpretesque sermonis. Latini penè omnibus his vtuntur vocibus, nisi quod haec non occurrit nomen interpretum. Typos exhibent lib. 4. Regum cap. 34. & alterius Esdræ cap. 8. vbi scribæ coram populo, christianorum veteris functionis lectorum imaginem exhibit. Nec desunt media ætatis scriptores, Rabanus, Isidorus, & alij, qui Seruatoem cap. 4. Lucæ librum sibi porrectum lectorantem, & enarrantem huius ordinis figuram gestasse putent, quemadmodum illius omnem vitam typicam esse fatentur omnes. Non est igitur, quod hic calumnientur hæretici. Nam licet subsannent quosdam, qui mirabiliter se torquent, vt omnia in Christo demonstrent, hac tamen in parte ea cauillatio locum nō habet. His ita perstrictis, ad definitionem veniamus. Est lectoratus ordo non sacerdoti, siue sacramentum, quo ad conceptam formulam episcopalis benedictionis, & ritum porrectionis lectionarij, gratia, & potestas officio congruens ostiario diuinis in funditur. Nullus enim ritus huc traducitur, qui non prius in ianitorum gradu specimen fidei, religionis, & studij sui dederit. Est tamen vbi videtas exemplum prætermis superioris gradus. Nam Cyprianus lib. 2. epistolas 5. & lib. 4. epistola 5. narrat Autelium, & Celerinum repente creatos à se lectors. Episcopum autem esse huius administrum initiationis, est extra contouerliam suffragantibus,

*Nomina lectorum, cantorum, & psaltarum.*

*Typi.*

*Definitio lectoratus.*

exemplis maiorum nostrorum, & concilij Chartaginensis. 4. primis decem canonibus. Porro addimus lectionarij porrectionem, hoc est, eius libri, in quo lectiones in synaxibus ecclesiasticis recitadæ continentur. Nam quod ad nocturnam psalmodiam quidam restringendum putant, non sat est reliquæ antiquitati consentaneum. Locis enim Cypriani iam citatis, & epistola 22. li. 3. docet die paschæ lectors à se cōstitutos crudii esse populum. Nec est, quod nitantur quidam ad vetus solum referre testamentum: cùm idem Cyprianus dicat lectorum Aurelii Christi Domini præcepta legisse: & in eam veteres omnes concedant sententiam, vniuersas scripturas illis fuisse propositas. Nā ex D. Iacobi liturgia, eiūisque interprete Cyrillo Ierosolymitano, & Philonis Therapeutis discimus ita fuisse olim comparatum: vt essent inter se parallelæ, sibique responderent inuicem lectiones, partim ex novo testamento desumptæ.

*Omnis scriptura velut lectoratu[m] materia.*

Quia olim solennitate, & ritu cōstituēbantur lectores.

Quanta olim solennitate, & ritu cōstituēbantur lectores.

Quantū olim munera lectorum pondus,

Quocircā integra biblia, & eorum illæ maximè partes, quæ solemnitatis, & eruditioni populi videbantur accommodæ, instar materiæ fuerunt. Cæterum est maximum operæ pretium cognoscere, qua olim ratione, & solemnitate hæc peragerentur. Cyprianus locis à me citatis excusat se vehementer apud populum: quod Aurelium, & Celerinum in eius absentia, nec vocatis comitiis lectores creauerit, compulsus à consuetudine Ecclesiae necessitate discedere, cùm deessent, qui hoc muneri obirent. Alioquin fatetur se recepto more fuisse facturum, hoc est, conuocata plebe, confidentibus presbyteris, clero: qui de fide, moribus, & ingenio candidatorum diligenter inquirerent. Neque vero id oscitanter, & de more duntaxat siebat, sed totius fraternitatis religiosè rogabātur sententiæ: vt quisque de candidatis ferret suffragium, proderetque, si quid aliis forsitan ignotum ipse cōperisset. Accedit quod Cyprianus, quos ordinarat, præclaris nominibus, ac virtutibus sublimiter ornatos prædicet, modestia, humilitate, eruditione, fidei querobore. Nam Celerimus illustri martyrum ortus familia, & auia Celerinæ, patrui, & auunculi, qui omnes martyrij palmam erant adepti, clarus imaginibus, nihilo segnior pro Christi fide grauissima supplicia, famem, carceres, plagasque pertulerat: Aurelius autem collega non impavitus (vt lectores habuerit lectorissimos Ecclesia) semel fortissimè dimicans, parta victoria proscriptus fuetat, indeque renouatus, & à proconsule denud captus instaurata pugna in foro, & omnium oculis cum satana certauit, & vicit: vt in Ecclesia Dei postmodum creatus à Cypriano lector, non magis voce Christi sermones populo prelegeret, quam prius fortissimo certamine confirmarat, & rebus ipsis expresserat. Hac igitur celebritate non tam ordinabatur, quam examinabatur lector. Deinceps legebantur diuinæ preces, quas legere est in Clementis cōstitutionibus Græcis lib. 8. cap. 28. Porro quam sit arduum hoc munus prælegendi scripturas, non inutile fuerit considerare: cùm lectorum imperitia fecerit, vt hodiè habeamus tam vitiatos codices: ac viris necessitatem imposuerit restituendi ex priscorum lima, & eruditis monumentis, quæ posteriorum

riorum deprauarat inertia. Horum præterea (lectorum inquam) dignitatem arguit, quod priscis temporibus rectè, distincteque legere fuerit nō nullius difficultatis, quando ita notis obscurissimis vniuersa comprehēdebantur: vt nūne fœlicissima quoque sudent ingenia. Nā veterū litteræ tantū à nostris Latinis, quantum à Græcis Latina dissidabant. Et quamvis hac tēpestate eius rei nulla appareat cura: prisci tamē lectores in primis dabant operā, vt omnia non minus grauiter, & eruditè, quam suauiter, & appositè modularentur. Quid multis præstabant verissimos oratores: nec se tantum: sed præsentē populū mirabiliter excitabāt, ac veluti flagellis quibusdam huc, illuc, pro rerum varietate, in amorem Dei odium peccatorum, seculi, diuinitatūq; cōtemptum, supernorum desiderium, fidem, spē, & reliqua huiusmodi rapiebant. Laborabāt insuper non mediocriter de distinctione, de correcta scriptura: atque ad postremum cogebantur, vbi vel decesset, vel abesset Episcopus, pro concione easdem scripturas declarare: neque catechumenos tantum, sed vniuersam plebem (vt patet ex Cypriani epistola 5. lib. 2.) catholicè erudire: qua in functione, quæ fides, quanta prudentia, doctrināque requiratur: nihil opus est à me commemorari: præsertim cùm ea ætate promiscui Christiani facile cum nostris (quidni dicam?) theologiis fuerint comparandi, siue dogmatum peritiam, siue scripturarum interpretationē species. Cùm igitur hæc ita se habeant: quis non videt, quantum sit degeneratum, atque à veteri discessum dignitate, cùm sacerdotes adeò supini sunt, & ignari: vt vix sua sacra valeant pronuntiare? Quid si de ambone ad populū verba facere cogerentur: quemadmodum olim ea functio lectoribus demandabatur? Pudeat igitur nos ignaviæ: demusque operam, vt lectiones habeamus emendatissimas: eisque accurate, & eruditè legamus, & saltem mediocriter intelligamus. Quod si res in antiquum tederetur: licet cum Cypriano dicere: Viderint lectores, num sit illorū ordine gradus eminentior in Ecclesia: non quod reliquos deprimam: sed vt manifestissimum fiat peculiarem gratiam, & honorem à Deo lectoribus assignatum. Quid enim præclarus, digniusve cogitari potest, quam vt prodeat unus non minus eruditio, quam pietate spectabilis, qui non magis accurata lectione, vel concione, quam exemplo sanctos ad sui trahat imitationem? Quid laudabilius eo, qui vocibus primum elegatissimis omnium in se vultus, oculosque conuertat, & cōspicuus Dei sacramissa verba cunctis enaret? Nam quicquid sit de nostris iudiciis: Dei eloquia tractare, & vel solum recitare, habet insigniē dignitatē. Peccatori Psal. 49. enim dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas, & adjūmis testamentum meum per os tuum? qui locus ita cordi fuit Origeni theologorum doctissimo: vt oblatū librum, in quo primum is locus se ingesserat oculis, mox complicatum redderet, indignum se iudicans lectione, nedum interpretatione. Præclarè autem proponere, partiri, enarrare, quod in sacras litteras instinctu diuino relatum est, tale semper habitu fuit; vt Areopagitæ proprium esse voluerit Episcoporu. Quād sit autē vtile tantum pr-

nuntiare, vel audire; doceat idem Origenes homilia 20. in Iosue, vbi dicit diuinorum oraculorum lectione, præsertim illa publica, non solum Deum nobis, & angelos conciliari; verum etiam à cordibus audiētum pelli cacodæmonum præstigia: vsqueadè enim mirabilis est energia sensorum in sonis, litterisque lateratiū, vt impuri spiritus ferre nequeant. Et ea res magis equidem habere locum videtur in doctōrum hominum recitatione; attamen vt videmus non quoslibet sacerdotes, sed Caiaphā donatum prophetia, quantilibet indignum, ita sanè hoc loco tenēdum est, eruditiores quidem posse flexibus vocum, & eleganti pronuntiatione corda populi flectere magis: si tamen id fiat ab homine, cui suppetat vis sacramenti, quemque ecclesiastica censura euocauerit: quis dubitat Deū adfore liberalius mystæ suo? Ex his licet colligere, quæ sit potestas, & gratia lectorum. Nam cùm Cyprianus requirat fidem: conciliūque Carthaginense prescribat, vt cùm in fidem, tum in vitam inquiratur: dubitandum non est, quin per hoc sacramentum fides augeatur, magisque roboretur: mores reddantur puriores: ingenium, si bonum sit, perficiatur: naturales propensiones emendentur: vitiosaque perturbationes, vel auferantur penitus, vel magna ex parte demantur. Sed & character tribuitur, quem huic ordini vsqueadè proprium esse credebat Ioānes Balsamon: vt eo ferè nomine ad can. 6. Carthaginem eum appellat. Ceterū tamēsi non videatur quicquam in lectorē desiderari, præter eruditōrem, & permīssum: tamen Christus instituto suo demonstrauit peculiari opus esse initiantō: vt isto munere quispiam in Ecclesia lēgitimē defungatur. Legat igitur eruditus, quandiu libet: flectat voce suavi concionem: attamen vt nemini prorūpendum est in alienas aedes, vt ibi domesticas obeat functiones: ita quos Deus per Episcopos huc euexit, creauitque ostiarios, & lectors: hi soli præstare lēgitimē possunt, quæ hic desiderantur. Hæc de definitione. Nam de sacramento, quid adjungamus: cùm hic habeamus materiam in lectionarij porrectione? Formam autem hanc prodit concil. Carthaginense: *Accipe, & esto lector verbi Dei, habiturus: si fideliter, & viiiter impleueris officium, pariem cum eis, qui verbum Dei ministrauerunt.* Certe est formula prisce, reuerendaq; antiquitatis plenissima. Hos autem verbi ministros Apostolos intellige, quos ita vocat Lucas, constitutos à Christo Euangelij praecones. Viden sublimē præmium? Et vt fidem noris esse necessariam, additur: *Si quidem fidelerit adimpleneris officium: si recte, scitè, cordate, & (vt ita dicam) oratoriè Dei verba pronuntiaueris, animosque segnes, humique repentes exeris, & extimulaueris: denique strenuum catechistam populo christiano te ipsum præbueris.* Cùm, inquam, habeamus formam, ac materiam, externosque ritus: & cùm de Dei pietate tantoper nobis polliceri debeamus suis, illum hypopheticis gratiam necessariam supeditaturum in arduo munere periclitaturis: cuius mediocriter religioso persuasum arbitror, ceremonias istas otiosas non esse. Et haec tenus de lectorum priscorum ordine.

*De Exorcisis, deque exorcismorum antiquitate, ac veritate.*

## Catechesis 188.



Vlḡo dici solet diabolum odisse crucem, & illud: Ardea culpat aquas ignara natandi, sed & proverbiali schema te fertur, artes non nisi inertium, & ignarorum inimicitias experiri, nihilominus id quoque iactatur, sorices in dictio perire suo. Mirabuntur quoniam ista tendant catechumeni. Huc nimis. Inter sacramenta christiana, & instrumenta, quibus aduersus diabolum instruimur, vix esse efficacius, illustrius, potentius ad retundendas inferorū vires exorcismo. At ille versipellis, dum intuetur firmissimum istud præsidium Christianorum negligentia nostra, veluti contracto senio, labascere (vt de sua ætate iam tum author ille querebatur ad cap. 4. Ephes. qui fertur Ambrosij nomine) vt de grauissimis (vt putat) illatis olim sibi hoc muctione iniuriis vlciscatur fese, persuadet male sobriis hominibus rē esse prorsus impiā, superstitionem, & idolatricam, ipsiusque ora, hæresiarchæ non dubitant hoc ipsum nobis obiicere pro conutio, & vel hinc nostrā (si Christo placet) irridere stultitiam. Faciunt tamen hoc illi quadam desperatione: quia nullus apud eos haec tenus nō infelicissimē tentauit. Quid vulgo feratur authore Friderico Staphylo, notū est. Compulsus enim hæresiarcharū nostræ tempestatis princeps, clam id aliquandō, ne quod hæresis damnū acciperet, cùm tentasset, vix effugit: & quicunque nauabat operam exorcistæ, coacti sunt cruenti, & laceri (aderat inter illos etiā Staphylus) effractis ianuis effugere. Itaque nemo debet mirari, si rē istam odio plusquam Valentiano prosequatur. Sed satius est nos pergere ad huius instituti partim cognoscendā antiquitatem, quæ docebit hos homines aliud nihil, quam blasphemare, & audacter in quiduis inuehi, sicubi nostrā ignorantiam sperent sibi patrocinari, partim obiter diluenda ea, quæ nobis obiiciunt aduersarij: quod dū faciemus, in seremus sparsim omnia, quorum à catechumeno cognitione desiderari valeat. Primū igitur illi falsè nos irrident intepetuos Christi imitatores, quæ sepè certis verbis notissimū est execisse dæmonas, deinde rarissimos esse dicunt exorcistas, cùm ex iis, qui creantur in Ecclesia, vix cœtesimus miserrimū dæmonem queat effugare, postrem quia, licet impudentissimi, negare tamen nō audent: interdū tale aliiquid contingere, aiunt nō aliter id fieri, quā per ludibrium & diaboli collusionē, adserētes, pro sua impietate, dēcimum quemq; Christianorū exorcistarū esse dæmoniacū. De his igitur peruersissimis mēdiacis pauca dicamus. Quod adserant nos esse simios, & præter imperium Seruatoris ad eius imitationē hæc instituere, cùm pridem externa miracula desierint, leuius est, & inanius, quam ut operose debeat confutari. Nunquid enim Matthæi, & Lucæ 10. non videmus tributam Apostolis à Christo potestate super omnes dæmonias? Nonne hinc dīcedens Ecclesiæ sponsa

*In exorcismis fides prudentia, & vita sanctimonia multū valēt.*

*Minutius Felix.*

*Beda.*

*cur ministrorum plerunque se quatur exorcismorum effecit.*

sī spōsus illi ius, imperiumq; tradidit ad cōpescendā nequitiam ini-  
mici, quod nūc haud quaquā deperiit? Nam et si rārō exerat sese vis illa  
diuina, propter scelera nostra: nobis hoc iam diximus esse cōmune cum  
aetate Ambrosij, qua vixit proculdubio Pelagius. Nā propter molestissi-  
mam luctā, qua nonnunquā coguntur exorcistæ luctari cū dæmonibus,  
nulli, vel admodū pauci patiebantur se huic officio mācipari; quia (vt  
docet Seuerus Sulpitius in libro primo de vita D. Martini) videbatur  
quēdam esse adiuncta iniuria, dū in subigendis, & in ordinem redigen-  
dis, compescendis, eiiciendisq; mendacibus, astutissimis, impudentissi-  
misq; spiritibus esset assidū laborandum. At verō perpetuā hanc fa-  
cultatem nunquā non Ecclesiaz præsentissimā adfuisse mox videbimus:  
iam quidnā hīc per ludibriū fieri queat, iatueamur. Scilicet, nil hīc agi-  
tur serō, singunt nequissimi dæmones, fucumq; fuciunt hominibus. Sanè  
si istud vñquā nobis persuasum fuerit ab hæreticis, insignē nobis fucum  
facient. Et si quidē nil tale nobis in antiquitate suffragaretur, erant fe-  
rendi: at si densissimum nobis occurrat vetustatis patrocinium, imd si fu-  
turum sit, vt videatur labefactari religio, si quipiam hīc fingeretur, quis  
putabit audiendos? Quis non potiū credet dæmonem per eos agere,  
vt sibi percatur? Iam in huiusmodi exorcismis præstandam esse fidem,  
prudentiam, merita præter sacramentum, vel Apostoli suo nos docent  
exemplo: qui tamē potestatem à Christo percepissent Matth. 10. ta-  
men haud valuerunt cap. 17. dæmonium profligare, quia idonea fide  
prædicti non erant, vt Christus illis exprobavit, addens orationem, ac  
ieunium esse certissima huius potestatis præsidia. Quid si igitur inopia  
fidei in ipsis Apostolis Christi fidem non irritam fecit, sed rata mansit  
præmissio, quæ discipulorum conatus haud suisset irritos, si ab illis præ-  
stata suisset conditio: minimē credere debemus Ecclesiaz subtraētam  
hanc esse facultatem, quia nostra frequenter infidelitas obstat, ne illa  
sese prodat. Adde Felicem Minutium tradere non solam exorcistæ fi-  
dem hīc esse necessariam, sed energiæ meni cooperationem, & eorum,  
qui intersunt, synergiam, quæ in nobis hoc seculo rarissimè reperiuntur,  
ne quid dicam de peccatis & malis meritis. Est insigne rerum ista-  
rum, testimoniu apud Bedam lib. 1. cap. 17. Anglicanæ historiæ de beatis  
Germano, & Lupo contendētibus in Angliam. Dabant his duobus vi-  
ris doctrinam litteræ, & merita suppeditabant virtutes: sed præstat ip-  
sum de his authorem consulere, & audire: proinde mirum non est, si  
plus, minusve præstet, qui feruenti sive, præclaris meritis, eruditione,  
tratiquilla conscientia bellè præditus, aut mediocriter est instructus.  
Quemadmodum autem sacerdotum, & plebis improbitas non officit  
efficacitati nostri sacrificij, quamuis necessaria sint fides, ac pietas, alio-  
qui nil profuturi impiis, ignarisiq; tractatoribus: eo modo si in exorcismo  
res nō succedat, si magno labore sit opus, si deniq; quicquā hīc sit vitij:  
sit propter nostrā infidelitatem, propter inopiam meritorum, & quia non  
satis se accōmodant, quorū agitur negotium. Iā quid' nostros exorcistas  
à dæmo

à dæmone ferant agitari, conuitiū est: fateor plerosq; nō admodū probos, & pios inueniri; tamē cū agant ij ipsi vi catholici sacramēti, præscriptisque formulis ab Ecclesia, nō debent nobis esse fraudi; imd tantō maius est orthodoxiæ stabilimentū, & energiæ sacramentalis indicium, quod ministrorū neque fides, neque merita quicquā suffragentur. Porro *Apud Ar- nobū pro li- bro 8. contra gentes pon- tur: sed qui* vt vno verbo absoluam; locus vnicus Minutij Felicis in Octauio efficiet, vt cordatus quiuis credat apostolica tempestate nonnihil etiam factum simile: neque tamē dubitasse propterea maiores nostros vel hinc in pri- mis christianam fidem comprobare. Nam inter argumenta, quibus ille tribuitur *Ar- nobio, est Mi- nia scimus* (inquit) *priusque vestrum, ipsos demonas de ipsis confiteri, quoties* *aut nobis & meritis vestrorum, & orationis incendiis de corporibus exiguntur.* *Ipsæ Saturnus & Serapis, & Juppiter, & quicquid dæmonum colitis, viti- dolore, quod sunt eloquuntur, nec utique in insipitudinem sui, nonnullis præ- servit vestrum affidentibus, mentiuntur. Ipsis testibus esse eos demonas de se* *verum confidentibus credit: adiurati enim per Deum verum, & solum, inuiti misericordiis corporibus inhorrescantur. & vel exiliunt statim, vel evanescent gra- datim, prout fides patientis adiuvat, & gratia curantis adspirat.* Nam hæc duo quia nobis desunt, saepenumeid frustra tentamus. Si diluisc necdū fatis tibi videatur Minutius fictiones dæmoniacas; vide Tertullianum libro de anima capite penultimo: & abundè profligatum videbis hære- *ticorum istud commentum. Ibi enim dicit demonas expellendos modis omnibus conari circumuenire præsentes omnes: tamen ad postremum instantia gratiæ compulsos, quod in vero est, inuitos confiteri. Videamus igitur etiam tum satanam non illico cessisse: sed præ se tulisse, quas reuera tamen patiebatur, flamas; postquam omnem tergiuersationem tan- dem exiisse. Minutij tamen verba talia visa sunt diuo Cypriano; vt ea in disputatione aduersus idolorum vanitatem referre duxerit operæ pretiū. Sint igitur hæc dicta aduersus hæreticorum calumnias; ex quibus liquido perspicimus, quicquid illi comminiscuntur aduersus nostram, tantum eō tendere; vt suam tegant imbecillitatem, qui tantundem præstare nequeant; & infeliciter tentando partam eleuent inuidiam. Nunc, si consuetum ordinem prosequamur, erit dicendum de nominibus, ac typis, priusquam ad definitionem veniamus. Verūm vt aduersariorum ora penitus obturemus (ni fallor) illa non grauatim se differri patietur, dū per- texerimus traditionem ad ea vsque tempora, quæ apud aduersarios nulla falsi, corruptelarūmque suspicione laborant. Ergo maiores nostri vo- cant hunc grādum exorcistarum, siue quod idem est, epocristarū, quod tamen Latini non usurpat; prius autem illud ita tritum est, vt in lati- nam videatur transisse coloniam. Neque inuenio yllum inter Latinos, qui sit vsus alio vocabulo. Nam quamvis adiutare pro exorcisare legamus: nūquam tamen occurrit nomen adiutoriorum, duntaxat in vetu- *stitutione*. Nam recentiores vtuntur; estque latinissima vox, quam apud Titum Liuiū & Ciceronem Christianum Laetantium videtur est. Typus *De tipi- in lege**

*De nomini- bus.**Lib. 2. ca. 16.**LL. 2. in lege*

in lege præcessisse non est dubitandum. Nam, si credamus Athanasio Libro extremo ad Marcellum de psalmorum interpretatione; Iudei quoniam adhibitis psalmis excantabant, eiiciebantque dæmonas. Certe tale quippiam indicatum videmus lib. i. Reg. ca. 16. per Davidem excantatem impurum illum spiritum Saulis. Si autem Iosephus sit vocandus in censem; is tradit antiquitatum Iudaicorum libri 8. cap. 2. Solomonem prodidisse quandam artem, & medicinam, sive ἔρπαντας, & ἐπωδάς, atque incantationes, eaque inscripsisse ἐξορκόδες quibus olim freti Iudei pellebant dæmones. Et ut rebus nostris melius quadrarent omnia; ad-

*Aliasbaaras.*  
*Zib. 7. c. 25.*  
*belli iudaici.*

mouebant quandam materiam. Nam tradit Iosephus regem omnium rerum peritissimum suis exorcistis indicasse radicem, quam vocat baara à loco, vbi inuenitur, circa vallem meridionalem Macheruntinam, radiantem sub noctem, eaque vi præditam, ut admota naribus dæmoniacorum, & adhibitis exorcismis dæmonia vertat in fugam; atque huius rei narrat Iosephus vidisse periculum fieri à quodam Eleazaro coram Vespasiano: ex quibus liquet, etiam ante Christi aduentum habuisse synagogam diuinitùs institutos exorcistas. Nisi quis adeò sit impudens, ut Solomonem dicat, tam insigni sapientia donatum à Deo, magistris dæmonibus hæc adinuenisse; præsertim cum dicat ipse Christus: *Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii vestri in quo eiiciunt?* Vbi Hieronymus de his hominibus Christum esse loquitur credit. Et si is lotus non omnino fidem faciat; videmus in actis apostolicis quosdam errores Iudeos, qui postpositis exorcismis suis, cœperunt vti inuocatione nominis Christi Iesu; quia rem cernebant magis expeditam: at, quia erant infideles, dæmoni haud cessit illis. Sed ne ista videamur impunè nostris aduersariis obiicere: cauillantur nos Iudaismum reuocare. Scimus enim (ait Caluinus) Iudeos tale quid habuisse; nec agre patimur vos à synagoga desumere, quæ in vestris habeatis sacramentis. Liceret equidem cū Ambrosio ad caput 4. Ephes. respondere, transiisse reueræ ex synagoga in christianismum. Quæ enim tum esset inuidia? Nonne habebant Iudei prophetas, baptismum, & similia, quæ nullus è Christiana republica putat explodenda? Non licuit Ecclesiæ quædam à Iudeis feligere, atque in diuinum cultum traducere? Hoc tamen non virgo; neque sic responde-re placet: sed contendo træditam Apostolis potestatem, eamque esse per-petuam; idque sic mihi pulchre confirmare video. Inuenimus apud Areopagitam cap. i. & 5. Eccl. Hier. diaconos expurgasse quosdā ἀτελέσ, hoc est, partim catechumenos, partim energumenos, quos inbebāt, ana-thematizare diabolum; quibus rebus adumbrari officium exorcistarum Dionysij tractatores omnes adstruunt. Ignatium vero in epistola ad Antiochenos diximus alias exorcistas adnumerare reliquis Ecclesiæ ordi-nibus. Iustinus autem in Tryphone hinc vel maximè spectari vult certitu-dinem christianæ religionis; atque Iudeos habuisse quondam hanc sibi credita potestatem, quamvis non ita promptam, & expeditam, ut ea nunc est tradita Christianis. Hanc enim adeò viguisse sua tempestate refert; ut

non fo

*Matth. 12.**Act. 19.*

*Retunditur  
heretica ca-  
nillatio.*

*Infinius.*

non solùm, qui hoc initiamen̄o prædicti forent, sed omnes passim Chri-stiani dæmonibus essent formidabiles. Iustinus sequitur Tertullianus, qui *Tertullianus.* penè totus est in hac fidei parte adserenda. In præscriptionibus autē hæ-reticorum reprehendit illius etatis hereticos; quod suis mulieribus exor-cismos permetterent, quorum potestatem penes solos clericos huius or-dinis esse contendit, exorcistaisque recenset inter cæteras ordinationes Ecclesiæ; tametsi præstant hoc ipsum interdum mulieres, vsqueadè vt Laodiceno can. 26. cohibenda fuerint. Ea tamen erat olim exorcismoru facilitas. In libro autem aduersus Scapulam fidei religionisq; veritatem hoc nomine confirmat, quod Christiani suis exorcismis cogerent dæ-mones timere, quos gentes adorant. Rem eandem in Apologetico iis-dem probat argumentis: rursus libro de corona militis: *Et quos (inquit) interdum exorcismis fugauit, noctibus defensabit incumbens, & requiescens super luncho, quo per seum est latu Christi.* Prætereà in libello de spectacu-lis narrat mulierem in theatro correptam à dænone, qui ab exorcista ro-gatus, quare alienam inuaderet, respondit se in suo deprehensam audacter aggressum. Postremò in libello de anima, veluti circumscri-bens potestatem exorcistis traditam, vocat instantiam diuinæ gratiæ. Addatur magistro discipulus Cyprianus, qui in hac re plurimus est li-bro i. epistola 6. iterum lib. 2. epist. 2. ad Donatum: & contra Demetri-*Cyprianus.* num præsidem Carthaginensem, quem inter alia sic alloquitur: *O si au-dire eos, velles, & videres, quando à nobis adiurantur, & torquentur spiritua-libus flagris, & verborum tormentis de obfessis corporibus eiciuntur, quando eiulant, & gementes voce humana, & potestate diuina flagella, & verbera sentientes venturum iudicium confitentur. Veni, & cognoscere esse vera, qua dicimus.* Addi potera tractatus de vanitate idolorum; sed illum superius produximus, vñà cum Octauio Minut. ij. Chrysostomum ex homilia de Adam, & Heua, Laetantium lib. 2. cap. 16. institut: diuinarum sibile-gentem ex Cypriano, verūque Deum Christianorum per hanc dæmo-num adiurationem comprobantem; denique veteres quicunque fidem christianam aduersus infidelium, & hæreticorum calumnias tutati sunt, nimis prolixum esset adferre. Est præclarum, quod Eusebius libri 5. cap. 19. Eccl. Hist. & Nicephorus libri 4. cap. 23. & 25. de Zoticō Ostreno, & Julianō Apameno exorcistis referunt; quos aiunt s̄pēnūmerō cona-tos Montanorum prophetidas apud Pepuzam corripere, & per exor-cismos à dæmoniis expurgare, sicque fraudes, fucosque Montani dete-gerere; sed nunquam ab illis admissos. Iudicabant enim cū ille Zoticus, tum Appollonius, qui hoc scribit libro aduersus Montanum (vt refert Hieronymus libro de viris illustribus) insanas esse mulieres, & dæmo-niis plenas, vñà cum Montanistis omnibus. Sed & Cyprianus non sim-pliciter obſideri putat hæreticos, & infideles; vnde non immerito quis arbitretur nostros hæreticos quippiam habere simile. His adiungi poterant infiniti testes; sed insigne est hanc fidem ab hoste suo testimoniū habere. Extat enim Vlpiani sententia lib. i. paragr. i. cap. Medicos, vbi *Vlpianus.*

LL 3 dicit non

*Athanasius.**Nazianzenus.**Maximinus.*

dicit non deesse noua genera medicinæ, si quis nunc ( vt impostorum verbo vtar) exorcizarit, loquitur autem de Christianorum, quos maleficos esse credebat, exorcismis. Itaq; nouum non est religionem hoc nomine pessimè audiens apud suos inimicos. Athanasius quoque tribus in locis libro primo aduersus idola, libro de veritate incarnationis Christi, & ad Marcellum huic rei adstipulatur; Nazianzenus oratione de baptismo; Augustinus lib. 2. de gratia Christi cap. 40. & libr. 2. de concup. & nuptiis cap. 20. Maximinus ad 12. Matthæi: denique nemo ferè scriptorū ecclesiasticorum hanc rem suo carere suffragio voluit. Chrysostomum, Ambrosium, Hieronymum superiùs retuli; de Laodiceno concilio dixi. Quid verbis opus est tam cognita scriptoribus omnibus; vt qui eam damnariet, omnem simul antiquitatem reiciat, expungat, iugulet necesse est. Prodiit non ita pridem liber Nicetæ Coniati, qui in fine libri 20. continet exorcismos, quibus etiam nunc vtitur Ecclesia Constantino-politana, non ita multum à nostris dissidentes.

*Pergit ex antiquitate pro catholico exorcismo suffragia eruere:  
deinde eius definitionem tradit, quam paucis explanat.*

### Catechesis 189.

*origenes.*


Vamuis à nobis nuperimè producta series antiquitatis abundè probet aduersiorum vel supinam ignorantiam, & cæcitatem, qui ista non viderint, vel impudentem audaciam, mentiendique libidinem, qui tam aperta pernegerent; vel dæmoniacam maledicentiam, qui ea nō verentur idolatriæ damnare, quæ ab vniuersis Patribus maximam laudem retulerunt: tamen ne quis in illo splendore vetustatis nos effugiat; liber eadem semita denuò recurrere. Ergo inter priscos vix est alius, qui efficaciùs huic sacramento patrocinetur Origene Adamantio, qui in homil. 24. qua illustrat cap. 19. Iosue, vbi dicuntur filij Ephraim passi Amorrhæos secum versari, interpretatur hos quidem dæmonas; illos autem exorcistas, quorum inter instrumenta numerat ieiunia, precésque nixas inuocationibus diuini nominis. Quod autem ibidem narratur grauiatam manum Ephraim super Amorrhæos, exponit de impositione manuum exorcistarum, qua premunt dæmones, tormentisq; & penis afficiunt: vnde videre est, quæ fuerint adiumenta veteris exorcismi; quodque humani generis hostes non statim prædam amittere; sed prius quiduis preferre supplicij voluerint, quæm cedere. Post Origenem habemus triplex testimonium, Hilarij exorcistam creantis, Martini sacramentum suscipientis, & Seueri Sulpitij historiam contexentis. Cùm enim Martinus renuntiasset militiae, sèque ad Hilarium contulisset: is admiratus hominis virtutem, cupiebat eum sibi deuincire ecclesiastico vinculo; itaque tentauit diaconum creare. Eam autem ille dignitatem cùm sibi mandari minime

*Hilarius.  
Sulpitius.  
Lib. 1.*

minimè pateretur, sanctissimus Episcopus metuens ne sibi elaberetur, abusus est Martini modestia, & nē deinceps se clamaret indignum, constituit eum exorcistam. Id munera quantumvis molesti cùm non recusat, eo non modò apud Hilarium, sed per totam vitam mirabiliter excelluit: adeò vt si quis vsquam esset desperatus dæmoniacus, in quo cæteri frustrè laborasent exorcistæ, propter altas radices, quas egerat diabolus in homine, deductus ad Martinum arte mirabili curaretur. Nec enim, vbi in tales incidunt, multis vtebatur verbis, vel virgebat obtestationibus, sed sumpto cilicio abiectus humi, silentioq; Deum orationibus pulsans, ita alia in parte torquebat constitutos dæmonas, vt liceret latratus, rugitusq; palam exaudire, denique vbi satis diu vexatis, totisque suum admoueret cilicum, euestigio profugiebant. De Anacleto epistola tertia, de Cornelio epistola ad Fabiū, de Caio ad Felicem, sanctissimis Pontificibus, & martyribus, quid opus est dicere; qui exorcistas reliquis gradibus ecclesiasticis accensent? Carthaginensis autem concilij 4. canon 7. prætereundus non est, vbi sacramenti huius materia, formaque ponuntur, & totius Africæ calculus iis, quæ nunc ab Ecclesia fiunt, probandis accedit. Verùm abrupta tandem hac serie, definitionem appendamus. *Est autem exorcismus, siue ordo Exorcistarum* Quid exor- *ordi non sacer, siue sacramentum, quod ad conceptam formulam episcopalis* cismus. *benedictionis ac ritum porrectio libri exorcismorum gratia, & potestas* Quid mate- *officio congruens lectori diuinis infunditur.* Nulla hīc ferè desideratur rie ricem ob- *explicatio. Libri exorcismorum, & inuocationum diuini nominis porre-* tineat in hoc *ctio materiæ vocem obtinet, episcopalis benedictio formam comple-* ordinē. *titur. Confertur autem gratia non tantum gratis data ( vt vocant ) qua* *nimirūm vtatar initiatus aduersus malignitatem dæmonum: verūm &* *illa, qua Deo placeat magis, & arctius conglutinetur, austioresque iustitia, fides, spes, & charitas euadant. Potestas quoq; tribuitur, eaq; tanta* *vt vel hinc spectari virtus Seruatoris nostri valeat, qui non ipse tantum* *dæmonibus imperare quidlibet, sed eam quoque facultatem mandare* *possit suis ministris. Et in hac potestate character intelligitur, denique* *quicquid ad munus tam arduum legitimè obeundum requiritur, per* *hanc benedictionem infunditur lectori, si res gradatim geratur. His ita* *explicatis, habemus quicquid erat reliquum.* Nam omnes diligenter *notarunt esse, vel fuisse potius in Ecclesia duplex genus exorcistarum:* *nisi credamus ita penitus antiquam exoleuisse pietatem, vt inter laicos* *vivat nemo ista gratia prædictus, quam olim non viris tantum sed etiam* *mulieribus passim collatā produnt historiæ. Sed quia res videbatur am-* *bitiosa, Laodiceno tandem concilio repressa est, vbi tamen agebatur de* *gloria diuini nominis, & fidei, religionisq; veritate, omnes olim hac do-* *te præstabant, quamvis tales exorcistæ nō possint ad istud reduci sacra-* *mentum. De materia dictū est: formam habemus cùm in pontificalibus,* Ordinis exor- *tū can. 7. Cartiag. conc. 4. Accipe, & cōmenda memoria, & habeto potesta-* cistarum for- *tum imponere in manus super energumenū, siue baptizatū, sine carechumenū: ma-*

Verba sunt apertissima: interim cernimus veteres tenuisse memoriter formulas. Nam licet ex can. 26. Laodiceno discamus solenniter hos exorcismos factos in Ecclesia: tamen, ut res ferebat, saepenumero temere oblatis dæmoniacis non licuisse ad librum recurrere, ideoque ut nusquam non essent parati, ediscere iubebantur. Ad hæc gemino habueré subditos, nempe catechumenos, & baptizatos. Nec enim tantum curabant eos, qui post baptismum in mortale crimen relapsi, atque propterea à dæmone correpti erat: verum etiam catechumenos. Majoribus autem nostris visum est omnes infideles pro dæmoniacis habendos: non quod surerent omnes, sed quod mirabiliter in illis agerent dæmones. Vnde mirum non est, si Ecclesia nunc infantibus exorcismos adhibeat, quia Pharao ad aquas usque profugos persequitur. Hinc paschalibus feriis ad baptisterium clerus progreditur decantans psalmum: In exi-  
Psalm. 113. tu Israël de Ægypto, ubi Pharaonis interitus, Israëlitique populi liberatio continetur. Qui autem à baptismo relapsi, christianaque charitate destituti erant, ita tractabantur à dæmone, nonnunquam etiam aperte, ut constaret omnibus Deum illis non esse propitium. Habebat enim suam sedem in Ecclesia, missamque peculiarem, quæ dum fieret, illaque sub manum sacerdotis venire eogerentur, mirabiliter fremebant, ac tumultabantur. Præerant tamen illis compescendis, & suo tempore expellendis exorcistæ, qui interdum erant ipsi sacerdotes, ut Zoticus, & Julianus ille Apamenus, qui manus aggrauabant suas super Amorphaeos (ut audiimus ex Origene) prout tamen patientis fides, & exorcistæ merita adstipulabantur. Vtinam forent etiam nunc in Ecclesia, qui hoc ordine perpetuo fungerentur, ac dæmoniacis subuenirent: sic enim facile decus antiquum hic ordo reciperet, quod erat, ita eximum, ut Apostoli gloriandum sibi putarent potestate à Christo super omnes inimicos accepta.

### *De Acoluthis..*

### Catechesis 190:

**R**udituris nostrum catechumenum de ordine acoluthorum, quatuor ista nobis cum primis agenda sunt. Cognoscendum enim est quid aduersarij partim occinant, partim nobis suppedient, deinde solito curiculo de epithesis, ac typis agendum, ac tum proponenda definitio, quam ubi nonnihil illustrauerimus, de officiis, & antiquitate: erunt nonnulla repetenda. Ut igitur exordiamur: suo more quosdam derident aduersarij quod huius ordinis exemplar verissimum, & accuratissimum Christum præstuant, quasi egerit: ille diuersatus in terris acoluthum, ac tum potissimum, cum diceret eos, qui se sequuntur, non ambulatores in tenebris, cum in iis verbis cretores potius acoluthorum agat, differens de-

rens de suorum discipulorum affectatione. Fateor igitur hoc ineruditè à quibusdam dici interin non penitus abludit à proposito. Intelligent enim huius authores sententiæ, nec male, quandam in acoluthis esse debere spiritalem consecrationem, ut norint hoc ipsum spirituali ratione prestandum esse Christo, quod illius exhibet corporaliter sacerdotibus, ut quemadmodum hos pedibus, ita Seruatorum affectibus, animisque sectentur. Præterea Caluinus ridet eosdem, quod acoluthum ceroferarium interpretentur, quod magicum (ut est veterator, & coniunctior insignis) appellat vocabulum. Inaudierant obscuri nominis scholastici quidam theologi sic interdum acoluthos in antiquitate vocari; itaque unum per alterum interpretati sunt, indocte sane, cum triusque his per omnia (ut aiunt) significatio dissideat, quāuis utrumque sit eiusdem ordinis nomen. Sed quid ad fidem erratum grammaticum? Hinc tamen contēdunt aduersarij gradum acoluthorum nequaque ad sacramenta pertinere, sed esse duntaxat exercitationem quandam puerorum, qui nomen de derint Ecclesiæ: sed mox quā sit verū liquebit, quod ex maligno, & obliuioso pectore profectum est. Hoc magis ad rem, quod & ipse Clauinus lib. 4.c. 4. institut. Christia. (ut vocat) & Melanchthon in locis communibus de sacramentis, fatetur semel, atque iterum primam Eccleſiam finxit normam regendæ Eccleſiae verbo Dei per omnia cōsentaneam, quæ eti in quibusdam videatur, reuerà tamen nusquam à gemino Dei verbo discrepet: ac demum Gregorij temporibus ordinationes ecclesiasticas degenerasse. Nominant autem inter authores incorruptæ illius antiquitatis D. Hieronymum: quo circè si nos non unicū duntaxat Hieronymum: sed multò plures, & antiquiores docuerimus hunc ordinem agnouisse, proque sacramento veneratos, efficiemus aduersariis etiam suffragatoribus esse reuerà, quod querimus, sacramentum. Sed illud mox dabitur effectum: nunc ad nomenclationes. Latinis, & Græcis nomen est visitatissimum ἀνδρεῖον (sic enim scribitur in Cornelij epistola Græca lib. 6. cap. 43. Eusebij: tamē in Græcis canonibus conciliij Carthaginensis scribitur ἀνδρυθός) Latinorum certè Cypriani, & Isidori antiqua exemplaria vocant acolythus: & propter diuersam scribendi rationem eruditæ theologi de etymo disceptant. Nam si legas ἀνδρυθόν, non adsectorum, aut obsequente, sed potius eum significat, qui electus non sit, ἀπὸ τῆς καλησφύρου, quod prohibere significat. Erit autem ea nominis ratio, quod acolythus adstat proximus hypodiacono, nec à sacris longius arcet: sed illud est incommodum, quod tum ἀνδρυτόν scribi oportebit. Cum autē omnes scribant per Ὑστέρα & Latinus etiam Cornelius acoluthū vocet, arbitror apertiorē alteram esse subsequentis, sine adsectoris, & obsequenter significationem, quam Græcae dictioni tribuunt vniuersi. Verum dispiciat rerum peregrinarum studiosi, nū addiscendi significatio non sit æquæ opportuna. Nam ἀνδρυθέω idem valere, quod adsequor, & cognosco aliquid proximū, nemo negabit: quæadmodum & Lucas ipse capite primo

Act. 5.

Epistola. 9.

Act. 5.

Burchard. li.  
3.ca. 221. ci-  
tar can. 20.  
Laodice. &  
vocab. in pa-  
gētōp inter-  
pretatur de  
subdiaconis.

ordinis ac-  
oluthorum de-  
finitio.

tametsi composita voce, visus est, dicens: οὐδὲν ἀμοὶ παρηκολεθεῖται, visum est & mihi asequito: quam etsi docti quidem alio pertinere voluerint: Budæus tamen renititur fortissimè, sententiamque retractat. Lucas autem Syrus reponit γένναρι de karib houeth, quod ad verbū est, proximè accessi: nempè cùm perdidicisset omnia. Si verò quicquam in nostris scripturis liceat pia curiositati tribuere: video mihi deprehendisse nomen, quod nullus adhuc animaduertit. Nam cùm officium acoluthorum fuerit olim tegere corpora mortuorum: Lucas hanc rem nō nihil attingēs in funeribus Ananię, & Sapphirę, dicit in nostra quidem, versione iuuenes vtriusque cädauer sustulisse, & sepelisse: Græci tamen eosdem priori loco vocant νεκρός, posteriori νεκτόν, Syrus vtrobiisque γένναρι ilen, siue adolescentes à robore nuncupat. Ut autem ad hos intelligamus hanc functionem pertinuisse, notandum est Ignatium ad Antiochenos vocare τοὺς κοπιῶτας, hoc est, laboratores: quemadmodum & Epiphanius in charactere. Sed vt intelligas, quis fuerit hic labor, dicit ἐπίσκοπος τὰ σώματα τῶν νεκτέων. Erant enim (vt verit. Cornarius) laboratores, qui corpora eorum, qui obdormierunt, obuoluunt, & cooperiunt. Nos tamen istud τὸ ἐπίσκοπον non de quauis obnolitione, sed de sepultura debemus interpretari: cùm & Lucas idē verbum usurpet, licet aliter compositum, συνέσθητο, quod in Petri cum Sapphira colloquio interpretatur per θαύματα. Et ne quid desit: Lucas Syrus ad verbum habet: Et collegerunt eum, & extulerunt eum sepelientes eum. Igitur inter alias acoluthorum functiones erat mandandi sepulturæ defunctorum corpora: unde is author, qui apud Hieronymum de septem ordinibus circumfertur, fossarios nuncupat, & clericis adnumerat, illorumque initiationem vocat mysterium. Sed de nostra coniectura satis. In 20. canone Laodiceno tractato a priscis interpretibus, vocantur ijdem obsequentes: reliquum est nomen adistentes: quod illis tribuitur in synodo Romana sub Sylvestro ca. 7. Si quispiam typos gestiat cognoscere: legat caput quartum Numerorum, ubi Caathita, praeside Eleazaro, dicuntur ea factitasse in vmbra Mosis tabernaculo, quæ ad nostros nunc acoluthos pertinent. In definitione non erit laborandum: quod haec tenus quæ in aliis tradita sunt ordinibus, rē dent penè conjectam. Est igitur acoluthia, seu acoluthorum ordo, ordo non sacer, siue sacramentum, quo ad conceptum formulam episcopalis benedictionis, & ritum porrectio cerei cum cereo, & vacuorum vrceolorum, gratia, & potestas officio congruens diuinis infunditur exorcista. Tantum de ceroferario propter Caluinum notandum, esse cancellabrum, in quo defigitur cereus: tametsi nomen idem ipsi clero in synodi quartæ Carthaginen. can. 7. sit impositum. Huius igitur ceroferarij cum cereo accenso, & vrceolis vacuis porrectio locum gerit materiæ: de gratia nil est, quod repetamus. Potestatis nomine primū intelligimus characterem, cuius etiam disertè meminit is author apud

Hiero.

Hieronymum: deinde vim, carlestēmque facultatem, & adiumentum ad peragendum officium. Quod si de aliis quoque functionibus cupiant verbum audire catechumeni: rectè dicti fuere laboratores. Nam præterquam quod olim condiebant, obuoluendis, & sepeliendis corporibus erant mancipati: videntur in rebus maximi ponderis tabellariorum quoque locum obiuisse. Nam Cyprianus nunquam fecit per alios, quam per acoluthos scribere se dicit, maximè ad Pontificem. Libri enim primi epistolam tertiam scribit per Saturum: octauam autem libr. 2. tribus acoluthis preferendam tradiderat Lucano, Maximo, & Amasio: rursusque per alium eam, quæ est libr. 3. septima: qui omnes à Pontifice Cornelio ad Cyprianum cum litteris venerant: vnde colligi potest preferendis vltro, citrōque litteris Episcoporum, & Pontificum operam nataisse: & propè adducor, vt credam fuisse notarios: sed illud est obscurius. In antiquis præterea ecclesiis, in quibus nonnulla vetustatis lineamenta superfluit, videmus acoluthos sub tempus sacrificij, & maximè legendi euangelij deferre cereos. Dictum est, quæ fuerit materia: forma hæc erat: Accipe ceroferarium cum cereo: vt scias te ad luminaria, Ecclesia accendenda mancipari in nomine patris, & filii, &c. Altera formæ pars est huiusmodi: Accipe vrceulos vacuos ad suggestendum vinum, & aquam, &c. Sed quorsum ista tam accurate, cùm in concilio 4. Carthaginen. prescribantur omnia, quod ab Augustino exaratum suspicor ex stylo: Ceterum nec istud prætereundum, quod ad sacramenti dignitatem facit plurimum: illud concilium Episcopo mandare prouinciam diligenter instituendi acoluthum, & ea, quæ ad illius officium spectant, edocendi: quod præceptum dum hic nouum traditur, facit omnibus testatissimum istam functionem & esse, & illis visam Patribus maximè arduam. Nunc supereft, vt intelligent nostri catechumeni non fuisse ignotos acoluthos antiquitati: nec habitos pro pueris sese exercentibus, quemadmodum malitiose cauillatur Caluinus: sed habitos homines sacratos, & quidem grauissimos: adeo vt sanctissimi, spectatissimique martyres in hunc ordinem adlegerentur. Ignatium igitur huius rei testem non est quod hic reuocemus inter Ecclesiae sacros ministros κοπιῶτας salutantem; nec Cyprianum libet ex tribus illis nominatis epistolis, ad dicendum pro nobis testimonium, evocare: nisi quod satis ibidem appareat non fuisse de infima plebe, quos vidimus nuntios apostolicos ad sedandum schisma Nouati. Cornelij epistolam alia occasione non semel in medium attulimus: in qua narrat fuisse Romæ quadraginta duos acoluthos: tam erat horum hominum in illis Ecclesiæ turbis opera necessaria. Caius Diocletiani cognatus in epistola ad

N M 2 Felicem

viii. c.

Epistola. 9.

Felicem dicit acoluthum etiam sacrari: ut esse sacramentum iatelligas. Huic subiungi poterat Silvester, vel potius Romanus synodi cap. 7. quod hos percepit clericos, nisi alibi productum esset hoc testimonium, cui non est dissimile, quod habet Nicolaus primus ad imperatorem Michaëlem. De Epiphanij charactere, & Carthag. siccè nominato can. 7. nil repetam, qui & functiones, & ordinatorem Episcopum, & cætera, quæ sacramentum perficiunt, abundè docent. Hieronymum, seu quisquis est author eius nomine proditus de septem ordinibus, non libet prætermittere, qui, si quis alius, de hac fidei parte meritus est optimè. Primum enim vocat mysterium, & characterem tribuit, meminit ordinationis, scilicet clericorum dignitatem, noménque defert, nec patitur vel ab Episcopis, vel presbyteris contemni, quos imaginem sanctissimi Tobiae gestare dicit: vnde liquet insignem, ad nobilem esse gradum acoluthorum, quamvis interdum olim quoque hominibus peruersæ de rebus iudicantibus vile haberetur, vt nunc ferè ad obscuros homunculos ea sepulturæ functio relegatur. Habet Isidorus quoque præclarum testimonium in epistola ad Lætitudinem, quam D. Burchardus in sua decreta restitut, ne quis putet esse suppositiā. Damasus quoque in breuiario, seu vitiis Pontificum testatur Caium huius ordinis non obscurā fecisse mentionem; quod annexate libuit, vt eius epistola tanquam notha minimè repudietur. De Rabano Mauro nil dicam, propterea quod is ferè in contemptum abierit apud nostros aduersarios. Sed ne censum hunc longius extendamus: videmus etiam D. Hieronymum (si is sit eius libri author) & Augustinum in provinciali synodo hanc rem & credidisse sacram, & aliis persuasiſſe: quo tempore cum fateantur aduersarij nihil fuisse tentatum, ac usurpatum alienum à verbo Dei, profecto nihil habent, quod tergiuersentur. Scio quidem Erasmus in cœpendiis libris (ne aliud dicam) liberum, librum illum reiſcere, partim quod in variis exemplaribus nūc ad Damasum, alibi ad Rusticum inscribatur, partim quod nūsquā eius scripti meminerit Hieronymus, quæ mihi videtur arguēta valde frigida, & exangua, certè phrasis non prorsus abhorret à stilo Hieronymi, quem aliquot in locis timulam, & mordaceim experimur, & si id momētum vñlū habeat, vetustissima exemplaria illius nomen prætendunt. Sed vt cunque sit: habemus ex iis, qui ante Hieronymū floruerunt, Patribus plus satis testimoniorum, nisi quispiam eosque dæmoniacæ prolapsus sit impudentiæ, vt Cornelios, Cyprianos, Augustinos satores, interpretesq; superstitionem ausit adserere. Agnoscant igitur oportet heretici hoc, quod de acoluthis retinet Ecclesia, diuinum esse institutum, non humani figuramentum erroris.

\*\*

## De Hypodiaconis.

## Catechesis 191.



Onscensuris à minoribus ad sacros ordines, occurunt in prima acie hypodiaconi, de quibus iam nimis trita methodo sermonem instituemus: si prius mecum patimper expederint catechumeni, quid pro quatuor non sacris ordinibus, mediocriter veritati, & antiquitati superiùs à nobis adsertis, substituere conetur, Bucerus in libro de ministerio ecclesiastico, quem Ioannes Tremellius edidit. Videntur enim homines isti perinde agere in rebus factis, vt olim philosophi in cōminiscendis rerum publicarum ideis, quas regibus obtruderent, vt profligatis cæteris legibus, Platonis, Xenophontis, politiam mortales amplecterentur. Sic isti, quicquid vel antiquitate sacrum, vel religionis maiestate verendum vsquām persevererat, quassare, diruere, profligare nituntur, vt suā deinceps commenta nobis obtrudant, atque in vacuas sedes insanī capitū sui idola constituant. Bucerus ergo pro quatuor catholicis ordinibus officiis, lectoribus, exorcistis, & acoluthis sex reponit contextos ex variis nominibus, & officiis horum corundem ordinum: vsqueadē ne noua quidem comminisci potuit, qui vetera nobis eripuit. Primo enim loco lectores collocat, quos inficiari quondam agnitos in Ecclesia non fuerit hominis sobrij, addit psaltas, siue cantores, scilicet, ex confessorum lectorum nominibus, & officiis velut ex draconis dentibus enatos, post hos vult esse quosdam catechistas, qui rudes triunculos instituant: in quarta statione adhortatores constituit, qui homines ad officium, & virtutem accedant, & absterreāt à vitiis (sed ista quoque lectorum olim fuisse probatum est affatim) mox creat dispensatores, qui de controuersiis, fratrumq; litibus decernant, postremoq; vult esse priuatos monitores, qui circumeant parochias monendo, reprehendendo: quæ omnia eoru esse, quod vel tractamus, vel mox expedemus, ordinum, manifestum est. Libuit tamen ita referre, vt intelligerent catechumeni, quāta rerum nouatum libidine succensi sint, qui, ne quid habeant commune cum Ecclesia, vetera quidem nomina reiiciunt, sed dum multa retinent catholicas, nempe nostrorum ordinum functiones, abundè testatum faciunt se, vel iniuitos, debere nostra probare. Verum cū nullus hereticus in Buceri haec tenet ierit sententiā, & quisque sibi nouos ministros excogitet: multò minus catholici, quib[us] omnia certa, probataq; sunt, moueri debent, sed potius in orthodoxya confirmati. Verum nunc omisso Bucero, vt in sua solus Ecclesia, velut in lunæ campis, delicietur, pergamus ad hypodiaconos. Horū nomēclationes in Patribus ferè occurunt Αγρόγρων, Ἐργάτες, & ὑποδιάκονος. Quamvis enim οἱ εποίησις hypodiaconi etiam diaconi, & omnes interdum inferiores ordines: tamen conorū.

Bucerus pro  
quatuor mi-  
noribus ordi-  
nibus, sex re-  
ponit.

De nomi-  
nibus hypidia-  
conorum.

capitibus 3. & 5. Ecc. Hier. Dionysius potissimum hoc vocabulo comprehendit hypodiacaonos: & diaconos: & quando de alteturris tamquam loquitur, diaconis addit epithetum, & vocat ἐκκρήτους, quasi dicas propriè dictos, peculiates, excellentes, præstantes: vt c. s. licet considerare. Latini veteres appellant hypodiacaonos, plurimi etiam subdiaconos, vt in concilio Eliberino cap. 30. alibi etiam obsequentes, adsistenteisque dicuntur, vt Laodicensis synodi can. 20. & Romanæ ca. 7. Si typos desideres, proferruntur ab authore, cuius scriptum de septem ordinibus ecclesiasticis extat apud Hieronymum, Nathinæ, seu (vt Hebraicè scribuntur) Neithinæ, quorum est mentio lib. 1. Paralipome. capit. 6. &c., quod magis ad rem, alterius Esdræ c. 7. Videntur autem potissimum inseruisse suggerenda aquæ: & Hieronymus in Hebr. nomi. interp. vult adsumptos ex Gabaonitis, quos Iosephus recepit in gratiam. Et ne quis libri fidem eleuet, non solum est hactenus adscriptus constanter Hieronymo, sed eruditus viri etiam nunc absque scrupulo eius utitur nomine, etiam cum extra pugnam sacras tractant litteras. Sed veniendum est ad definitionem, in qua licebit obiter expedire, quicquid ad rem quoqu modo facere videbitur. Igitur hypodiacaonia, siue hypodiacaonium, & hypodiacaonorum gradus est sacer ordo, siue sacramentum, quo ad conceptam formulam episcopalis benedictionis, & ritum porroctionis calicis vacui cum patena vacua superposita, & libri epistolarum, acolutis gratia, & potestas officio congruens diuinis infunditur. Principio dum sacramentum istud esse dicimus, habemus aduersarios multos etiam catholicos, qui tantò faciunt pugnâ difficultorem, quanto nomen hoc est minus odiosum. Nam Innocentius 3. Pontif. Max. & doctissimus, videtur docere hunc ordinem prius non fuisse sacrum, sed postea relatum inter sacramenta: cum hodie sacrum esse, & ab ipso Christo, & Apostolis institutum, Ecclesiastique traditum doceamus. Eodem pertinent, quae sunt apud Lombardum lib. 4. distincte 24. itaque ne ciuili discordia res nostra damnum accipiant, respondendum est, hunc ordinem dici sacram multis nominibus; nempe vel quia peculiare quiddam habet annexum, quo homo consecratur Deo, utputa votum castitatis: vel quia nunc homini recludit iter ad contrectanda sacra, a quibus olim longius arcebatur, qui erant in hoc ordine. Et sic doctissimus ille Pontifex intelligentius est. Nam si legas Laodicenos canones 20. 21. 22. & maximè 25. vi debis hypodiacaonos in rariis ecclesiis quondam stet, sive pro foribus. Sed si de institutione sit disputatio, peculiarique sacram ento statim occurrit Epiphanius, qui ante etatem Innocentij in charactere Ecclesiae dicit ἐγωσύνη, hoc est, sacerdotium constare his quatuor ordinibus. Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, & subdiaconorum, usque adeo nimirum persuasus erat istud esse verissimum sacramentum. Innocentius igitur tantum de functionibus loquitur, non de rei natura, quia non ubique sacra tractarent, ad quæ tamen erant ordinati, si ministrorum adfuerit frequentia. Quocirca sacram hunc esse gradum,

*De typis eorumdem.*

*Hypodiacaonorum ordo quid.*

*Indecretal instituto de potestate ordinandorum, parag. Amulsis.*

*Traditione Patrum docet hypodiacaonorum ordinem esse sacramentum. Epiphanius.*

*Innocentius.*

dum, atque unum è præstantissimis, quoque non immerito Caius *catus.* ad Felicem adserit hominem consecrari, retineamus. Dicimus prætereà non tantum esse ordinem sacrum, sed etiam sacramentum: quod hæretici pernegant. Et quidem quodd ad disertas scripturas pertinet, fatemur nos non habere, quæ aperte doceant hypodiacaonos aliquo peculiari sacramento creari: sed aliud nobis diuini verbi pars altera, hoc est, traditio suggestit. Negent ergo, si ita videatur, hæretici, partim quia non est (vt putant) à Deo tradita ceremonia: partim quia non est adiuncta promissio gratiæ: si tamen neutrum hinc desiderari docere queamus ex traditione: credam satis futurum cordatis hominibus: nisi quis sit tam impius, qui rem friuolam iudicet, quam videat agnitam, & habitam in pretio à virtutis apostolicis, & martyribus. Extant tres epistolas Anacleti, celebrati in hoc negotio non tantum à Caio eius successore, sed etiam ab Ignatio ad Trallianos: in quarum prima facit disertam mentionem subdiaconorum, quorum opera sit necessaria ad ritè peragenendum sacrificium catholicum, eosque præcipit adstare Episcopo sacrificanti unam cum diaconis, & presbyteris, quæadmodum docet etiam Cornelius in epistola conferuata apud Eusebium. Nam Romana semper ecclesia hoc nomine laudata, prædicatique fuit, nominatim à Maximo ad cap. 3. Ecc. Hier. quodd ubique decorum seruarit, habueritque totius cleri copiam, cum in aliis ecclesiis, propter fidelium inopiam, functiones diaconorum presbyteris, subdiaconorum diaconis mandarentur. Anacletus igitur D. Petri diaconus (vt inquit idem Maximus) de sua ecclesia scribens, requirit vel septem, vel quinque, vel, ut minimū, tres diaconos, ac totidem hypodiacaonos. Eorumdem meminit Ignatius epistola 9. Hinc Areopagita cap. 3. Ecc. Hier. meminit λεπτομέτροι: inter quos ostendit fuisse quoddam ἐκκρήτους, quos Maximus, & Pachymeres aiunt esse propriè dictos diaconos: cum alij λεπτομέτροι, quibus hoc epithetum non tribuitur, subdiaconi fuerint: quos tamen cap. 5. dicit idem Areopagita τελαευθαί, peculiari sacramento, haberéque proprias οὐρανας. Sed quid apostolicos viros commemo, cum ipsi metu testibus Apostolis res tota confici valeat, qui cum 42. canone iussissent excommunicari Episcopos, presbyteros, ac diaconos aleatores: mox sequente can. de hypodiacaonis idem voluerunt esse iudicium? Caij Pontificis epistolam sèpè commemorauit, ubi dicuntur à Deo consecrati: quæ res vel sola sacramentum arguit. Cyprianus tamen libri 3. epistola 22. amplius nos iuuat, dicens se primum fecisse Optatum è lectore hypodiacaonum: deinde constituisse, quod est verbum diuini Pauli clericam ordinationem indicans, quæ conferatur ritu sacramenti. Prætereà dicit (quod ad rem facit plurimum) Satyrum, & Optatum fuisse proximos clero, notans non vocari clerum propriè, nisi hoc initiatum, quo prædicti sunt quatuor maiores ordines: vt idem videatur esse, quod Epiphanius in charactere ἐγωσύνη voca

*Romana Ecclesiæ laus.*

*Areopagita.*

*Cyprianus.*

vocavit. Atque ut Caluinum ad notiora vocemus, extat Eliberinum cōciliū, quo ille frequenter vtitur: cuius canon 30. agnoscit subdiaconos (sic enim vocat) dicitque neminem acoluthum, aliūmve adolescentēm creandum subdiaconum, qui sit in adolescentia mechatus: & qui ante ordinationem eo scelere se contaminarunt, vult gradu numeri. Viden non esse meram functionem: sed ordinem, sed dignitatem, sed sacramētum, à quo suo quis peccato delabatur. Omitto Romanæ synodī ca. 8. Laodicenum, & Neocæsariense concilium non referam: quod obscurius hac de re loquatur. Carthaginense quartū can. 5. tradit illius, quam etiam nunc seruat Ecclesia, materiam. De Epiphanio, & Hieronymo, seu quisquis est author de septem ordinibus, nihil repetam: præteriū constitutiones apostolicas, quæ nomine Clementis circumferuntur, in quibus recognoscere licet, quicquid in cōstitutione hypodiaconorum usurpatur. His freta testimonis, & instruta documentis Ecclesia, generalibus conciliis definiuit esse sacramentum, ne catholici nunc ferendos arbitrentur eos, qui de re confirmata, certaque curiosius agere, vel ambigere nō verentur. Quid porrò hinc conficimus? Hunc ordinem esse sacramentum: quia qui eo prædictus est, sit quidam sacerdos, sit Deo consecratus, habeat suum mysterium, suam ἱερωσύνην, vt loquitur Epiphanius, sive τελετὴν, seu τελέωσιν, vt ait Areopagita, vt aduersarij nostri doceantur nos non ista confingere, vel à Scholis inuenta tantum excolere, sed à pura puta traditione, & veneranda vetustate commendata seruare.

*Superiori cateschesi traditæ definitionis explanationem prosequitur: di inde ad materiam, & formam trahit, ac denique subdiaconorum officia breuiter perstringit.*

### Catechesis 192.

**N**unc pergamus, quam exorsi sumus, telam pertexere, cōptamque definitionis enarrationem percurramus. Benedictionis episcopalis nomine primū intelligim̄ ipsam formulam, deinde reliquas omnes precatioñes, ac ceremonias, quæ hinc inde adduntur: sed ista melius cum ipsa forma explicabuntur. Addimus ritum porrectionis calicis vacui, cum patena vacua superposita, & libri epistolarum, quæ nullam in verbis præse ferunt caliginem, latet nihilominus aliquid, quod antilogiae speciem habere videatur, quod in materia tractatione discutiemus. Nam hæc reuerā nihil aliud volunt, quam quod in scholis materiae nomine indicat. Ad hos ritus confertur acolutho (laudatissimum est, si gradatim altiora petantur) potestas officio congruens, nempe character, seu vis, & nota, quæ tam alte desigitur in animam, vt ne apud inferos quidem possit obliterari, nēdum per hæresim, aut apostasiam, deinde facultas,

qua v.

qua valeat sublimiores gradus capessere, adfertur insuper homini dexteritas quædam, vt promptè, & expeditè suum peragat officium, confertus etiam gratia, quod est omnibus sacramentis commune. Et hoc docent Caius, cùm ait hominem Deo consecrari, & Areopagita cap. 5. Eccl. Hier. dtim in suis liturgiis dicit esse quandam ἀπέργωσις, hoc est, consecrationem aliquam, qua homo Deo dedicetur, sicutque sacer. Nunc ad materiæ tractationem deueniamus, in qua non mediocris difficultas occurrit. Nam quarta synodus Carthaginensis, quæ orthodoxyæ nostræ haec tenus patrocinata est, talem prodidit quintū canonem: *Subdiaconus cùm ordinatur, qui manu impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu vero archidiaconi uceolum cum aqua, & mantile* (vt nunc legit vulgata editio) *& manutergium* vbi reponunt eruditæ aquamanile, qua peluum significant synodus autem Florentina in epistola ad Armenos dicit cuiusque sacramentis materiam id esse, quod clericu initiando porrigitur, moxque id in præcipuis ordinibus exponens, ait subdiaconis in creatione dari calicem vacuum, cum patena vacua superposita, nec quicquam addit præterea: at forma, qua nostri vtuntur (quod magis est mirum) neque calicis, neque patenæ, neque reliquorum meminit, sed solius libri epistolarum, quæ sola, & præcipua videri poterat materia, cùm in media forma nominetur. Quid h̄c ergo facturus est, quod se verteret studiosus antiquitatis: Equidem quia versamus in catetheterio, verbo rem totam expediam. Credo Carthaginenses, Florentinosque Patres usus esse synecdoche, neque putauisse sibi necesse esse rem iis notissimam, qui ex essent usuri, ad vnguem extimere. Itaque si velis integrum habere materiam, adiunge canonem quintum Carthaginensem Florentinæ epistolæ, ac demum adde, quod habet usus ecclesiasticus. Iam formam quam hodiè talem habent: *Accipe librum epistolarum, & habere potestatem legendi eas in sancta Dei Ecclesia tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine patris, &c.* De materia nil h̄c repetendum: sed habet non nihil obscuritatis, quod Patres Carthaginenses negent h̄c. Uiam esse manus impositionem, quæ alia quoque solet amplecti, cùm Areopagita cap. 5. Eccl. Hier. eam tradat esse necessariam. Nam cùm agit de tribus ordinibus episcopatu, sacerdotio, & diaconis, in quibus inuoluit reliquos inferiores, dicit eos habere communem τὴν ἐπίτροπον τὴν ἁγαγην, vt omittam Epiphanium vocare ἱερωσύνην. Utris credamus, præsertim in tam arduo negotio? Hoc etiam tribus verbis absoluam. Alias notauimus manuum impositionem fuisse ritum non tantum communem omni sacramento, sed omni queque sacerdotali, & episcopali functioni. Quicquid olim obibant illi, hac ferè constabat ceremonia, tantoque in honore sacerdotum, & Episcoporum erant manus, vt non solum sancta plebs illis defigeret oscula, sed etiam digiti, maxime qui proximè contingunt Dominum. Deum nostrum, inserti faucibus ener-gumenorū cogerent cacoemonas cedere, yti Zoticus Ostrenus, & D. N.N. Martinus.

*Demateriali  
hunc ordinem*

cyprianus.

Dion. Areop.

*Quomodo  
agat myst.  
agogus cū sub-  
diaconatus  
candidatis.*

*Effectrix  
causa.*

Martinus insignibus exemplis prodiderunt. Sic oblato infanti, vel ægro quém vel sanare, vel benedicere volebant, imponebāt manus. Cùm verò differeremus de sacramēto absolutionis, eos recte facere diximus, qui manus imponerent penitentibus: attamen nil deperire sacramenti effacie, si id non fiat, cùm tamē dicat martyr Cyprianus impositione manuum sacerdotaliū peccata purgari. Nec desunt, qui hunc ritum improvent, in his potissimum sacramentis, ubi non constat copiosissimam infundi gratiam, licet Areopagita tradat manuum impositionē designare potius diuinam protectionem, quam donationem Spiritus. Ex his arbitror perspicuum fieri non esse incōmodum, si Dionysius in Græcia hanc ceremoniam addiderit, quam Caithaginenses non adeò putarunt necessariam, in hoc maximè sacramento, ubi intelligebant nō tantam vim coelestis affundi gratiæ, quanta in maioribus ordinibus exundat. Si itaque manus adhibeas, non discedes ab eo, quod sanctissimus Areopagita dicit se ab Apostolis accepisse, sin minus, sequeris & recepta vbiique consuetudinem: cùm nemo nesciat in externis ritibus quædam ab Ecclesia nulla cùm iniuria mutari posse. Retinēda est igitur forma, nec vsus Ecclesiae cōmittandus. Huc pertinent ritus, ceremonia, & quidquid in horū initiatione per agitur. Hodie relegēti mīhi ceremonias Ecclesiae oborta est religiō, sumq; maximōpē démiratus nos clericos nō magis affici, non tantū ab ipsis sacramētis, yetū & ab illorū religiosissimis appendicibus, & parænesib⁹, quibus vel adamatina pectora mollescere queāt.

Nam variū tractas candidatos mystagogūs partim allicit, partim absterret. Si haecenū quippiam indulſisti tibi, deinceps nil tale ficebit: scito te sacratū puritati, castitati, sobrietati, si dēses, ignauusque cessasti, debebis in posterū affidius in Ecclesia versari, atq; tuo immori officio, multaque in-hanc sententiā, quæ vtinam audiret noster clerus, quæ partim sui officij vel tædere, vel etiā pudere, partim temulentia, sordibūsque diffluere cernimus. De imposta continentia lege postea dicturi sumus hinc præscribuntū vniuersae functiones, adduntur litaniæ, quibus expeditis, ubi perstare videt in sententiā, monet vt expéndant accuratiū, quale ambiant prouinciam, quid muneris, & oneris mandetur, vt se tales exhibeāt, qui Deo placere, fidemq; perpetuā seruare queant, eamque diligenter liberae, ne ad postremū reprobi euadant operarij: tum admouet ornamenti, & insignia, simulque preces adhibet cōgruentissimas, veluti symbolorū interpres, quæ si nobis esset negotiū cum acolutho potius, quam catechumenis, insigniem merebātur explicationem. De causa effectrice nil est dicendum. Nam si quis dubitet Deum, & Episcopum esse causas, adeat numeroſa Patrū suffragia, quæ nuper recensimūs. Præclarè dixit Areopagita ca. 5. Ecc. Hier. Episcopū esse totius caput, ad finē Ecclesiæ, hoc est, ab illo totū clerum dependere, & iterū eō cuncta reuertit: quia gradus vniuersi creantur ab Episcopo, inq; illius caput redūdat, si quid recte, p̄isperām ve designet. Præcipiūs tamē vertex, & scopus est Christus, author omnis hierarchiæ sive angelicæ, sive iudaicæ, sive christiane, cui etiam

ei etiam exprobant hostes, si quicquam à ministris male gestum fuerit. Ibidem dicit Areopagita functiones, & ministeria lege diuina distributa fuisse; vt infirmus quidem ordo diaconorum (quo ceteros inferiores complectitur) rudes purget; medius sanctissimorum sacerdotum, sacratiorē rerū diuinarum intelligentia illuminet; summus Episcoporum perficiat, qui & priores non tantum concludit ambitu suo; verum etiam complet. Quæ cùm ita sint: num vel à Dionysio, vel Timotheo sacrosanctas hierarchiæ leges, distinctiones, functionesve latas, intentas, traditāsque credis; & non potius ab Apostolis eruditis à filio. De nostro Seruatore profectas; cùm Anacletus epistola prima dicat Apostolos ista docuisse: Nunc tribus verbis de officiis hypodiaconorum, qui in primis debent inseruire diacono adīstenti sacrificio, & porrigeare calicem, patenam, vinum, aquam & panem (nam inter alia monet Pontifex, ne plures imponat hostias, quam sint communicantur) ad hæc peluum, & manutergium. Porro ad legendas epistolās, potissimum creati videntur; quod tamen diaconorum fuisse quidam putant. Et quanta hæc messis querimoniarum in pudenda diuinorum eloquiorum dilaceratione potius, quam recitatione? Referta sunt omnia viris doctissimis: vix tamen ullam ingrediari Ecclesiā, ubi non audias Dei sanctissima verba miserè deprauari, ne dicam prophanari. Vsq; quædeò, nescio quo fato rerum christianarum, fungis potius, quam hominibus committitur ea prouincia. Interē tamen non minus velim nostros catechumenos auscultare lectioni. Nam quemadmodū Augustinus in eo libro, quo rudes catechizat, ostendit sua ætate vixisse sacerdotes indoctos, quos tamen contemni a doctis non patitur; ita, putandum, est scripturas etiam sic pronuntiatas, propter sacramentum, habere maiorem vim; quam si à doctissimis non sacris hominibus pronuntiantur. Praeiant insuper olim hypodiaconi suscipiendis oblationibus; vt predicit author de septem ordinibus ecclesiasticis apud Hieronymum, postulans ab his clericis modestiam, animique submissionem (quod videtur aliquod argumentum genitini foetus Hieronymi, sapientiā numerō clerum Romanum perstringentis nimium intumescentem) ne tamen adversus humiles clericos plebs insoleceret; ostendit summam illorum dignitatem, quod, præter alia plurima, nostra primum desideria, votaque suscipiunt, nostrasq; voluntates agnoscunt; cuius rei diuus Anacletus non obscuram facit mentionem in prima epistola, ubi etiā dicit hypodiaconum deberestare contrito corde, vulnusque demillo, consensuque præbere sacrificio, quod offertur à sacerdote. Nunc autem, quid à nostris fiat hominibus; malo atios reminisci, quam ipse referre. Si adesset priscus ille rigor, grauisque senectas; si strenue cooperarentur rebus diuinis; si plebis infirma vota suo feruore proucherent, atque adiuuarent; ac non potius ridendo, cursando, fabulando Deum magis infensum redderent; procul dubio, non tantum sacerdos nomen magis domesticum experiretur, ac sanctos omnes, sed & proximè aditantes mouerentur, inflammatuerint, parentur;

perentur; & plebs vniuersa rectius erga sacrificium afficeretur; & quiduis denique salutari victima facilius pientissimo parente Deo impetraremus. Sed ista mittamus. Pertinet igitur ad hypodiaconos omnis decētia, nitor, mundities, cūm reliquorum adytorum, tum maximè altaris, & sacrarij. Nam in ipsis quoque formulis pontificalibus iubentur diligenter dare operam, ne quid vitij, aut putredinis in theca reperiatur; debet præterea pallas, & altarium oportenta, vestesque sacras distinctis per luibus abluere. Sed de his satis. Utinam esset, qui in tantis fôrdibus, quas Patres non semel anathemate percellunt, sui mémoris officij.

*De votu continentiae scris annexo ministerij.*

Catechesis 193.

*Quid votum  
votorum di-  
uisio.*

*candidati  
subdiaconi-  
tus vovet ca-  
stitatem.*

**N**unc veniendum nobis est, auditores, ad fidem destinatum, & reliquarum dotum, quibus polleré debent hypodiaconi; ac potissimum de continentia voto differendum: quæ oratio nostra tempestate difficilior evasit; quia nostris vitiis probabilem reddimus hæreticorum blasphemiam, qui sua ferè hauriunt ex nostris deploratissimis moribus argumenta. Sed alius dabitur querendi locus. Iam de voto, quod ipsi Deo, & Ecclesiæ nuncupatum est, agamus: & quia vehementer illud exigit aduersarij doceamus & congruentissima, & prorsus esse necessarium. Igitur non immorabitur in ipsa voti natura discutienda. Quis enim nescit ex certo proposito natam, seriam, deliberatamque promissionem melioris boni factam Deo? Vota quoque partim simplicia, quorum mox exempla proferemus; partim solennia, ut quæ vel à sacramentibus clericis, vel à monachis emittuntur, quis non audiuit? At non omnibus id æquè est persuasum, qui libidinibus extimulati cuperent aliter serem habere. Igitur ostendendum est in horum clericorum initiatione locum esse nuncupando voto castitatis. Primum enim nemo huc penetrat, qui non secum deliberarit: & vt supinus id quispam omisisset; in ipso procinctu præceptum accipit, vt ad quæsta grauter, serioque respondeat; nec deesse assensum, quo mens illi deliberationi acquiescat, res ipsa docet; nec desiderari promissionem intelligit, quisquis non ignorat eam sola mentis agitatione fieri posse, vt in votis accidit simplicibus. Verba enim, & testes tantum ad solennitatem pertinent, maiorētque fidem. Virginitatem quoque inter meliora bona connumerādam, nullus credo fidelium inficias ierit; quam ipsem Seruator ait non ab omnibus comprehendit. Vides ergo naturam voti per omnia quadrare? Attamen vt melius à catechumenis hæc intelligantur, opéra pretium est audire, qua oratione candidatos alloquatur Episcopus: Fratres ad factum subdiaconatus ordinem præmonendi, iterum, atque iterum attentè considerare debetis, quod onus hodiæ appetatis vtrò: & multa in hanc

in hanc sententiam. Quis non videt manifestissimum votum; cùm accedendo testentur se ea præstatte paratos, quæ Pontifex denuntiavit? Extat canon Ancyranus 10. qui ait diaconos, etiam si prius nō decreuerint continere, voti esse reos, si in ipsa initiatione tacuerint, nec reclamauerint: & credemus eos, qui prius ita sunt admoniti, qui gestu, & toto corpore, & ad Pontificem accessione declararunt se nil aliud cupere; non esse conueniendos missione, & vinculo; cùm sextus cation concilij sexti refecans eam, quam is canon Ancyranus tribuere vîsus erat, licentiam, velit etiam reclamantes compelli ad voti præstationem? Nec aliter se res habuerunt etiam tum, cùm hoc atriperentur inuiti; cùm cogerentur obtestationibus Pontificum, & plebis; cùm denique ora obturarentur, ne reluctari possent. At nunc cùm irrumpamus; & exclusi recurramus eodem; ipsisque Pontificibus non obtrudamus: quis non putabit esse modis omnibus adigendos; vt data in fidem liberemus? Sed non occurrit <sup>ad</sup> ieiuni. censem esse votum, nisi cùm verbis concipiatur promissio: quasi verò multis in locis vota monachica solo symbolo, hoc est, portecto, & accepto pane perfici nesciremus. Certè maximus ille Athienensis Episcopus cap. 6. Eccl. Hier. agens de prisca homologia, dicit mystagogum sacerdotem monachis tantum præscribere, quæ sint prestatæ: eos autem solum προσεχώς ὅμολογη, id est, continenter profiteri, seu confiteri. Et quod genus putas esse confessionis? Audi Pachymetrem, qui ait rem esse peractam καὶ τὸ ἀπολυτρογύμνην γένος, quasi dicat, hac simplicissima syllaba omnia peragebantur. Iam, si placet, confer hanc syllabam cum nostra flagitatione, & accessione; cùm fronte hilari, totiusque corporis apertissimo nutu. Si non libet vovere; discede. Quid restitas? Quid moraris; si voulles non libeat videri? Verum hic abeamus; cùm res tam sit aperta, vt nemo queat inficiari. Hoc autem hypodiaconorum votum maiores nostri solenne vocant; quod in medio Ecclesiæ, coram testibus profiteatur. Hoc enim verbum est in antiqua versione concilij Ancyra, vbi nunc habemus græcè καὶ ἀδεξάμενοι: vt nō dissimilæ monachicæ professionem hinc intelligas. Sed, inquit in nobis, tyrannicū est, scelus est, homines incōtinentes, iuuenes, benè natos cogere ad continentem, quod homini diuinis tantum obtингere potest. Audio; profiteorque rem arduam, mirisq; difficultatibus oblitam, si dūtaxat nostris moribus eā estimemus; nec oculos coniiciamus in sacerdiam antiquitatē, in sensa scripturarum diuinarū, in iudicia deniq; sanctissimorum Apostolorū. Sed quid opus ista congerere? Ostendamus esse rem conuenientissimā, & impios esse probemus eos, qui de ea dubitant. Equidem si mihi nunc in medium proferas eius generis hypodiaconos, quibus nutquam venit in mentem de faciendo officio: non mirabor, si dicas talibus ventribus permittendas nuptias. Nā cùm Græci permittat suis etiam sacerdotibus retinere coniuges, & illis abuti, quando non est diuinis operandum: ne nobis quoque futurum est nouum, & insperatum, si homines, qui sacram excitere functionem nunquam inuiduxerunt in ani-

*Respondet al-  
teri quereb-  
incontinen-  
tium.*

mum, flagitent vxores. Si putes dissimulandum esse ad nostrorum temporum irreligionem, qua impuros, sacrularios, temulatos, feneratores, publicè flagitosos homines ad vsque altaria, & officia diaconorum admittimus; si ferendum credas, quod mulierculæ, puerique ludentes adyta compleant, obsideant altaria, vixque tutum permittant esse sacerdoti in mediis clamoribus, ructibusque consistere; si non iudices reuellendos ab ipsis atis, excludendos à sacris non dicam functionibus, sed etiam minimis, denique gradu mouendos ter sceleratissimos concubinarios; si (inquam) ad ista portenta conniuendum censeas: deperibit nobis magnum argumentum ad istud probandum, quod instituimus. Quisnum, si tolerari velis illam rerum confusione, horredumque chaos, per quod fit, vt hodiè prophanium inter, & mysterium; inter Calvini panem, & christianum sacramentum non distinguis; imò si, cum aduersariis, nil aliud esse velis in nostra Eucharistia, quam in hæretico ientaculo: equidem non pugnabo; permittam coniugatum esse tuum clericum, cui iam cum sacris nil erit negotij. Postremò, si non existimes religiosum, & verè christianum animum morari debere, quo ferore fiant communes preces à clero pro reliqua plebe; si vel ad placandum, vel conciliandum numen non implores auxiliares sacerdotum manus; si totius cleri pares conatus non putas esse necessarios; vt voti compos euadas: non video, quomodo causam institutam sustinere possim. Nam si preculas qualescumq[ue] permurmurasse satis esse cogites; valeat septem diaconi, ac totidem hypodiaconi, quos mœsto vultu, contritoque spiritu adstare, praesentesque ad pietate attrahere dudu*m* iubebat Anacletus. At si haec omnia velimus exigere ad Lydios illos lapides, antiquitatem (inquit) scripturas, & apostolica iudicia; nemo non adsentietur. Audi igitur, quicunque hypodiaconus es; scito te esse catholicæ Ecclesiæ ministeriis maicipatum; tui esse muneris, vt sacrum facienti sacerdoti religiosus adstes; vt simul collabores, & christiane plebi omnia fausta, salutariaque non solum preceris; sed impetres à Deo. Hoc autem præcipit antiquitas, vt omnes l'otifices, ac sacerdotes offerant quotidie sacrificia Deo pro suis, & populi peccatis; vnde, qui semper præsto adesse debet hypodiaconus, nunquam non ad rem diuinam comparatus sit, necesse est: quare nil est, quod nuptiarum officio repugnet magis. Quid enim? Reprehenduntur oracula diuino Iudaorum sacerdotes, quod regiis vacarent negotiis, ac desertis altaribus prophana curarent; Cyprianus libri 4. epistola 9. iactat, quod pacis, bellique temporibus nūquam destiterit ore puro sacrificiis operari; cleris Achaicus celebrat Apostolum Andréa, quod singulis diebus obtulevit agnum immaculatum Deo. Quid multis opus est? Innocentius primus decret. 26. dicit christianorum sacerdotum esse perpetuum, iugeque ministerium; vnde Burchardus reperens a can. 22. Apostolorum, docet sacerdotes, ac leuitas esse oportere sordium, & omnium macularum expertes; quia quotidianis implicitur necessitatibus Deum orandi; vt non repeatam, quod alibi productum est ex Hippolyto, Deum in iudicij.

2. Macha. 4.

Lib. 2. c. 118.

indicij die pronuntiaturum eo nomine beatos Pontifices, ac sacerdotes, quia Deo patri quotidie clarissimum, filium obtulerint. Venit obiter in mentem duorum Theobaldorum Anglicanorum martyrum, quos Beda Venerabilis ait, dum Saxones ad Christi fidem conuerterent, Eucharistiae singulis diebus operam dedisse, vt esset efficacior prædicatio assiduis missæ catholicae fulta præfidiis. Præteriui suo loco catholicae fidei fortissimum, disertissimumque præconem Magnum Basilium, qui peropportune grauissimo testimonio claudet catalogum. Is igitur in epistola ad Gregorium presbyterum necessantem ab officio, (à quo concubinæ sceleratis amplexibus tetrahebatur) dicit vel solam à re diuina cessationem æterna damnatione dignissimam. Quod si ita sit: quod, obsecro, tempus maritalibus officiis, & ineptis tribuendum? Quis non audiuit Paulum magnis cōtinentiam afferre laudibus, quod facultatem præbeat orandi Dèum? Quis ignorat cœlibes, ac virgines prædicari spiritu, & corpore sancto? Cui potest ignotum esse, quod idem Apostolus hortetur coniuges subinde postponere, quæ nuptiarum sint, & orationibus vacare? Si igitur plebs in diuinitatis conspectum proditura, sibi debet temperare, qualis tu futurus es plebis patronus, qui te contractis inuptis inutilem niteris efficere ad agendam causam populi? Iam si intelligamus maiores nostros catholicum semper tati fecisse sacrificium, vt ne minores quidem clericos voluerint vas vñlum attingere, quod ad illud pertineret, vsqueadè, vt Laodiceni iuberent ἵππετας, id est, subdiaconos (nam hos intelligi superius diximus) ostiorū stationem nō deferere, nec rebus se amiscere sacratoriis: quanto credendi sunt minus ad hanc rem apti, qui persoluendis coniugalibus debitibus occupantur? Adyta tam erant olim vndique septa, vt ne Theodosium in illis ferret Ambrosius, ad altare ne ἵππεται quidem admittebantur: & ē finu coniugis vix reuulsus clericus in ipsa sancta sanctorum temerarius ingreditur? Quantum sacrilegium duxisse pirtas maiores nostros, si homines nocturnam adhuc venerem somniates vidissent tractare sacra: cùm scribat Hieronymus aduersus Iotinianum, ne templo quidem subire ausos, quos obscoena lufissent insomnia? se autem quoties illi tale quippiam contigisset, narrat intincta in Vigilantium, contremiscere, nec audere martyrum intrare basilicas. Atqui fuisse sacerdotem, & quidem sanctissimum, quis nescit? Permittant hæretici libidinosos, conspurcatosque ministros suum panem tractare, qui suis culinariis permittunt non tam tractare sacra, quam conspurcatae nos autem si, quid velit antiquitas ecclesiastica, considerauimus, putabimus esse decentissimum, vt non nisi à sanctis sancta peragantur. Nam sanctitatem habere significacionem castitatis, docet Burchardus loco superiori nominato. Quod si spectemus, quām vera latitia coluerint Eucharistiam nostri maiores, quām honoris ergo horrenda dixerūt mysteria, simūlque renocemus in animum hypodiaconum debere tam proximè accedere, & cooperari, vt Ambrosius videratur mysteriorum consecrationem dito tribuere

Laurentio, propter intimam, & archissimam conspirationem: quis non euestigio iudicabit esse nefas homines non castissimos accedere? Et cum Iudeos sacerdotes, quoties ad sacras erant functiones reuocandi, non solam ab vxoribus, sed etiam a vino, ceterisque pudicitia naufragiis procul abstitisse sit certo certius: non putabimus tantundem nobis esse praestandum tam augusta sacramenta tractaturis, in quibus Christus est ipsa victimam.

*De eandem clericorum continentia, & hereticorum calumnis impudentissimis.*

Catechesis 194.

X tribus proximè antegressa catechesi præstitutis partibus postrema superest intacta, de qua nunc erit differendum, si tamen prius quædam delibemus ad minuendam inuidiam quam hic salaces clerici exemplis augent, & verbis. Cum enim pars illa reliqua de necessaria loquatur obedientia clericorum, & humanum arbitrium abhorreat ab omni iugo: non abs te fuérit nonnulla præmittere. Principio igitur velim sacrorum ordinum candidatos solerter expendere, quanta fructuum vertet beatus suos cultores votum istud continentiae, quæ corporis robur, & vires auget, atque tueretur, valetudinem confirmat, sensus acutiores, magisque vigentes reddit, visum incredibili perspicuitate donat, auditum constantem, gustum suauem, denique totius corporis optimam habitudinem, venustatemque retinet, quæ veneris apoplexia frequenti (vt summus ille vocabat philosophus) protinus collabescunt, & evanescunt omnia. Et vt maximè virtutibus coalescunt, aut vitiis intereunt animorum dotes: nil tenacius virginum memoria, cum incontinentibus nil obtusius, & magis obliuolum, intelligentia nescio quid diuini luminis affulget ex continentia, contra desíssimas tenebras offundit maleuada venus. Sed quia cum catechumenis plerumque virginibus nobis est negotium, vereor ne iste sermo plus damni det, quam adferat emolumenti: itaque hunc in vniuersum dictum esto satis, siue corporis bona, qua nobis cum reliquis animantibus communia sunt, siue animæ facultates, siue externa commoda species, nil beatius celibite vita, reliqua Tertullianis, Cyprianis, Ambrosiis, ac Hieronymis relinquamus. Si delectatio queritur, quæ nulla vera esse potest, cum aeger est animus, non immerito vetustas veritatis ignara in suis fabulis perpetuam vitam, atque iuuentana tribuit virginibus. Certè Ambrosius, non vanus author, sèpè recinit hac virtute mortales in angelos mutari, qua voluptate nil magis volupe esse potest. Verum aspermissis difficultatibus plenissima est. Audi, quid contra Cyprianus dicat extremo libro de pudicitia: nempe animum humanum instar esse cuiusdam aurigæ, qui Deo. Opt. Max. douante regnum in cor-

*Difficultatis  
opinione no-  
tiam à casti-  
tate remouet.*

pus acceperit, vt imperio permere, carnisque impetus refrænare valeat. Nunquam tamen ista præstabit, si deficit gratia, fateor: sed cum legislator Christus iussit capere, quorum id federit animo, num putas illum defore satagentibus? Augustinus non uno concubinatu inquinatus, cum dubitaret adire baptismum, metuens ne datam semel fidem feruare non posset, qualibus a sanctissima castitate verbis excitabatur? Audiuit(aiebat illa) esse tot examina viduarum, virginum, ac virorum in meis castris, meis legibus degentium: num (quæso te) putas eos in se stare, ac non potius ei inniti, qui olim dixit: *Qui potest capere, capiat: Huiuscemo-  
di cogitationibus dicit ille se nō tantum suas nugas abiecisse (sic vocat sionum).*

*L. 8. cap. rr.  
C. 6. confes-  
sionum.*

*Raspb det im-  
proba obie-  
ctioni.*

*Demonstrat imposita hy- podiaconis perpetua co- tinentia legem.* clericis sacrilegium? Hæc dicta suntio nostris accusatoribus. Nunc huius rei necessitatem imposita demostremus hypodiaconis. Ergo canon apostolicus 26. non aperte votum nominat: sed solum vetat quæpiam ad sacratos ordines admitti, qui non det operam continentiae, solisque cantoribus, & lectoribus nuptiarum potestatem facit, reliquis talem imponit necessitatem, ut etiam contractu postea matrimonii rescindi velit. Sed votu hic esse discimus ex cap. 19. Matthæi, ubi Christus vocat eunuchos, voti scilicet ipsissimam naturam nobis indicans. Nam vt eunuchia vel inuitos arcet à venere: sic votu spirituali quodam vinculo suos quicquam tenetate vetat. Hoc ipsum & Paulus, obscurè licet, indicat tamen prioris ad Timoth. 5. ages de iis, quia posteaquam luxuriantæ fuerint in Christo, nubere volunt. Illud enim, q[uod] noster interpres vertit: *Luxuriata fuerint*, Græcis est *καταγνωσσοι*: ut intelligeremus iniectu illis semel frænu esse, quod illæ tamen mordentes, resilire parabant à cōtinentiae proposito. Sed aper- tior huius rei testis erit Philo, qui de suis agens Therapeutis, ait pro fun- damento iactum ab illis nuptiæ continentie votu: quæ res in causa fuit, vt Areopagita de presbyteris, ac diaconis tale nihil traderet, quia, vt res habebant in primitiua Ecclesia, siebat progressus ad hos ordines à the- rapia. Sed redeamus ad canonem, eiusque fidissimum interpretet Epiphanius in Catharistis, & charactere Ecclesiæ, consulamus: *Regula non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi adventum eos, qui, à nuptiis morua iporum vxore secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem, ac dignitatem. Et hec certò sancta Dei Ecclesia sincere obseruat.* Sed & adhuc viuentem, & liberos gignentem unius mariti uxoris non susci- pit, sed eum, qui se ab una continuit, aut in viduitate vixit, diaconum, pres- byterum, Episcopum, & hypodiaconum, maxime ubi sinceri sunt ecclesiastici ca- nones. Vide hoc apostolicum institutum: Sed inquires non desuisse Episco- pos, ac presbyteros, qui suis vi sint uxoribus, adeò vt cum ea res in Ni- caena synodo iā iā immutāda videretur, intercesserit Paphnutius: qua de- re mox. Illā autē Episcoporum aliorumq[ue] cum uxoribus cōsuetudinē non ignorauit Epiphanius, illamque fert acceptam neglectis canonibus, & hominū incontinentiae: denique iis potissimum in locis id vitij locum habere tradit, ubi ecclesiastica disciplina, & severitas elanguerat. Fuit igitur illud infirmitatis humanae, non vigoris apostolici. Nam vt hodiē tot flagitiosi coniuges suis, vt videri volunt, nuptiis, vt res est, sacrilegiis non ponunt legem Ecclesiæ: sic languor, & indulgentia, quorundam Episcoporum, & conciliorum canonibus nil dicant, quod Epiphanius traditionum peritissimus vel solus abunde fidem faciat. Di- ficedam igitur ad tres aduersariorum calumnias, quibus ecclesiasticum parietem se tantum non euertere credunt. Prima igitur acie Paphnu- tium obiiciunt, qui in concilio Niceno agentibus Episcopis, vt inconti- nentes Episcopi redigerentur in ordinem, restitit, cunctosque in suam reduxit

reducit sententiam; & cum ipse virginitate pollereret, effetque à puerō in monachicis ascēsibus exercitatus; nihilominus aiebat esse quan- dam castitatem legitimam cum uxore concubitum. Itaque, inquit, aduersarij, non ita detonandum in coniugium clericorum. Quid re- spondemus? Primum fatemur (quod hæretici vehementer exaggerant; vt sibi fortius parent asylum) Paphnutium martyris filium, insignem ascētem, & fortissimum confessorem, cui in fidei certamine fuit eru- tus oculus. Nihil viri gloria detrahimus, quam utinam ad extremum usque seruasset illibatam: sed postmodum non solum pristinum decus infecit Meletiano schismate; verum & sese, suosque tandem perdidit Atiana perfidia. Nam (vt testatur Epiphanius hæresi 68.) in Arianum, vt conflare inuidiam Athanazio, & Alexandro, dogma concessit. Hu- ius nunc authoritas quanti sit momenti, iudicent catechumeni. Ve- rū (inquiet aliquis) vt talis euferit; certè dum celebraretur concilium, erat sanctus, & catholicus. Esto. Cur ergo non imitaris, hære- tice, quem tantoper preddicas à puerō in sanctissimis ascēsibus, & in- tegritye ad decrepitam usque senectutem perdurantem? Clamas hunc esse diabolicum cultum: & eius viri nos authoritate premis, qui ita vitam instituit? Profecto vel erit tuus testis amandandus; vel eius lau- dandum: exit institutum quod in nobis odiosè calumpniaris. Adhæc ne Paphnutius usquequaque suffragari videatur istis nuptiotoribus; decer- nit vt, qui casti accesserint, prohibeantur contrahere; qui autem uxori iam consuetudine tenerentur, ne sub continentiae iugum reuocen- tur: velati si quispiam nunc intercederet, ne concubinæ profligarentur, ne forte quid grauius enaseretur malum. Ea fuit Paphnutij sententia, non magis officiens orthodoxyæ, quam iutians hæreticos. Nec enim hodie quæstio est de iis, qui coniuges accesserint; sed sintne post sacerdotium, diaconiā, & hypodiaconiā clericis permittendæ nu- ptiae, quos si non virgines, certè continentes constat iniatiros. Hos haud dubiè si praesens audiret Paphnutius, pro sua libertate, clama- ret peccare in leges apostolicas, quæ tale nihil indulgent: ac ne Græci quidem recentiores horum institutum, sceleratique coniugia pro- barent male post initiationem consarcinata; vt multis canonibus, imperialibusque legibus manifestum fieri potest. Sed videamus, quid nobis obiiciat Martinus Chemnitius in libro, quem veterotrije in- scripsit de Theologia Jesuitarum, cap. de coelibatu, nempe Desyde- riū Erasmus scribere sibi conspectum. Venetijs Græcum sacerdo- tem, qui virginem sponsam ducebatur, addit Wolfgangum Musculum sacramentarium Vvormatiæ percunctatum ea de re quosdam Græcos, qui idem sibi licere responderint, si modo prius non fuerint, sacris ope- rati. Hac ille profert scutula tela; vt fundatissimam orthodoxiam sub- uerat: sicque satis probatum credit; vt persuadeamus nobis Græcos alterfactitare. Sed quis hoc inducat in animum, reclamantibus græcis-

Paphnutius  
monachus,  
dein confes-  
sor, postea  
Meletianus,  
ad poste-  
rum Ari-  
nus.

Sententia  
Paphnutij.

canonibus, & illorum recentioribus interpretibus; & nominatim Ioāne Balsamone? Itaq; primū inquire potest in eos, qui ista dicunt; cūm sint hostes: deinde quid mirum, si quis græcūls esuriens in gratiam horum mentiatur? Postremō, vt ita sit, vt fuerit illud & Erasmo conspectum, & Vvolfango responsum: cūm reclament sextā synodi canones 3.6. II.25. & alij, Ancyranus 9. Neocæsariensis 9. ac testentur id esse flagitium; perinde esse nobis debet, atque si quispiam nobis referat, quid per contemptū hereticum, & Episcoporum dissimulationes in Germania nunc geratur, vbi pridem initiati sacerdotio mariti, patrésque sunt, vt Georgius Vvicius quondam Lutheranus, Stanislaus Corocouius, & monachorum examina. Quod si quispiam in Græciam transiens rem ita se habere inter Germanos adserat: nunquid non futurum est speciosius, quām quod III. dicitur ex cuiuspiam græculi fide? Tertium commentum istud est. Extat epistola grauissima D. Vldarici Episcopi Augustani ad Nicolaum Pontificem, qua eum redarguit ob latas huius continentie leges: vnde colligitur rem esse neotericam, & fortassis à Gregorio excogitata, qui postmodum hoc nomine poenas dederit. Hoc nugamento nihil vñquam vidi vel insulsius, vel magis barbarum. Extat ea epistola in eo libro, quem vocant orthodographiam, quam prius quidem Zuinglianam esse suscipicabar; posteā tamen repertum exemplar in antiqua bibliotheca scriptum in pergamo arguit vetustiorem authorēm; nisi quod pleraque spirare videntur aetatem Vvicclef, quę habebat eius nominis Pōtificem. Nam tempore Vldarici Romanum apicem gubernabat Martinus, siue Marinus, quem totis centum, & amplius annis nullus vel præcesserat, vel sequutus est Pontifex Nicolaus. Sed istud impudentius, quod addit Gregorium pīscatum esse sex milia calvariatum infantum; cūm Gregorio legem hanc cælibatus antiquiorem esse copiosè probent Leoninte decretales. Postremō tot habet hæc epistola nugas, soleccismos, & historiæ tantam perturbationem, rerumque pugnas; vt illam vel inspexisse, sit refutasse: vnde miror ipse mecum, quomodo non pudet Illyricum adulterinum hoc scriptum vel euulgare, vel citare. Si enim obtineret hæc epistola; rueret omnium canonum Latinorum, & Græcorum authoritas: cūm satis constet Pontifices, ac synodos clericalem continentiam ita vñsile: vt nunquam fuerit indulgentia maior, quām post aetatem Vldarici. Nam videre est Basiliūm ita turbatum scortatione Gregorianā; vt doctissimam emiserit epistolam, quę ab ipsi met Græcis fuit in ius relata canonum. Quid ad nostram impietatem, & in patrandis flagitiis libertatem, impudentiamque dicere; si iam viueret Basilius? Supererant quædam de habitu, loco, ac tempore ordinandorum: sed cūm sessiōnis 23. cap. 12. & 13. Tridentinæ synodi hoc explenerint; nil est, quod vel frustrā laboremus, vel Patrum diligenter quicquam adiiciamus.

Ca. 17, 34.

De dia-

De diaconis, &amp; quod is ordo fit sacramentum.

## Catechesis 195.



Xpedito sacramento hypodiaconiæ, ad gradum diaconorum est condescendum; in quo nobis erunt tanto magis expedita oratione, quanto scripturæ, veteresque Theologii hac de re magis exortam suam reliquere sententiam. Vt igitur in facili planicie consueto decurramus itinere; nonnihil in vocabulorum, typorumque diuerticulis immorati, definitiōnem, naturamque rei confessim aggrediemur. Igitur Syri, cūm in suis litteris huius ordinis meminerunt, vocant ordinem ipsum διακόνων teschmeschtho, diaconos autem διακόνων meschamschone, hoc est, ministros. Græcis notissimum est vocari Διακόνος, διηπέτας, λειτέρας, nisi quod Areopagita sit familiare addere epithetum εὐχείτων, quo distinguat ab hypodiaconis. Latini hæc eadem ferè in suam derulant coloniam, & maximè diaconorum nomen, quos interdum diacones appellat prisca simplicitas. Dicuntur crebro leuitæ, desumpta nomenclatione à typo legali; quo video Isidorum, atque Rabanum tam impensè gaudere, vt alterum fastidiisse videantur. Veteres enim Leuitas, quos οἱ λειταῖ benci Levi, seu διηπέται Hebrei nuncupant, memo nescit huius ordinis habuisse significationem. Rarius ministeriorum quoque nomen sortiantur ad modum sinuosum. Typum iam diximus in *Typi filii om̄n̄i* haleuij præcessisse; de quorum functionibus referta sunt tertium, & quartum capita Numerorum. Agebant excubias circa tabernaculum; & habebant cūm ipsum altare, tum eius vniuersam suppellectionem sibi creditam. Et hoc obseruassę vel iccirco iuuerit; vt non immittere sic dictos à majoribus nostris intelligamus, propter immensam turbam negotiorum, & functionum; cūm illis incumberet penè tota politia christiana, sacerdotibus, & Episcopis per hos obeuntibus vniuersa. Superest definitio, qua prodita, & nonnihil illustrata licebit hinc discedere. Igitur est diaconatus ordo sacer, siue sacramentum, quo ad conceptam formulam episcopali benedictionis, gratiōnque manum impositionis, ac porrēctionis libri euangeliorum, hypodiacono gratia, & potestas officio congruens diuinus infunditur. Præcipiūs labor in fauorenti nomine versatur. Nā tametsi supererante sit vllum verbum facere, vt antiquitati diaconorum gradus adseratur; cūm ipsi met aduersarij fateantur ab Apostolis institutos: tamen volunt esse laicam functionem, nec quicquam datum illis negotijs, quām vt eleemosynas recipere, & que rursus in pauperes erogarent; quales habuerunt (si Christo placet) superioribus mensibus grassetores, qui dum pauperum iactarent, fingerentque se habere rationem, ingentes corrascerunt pecunias. Et poterat hac res leuiter expediri; nisi plurima sententia catholica apud incertos lectores officeret. Nam inter cetera, concilij sexti canon 16. securus interpretationem Chrysostomi, & cœcilij sexti sententiam explicat, & debuit.

OO 3 stomi ad

Homil.14 stomi ad cap.6.a&t;til aliud, quām pauperum curatores facit cīus loci diaconos; itaque datida est opera, vt & canonem intelligamus, sententiāque D. Chrysostomi germanam eruāmus; & nobis persuadēamus aliud: gestum ab Apostolis, quām hæretici velint. Chrysostomus igitur (est enim de hoc priū agendum, quem imitari se concilium prædicat) vt vbiq; seduld rebus pauperum inuigilabat, & omnem ansam arripiebat de eleemosynis, & liberalitate dillerendi; eo loco auditorem abducit à cogitatione ordinis ecclesiastici, sataḡitque vt persuadeat curandorum duntaxat egenorum illam fuisse prouinciam. Sic enim ait: Sed quānam fuit his commissa functio? Nunquid fuit mandatus diaconatus, unde nunc sacra vocantur clerici? Non cūquidem existimō. Quid ita? Quia nomen illud in Ecclesia non arbitrari fuisse. Quid igitur nū illis œconomiam creditam fuisse dicemus, hoc est, sacerdotium Minimè. Quamobrem Chrysostome? Quia tunc necedum fuerat Episcopus; sed soli in Ecclesia Apostoli. Hęc si placet expendamus. Dicit s̄e non existimare: nos verò si demonstremus rem secūs habere; nunquid in nostram sententiam descensurus est Chrysostomus? Quia tamen est ingēs Chrysostomi nomen, & authoritas; religiosè versandum est hac in te, ne illius pondus officiat veritati. Quid si percunctatus esset ab illo quispiam, nū crederet Apostolos fuisse Episcopos; quid putamus dicturum? num hierarchicam illis adempturū dignitatem credimus? Quid est igitur, quod vlos fuisse neget diaconos? Quia illorum operam duntaxat requirunt Episcopi, qui si desint; ne ministris quidem opus erit. Quemadmodū enim sublato vito, mulierem quoque dispaterē necessa, quæ in viri solatium est conditatis Episcopum, nū priū in christiana republika constitutas; frustā diaconos, & subdiaconos videberis instituere. Itaque priū expectandum fuit, donec essent Episcopi, & presbyteri, quām vlos haberet Ecclesia diaconos. Ed tandem delabitur Chrysostomi sententia. Sed, age, retexamus hanc telam. Num Episcopos defuisse credendum est, vbi strenue munus obibant Apostoli suum, vbi rē quoque diuinā quotidie peragebant? Quod enim dicuntur discipuli scripsisse per domos panem, libenter cum maioribus de sacrosancta interpretamur Eucharistia, quæ si tum erat in vsu; proculdubio Episcopos, & sacerdotes fuisse tum oportuit, atque adeò non defuisse diaconos, qui illis ministrarent; quod Chrysostomū nequaquam spectasse, valde probabile est. Sed videamus, nū fuerit quispiā tū Episcopus, qui & officio defungeretur, & suos diaconos habuerit. Est autem controvērsia non mea diocris in antiquitate, quisnam D. Iacobum crearit. Ierosolymū Episcopum, plerisque veterum contendētibus à Christo in Sione in ædi bus D. Ioannis initiatum; aliis ab Apostolis hanc illi delatam esse dignitatem adserentibus. Nec defunt conciliatores, qui iugunt utroque. Nicēphorus li.2.cap.3.Ecc.Hist.vult Apostolos, nominatim Petru, Ioaniē, & Iacobum, huius rei authores, & in eam sententiam citat Clementem

Alexandr.

Alexand. ex 6. hypotyposeon, atque vt constanter hoc Nicephoro persuasum intelligamus, idem repetit ex quinto commentariorum Egesipi tribus aliis in locis. Alij contrā volunt ordinatum à Christo, & in iis sunt Epiphanius in Nazoræis, & Antidicomarianitis, Proclus in liturgicis, Metaphrastes in Iacobo Iusto. Gregorius Turonensis lib. 1. de martyribus cap. 28. Ipse quoque Nicephorus scribit lib. 2.ca.28. multis hanc placuisse sententiam, & libri 2. ca. 6. dicit Christum vnā cum Apostolis id egisse, vt videatur innuere Christo creanti Apostolos adfuisse, remque suis calculis approbasse. Vtramuis igitur sectemur opinionem, modò statim ab ascensione contigerit, habebimus, quod respondēamus Chrysostomo. Negas Episcopos tunc fuisse, Chrysostome? Atqui erat Iacobus, cui ne defuisse credas ministros: adserit Ignatius epistola 2. Stephanum, & alios illi operam nauasse. Abrogare fidem auctori, qui de rebus sui seculi Christianos alios instruebat, nimis est irreligiosum. Si igitur fuit Episcopus: ergo diaconos non quolibet, sed sacros habuit, atque in iis D. Stephanum, quemadmodū D. Petrus Clementem, & Linum. Et certè dum Lucas narrat populum obtulisse letissimos, eosque ab Apostoli, adhibitis precibus, & manuum impositione creatos: satis liquet non agi de laica functione, sed vero sacramento, vt eo loci Beda manifeste docet. Verū ne nunc quidem ex his ereptimus angustiis, cùm & ipse Chrysostomus, & concilium videantur istam creationem ad mensarum referre ministerium. Quid aginus? dixerat anteā contrarium canonū vltimus Neocæsariensis, mandans in quaque Ecclesia septem diaconos institui, verū illud retractauit Trulliana synodus. Quærenda alia securis, quæ nodum hunc fecet. Ignatius in epistola ad Trallianos non tantū mensarum, sed sanctæ Ecclesiae dicit fuisse ministros, nec solum in cibis distribuendis credit occupatos, verū & in Ecclesia fecisse, quæ ad hunc spectant ordinem, & administrasse sacramenta. Nam hoc nomine vindicat illos à cōtemptu. Quod autē Hieronymus aliquot locis ministrum mensarum vocat, retundit diaconorū sui téporis intolerabilem superbiā, qui præ se cunctos parui pendebat sacerdotes, non negatis interim verū habuisse sacramentum. Ut enim dū homini dicitur: Quid superbris terra, & cinis? non propterea sequitur aliud præter cinerem nihil esse: ita, cùm Hieronymus insolentes diaconos ad humilitatem reuocat, non admittit dignitatem. Atqui dicit concilium non agi de sacrīs ministris. Recte. Certissimum enim est tumultum illum non excitatum fuisse, propter factam aliquam functionē, sed populum duntaxat curasse, vt quidam veluti magistratus crearetur, ad quem eleemosynarum spectaret erogatio: non tamen dixeris recte in diaconis, quibus id munus est demandatum, prætereā nil fuisse, vt si dōctus quispiam sacerdos erudiendo populo præficeretur, non capiopter censendus esset spoliatus facultate ligandi, & soluendi,

O O . 4

vel sa

Lib. 3. c. 15.  
Lib. 6. c. 16.  
Hæref. 29.  
& 78.

A&t. 5.  
E adū est Tri-  
dentini cate-  
chismi senten-  
tia. & ipsius  
videti posset  
chrysostomi.  
eadem 14.  
hom. septem-  
diaconos, &  
totidem hypo-  
diaconos fuis-  
se Romæ tem-  
pore Cornelij  
Pötiſ. ipſe ad  
Fab. Antio-  
chenum scri-  
bit apud  
Enfeb lib. 6.  
cap. 45.

*Allia solutio.* vel sacris operandi. Quod si minùs adlubescit nostra diluendī ratio, non defunt eruditī, qui hac incedūt via, putantq; se illi canoni probè satis facere. Cū esset ingens Christianorū multitudine singulis diebus circa domos frangentium panem, & fortassis utramque sacramenti speciem tūc tēporis acciperent (tametsi nil ea de re constet) erant proculdubio diaconi vehementer occupati, vt cuique spiritale suum dimensum administrarent, præsertim cūm etiā absentibus ægris esset deportandum, vt ea res, propter operositatem, & communicantium turbam, non videretur multūm abludere à ministerio mensarum: eapropter Apostoli, cūm de prophana mensa per illum tumultum erat sermo faciendus, eam non discreuerunt à sacratori functione, propter utrobique laborem non dissimilem, quem iisdem ministri perferte cogebantur. Evidem catechumenorum esto, quod placuerit, sequi: mihi videntur & Chrysostomus, & concilium (si tamen non habuere persuasum fuisse tum Episcopos) nihil aliud voluisse, quam finem horum creationis fuisse, vt absque contentione cibi, facultatesque inter pauperes diuiderentur: sed nec illum sanctissimum patrem, nec concilium putandum est hos voluisse clericos ordinari tantum ad curam populi. Nam licet persuasum habuerint nullum tunc Episcopum fuisse, non puto tamen credidisse, fuisse mere prophanos, præsertim cū ex libris de dignitate sacerdotali nobis longè diuersam Chrysostomi sententiam liceat colligere. Igitur id nobis persuademos, & tanquam omnibus confessum sumimus, diaconos ab Apostolis institutos impositione manuum, quæ, quid sibi velit, alias diximus. Nam 14. actorum vocatur χρηστον. dum à Paulo narrantur creati presbyteri. Is autem Apostolus ca. 1. epistola ad Titum inbet eum constitutere nominatim quidem presbyteros, reuera autem, testibus omnibus catholicis scriptoribus, Episcopos quoque, & diaconos, quos exprimit cap. 3. prioris ad Timotheum. Quod si igitur ea sit ab Apostolis facta constitutio, siue creatio, quam alias ex fide Balsamonis diximus esse non sublationem digiti (quod hæretici volunt) sed sacramentum, quod precibus constet, eiusque consecrationem (vocat enim Balsamon ἐν χειρ τε λεσιαγροντων, id est, perficientium precum) qui futurus sit sacerdos cum inuocatione Spiritus sancti: de diaconorum initiatione nulla supererit quaestio: Rationem quoque huius nominis idem author tradit, quod ἀγχιερέψ tollat manum pingens crucem, dum candidatum consecret. Hoc autem verbo consecrandi vtuntur concilium 4. Carthaginense, & Felix in epistola sœpè nominata. Cū igitur talis existat ista constitutio: dicuntur diaconi χρηστον. secundo canone apostolico, & cano. 4. concil. 4. Carth. vnde non obscurè conuincitur verum istud esse sacramentum. Nam cūm habeamus ceremonias, & ritus apostolicos, manuum impositionem: neque negare ausint aduersarij Apostolos hoc diuina authoritate fecisse: nominatimque Caluinus adserat Patres ante Gregorium his de rebus sincerè, & loquitos esse, & scripsisse.

*Vide quomo-  
do chrys.  
de  
χρηστον.  
loquatur  
hom. 14. in  
acta.*

*Diaconatus  
sacramentum  
est.*

*Liber. 4. cap. 4.  
ibit.*

psisse: nolle sacramentū hoc agnoscere, nil aliud putare debemus, quam cum ratione infanire. Quod si negent aduersarij promissionem, & gratiam hic nobis præsto esse argumētabō cum Theodoreto frustra institutum ab Apostolis, vt in huius ordinis initiatione pieces admouerentur, & inuocationes: si non persuasum habuissent gratiam officio congruentem sperandam à Deo. Postrem prioris ad Timotheum capit. 3. vbi Paulus diaconorum munus explicat, satis ostendit diaconatus candidatum magna gratia, & viuitate prædictum esse debere, adeoque magna apud Deum libertate, fiduciāque valete: dumque prouehitur, gradum bonum sibi acquirere. Sed quid opus est verbis? Ipsimet hæretici non grauatim concedunt ad suam laicam electionem conferri gratiam candidatis: quod si tum fiat: non erit (ni fallor) multūm sudandum, vt ostendamus inter ceremonias apostolicas, & legitimam initiationem afflari diuina facultate, eccelestib[us]que muneribus eum, qui diaconorum functioni destinatur. His esto responsum aduersarij obiectioni, quam ex Chrysostomi, sextique concilij promiserant authoritate: simulque declaratum, hunc ordinem esse sacramentum.

### Defunctionibus, ac destinatis diaconorum.

#### Catechesis 196.

**H**esterne adserioni, auditores, multa poterant addi: mihi tamen, ne res in immensum excrescat, tria duntaxat libet apponere. Primum quod author, qui de septem ordinibus Hieronymi nomine circunfertur, non semel diaconiam sacramenti cohonestat elogio, Christoque transcritit authori. In eo autem scriptore hęc obseruare licet cap. 5. Hieronymianæ attatis indicia, quod penè temporis illius sacrificij, seu catholica missa referat ordinem: & diaconos vocet tertia inflexione, quod est vetustatis indicium. Alterum esto, quod formulæ episcopales non semel tradant beatum martyrem Stephanum cum collegis hoc insignitum fuisse sacramento, hanc pragmatuam illius insigni castitati deferente Deo. Neque vero nouum probandi morem quis existimat, qui à formulis sacramentorum ducitur: cū Augustinus in pugna Pelagiana hoc telorum genere non semel hostes confoderit. Postrem est, quod in Tridentina synodo nuper res hęc ita probata, cōfessaque sit, vt nemini dubitare liceat, qui præfens anathematis discrimen adire nolit. Sed hoc, de re satis: nunc reliquam definitionem persequamur. Quid benedictionis formula significet, alias declaratum est, nimirum partim formam, ad quam conferunt sacramentum, partim reliquas preces, quæ hic sunt accuratissimæ. Nam vt omittam seriam admonitionem, Pontifex vocatum archidiaconum interrogat, num hos dignos putet, qui ad tam sublimē

sublime fastigium euehantur: is autem primū respondet Ecclesiā ipsam poscere, ne diutiū his administris caret: se verò, quantum per humanam infirmitatem explorare licet, censere tali gradu dignissimos.

Hæc in ipso formula. Quod porrò subiungimus de ritu porrectionis libri euangeliorum, & impositionis manuum, est, si quid aliud, magnis obſitum tenebris. Dubitat enim catholici viri doctissimi ad utram partem conferatur sacramentum. Nam Areopagita percensens ritus creationis diaconorum, non videtur agnouisse libri porrectionem: sed solam geniculationem ad altare, osculum, punctionem crucis, recensionem nominum, & quædam alia reliquis ordinibus communia: quod autem ad librum pertinet, dicit esse eorum aliquid, quæ rā ἐγέρτα, καὶ ἐνεργία τοῖς ἑπάγχαις, id est, præcipua, & propria Pontificibus. Diaconos ait unum genu fleſtere: sicque manum illis imponi: presbyteros utrumque genu posse, & manum impositionem accipere: cuius discriminis hanc tradit causam, quia diaconus nō aliter purget homines, quam orationibus, & admonitionibus: sacerdos autem non tantum erudit, sed etiam illuminat: Episcopum autem iceircō habere librum in vertice docet, quod præter illa duo, etiam perficiat homines: ex

quibus videtur esse reliquum nil diacono cum libro. Ad eundem modum Apostoli, dum aiunt diaconos χειροτονεῖσθαι, non aliud, quam benedictionem, & manum impositionem tradere videntur: nec aliter canon. 4. concil. 4. Carth. quam ad ritum impositionis manuum Episcopi, docet creari diaconos. Hinc videoetur Episcopi yeteres hanc tantum vii ceremonia cum iis, quæ illa complectitur. Nam ille Pauli scholastes, quem plerique Ambrosum nominant, ad prioris ad Tim. cap. 1. dicit manum impositionem non significare tantum ritum illum, ac gestum: sed etiam mystica verba: quod Graeci quoque Balsamon, & Zonaras docent ad edition. 1. & 36. Apostolorum. Huc addes, quod etiam nunc, dum creatui diaconi, & imponitur manus, pronuntietur à mystagogo: Accipe Spiritum sanctum ad robur, &c. quæ non obscurè declarat hic vel imprimis perfici sacramētū. Sed hoc magis intelliget qui Tridentinæ sess. 23. can. 4. inspererit, vbi refellitur quorundam hæresis reprehendentium, quod Episcopi tradere se aiunt spiritum sanctum. Verum in synodica epistola Florentinæ synodi dicitur, id quidem esse cuiusque ordinis materia, ad cuius porrectione perficitur sacramētum, & mox conferti hunc ordinem ad libri euangeliorum traditionem: qua propter vt habeat utraque sententia, quod postulat: postamus utrumq; esse coniungendum tantisper, dum aliquid ab Ecclesia, vel Pontifice fuerit ea de te promulgatum. Ad hos ergo ritus: confertur hypodiacoно gratia, quam alias explanauimis, hoc est, iustus efficitur: quod si, ut patet, expiatum accedit: si quid reliquiarum inhaeret: credimus reatum pecuniarum minui, perficiq; iustitiam. Hęc autem minus adserenda putauis, quia in formulis speciatim traduntur: & spiritum sanctum traditum

Triden

Tridentini dixere Patres. Itaque ad potestatem venio. Nequeunt hīc plerique videre, quid potestatis conferatur hypodiacoно: quia, præter euangeliorum recitationem, vix quicquam facit diaconus, quod laicus, vel mediocriter eruditus, præstare non valeat. Sed aliud est reēte pronuntiare, & Spiritum sanctum non deesse suo instrumento, perque illud audiētum corda conuenire. Verum de facultate magis opportunum erit in officiis. De materia nil est repetendum: de forma hoc unum superest, quod pontificalia liberum faciant impeditotibus Episcopis, vt diaconis omnibus libro manum admodum, formam semel tantum pronuntient: vt cumque tamen se habeat, certum est aliter posse fieri commoditys, & olim factum. De reliquis nil est dicendum, cum huius ordinis vel authorem esse Deum, vel ministrum Episcopum nemo dubitet. Sequitur ergo vt diligenter sintosam functionem, & multiplex officium, vt res olim obtinuit, explicemus. Hinc enim, si nil aliud, intelligent clerici nostri, qui sibi incumbat: si nolint accepti muneri preuaricatores haberi. Nomen igitur vel solum abunde probat creari diaconos, vt in sacrificio, & sacramentorum administratione, & scripturarum tractatione partim Episcopis, partim presbyteris ministrent. Nam inter sacrificandum, semper adesse oportere, dudum ex Anacleto, Aniceto, Cornelio que diximus. In baptismo catechumeni nomen Episcopo suggerere, in ordinationibus clericos, eidem sibste debent: vixque quicquam in Ecclesia peragitur, vbi non opera diaconorum desideretur: & potissimum quod ad sacrificium pertinet, vbi & panem, calicemque imponunt altari, & (vt ait Dionysius. cap. 3. Eccl. Hier.) præparant omnem victimam. Imò quondam non defuerē, qui functis re diuina Episcopis, & presbyteris vellent Eucharistiā porrigerē, quod in priori Nicæno, & Laodiceno concilio damnatum <sup>Zaodic. c. 23.</sup> est. Videre est tamen priscos diaconos calicis porrectionem, præferim quæ laicis siebat, habuisse peculiarem: vt ex Cypriani sermone de lapsis, & Ambrosij libro officiorum primo cap. 41. patet, quod etiam tradit Prudentius in hymno scripto D. Laurentio, vbi Xystus agnoscit, quod confirmat Laurentius. Imò, quod admirabilius est, author de septem ordinibus apud Hieronymum adserit calicem ad hos pertinere, presbyterosque, & Episcopos ab illis petere debere: vt ita diaconi vindicentur à contemptu: quæ res cum a vetustissimis conciliis sublata sit: facile constat de illius scriptoris antiquitate. Diaconorum igitur primum esto munus, vt calicem tractent, Christique sanguinem dispensent: & alteram quoque speciem Eucharistiæ distribuat, si res ita postulet. Alterum fuit officium curare thesauros Ecclesiae, vt iidē Ambrosius lib. 2. ca. 28. offic. & Prudentius in Laurēto ostendunt, quibus plurimi canones, & veterum authoritates in canonēs relatae suffragantur. Accedit priscos diaconos, vbi vel abesset, vel occupatior esset Episcopus, ecclastas egisse, christianamque plebem erudiisse: qua de causa

causa aiūt illis librum Euangeliorum tradi, quorū explicatio potissimum ad illos spectare videatur, vt in cōciliis Ancyranō ca. 2. & Valesi can. 6. sancitum est. Vnde falluntur nostri diaconi, qui deploran dam populi ruditatem, & omnium rerum necessiarum ad salutem ignorantiam nihil ad se pertinere cogitant: cūm, vbi res poscit, homiliae meditari, catechistas agere, christianisque ouibus euangelicum panem frangere, si recte facere satis velint officio, debeant. Huc adde quodam fuisse, atque adeò nūc esse debere (vt verbo dicam) oculos Episcoporum, censoresque mōrum, & vitiorū strenuos profigatores: qua in parte quia celsatum est à diaconis, obtrūsi sunt promotores auaritia pellentes, ceterisque vitiis nonnunquā ita cooperi, vt nō minimam stragē ediderint in Ecclesia: sed hærefes impiā hominū licentia cōpreferunt: vt in paucis nūc dicecesibus has pestes ita grassari putem. Nullo autē negotio stirpītus euellerentur, si diaconi nunc quoque ad se pertinere crederet. accūratae perscrutari, quid rerum agatur in quaq; Ecclesia, qui cōfluant, quomodo ibi se gerant: in plebe vero perquirere, quid publicē, quid priuatim fiat: qui viuant secundum leges christianas, qui secūs, quibus in locis ebrietas, adulteria, scortatio, scenus, blasphemiae regnēt: vbi ieuniorum, festorumque vigeat obseruatio, ceteraq; eius generis: vt digni pro meritis laudib; honorarentur: scelerati suis ex virtutibus ornarentur. Ea disciplina cūm olim obtineret, nusquam cernebatur ea, quam vbiique locorum impunē peccandi, & quiduis designandi, grassari, florere, latēque dominari cernimus audacem licentiam: sed vota grauissima peccatorum nostrorum procella dispergit in auras. Qui tamē hæc suæ functionis esse cōpererit: nescio (nisi degenerarit in pecudem) si deinceps dormicandū sibi pūtabit in aurē ytrāma nec saltē orando, monēdo, piarumque actionū exēplis, pro viribus, publicas auertere calamitates, & proximos ad meliora conuertere conabitur. Erat insuper diaconorum in exomologetico negotio Episcoporum, & presbyterorum absentium munus obire. Sic enim scribit suis D. Cyprianus.

*Cyprian. lib. 1. do aliquo, & infirmitatis pericula occupati fuerint, non expectet presentiam nostram: quia apud presbyterum quemcumque praesentem, vel, si presbyter repente non fuerit, & urgere exitus cōperit, apud diaconum quoque exemplogesim facere delicti sui possint: ut manu eis in penitentiā imposita, veniant ad Dominum cum pace. Et ne Romæ non fuisse hoc moris quispiam existimet, idem præscribit Burchardus ex Pœnitentiali Romano lib. 19. ca. 134. Vnde statuere licet diaconum alterum esse vel Episcopum, vel sacerdotem, quibuscum habeat omnia penē cōmunia: quocircū suspicor datechumenos mecum iudicare in creandis, admittendisque diaconis opus esse lynceis oculis, & maxima scueritate: vt nil vulgare, nūl non extimū, nūl denique mediocre in hunc ordinem cooptetur. Quomodo enim aderit Episcopo vel sacrificanti, vel patres (vt loquitur Epiphanius) filiosve progenanti: quomodo salubri doctrina plebē imbutet,*

*Burcha.lib. 2.  
Areopag.  
E.Hier.c.s.*

*cap. 23. c. 10.*

buet, quomodo de cuiusque vita, moribus, ac fide censebit: quomodo iudicē ager conscientiarū: si non sit castitate conspicuus, eruditione clarius, grauitate mirabilis, cōstantia verendus, innocētia, pietate, denique virtutibus omnibus ornatus? Certè que Paulus scribēs ad Timotheum in diaconis desiderat, non hominem, sed angelum postulare videntur. *Burcha.lib. 2.  
cap. 9. c. 14.  
sess. 23. c. 12.* Quod ad ætatem spectat: veteres canones, Carthaginensis 17. Tolet. 20. censebant non nisi post annum ætatis vigesimum quintum admittendos: Tridentini vero Patres, alioquin amantissimi priscae disciplinæ, tamen propter meliorum obliuionem, & abusus, præstituunt vigesimum tertium, qui poterat non immerito sufficere, si eius capitū appendicem intelligeremus. Tam enim insulsi sumus, vt annos numerale satis esse credamus: nec putamus acerrimè inquitendum in mores, eruditionem, studia, propositum, non tantū secularium, sed etiam monachorum, in quibus si desit sanctitas, eruditio, vita puritas, & animus ad omnia iusta, religiosaque paratissimus: Patrum iudicio sunt repudiandi. His autē, quæ à nobis de destinatis haec tenus dicta sunt, istud addi velim, fuisse quondam diaconorū insigne orariū, quod Laodiceni Patres idcirco letores, & hypodiaconos gestare vetuerunt. Rei nomē est inditū ἀπὸ τοῦ ὄγεα, ab eo, quod est obleruare. Nam adstantes Episcopo diaconi partim ipsi solerter, quid esset agendum, obseruabant: partim aliis renunciabant, & omnes ad faciendum officium excitabant: vt videre est maximè in liturgiis græcanicis. Nunc orarium stolam vocamus, limbum, videlicet, latum ferē quatuor digitis. Hæc de ordine diaconorum satis.

### De sacerdotum ordine.

### Catechesis 197.



Vmanæ est infumitatis errare, labi, impingere, quippiam proponere, mox mutare sentētiā, & (vt finiam) variis fluctuare consiliis: diabolica autem peruersitatis, ac superbiae cuncta peruertere, sursumque, ac deorsum agitare: suis ordine, & locis nil permettere malitiosè, quod semel decreuerit, deteriori mutare consilio, pugnantia loqui, fingere: denique omnia confundere, neque mentiendi finem ullum facere. At vero diuinæ prouidentiæ est pacifica, coherentia, salutaria, vera, constantia, & conducibilia loqui, statuere, & perficere: adeò vt stupra, sacrilegia, hærefes, ac blasphemias hęc eadem sapientia, bonaitas, virtusque diuinæ cogat hominū inferire saluti. Verū quia mirantur ista catechumeni nobis tā alio repetita principio: ne cui desultoria minūs placeat oratio, nūc ad catechetica confuetudinem explananda sunt. Numquam igitur fuit villa gens, aut natio tam vel sui, vel rationis oblitaris: non vel adiuuerent ipsa, vel ab aliis excogitata idola non suscepunt;

nulla tam parum superstitionis, aut fictitious, ascititiousque Deos aliquo ritu non putarit sibi colendos. Ritus autem ipsos, rationesque sacrorum nullus vñquam mortalium cuilibet ē vulgo putauit obtrudendos: sed ubique, quos arbitrabantur lectissimos, partim sacrificios, partim sacerdotes, sacrificulosque nuncuparunt. Atque videri quidem possent ista humana facta quodam, vt sunt, errore: primarium tamē hōrum omnium authorem, & incētorem diabolum debemus agnoscere. Is autem cūm hanc fabam hactenus ad istum modum intrinerit: videant cœtum, quomodo versipelis eam nunc sibi putet excedendam. Perinde enim, ac si iam esset alius vel homo, vel artifex diuersus ab illo, qui tot olim sacrorum, imò sacrilegiorum, impientia ne quiter excoxitavit: vociferatur nullū esse vel sacerdotium, vel sacrificium: eosque qui putent esse cultū aliquem nobis reliquum, qui nulli competit creatura: seq; audeant sacerdotes, & presbyteros nūcupare, contēdit luctilem, inferre Christo iniuriam. Hoc igitur præceptore, nostri temporis hæretici pro legitimo sacerdotio substituit nefcio quid prophani cōmune mortalibus omnibus: pro sacrificio, quod iubet in exiliū deportari, & vltimas terras, reponunt preces quasdam hæreticas: pro reliquo Dei cultu, mera quædam figura, rēisque inanēs, & irrita signa nobis obtrudunt: & postea quām miseriis modis christianam religionem deformatunt, impudentissimē venditant se fæscinatæ plebeculæ cœsores, & superstitutionum exterminatores, atque omnis puræ putæ religionis doctores. Atq; hinc arbitror vel in primis discerni posse facillime inter orthodoxyā, quæ Deum habet authore, & hæresim, quæ proculdubio manat ab improbissimo satana. Verū vt pīj oranes intelligent, quantum deflectant aduersarij ab instituto viindicationis gloriae Dei: consideramus, quid vtraq; scriptura de sacerdotio, sacerdotibus, & sacrificiis pronuntiarit: quantāque diuinæ prouidentiæ pro huius fidei adseritione pri-dē testimonia prodita sint. Prophetē igitur, quoties alloquuntur Iudai-cos sacerdotes non rectè functiones officio, semper ingratæ mentis yitium exprobrant (quemadmodum in Heli per Samuelem asperrimā castigatione) q; sublimi à Deo delata potestate ne quiter, & ad superbiā, aliorū que subuersiōnem abuteretur. Loci notiores sunt, quām vt à me vel syllaba debeant indicari, qui testatissimū faciunt cūm aliis, tum hac potissimum ratione Deū ad se genus humanum perducere fategisse, datis nimis religionis præsidibus, qui plebis ad se veluti legatione fungeretur, diuināq; beneficia referrent ad populu. Hinc Daniel cōstitutus Babylone quiritatibus lacrymabiliter sanctuarium esse desertum, non superesse sacrificium, ad quod, velut asylum, licet eis configere. Ad eum modum Ioēl eorum sublationem velut extremam calamitatē denūtiat: sic Osee in grauissimis Iudaorū malis numerat, quod futurum esset, vt diu sederent filii Israēl sine sacerdotio, sine altari, & sacrificio, quod sequenti capite per eundem prophetam Deus ait: se reddere sacerdotum improbitati. Apud Malachiā vero, cūm gerriat se ferre sacrificatorum

*quid, præcep-  
tore diabolo,  
moliatur ha-  
retici.*

Daniel. 9.  
Ioēl. 1.  
Ozee. 3.

Iudaicorum

Iudaicorum sacrilegia declarasset, éaque illis improperasset amarissimē, capite proximo mirabilibus effert laudibus christianum sacrificium, & sacerdotium, verūmque sacerdotem non tam hominem, quām angelum esse dicit, & capite tertio se venturum adserit, & conflaturum filios. Leui, vt igne diuino percocti grauissima sacrificia Deo sistere valeant. Vnde licet videre, quanti sit momenti sacerdotium nostrum, cūm illud Mosaicum tam præstans, iudice Deo, fuerit. Nam Moses vo-lens Dei beneficia summatim exponere populo, vocat populum ele-ctum, gentem sanctam, & regale sacerdotium, his verbis ostendens reliquis populis eos esse prælatos. Sic Deuterono. 4. cūm totis lateribus videatur Hebræorum felicitatem exaggerare, ita loquitur: *Nec est alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Et mox addit: *Qua est enim alia gens sic inclita, ut habeat ceremonias, iustaque iudicia, & universam legem?* Quas enim vocat interpres ceremonias, vel statuta. Mo-ses nuncupat ḥukkim, quod ad sacrorum profectō leges pertinet. Quod si igitur vñbraticum illud sacerdotium tanti momenti fuit: quid de catholico, & christiano statuendum putamus, cūm non magis cœlum à terra, quām hæc inter se se dissident? Habebant enim illi figuræ, & ænigmata, nos ipsas viuas imagines: fluebat illis è iugulis taurorum, hircorum, & aliorum animalium crux, nos quali sanguine, canēque fruamur; noruimus fideles: illi mortua offerebant, similam, hordeum, oleum, thus, panésque tepentes, nos ipsum Deum. Et quia ad summum venimus, hīc etiam esto comparationis finis. Per-gunt nihilominus hostes nobis esse molesti, nec vñllum vel sacerdotium, vel sacrificium nobis esse reliquum affuerant, postea quām Christus in terris traditam à patre perfecit œconomiam: nos autem horum clamoribus diuinam prouidentiā opponemus. Nam, vt docet Areopag. Ecc. Hier. cap. 5. Dei ita dispositus, & attemperauit omnia, vt cœlestia forent rerum mediaturum exemplaria, quæ autem in tertium, & imum locum subsederunt, ferrent præ se vestigia superiorum, vt omnia vñluti inter se se nexa penderent. Sunt enim in ipsa politia cœlesti mystagogi quidam, atque hierarchæ, nec desunt τελεῖα, id est, initiationes, perfec-tionēsque spirituum eorum, quos vocat τελεύτας, id est, perfectos consecratione. Nam superni illi, diuinissimiq; spiritus, qui proximè hau-riunt purissimum influxum, limpidissimumque iubar, & sacrérrias illuminations omnia cōsumant, illuminatisq; in se, præ cuiusque ratione, rapientis diuinitatis, sacerdotum instar esse videntur, initia-tum, & sacramentum illis loco sunt illustrationes; quibus inferiores ordines, veluti plebs quædam (si fas sit ita loqui), illuminantur, facian-tur, & perficiuntur. Ad hunc typum præcepit Deus: vt Moses, legalem politiam conderet, prōque temporum infantia, rudibus lineamentis pulcherrimum exemplarum aliquam ex parte referret, itaq; mox ille Aaronem, etiisque filios, ac Leuitas tanquam hierarchias instituit;

quibus ritus, ac ceremoniae non defuerunt: vt per eas sacerdotum opera populus Deo consecraretur, & initiaretur. Post has umbras succedit imago christiana, necdum eousque prouecta quidem, vt facie ad faciem omnis hierarchia principem, caputque Deum intueatur (quod beatissimis duntaxat angelis, dum hic interea magis magisq; perficiuntur, datum est) sed quae tamē multò represeret exactius archetypū, quam olim Moysæ figuræ: ita vt, iam reuelata facie, cū incredibili lumine summum illud bonum, in fidei speculo nitidissimo, contépleteur. In hoc igitur sacerdotio, & hierarchia semper fuerunt hierarchæ, pontifices, presbyteri, & reliqua clericorum diaconi, pueri, id est, dispositio: neque defuerunt vlo tempore sacramenta tam sancta, quam omnibus notissima, quibus sanctus populus quotidiè perficitur. Hæc cùm se ita habere testetur Atheniensium sanctissimus, ac doctissimus Episcopus, qui è Pauli pectori luctu: puto cordatis omnibus factum satis: cùm vir tantus, ante tot secula, hæc ita docere, scriptisque mandare voluerit: vt nobis nunc essent vñi. Verum aduersarij sibi suspectum authorem causabūtur: nec pro Pauli discipulo recipient. Si opponam Ignatium: ridebunt, atque à Papistis (vt nos per ludibrium vocant) confictum ipsi comminiscerentur: quod impudentissimum licet mēdaciū, tolerari vtcumque tum poterat, cùm Ignatius ferretur tantum interpolatus interpretatione latina: nunc verò cùm & Græcè prodierit, & ab antiquissimis frequenter citetur quid est, quod causari queat? Si enim alias sit à Joannis discipulo: quis igitur is erat, ex quo Theodoretus in decretis diuinis, Eusebi⁹, Nicēphorus, Hieronymus, aliisque testimonia produxerūt? Non tamē vigebo eius autoritatem diutiū: quamuis illud præterire non possim, quod scriptor apostolicus epistola 7. loquens de sacerdotio christiano, in quo dicit esse ἀρχηπέπος, καὶ ἀρχιεπίσκοπος, Episcopos, & sacerdotes, ad huc modum illud definit, ἕγειται τὸν ἄρχοντα τὸν πάντων ἄρχαντι τὸν ἀρχόντας ἀρχηπέπος, id est, sacerdotium enim est in hominibus omnium bonorum sumnum: vt credamus esse bonorum omnium excellentissimum, quod qui superbo contemptu dehonestet, non in hominē, sed in Deum, & Christum Iesum, qui est princeps omnium Episcoporum, & verè sacerdos summus Dei patris, sit fatus impius. Quād igitur de rebus humanis pessimè meretur, qui Christianorum omnium decus, & sumnum ornamenti habent pro impiamento? Sed hæc fabulā surdis canimus: nā (vt dixi) ne pili quidem facturi sunt præstatiſſimorū virorum authoritatē. Itaque veniēdū est ad scripturas. Et has quidē in sacrificij catholicī, & ecclesiasticā potestatis assertione delibauim⁹: sed (ut me fallit memoria) in huc locū nō nullas tū se posuimus. Quād igitur scripturam proficeremus in mediū, vt conuincamus Christianos peculiari gaudere sacerdotio: Nimirū beatus Petrus eā nobis suppeditat c. 2 priorū littarū. Cūm enim Christianos dixisset esse sacerdotium sanctū, ἕγειται τὸν πάντας, seu vt habet Syri, νοῦτον, bechahne cadosche, sacerdotes sanctos: mox ne ad nostrū hoc institutū torquerem⁹, addidit: Offerre spiritu les ha-

les hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christū (quemadmodū & Paulus cap 12. Rom. hortatur fideles, vt quodammodo sacris operantes exhibeant Deo corpora sua hostiam viuentem, sanctam, Deoq; placentem) paulū autem progressus alloquitur suos auditores verbis dudum à Mōse prolatis: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,* Exod. 19. &c. quorum de germana interpretatione mox erit differendum. Nam hīc figunt pedem hæretici, nec patiuntur nos progredi longius, aiunt: que non alium istorum, quam superiorum Petri verborum esse sensum: itaque non nihil est inhærendum, vt intelligent catechumeni duplex nobis indicari sacerdotiū, & hostes frustra laborare. Est enim quoddam internum sacerdotium populare, quo prædicti sunt omnes Christiani, est & alterum externum penes illos, qui peculiari ritu sunt initiati. Sic nos docet Nazianzenus in fuga Pontica, sic Ioannes cap. 1. & 5. sue Apocalypses nos instituit, nec fecit erudit suos Romanos Apostolus Paulus capite 12. hoc ipsum insinuat diuus Petrus, quem existimare non debemus bis vno in loco de eadem re dicturum. Urgent tamen pertinaces aduersarij. Sed quorsum ista repetitio tam vicinis in locis? Num dicent sui oblitum Apostolum? Ad quid nunc demū regale vocavit sacerdotium? Ita libuit (aiunt) vt mutatis epithetis Christianorum ampliorē dignitatem prodiceret. Praeclarū. Sed nisi errare libeat, persuadeant sibi necesse est, Petrum Mōsis adferre sententiam: deinde notent & istud, mutatum esse verborum ordinem, & schema. Nam in Exodo sic legitur: *Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, hebr.* וְתִירְאֶנְהָנָה תַּבְּרֵכְנָה אֱלֹהִים attēm thihiou li matlecheth chōchōnīm vēgoi kadosch, Petrus Græcus habet Βασιλεὺς ἐγάρευμα, Syrus autem οὐνιάθος ἡγεμόνης damcaheno lemalcoutho, hoc est, si ad syllabam exprimas, sacerdotium in regnum, sive regni. Hæc autem si temere facta credis, erras: nisi putes obliuionem affingendam Spiritui, qui ista Petro dictabat. Et si nihil aliud, poterat certè Petrus, antequām euilgaretur epistola, Mōsen adire, locumque dispicere. Quid multis? Septuaginta, post Mōsen, vt multa viderunt, sic isto loco Exod. 19. præscribunt verbis diui Petri. Quid igitur sibi vult regale sacerdotium, sive regnum sacerdotum, vel sacerdotium regni? Seponantur affectus, contentiones aliquantulū quiescant, res agatur sincerè, valeant denique præjudicia. Inspiciamus Exodum. Nam sententiam eandem esse contendunt nobiscum aduersarij. Num igitur Mōses aliud vult, quam Iudeos quodammodo factos esse sacerdotes, dām vota sua, corporaque Deo sicut sunt? Quis ita insanit; vt non credit potius sanctissimum prophetam afflatum diuino numine prædicasse felices Hebreos, quod haberent sacerdotium à Deo Leuiticæ tribui traditum, cuius legitimū usū salutem adsequerentur? Nam cūm vocat regnum sacerdotum, tale vtique regnum designat, in quo sint veri sacerdotes. Et si suo potius Caluino, quam nobis credere velint hæretici, sic ille Mōsen interpretatur ad hunc Petri locum in expositione Geneuensi. Dicit ille citatum à Petro locum.

locum ex Mose, qui aliud nihil sibi velit, quām populum Hebræorum habuisse reges, & præterea legitimos, & à Deo creatos sacerdotes, quam sententiam Caluinus hausit ex Francisci Vitabli, Xantisque Pagini commentariis. Sed ne hostis armis tantum (quod tamen præclarum est) pugnemus, Ionathas Chaldæus rē magis illuſtrat, reponens pro verbis istis: *Vos eritis mihi reges, & sacerdotes, quem commentarium probare quoque videtur: Ioannes, alludens ad hunc locum cap. i. Apocalyp. obscuram phrasim ad eundem modum explanans.* Quōd si igitur hoc se ita habeat, fatentibus etiam aduersariis, quid est, quōd nobis moueant inuidiam, si post Apostolum Petrum dicamus inter Christianos esse reges Deo gratos, & quosdam sacerdotes, qui ex populari, & interno sacerdotio desumpti externis sacris operentur? Nam umbra debet habere suam imaginem: quod si ita sit, habent igitur Christiani, quibus glorientur, sacerdotium, sacrificium, viuōsque sacerdotes, qui ut infirmis, & peccatoribus non sunt, quōd ad naturam spectat, dissimiles: ita sese libenter accommodent iis, qui ad Deum se perduci cupient. Hic superuacaneum arbitror interpretes adferre, quos aduersarij non weren- tur explodere, & alioqui satis licet ex iis, quæ disputata sunt, colligere, nos tristis antagonistas hīc potissimum se prodere, suumque parentem diabolum referre, qui rerum omnium confusione lætatur. Verū omis- sis iis, Dei nōs potius imitatores præbeamus, illiq̄ue perpetuas agamus gratias, quōd eius beneficio contigerit, ut hæc immortalia beneficia retineamus, agnoscamus, & veneremur quibus ad cœlos viam nobis sternere, munireque possimus.

*De sacerdotiis christiani, sacerdotumque nominibus, typis, ac definitione.*

Catechisis 198.

**P**oste aquā, quod satis est, declarauimus Christianis reliquum esse sacerdotium, quod sit vel imprimis reipublicæ christianaæ maximum coherestamentum, regia, sacerdo- talique dignitate conspicuum, ut egregie docet suis in Nazoreis Epiphanius: sequitur ut de nomenclationibus, typis, ac definitione differamus. Quōd si quem delectet rem altissimè repeti, quibusque nominibus primi Christiani sacerdotes appellariint, audire, Syriacum nomen generale est *καπος* cumro, vbi autem sum- mū sacerdotem designant, præponunt *αι rab*, sacerdotium autem vocant *καπος ευμυρθο*, hebreum tamen sapenumero *καν Cohen* usurpant, mutata solum terminatione, cùm de iudaicis potissimum est sermo: cùm autem propriè de christianis loquuntur sacerdotibus, Græcos imitati vocant *κωνυμης* caschische seniores, ipsum autem sacerdotium *κωνυμης* caschischouto. Ad eum modum Græci vniuersis vtuntur vocabulis,

vocabulis, & simpliciter quidem sacerdotium *λεπωσινην*, *λεγέτρεμη*, *ιε-ράτικην*: sacerdotes autem *λεπέας* nuncupant gentiles, iudaicos, & chri- stianos: quod vsque adeò verum est; vt aduersarij contendant hoc nomi- ne tantum significari sacerdotem illum, qui offert sacrificia; & quo- niā non ita disertè in scripturis nostris ea vox occurrit, atiunt nos ve- ros non habere sacerdotes; quod mox erit excutiendum. Christiani sa- cerdotes frequentissimè cùm in scripturis, tum in Patribus appellantur *πρεσβύτεροι*, illorumq̄e dignitas *πρεσβύτεροι*, quæ dictiones Latinis quoque sunt familiares. Est autem non minima difficultas in postrema hac appellatione, contendentibus aduersariis presbyteros senes, pres- byterium senectutem, nec aliud quicquam significare: itaque foret hīc suscipienda longissima demonstratio, qua testatum fieret veros ita nun- cupatos esse sacerdotes; sed quia hoc egimus aliás, dum Christianis pro- baremus reliquum esse catholicum sacrificium: equidem à me impetrare non valeo, vt actum agam. Quōd ad hunc locum pertinet, id abundè sufficerit, si catechumeni cognoscant veram huius nominis rationem. Atque hīc non desunt graues, & eruditæ viti, qui putent Spiritum sanctū, atque illius amanuenses Apostolos hoc sacramentū ita insignissime pro- pter delectum, quēm in creandis adhibuerunt sacerdotibus. Nec enim dubium est, quin senex, præsertim si mores ætati respondeant, sit magis idoneus ad hunc diuinum, populique magistratum; nisi Paulus fruſtrā monuisse putandus sit Timotheum, ne committeret, vt suam quis de- spectui haberet adolescentiam, coactus create adolescentem Episcopū. Alij putant factum, vt ne nomen quidem cum Iudeis haberet commu- ne. Nam cùm adhuc floreret templum Ierosolymorum toto orbe cele- bratū, cùm suis operosisimis ritibus; cùm eō frequenter se conferreret A- postoli, neq; piorum quisquā iis ceremoniis abstineret: facile quiuis iu- daicos, christianosq; sacerdotes pro iisdem habuisset, si nulla fuisset ap- pellationis diuersitas. Non videtur equidem leuis hæc opinio; mihi ta- de dīclī chri- stiani sacer- dotes. *Pre-Eyterim*

Non existimo igitur esse quemquā tam infoeliciter in Antiquitate ver- fatum; vt non legerit insigne maiorum nostrorum vetustissimorum Theo- logorum axioma, christianam religionē aliud nihil esse, quām vel reu- eatam, vel instauratam veterem patriarcharum, primorumque sanctorū pietatē, propter quam Eusebius, Clemens Alexandrinus, Justinus, & alijs Genes. 14. vocat Noachum, Abramum, Isaacum, & similes christianos, nosque illorum successores. Adhæc, notum est primū Abrahamo in scripturis delatum nomen *יְהוָה צְבָאֹת*, quod Septuaginta *πρεσβύτερος*, Hierony- mus seniorem vertit; quod eti simplex videri queat vocabulum; tamen Anacletus Pontifex, & Philo Alabarches religionem, ac sacerdotij di- gnitatē designare tradunt. His enim eo libro, quem scripsit de exper- recto Noë, ita discedit in sententiam Anacleti, vt non semel alterum ex altero desumpsisse mihi in mentem venerit. Si igitur præterea dicti

sunt veteres illi patriarchæ partim in scripturis seniores , partim à nostris maioribus Christiani; quoniam vera pietatis, & religionis eiusdem cultores fuerunt : si nos illorum disciplinæ dici non pudeat sectatores; videbimus nihil alienum à ratione dicere, si nobis persuadeamus priscos Episcopos, & Apostolos nostrum his titulis sacerdotium insigniuisse, vt nos ad christiani cultus originem reuocarent. Ut cuncte hoc sit; certum est non tantum ætatis, sed religionis, & obsequij diuini significationem habere: ne quis miretur illud cùm in scripturis, tunc in Patribus pro sacerdotio, & sacerdotibus usurpari. Est autē præterea insigne nomen apud Hebreos (vt intelligamus eum, qui hanc ambiat prærogatiuā, numeris omnibus absolutum esse debere) ταῦτα meloah, quod plenitudinē significat. Si enim desiderata fuerit eruditio, mutilus censemur: si verò sit doctus, at improbae vitae; magis etiā deformis erit. Nā debet ad sacerdotium omnium principis Christi exemplū non solum doctrina, sed multò magis exemplis bonorum operum prælucere; denique (ne sim prolixus in re clarissima) quicquid ex functionibus, dotibuscque verorum sacerdotum defuerit; hoc ipso censemur indignus. Dicitur præterea munus istud ψηφιστηριον kadicis Iudeis: Græcis autem, Areopagitæ, Eusebio, Chrysostomo, & aliis ἀγίσται: vt si nomen suum velit interpretari, qui sanctitate fuerit iniciatus, discat necesse est tantum sibi de sacerdotij ratione periisse, quantum in vita, moribuscque sanctimoniam non expresserit. Hæc igitur sunt præcipua nomina. De typis quicquid dicendum est, licet vno verbo comprehendere. Duobus enim Exodi capitibus 28. & 29. filij Aaron consecrantur in sacerdotes; quod visum esse Patribus huic accommodatum instituto, tantum abest vt probare debeamus; vt aduersari eos rideant, quoniam ex iis locis hanc fidei partem probè statuere se putarunt. Igitur non immoror; sed ad definitionem rectâ procurio sacerdotij, quam nostro pet omnia quadrare postmodum vel cæco patet. Audiuius equidem, quid Ignatius hac de re pronuntiauit in epistola ad Smyrnæos, esse nimis rerum omnium mortalium optimam, & præstantissimam, in quam qui peccaret improbo contemptu, non tantum homini; sed Christo fieret obnoxius: verum istud est elogium, & insigne pronuntiatum; minimè verò tum erat sollicitus Ignatius, vt rei naturam, ingeniumque traderet, quod nos potissimum querimus. Apud Nicolaum Cabasilam cap. 45. ad liturgiam Chrysostomi legere est huiusmodi definitionem; *vt sit facultas quadam sacerorum administratrix.* Equidem non malè, si quæras definitionem, quæ conueniat iudaico, ethnico, christiano, atque in vniuersum omni sacerdotio: sed quæm procul discedat ab eo, quod agimus, nemo non videt. Nam quicquid olim egerint ethnici; quamuis non dissimilibus vel Iudeorum, vel nostris ceremoniis abusi sint in suorum sacrificiorum initiatione, vt in Arnobiis, Tertullianisque videre licet: nullus tamen verum illis tribuet sacerdotium. Si proprius igitur ad rem accommodate velimus in vniuersum sacerdotium circuncribere; sic non

Generalis sa-  
cerdotij defi-  
nitio.

sic non male fieri puto, vt sit *ritus*, sive *ceremonia*, ad quam confératur facultas *sacra administrandi*. Hinc enim magis patet huius rei natura, quæ semper aliqua *ceremonia* collata est. Habuerunt Iudei præscriptos ritus, nec nobis desint lectissimi; sed & aduersarij neficio quid excogitarunt eius generis, dum suos creant senes, vt alio loco videbimus: ad has ergo ceremonias conferri potestatem sacramentorum administrandorum fatentur omnes. Quid si nunc libeat proprius conferre pedem, vt nequeat definitio torqueri vel ad inuenta hæreticorum, vel ad impietatem infidelium; possumus ex capite 5. Hebreorum talem contexere, *vt sit sacerdotium verum, ac diuinum sacramentum, Tertia eaque quo adhibitis certis, sacramenta ritibus myste ritè comparato gratia, & scrip- tior sa- facultas cum operandi rei diuina, tum sacramenta administrandi, & reliqua sa- cerdotij pro- priè dicitur.* Iudeorum sacerdotium sacramentum fuisse nemō dubitat, qui modò legerit cap. 29. Exo. vbi Aaron cum filiis dicitur Deo consecrari sacerdotio. Si de mea fide quis dubitet, adhibeat commentarium Augustini ex libro 3. quæstionum in vetus testamentum cap. 84. vbi non tantum sacramenti nomenclationem tribuit; sed gratiam insuper adserit contulisse cùm aliam, tum eam, quæ desiderabatur ad ritè faciendum officium. Et quis vel ambigere sustineat, cùm Deus ipse ceremonias, & initiationum rationes prodiderit? Mystæ adducebantur ad ostium tabernaculi, & toto corpore abluebantur; mox inducebantur linea veste, addebat tunica superhumeralis; imponebatur capiti sacra thiara, ex ea rationale propendebat; perfundebantur oleo. Cùm (inquam) horum Deus author extiterit: non irrita fuisse symbola quis dubitat; cùm ad hoc illi consecrarentur, vt offerrent hostias, non tantum suo, sed totius populi nomine? Scribit enim Apostolus omnem sacerdotem ex hominibus electum ad hoc constitui, vt offerat dona, & sacrificia Deo; cuius rei facultatem penes sacerdotes fuisse norunt omnes, maximè si de Iudaicis agamus; adeò vt ne reges quidem id impunè tentarint. Nunc reliquum est, vt ostendamus in nostrum quoque presbyterium competere, quod (vt hinc exordiamur) esse sacramentum vel ex ipso Caluino constat. Is enim in sua institutione extrema, vbi cupit sacramentorum septenariunt explodere, fatetur inter alia se πρεσβυτέριον Christianorum in sacramentorum ordinem recipere: non tamen duobus reliquis, baptismo videlicet, ac coenæ adnumerari; quid non omnes initientur illo Christiani. Verum quis, obsecro, vñquam audiuit propterea non habendum esse pro sacramento; quid non omnibus conferatur? Quid enim si, vt videmus penè iam in consuetudinem abiisse, noui euangelici suam coenam fastidiani; præsertim Caluini inducti fallaciis, qui mera signa esse contendit, nihilque non tribuit animi ridiculis quibusdam informatiobus: nunquid ad vnicum sacramentum Caluini synagoga recidet? Quid autem (quia semel hostes propriis gladiis iugulauimus) quid Lutherus, & Illyricani doceant omnes esse sacerdotes? Quid enim

referit siue initientur per magistratum, siue per alios, siue non; cum dicant sacerdotium esse penes singulos? At disiungo (inquit Caluinus) presbyterium à sacerdotio. Verum ego te tuis definitionibus conuenio. Dixisti sacramentum esse ceremoniam à Deo institutam, habentem promissionem. Haec omnia si nostrum sacerdotium non habeat; Act.14 fas putato quolibet abiicere. Nam quod Paulus scribit Timotheo, ut creet Episcopos, & presbyteros per ciuitates Cretensium; quod idem Paulus, & Barnabas dicantur *χερόντοντας* presbyteros; quod ipsimet creati fuerunt Episcopi; quod dicuntur instituisse manibus impositis seniores, an non præ se fert apertam ceremoniam; præsertim cum antiquitas catholica tradat *χερόντοντα* esse nihil aliud, quam sacerdotum creationem? Et ne in presbiterorum nomine cauilleris; Pachymeres ita vocat, quos Areopagita sacerdotes appellarat; & ubi canonies, apostolicus secundus, & Carthaginensis i.e. presbyteros dicunt, Zonaras, & Balsamon docent *ιεράς* intelligendos. Constat ergo nobis ceremoniam non deesse à Deo institutam; nisi Paulum suopte ista commentum ingenio quis velit adserere; præsertim cum ipsimet fateantur hostes, nihil his de rebus à vetustissimis Theologis proditum Dei verbo repugnans. Quod si de Cypriano, Cornelio, aliisq; Patribus tam sancte nos, & meritò sentire velint; num deterius de Paulo, Timotheo, Tito, aliisque coœuis audebit quispiam statuere? Est igitur vera ceremonia, quod cap.4. prioris ad Timoth. & posterioris cap.1. legimus. Nam tametsi de Episcopo loquatur, ubi resuscitandam ait gratiam collatam per manuum suatum impositionem: tamen quia primo capite eius, quæ est ad Titum., & priorum litterarum ad Timotheum cap.1. hæc nomina permiscerunt Episcopi, & presbyteri; constat etiam eisdem ritus magna ex parte adhibitos; nisi quod à pluribus Episcopis creetur Episcopus; utробique tamen manus admoventur, ibi quidem à solis Episcopis; hic autem, hoc est, in presbyterio, ab omnibus, qui mysteriis interfundunt sacerdotibus, ut in supra nominatis canonibus videre est. Sed nimium labore in re non necessaria, quam facile nobis aduersarij concedunt: itaque reliqua videamus, in quibus pertinacissime reluctantur. Hanc ceremoniam habere promissionem conferendegratiæ, quantumvis reclamat Caluinus, video mihi meo iure sumere posse; cum ipsem hæresiarches fateatur presbyterium christianum gratiæ plurimum secū deuehere. Nec enim Deus noster ita crudelis est, ut hominē sacerdotio grauatum, pressumq; deserat, gaudeatque miserum à se maculatum tanto infortunio; cum illius bonitatis, & clementiæ sit proprium tantò plus epis, & præsidij subministrare, quantò maiorem sarcinam imponit; ne repeatam Timotheo collatam esse gratiam. Illud autem hac in pugna facile palmarium est, quod, dum Barnabas, ac Saulus dicuntur creatos à se presbyteros commendasse diuinae gratiæ; catholica Genevensis expositiō constanter adserit indicari gratiam abundantem per presbyterium collatam fuisse presbyteris. Habemus igitur & ceremoniam, eamque à Deo

*Oecumenius  
in scholis.*

à Deo institutam, nixam diuina promissione: tametsi non disertissime videantur notata omnia in litteris oracularibus. Nam ne de aliis quidem omnibus sacramentis extant aperta suffragia, quæ abundè satis est recta ratione à precipuis, diuinisque deduci testimoniis. Nobis autem perpetuus Ecclesiæ vsus, constâneque traditio copiosè satisfacit. His ita constitutis, habemus hæreticum sacramentum, & quidem non minimum, si Melanchthoni credimus. Nam, vt ait Epiphanius, reliqua sacramenta pertinent ad infantes, ac filios, hoc autem ad patres, qui lignunt alios verba, & vsu sacramentorum: vnde, si nihil esset aliud, recte colligitur vocari merito *πρεσβύτερος*.

*Impudentissimum Illyrici mendacium retegit, reliquam superius tradita definitionis partem explicat, sacerdotum rem diuinam peragere proprium, esse probat, ac denique sacerdotij catholici particularem definitionem tradit.*

### Catechesis 199.



Eternis dictis de catholico sacerdotio, & presbyterio est vnum, quod vehementer cuperem adiunctum, quo Mathias Illyricus magnum fidei nostræ præiudicium adferre se credit. Nam septimæ centuriæ ca. 6. ex fide cuiusdam Balei historici, terum Anglicanæ ecclesiæ centur. 14. cap. 24. dicit ad annum usque sexcentesimum sexagesimum sextum neque missarum, neque sacerdotum nomine auditum in Anglia, sed clericos dictos fuisse presbyteros, facitque Vitalianum Pontificem Anglorum huius religionis in eam insulam deportatae primum authorem, quem propterè non veretur Antichristum appellare, citans huius rei testem venerabilem Bedam ex lib.13.cap.6.eiusdem historiæ. Aduersus tam splendidum Illyrici mendacium iudicauit muniendos nostros catechumenos. Designat igitur Bedæ librum tertium, illiusque caput sextum, ubi res Vitaliani perstringuntur: quod si in duobus prioribus libris ostendamus altaria, missas, templorum consecrationes, neque solùm nomina, sed res ipsas in vsu fuisse, nonne satis conuicerimus Illyricum non esse sui dissimilem? Igitur cap.8.lib.1.meminit Beda quorundam sacerdotum puriore confessorum, & ne putaremus horum hominum rebus imaginariis esse similia, nominat etiam altaria, inter quæ dicit "Dei sacerdotes fuisse trucidatos. Adhæc eiusdem libri cap.15. rursum Dei sacerdotes nominat, idem nomen cap.17. quinques repetit, inculcat illud ipsum ca.18.semel, cap.20. iterum, cap. autem 21. septies, additque beatissimum, & apostolicorum epitheta, cap.27.idem repetit, celebratarumque missarum non obscuram facit mentionem à diuo Gregorio, easque mysteria, agendas, sacrificia, immolationesque vocat. Libri autem secundi cap.1.3. & 5. hæc eadem repetit, vnde videre est sacerdotum nomen,

nomen, haud ignotum fuisse ante illud tempus, quod lib. 3. cap. 6. describitur à Beda. Sed his omissis; ad ea, quæ supersunt in definitione, transamus. De ritè comparato. mysta commodiùs in destinatis: nunc satis est dicere diaconum esse oportere; ne si repente conuoleat ad apicem sacerdotalem, quemadmodum interdum contigit, non fiat citra offendiculum. De gratia dictum est satis. De facultate partim constat, partim addendum est aliquid. Diximus enim ex Paulo sacerdotis esse, vt Deo sicut munera pro suis, & populi peccatis, nos autem operari rei diuinæ de sacramento intelligimus: sed aduersarij, vt solent, detorquebunt aliò, facientque cum plebis sacerdotio rem istam communem, itaque supereft docendum consecrationem, diuinorūmque confectionem penes solos sacerdotes existet. Fateor istud à nobis tractatum aliás: si quis tamen breuiter velit ita cognoscere, vt nil de scripturis repetamus, sed mox ad Patres descendamus, canon 3. Apostolorum potest rem consecrātā dare. Nam dum vetant Apostoli ne quis Episcoporum, ac presbyterorum in altari quicquam offerat, præter panem, & vinum, & quædam alia, quæ Christus instituit, Balsamon, & Zonaras inde colligunt illud *προσφέσειν*, siue offerre, sacerdotum esse proprium, quia vbi de laicorum agitur oblatione, diuersum est verbum *προσάγεσθαι*. Verum sit quamvis robustum hoc argumentum, tamen Areopagita longè suggesterit efficacius. Nam cap. 5. Eccl. Hier. differens de propriis, communibusque functionibus Episcoporum, presbyterorum, ac diaconorum, dicit primos quidem præter peculiarem functionem reliqua posse præstare, quæ reliqui, medios autem diaconorum quidem posse manus obire, sed ad præcedentium munera nequaquam adsurgere, postremos autem propriæ, & quæ ad illos spectat, purgationis officio defungentes, superiorum illuminationem, aut perfectionem attentare non valere. Neque enim fas, vt inferior ordo vsu nefario priorum usurpet sacræ operationes. Quod si de diaconis hoc persuasum esse debeat: multò minus, qui iis subsunt clericī, plebsque reliqua quicquam potest moliri sacratiū. Sed longius est abeundum. Hanc fidem tradit Iustinus Martyr in altera apolog. ad Antonium, vbi non semel ait *προεξώτα* celebrare mysteria, & Eucharistiam consecrare, diaconos porrigere, plebem ex illorum manibus oblatam suscipere. Iustino subscribit Epiphanius hæref. 75. & epistola ad Ioannem, in qua se purgat, quod Vincentium in aliena diœcesi ordinarat, hanc eius facti rationem adferens, quod in monasterio Bethlehemito nullus tu esset sacerdos, qui sacris operaretur. Est præterea locus insignis in concilio priori Nicæno, quod Lutherus, atque Melanchthon adæquant sacerdotum oraculorum maiestati, vbi reprehenduntur diaconi sui ordinis tam immemores, vt Episcopis, ac sacerdotibus auderent Eucharistiam porrigere. Quod vero Brentius nititur canonem istum deprauare, quasi offerre sit perinde ac porrigere, nugatorium est. Quis enim tum erit sensus verborum, diaconos non debere porrigere Eucharistiam, *προσφέσση*? Huic autem rei magnam

magnam lucem adferit lecta Hieronymi epistola ad Euagrium: sed vt magis pudeat nostros aduersarios insanæ suæ, videant, quæfo, ac diligenter expendant catechumeni epistolam Cyrilli Alexandrini ad Atticum, quam habet Nicephorus libri 14. Eccl. Hist. cap. 27. Illa enim, si quid aliud, fidem luculentissimam faciet peculium esse sacerdotum consecrare, remque diuinam peragere, ac propterea hos homines insanire, qui eius rei potestate laicis facere se posse credunt. Adferrem Chrysostomum, quo vno, inter omnes veteres, nullus vel acrius vel clarius hanc fidem tradit, tuetur, illustrat lib. 3. cap. 5. de dignitate sacerdoti. sed post tantam lucem, quid opus est testibus prodeundi non necessarium laborem imponere? Adsit tamen Chrysostomus, doceatque id, quod agimus, adeò non esse laicis committendum, vt ne angelos quidem in hoc sacerdotale peculium se admisserim esse testetur, hincque potissimum spectari velit sacerdotum dignitatem, quod illis à Christo sit vis tanta concessa, vt solis verbis panem, ac vinum queant in Opt. Max. Deum commutare. Ad eundem modum Germanus ad liturgiam Chrysostomi, vbi tractat momentum consecrationis, dicit solos id sacerdotes à Christo in mandatis accepisse, quod vi sacerdotij perficiant. Sed non libet plura referre, cùm Tridentina synodus ita nobis hac in parte confulerit, vt laboris in posterum liceat compendium faceret. Hæc igitur fatis, vt intelligamus vim operandi rei diuinæ, seu (vt loquitur Paulus) fistendi Deo sacrificia, & munera esse penes solos sacerdotes. Quæ supersunt de reliquorum sacramentorum administratione, non habent magnam difficultatem. Quæ est enim de baptismo cōtrouersia? Confirmationem verò nonnunquam administrasse in Græca, & Latina ecclesia pridem audiimus ex Florentina synodo. Extremam autemunctionem quis nescit esse presbyterorum? Chorescopicis, & quibusdam aliis sacerdotibus minorum ordinum facultatem fuisse, & etiam nunc esse dimicimus, & author apud Hieronymum dē septem ordinibus adeò tueretur hac in parte causam presbyterorum, vt videri queat Aërianum aliquid tradere, quasi omnia sacra sint in eorum manu, ac potestate: quæ tamen de externa functione, consilio, concioneque sunt intelligenda, quia iunctis viribus Episcopus, atque sacerdos regebant Ecclesiam, quemadmodum i. ad Titū videre est. Hæc igitur hactenus de definitiōne dicti proprii sacerdotij in vniuersum: nunc breuiter propozienda est specialis ipsius presbyterij catholici natura, vt illud sit *ordo sacer*, siue *sacerdotium*, quo ad conceptam formulam episcopalis benedictionis, ritumque impositionis manuum, unctionis, & porrectionis calicis cum vino, & cialis definitione patena cum pane, diacono gratia, & facultas operandi rei diuinæ, absoluendi legitime confitentem à peccatis peccataque retinendi, nonnullaque alia sacra, & sacramenta administrandi diuinius infunditur.

## Catechesis 200.



Ost catechetica m vniuersæ, & specialis definitionis sacerdotij, presbyteriique catholici tractationem, reliquum est dicere de ipsius formis, quarum vtilis futura est disputatione non solùm clericis, verum etiam omnibus Christianis, cùm non minus referat laicum, quām clericum suum intelligere sacerdotium. Ut enim hæretici duplex, ita nos orthodoxi triplex agnoscimus sacerdotium, de quo nunc ex parte dictum est. Principio igitur vniuersis persuasum sit oportet, Christum non tantum sacerdotem, verum & sacerdotum principem, neque tantum ἵρας ἀρχιερέα, sed & ἵρας ἀρχιερέα. Sic Epiphanius, sic Ignatius docent, sed huius exponenda est sententia. Dicit enim in epistola ad Smyrnæos solūm Christum esse natura Dei patris sacerdotem. Non fuit enim ille nostro more creatus non visibili christmate perunctus, sed Spiritu sancto: qua in re peccatum est in lexicographo Suida, qui ad nomen Christi Seruatoris fingit se à Iudeis accepisse, quod Christus ritu penè Judaico fuerit inunctus, initiatus, vestitus, quemadmodum à Moysi cap. 29. & 30. Exodi præceptum est reliquos creari sacerdotes. Quisquis enim istud assuit Suidæ, non satis perspectam habuit rationem principalis apud Christianos sacerdotij, videturque metuisse, ne non crederemus Dei filium esse sacerdotem, quem talibus ceremoniis nesciremus consecratum. Valeat igitur iudicium anile commentum, neque lotionibus, vñctionibus, ceterisque eius generis, sed natura Christum adeptum esse sacerdotium nobis certissime persuadeamus, simulque hominem, pontificem, sacerdotemque factum primo sua momento conceptionis, iuxta illud, quod tradit Apostolus: *Dominius dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te.* Dum enim induit humanam naturam, & à patre delatam incepit economiam, simul agere coepit sacerdotem, pérque, plus minus, triginta duos annos sacerdotio functus est. Nam quicquid egit toto eo tempore, quo versatus est cum hominibus, ad nostram pertinuisse salutem docet idem Apostolus capite 5. eiusdem epistolæ. Hoc igitur est vnum primarium fidei, & Ecclesiæ catholicæ sacerdotium, illi simillimum, quo functi olim primi Christiani, hoc est, patriarchæ, qui habuere nostris rebus multa similia, reique diuinæ sunt operati sine prævia initiatione. Istud vero tametsi gestarit sacerdotium Christus, neque sit etiam nunc eo planè defunctus, aliud nihilominus instituit, quo præditos esse voluit ad secundum suum usque aduentum Episcopos, ac sacerdotes, vt iam aliquot catechesibus declaratum, & probatum est satis. De tertio autem, & reliquo sacerdotij genere, quod Hieronymus aduersus Luciferianos laicum vocat, quodque solum agnoscunt hæretici, differendum est paucis. Istud autem intelligimus id, quo pius, ac religiosus quilibet quotidie debet partim se totum, partim suas omnes actiones pro sacrificio Deo

Hæret. 29.

Triplex chri-  
stianū sacer-  
dotium.

Hebr. 1.

De tertio sa-  
cerdotio  
Hierony.  
laicu-  
m vocat.

sicio Deo sistere, Iudeis, Christianisque commune, quod obseruandū est. Moses enim Exodi 25. oraculo prodidit hac ratione Iudeos olim constitutos fuisse sacerdotes; & post illum Osee cap. 14. ait vnumquemque debere Deo immolare vitulos labiorum suorum; quæ res haud dubie bonis omnibus nunquam non fuit in usu: unde regius propheta, bratis vñtimis longum valete iussis, quibus maximopere tumebant superstitioni. Iudei; vocabat ad longe Deo gratiores hostias animorum, corporumque nostrorum. Et vt ad nostras quoque scripturas veniamus; Diuus Petrus cap. 2. priorum litterarum huius rei non obscurè meminit; quem locum: quia alibi satis explanauimus, tantum illud addā, Apostolos, quoties de laico sacerdotio differunt, nunquam vocare ἱράς ἀρχιερέα: sed vel ἱράρεμα, vel quippiam aliud. Non dissimilis est locus Apostoli Pauli R. 12. Apocalyp. 1. & 5. & Heb. 13. quibus ex locis manifestissimum euadit plebem christianæ habere suum sacerdotium, peculiaresq; victimas. Atque hoc respexit Ignatius, cùm in epistola ad Tarsofenses dixit Deo dicatas virgines esse ἱράς Christi, viduas autē θυσιας ἀρχιερέων, quod utræque sua corpora Deo sacrarunt. Vis autem scire; quis ordo, quodvè sit huius initiamentum sacerdotij? Docet hoc Hieronymus in disputationibus aduersus Luciferianos. Sacerdotium laici est baptisma, in eo se se offert quilibet Deo pro gratiarumractione. Verum nolo diutiū videri frustà laborare; cùm aduersarij adeo non recifiant, vt istud solūm agnoscant sacerdotium. Illud tamen haud est prætermittendum, quod ex collatione vanissimum esse hostium nugamentum ostenditur. Nam sicuti videatur insanus, qui contendat Aaronom, eiisque filios, nepotesque Leuitas nullum aliud habuisse sacerdotium diuersum ab illo, quod vniuerso populo, vel Moses, vel Osee tribuūt: ita censendus est æquè delirare, qui arbitretur istud laicum Christianorum omnium sacerdotium excludere id, quo funguntur quicunque vel in altari Deo patri filiū suum offerunt, panemque, & vinum solis verbis (vt ait Chrysostomus) demutant in Deum, vel hominibus rite comparatis peccata remittunt. Non rint igitur nostri catechumeni se esse quodammodo sacerdotes; & vel eapropter corpus, mentemque maiori diligentia seruent imitaculata; vt iis Deo oblatis illum sibi reddant propitium, sicque omnem vitam exornent, mores, actionesque suas ad virtutis, rationis, diuinorumq; præceptorum normam exigant; vt fiant pinguis, & opima sacrificia, quæ nihil non exorent. Iam accedamus ad partem omnium inuidiosissimæ, & simul difficillimam de materia huius, & forma sacramenti: nam si usquam sunt petulantes aduersarij; hinc omnem protersus modum excedunt. Proponenda igitur materia tota facti huius ordinis, ac tum de partibus ex ordine differendum. Prima pars materiæ est manuum impositio; altera porrectio calicis cum vino, & patenæ: cum hostia superposita; tertia est inunctio digitorum, quas oppugnant hæretici contumeliosissimè. Et primam negant penitus, ne videlicet cogantur agnoscere ceremoniam a Deo institutam; diuersamque nos habere contendant speciosius ab ea Materiæ sa-  
cerdotij.  
manū im-  
positio.

manuum impositione, quam à Patribus usurpatam constat. Quid igitur agimus? Scripturæ primū sunt adeundæ; &, si quid ibi defuerit, superplendum ex traditione. Primū igitur legimus act. 13. Paulum, ac Barnabam creatos esse sacerdotes adhibita manuum impositione. Sacerdos autem & presbyter, & Episcopus dicitur: certè maiores nostri sacerdotalem intelligunt initiationem. Si tamen ad Episcopatum pertinere contendant; discedimus ad caput 14. vbi iidem narrantur creasse, seu (vt Græci) *χειροτονία* per singulas Ecclesiæ presbyters, quod procul dubio notissimam ceremoniam, & crucis efformationem significare dudum apud Balsamonem, & Zonaram vidimus. Huic additum hoc ritu collata Timotheo dicatur gratia, qui, cùm esset Episcopus, accepta p̄ceptore Paulo mandatum, ne cito cuiquam manus imponeret, ne cogeretur alienis comunicare peccatis, quod de sacris ordinationibus omnes interpres aiunt intelligendū (licet eius loci diuersam prodiderimus alibi explicationem) tantamque tradunt esse necessitudinem inter Episcopum, & clericum; vt ille sit omniū huius scelerum reus futurus. Postrem iubet alibi eidem suo discipulo Paulus, vt resuscitet, &, veluti dimotis cineribus, obfolescentem gratiam flando excitet, quam per manum impositionem presbyterij perceperat. Tametsi enim Paulus tanquam Episcopus manum imposuit Timotheo; tamen catholicus mos habebat, vt presbyteri omnes manus simul admodum. Pote-  
rant ista satis esse in re manifesta; sed pergunt aduersarij, &c, quæ haec-  
nū allata sunt, de laico suo sacerdotio, seu prophanatione potius interpretantur, quam demandat senatus alicui. Itaque necesse est traditionē adhibere huic causa. Canon igitur Apostolorū secundus ait creari pres-  
byterum per impositionem manuum vnius Episcopi; ita tamen vt p̄-  
fentes presbyteri manus apponāt: quēadmodū & pontificales formu-  
lae non obscurè significant, & concilij 4. Carthaginensis canon. 4. aperte  
præcipit. Florentinam synodicam epistolam, Tridentinōsq; Patres quid  
opus est adferre: Areopagitam nolim præteritum, qui omnibus Episco-  
pis, presbyteris, & diaconis hanc ceremoniā docet esse communem; de  
hypodiacono tamen Carthaginense concilium aliter statuit. Cūm igi-  
tur hæc ita se habeant; non est quod isti obgāiant in sacerdotij catho-  
lici traditione non esse locū manuum impositioni. Alteram quoq; partem calicis nimis, & patenæ porrectionem non minū aiunt esse de-  
ridiculam. Sed quid non malitiosus homo derideat: Si tisi, & sarcasmis liceret veritatem adserere, non deessemus nobis hac etiā in parte. Sed ista mittamus. Christum igitur dominum suos Apostolos in ultima cœ-  
na sacerdotes instituisse, alia est probatum accuratiū; at qui tū à Christo factitatum cernimus, quod isti veluti nouū, stultumq; contemnunt. Legantur enim Matthæus 26. Marcus 14. Lucas 22. Iohannes 16. & in christiana mensa fuisse quoddam τὸ τριθλῖον apparebit, quod patenā omniū sententia licet interpretari. In hac autem seu patena, seu paropside fuisse, quod à Christo singulis porrigebatur, quis negabit? Vides, hære-  
tice, pa-

Catechesi  
155.

*calicis cum  
patena porre-  
ctio.*

manum impositionem, quam à Patribus usurpatam constat. Quid igitur agimus? Scripturæ primū sunt adeundæ; &, si quid ibi defuerit, superplendum ex traditione. Primū igitur legimus act. 13. Paulum, ac Barnabam creatos esse sacerdotes adhibita manuum impositione. Sacerdos autem & presbyter, & Episcopus dicitur: certè maiores nostri sacerdotalem intelligunt initiationem. Si tamen ad Episcopatum pertinere contendant; discedimus ad caput 14. vbi iidem narrantur creasse, seu (vt Græci) *χειροτονία* per singulas Ecclesiæ presbyters, quod procul dubio notissimam ceremoniam, & crucis efformationem significare dudum apud Balsamonem, & Zonaram vidimus. Huic additum hoc ritu collata Timotheo dicatur gratia, qui, cùm esset Episcopus, accepta p̄ceptore Paulo mandatum, ne cito cuiquam manus imponeret, ne cogeretur alienis communicare peccatis, quod de sacris ordinationibus omnes interpres aiunt intelligendū (licet eius loci diuersam prodiderimus alibi explicationem) tantamque tradunt esse necessitudinem inter Episcopum, & clericum; vt ille sit omniū huius scelerum reus futurus. Postrem iubet alibi eidem suo discipulo Paulus, vt resuscitet, &, veluti dimotis cineribus, obfolescentem gratiam flando excitet, quam per manum impositionem presbyterij perceperat. Tametsi enim Paulus tanquam Episcopus manum imposuit Timotheo; tamen catholicus mos habebat, vt presbyteri omnes manus simul admodum. Pote-  
rant ista satis esse in re manifesta; sed pergunt aduersarij, &c, quæ haec-  
nū allata sunt, de laico suo sacerdotio, seu prophanatione potius interpretantur, quam demandat senatus alicui. Itaque necesse est traditionē adhibere huic causa. Canon igitur Apostolorū secundus ait creari pres-  
byterum per impositionem manuum vnius Episcopi; ita tamen vt p̄-  
fentes presbyteri manus apponāt: quēadmodū & pontificales formu-  
lae non obscurè significant, & concilij 4. Carthaginensis canon. 4. aperte  
præcipit. Florentinam synodicam epistolam, Tridentinōsq; Patres quid  
opus est adferre: Areopagitam nolim præteritum, qui omnibus Episco-  
pis, presbyteris, & diaconis hanc ceremoniā docet esse communem; de  
hypodiacono tamen Carthaginense concilium aliter statuit. Cūm igi-  
tur hæc ita se habeant; non est quod isti obgāiant in sacerdotij catho-  
lici traditione non esse locū manuum impositioni. Alteram quoq; partem calicis nimis, & patenæ porrectionem non minū aiunt esse de-  
ridiculam. Sed quid non malitiosus homo derideat: Si tisi, & sarcasmis liceret veritatem adserere, non deessemus nobis hac etiā in parte. Sed ista mittamus. Christum igitur dominum suos Apostolos in ultima cœ-  
na sacerdotes instituisse, alia est probatum accuratiū; at qui tū à Christo factitatum cernimus, quod isti veluti nouū, stultumq; contemnunt. Legantur enim Matthæus 26. Marcus 14. Lucas 22. Iohannes 16. & in christiana mensa fuisse quoddam τὸ τριθλῖον apparebit, quod patenā omniū sententia licet interpretari. In hac autem seu patena, seu paropside fuisse, quod à Christo singulis porrigebatur, quis negabit? Vides, hære-  
tice, pa-

tice, patenam, & illius usum, deque illa sumptam Eucharistiam? De ca-  
lice lecuros, & otiosos Lucas esse nos iubet, dum tam operose narrat  
porrectum singulis: Quod igitur Seruatorem fecisse sacræ litteræ docet,  
quæ est inuidia si nos imitemur; præsertim cùm non heri aut iudiuster-  
tiū ita instituerimus; sed à maioribus acceptum humiliter adseruemus? Hoc de scripturis. Quod ad antiquitatē pertinet; profiteor (vt catechu-  
menorum acuam diligentiam, & ingenia) rem esse retrusam, & obscu-  
ram; nec in Areopagita, Iustinis, Clemētibus, & aliis vetustissimis quic-  
quam occurrisse, quod nobis aperte patrocinetur, qui assidas h̄c habet  
synecdochas, tantoque sunt religiosiores, quā pars aliqua proprius ac-  
cedit ad momentum huius initianti: nihilominus fit nobis huius rei  
certissima fidēs cùm aliude, tum ex epistola Florētina, & formulis pon-  
ticalibus, quas eadem laudat plurimū; atq; ad hanc ceremoniā credi-  
mus potissimum characterē imprimi. Et tantum de hac parte. Nā quod  
ex Gregorio 9. huc adferri poterat, quod scīa leue pondus habiturū a-  
pud aduersarios, malui prætermittere. Veniendum nunc ad vñctionem,  
quā iidem hostes mirabiliter exagitant: quæ res semper mihi visa est di-  
gnissima, in cuius adseritionē studiosi omnes pietatis incubant. Percun-  
ctatur enim Caluinus, vñdenā. hæc ad nos stillarit vñctio; & patrum no-  
strorū simplicitatē in ludibrij materiā conuertens, scilicet (inquit) Lombardus, & Gratianus hanc à filiis Aarō vos habere docent: fruimini igi-  
tur iudaica superstitione; neque tā Christi pios imitatores, q̄rā legalis  
sacerdotij simias vos præbete. Sic incircuncisus, & alienigena maledi-  
cit, & exprobrat castris Dei viuentis catholicę Ecclesię. Quasi vero si le-  
ctor cordatus, consultis Lōbardo, & Gratiano, non facile cernat eos mi-  
nimè velle rē istā nostro arbitratu, atq; ingenio sacris christianis infi-  
tam; sed dūtaxat in filiis Aaronis huius vñctionis typū præcessisse, qui,  
dūm suo ritu perfundebantur, porrō denuntiabant, quod nūc geritur in  
Ecclesia. Quod igitur hæc in lege figura præcesserit, nū debet nobis esse  
fraudi? Cur usurpat in sua cœna panē, qui quondam fuit oblatus? Cur vi-  
num, quod in libamentis fundebatur? Valeat ergo baptismus; si nillie-  
ceat retinere, quod in antiquo testamento typice fuit usurpatū. Explor-  
ant ipsi cetera; & tū nobiscum, si videatur, expostulent. Hæc nobis ha-  
bentū pulchre procedunt; sed cūm petuntur testimonia, tum hæremus;  
neque sumus in antiquitate ita versati, vt queamus omnes authores in  
mediū proferre: non tamen h̄c pudēda laboramus egestate. Primus igitur  
est Areopagita testis, qui cap. 5. Eccl. Hier. inter sacras ordinationes  
non quidē aperte meminit vñctionis, aut olei; earū tamē collationē τε-  
λεταιςγηλη, id est, initiationē, seu perfectionē vocat: at qui vbi cap. 4. de  
chrismate dissenseret, ait vnguentū esse necessariū in omni τελεταιςγηλη;  
nullumq; perfici sacramentū absq; vñctione; unde colligitur hæc etiā cū  
ceteris in ipsa manus impositione voluisse cōplete. Verū est istud ob-  
scurius. Quid est in tota antiquitate Eusebii Paphili eruditissim⁹ ad germanā  
scripturarū interpretationē? quid in apostolicā traditionē propagāda

*Vñctio in  
creatione sa-  
cerdotum.  
Impotens cal-  
vini maledi-  
cendi libido.*

fidelius: quid minus de papistica adulacione (quo nomine multos haereticos Patres explodunt, quoniam immerito) suspectum? Is portio li. i. cap. vltima demonstrationis euangelicae huic orthodoxae parti suffragatur, eamque probat ex psal. 22. vbi dicitur: *Impinguasti in oleo caput meum*. Iam si libaret sequi Nazianzeni regulas, & aliorum interpretum diui Pauli ad caput 10. Hebr. possem duos veteres legis typos huc adferre, quos certe suos in christiana religione antitypos habere necesse est. Postremo extat Augustini apud D. Burchardum authoritas, quae testatur hanc re nequaquam vilere ei visam fuisse, vbi ita sui temporis alloquitur sacerdotes: *Unde oportet vos semper memor esse tante dignitatis, memores vestre consecrationis, memorae sacrae, quam in manibus suscepisti,unctionis: & quibusdam interiectis; nec manus sacro ungüine delibutas peccando polluitis*. Qui plura cupit, adeat Innocentium de unctione. Florentinam epistolam, & cap. 5. Tridentini concilij de ordinibus. Optarem tamen istud additum Augustini sententiae, quod eandem referat. Iuo parte sexta ca. 15. quapropter laudo fidem, ac diligentiam eorum, qui superioribus annis aduersus haereticos nobis communicarunt. August. confessionem. Nam vbi agunt de vi huius sacramenti li. 3. ca. 11. citant hanc eandem Aug. nomine sententię petitam ab Iuone.

*Superius dictorum de unctione sacerdotali copiosior confirmatio, & de forma.*

### Catechesis 201.

Oterant superius dicta de unctione sufficere, nisi partim metuerem ne testium exiguis numerus orthodoxae fraudi esset; partim ne catechumenorum diligentiae non satis prospectum videatur: itaque priusquam respondeam Calvino (quod alioqui nunc erat: agendum) putaui esse operarium authores aliquot, & alia quædam adferre. Primum igitur (vt primam antiquitatem hic nobis minimè deesse quisquam putet) Anacletus in epistola ad omnes Episcopos Italie de huius unctionis institutione ita disserit; vt nil disserius queat à minimè curioso lectore defuderari. Et ne scriptum illud haereticus minus roboris habere causetur, quod sit summi Pontificis adiungendi sunt Damasus, Isidorus, Burchardus, Iuo, Gratianus, qui non tantum id agnouerunt, sed etiam in ius canonicum retulerunt. Et quamvis ille martyr sanctissimus proprietatum de Episcopis agat, quos ait ab aliis vngendos Episcopis hora tertia: tamen cum de creatione sacerdotum postea sermonem subiiciat; haud dubie de illis eodem modo sensisse clarum est. Si quis tamen ambigat, adhibeat Cypriani commentarium, quem mox adferemus. Eodem facit, licet obscurè, Fabianus epistola 2. qua disputat de chrismate. Hos sequitur Cyprianus, qui huius rei sèpè meminit, copiosissime tamen in peculiari homilia, quam de hac re habuit, vbi docet Christum ynà cum tremendissi-

mendis mysteriis chrisma instituisse cum aliis in rebus, tum in creandas sacerdotibus vsui futurum. Verum quoniam nostros catechumenos exopto semper esse cordatos, cauereq; maximoperè, ne leuiter versentur in certæ fidei confirmatione, visum est admonere nasutos, doctosq; viros de hac homilia, an Cypriano tribuenda sit, dubitare, quoniam eruditissimi cyprianus. quiq; qui in eius scriptis plurimū laborarunt, censeat illi sine vlo scrupulo adscribendam: quicquid sit, fateri necesse est fuisse hominis coœvi Cypriano, præsertim cum scribat ad Cornelium, & Nouatum ea temestate grallantē impugnet, asseratq; martyria creberim a fieri. Diuus autem Gregorius, cuius doctrinæ nullus vñquā ausus est dicere contumeliam, explet abudè, quicquid hic desiderari poterat. Primū enim in apologetico altero, quē scripsit reuersus post Poticā fugā, dicit ad Episcopos inunctionem permanere, illosq; Deo consecrare, pérque illā Spiritu sanctum homines dedicare sibi. Quod de episcopali loquitur unctione, non propterea minus putādus huic patrocinari negotio, cum illa stabilita, quicquid obganniant, & obstrepent aduersarij, necesse sit alterā confirmari. Alter locus est in oratione, quā de pace habuit, vbi de suo queritur Basilio, q; unctione sacerdotali delibutus detrectarit oblatā sibi à Gregorio prefecturā, hoc est, Zazimelem episcopatū. Postremo in oratione funebri dicta eidē Basilio, dicit eū iā anteā inunctū à Spiritu debuisse tamen perungi ab episcopali manu, quam ad rē cum pater Gregorij, quamvis æger, adiunxit se reliquis Episcopis, tāto gaudio propter Basiliū inunctionē delibutus est, vt totus lanus, & in columnis rediret domum. In nunc, haeretice, voca nostrū vnguentum (vt soles impiè pingue, putidum, & crassum, atq; si ita videatur insanire) idolatricū, modò cogaris agnoscere diuinam inesse facultatem, qua non solū Basilium Spiritu dotabat copiosissimè, verū & ipsum myštagogum desperata sanitate donabat. Quoniam autem in magnorum herou initiatione versamur, libet addere magnū illum Nicolaū Myrensem Episc. Nā Simeon Metaphrastes narrat huc sanctum virū cōprehēsum ab excubitoribus Episcopis statim quidē fuisse renuntiatū Episcopū, & inunctū digitis Spiritus sancti, tamen posteā totā synodus conuocatā ad nouitij Episcopi unctionē, qua ille diu, prolixēq; se indignū vociferabatur. Hinc transiturus eram ad ea, quæ supersunt, sed quia persuasum omnibus esse cupio maiores nostros de mysteriis nostris differētes penè semper vti synecdoche, ne sacra diffuerēt in vulgus, addā istud. Agitur in historiis de Mose solitario, quem Maia regina Saracenorū à Valente tāquam pacis præmium sibi dari poscebat Episcopum. Raptus itaque Moses a Valentis militibus ad Nicēp. lib. adducitur. Alexandriam, vt ab impio Lucio consecraretur: ipse vero, vt erat orthodoxus, exprobavit Lucio suam in catholicos Episcopos crudelitatem, addiditq; sanctissimū iuramentum, se nunquā esse commissum, vt haeretici hominis unctione pollueretur, coactique sint milites relicto Alexandrinorum Episcopo ad illos se conferre, quos ad metallū ipse damnarat, à quibus Moses inunctus, & consecratus est. Theodorezib. 4. ca. 23. Eccl. Hist. tus au

tus autem rem eandem pertractans nullius vnguenti meminit, sed dunt  
taxat ait Mosen non tulisse manuum. Lucij impositionem: at qui fides  
eadem est, utrobique historia refertur eadem; vt tamen synecdochen  
apud Theodoreum esse declararet, ita loquitus est Nicephorus. Cum  
igitur aduersarij nostri ethnicos, idololatras, vel Iudeos nos vocant,  
quoniam in Episcoporum, ac sacerdotum initiatione utimur vnguento, li-  
tigent cum hoc splendore antiquitatis, moueant sanctissimis Pontifici-  
bus, martyribus, theologisque, quam illi pridem superarunt, inuidiam,  
denuo Cyprianum, seu eius homiliae scriptorem, cuius superius facta  
est mentio, vocent in ius, quod post Anacletum dixerit Christo, & Ec-  
clesiae fuisse liberum, repudiatis Mosaicis ritibus, hancunctionem reti-  
nere, desinantque a nobis querere, cur oves non mactemus, cruorem  
que spargamus, sed audiunt, propter eminentissimam significationem,  
Christum voluisse ut hoc symbolum ad finem usque seculi in Ecclesia  
persisteret. Quod autem augantur nullam esse vim, & efficaciam, satis  
nunc responsum est, & si plura cupiant, licet ex eodem authore, & An-  
acleto adiungere oleo quidem perfundi corpus, spiritum autem animam  
penetrare, ipsamque diuinis charismatibus imbuere. Hic vero subit admirari, quod hi homines percunctantur, quid vnguento, & animae, quid  
cordi, & oleo sit commune, nobisque obiiciunt Augustini dictum: *Tolle  
verbum, & quid est aqua, nisi aqua?* nec animaduertunt, pro sua insigni  
rerum christianorum imperitia, nos totidem verbis posse baptismum  
explodere, si quidem ad hunc modum liceat in nostris philosophari sa-  
cramentis. Quae enim est virtus aquae, ut corpus tangat, & cor abluate.  
Nec enim sacrae ceremony aqua ad baptismum preparatur, quam  
oleum ab Episcopis attemperetur. Caetera sunt aliis in locis expedita.  
Porro Caluinus agens de papisticis ( ut vocat ) sacramentis, damnat  
quod Episcopi, inter consecrandum sacerdotes, insufficient, dum pronun-  
tiant: *Accipite Spiritum sanctum, &c.* moxque discedit sceleratissimus  
haereticus in grauissimas contumelias, totiusque malodientiarum virus,  
quo nullus mortalium instructior, in catholicam ceremoniam euomit.  
Itaque primum demitor plurimum, vnde nam huic sit compertum tale  
quid ab Ecclesia fieri. Nam illum deprauare, & confingere multa video,  
facileque adducor ut credam, hoc illum suo more, quod nobis obiiceret,  
ex cogitasse. Scimus Christum insufflasse post resurrectionem in Apo-  
stolos dicendo: *Accipite Spiritum sanctum, sed formulæ pontificales, qui-  
bus utuntur Episcopi, tale nil ostendunt.* Quocirca cum indoctus auriga  
currus egerit extra metas, & hunc sibi campum adiuuerterit, ut esset  
locus blasphemii: non est quod in defendendo multum laboremus, pre-  
fertim: cum id fecerit rediuius Dei filius, cuius habitus non erat Spir-  
itus sanctus, qui tamen ad illam ceremoniam conferebatur Apostolis: ut  
non tam nos, quam Seruatorem appetant Galuiniana maledicta. Verum  
illud est maximè deridiculum, quod scilicetatur, qui fiat, ut in reliquis  
Christum non imitemur, cur non dicamus leprosis: *Volo, mundare,* para-  
lyticis:

*lyticis: Surge, & huiusmodi.* Quid enim si respondeamus cum diuō Cy-  
priano, visum ita Christo fuisse: sic Apostolos nos docuisse: sic utrosque  
Ecclesiae tradidisse, quæ illa tenet, seruatque constanter: quid esset, quod  
iure queat haereticus reprehendere? Tūc vero locus esset calumniæ, si nos  
haeretico spiritu quedam reiiceremus, alia seruaremus eorum, quæ Chri-  
stus, Apostolique tradiderunt. Nunc autem cum ea omnia, neque praetere  
quicquam usurpemus, religiosè collaus, fortissimeque ad mor-  
tem usque tueamur: valeat Caluini stolida percussatio. Nunc ad ipsam:  
formam, ad quam dicit Areopagita cap. 5. Eccl. Hier. ad labi Spiritu san-  
ctum, quæque variis à Patribus, & conciliis diversè traditur. Nec enim  
satis conuenit, quæ forma characterem imprimat. Communis est sen-  
tentia fieri ad hæc verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, mi-  
sæque celebrandi tam pro viuis, quam pro defunctis:* multis tamen placet  
postmodum id effici, cum nimis ad manuum impositionem Episco-  
pus pronuntiat: *Accipite Spiritum sanctum: quoru[m] remiferis peccata,* remittuntur eis, & quoru[m], &c. Priora enim illa precedunt sacrificium, atque in  
initio missæ proferuntur diaconis tenentibus calicem: & quia meminit  
antiquitas potissimum impositionis manuum, arbitrantur, qui sunt po-  
sterioris sententia, se propriis ad vetustatē accedere. Sed nihil est in hac  
parte definitum: ac proinde multò securius nos credo facturos, si ad neu-  
trā, sed ad tres illas partes unctionis, porrectionis calicis, & manuum im-  
positionis fieri dixerim⁹. Nā Christ⁹, cum primū Apostolos crearet sa-  
cerdotes, dicebat: *Hoc facite in meā cōmemorationē,* ac deinde rediuius  
apparens: Accipite ( inquietabat ) Spiritum sanctū: utque particulatim da-  
tam vidētus Apostolis facultatem sacerdotalem ita non absurdum est  
credere perinde nobis fieri. Si quid autem exiguum in istis formulis di-  
uersum appareat: non debet vitio verti. Nam in Florentina synodo vi-  
detur hæc forma prescribi: *Accipite potestatem offerendi sacrificium Deo in  
Ecclesia pro viuis, & mortuis: in nomine patris, &c.* missarum celebra-  
tionem, quod idem est, retinet ex pontificalibus desumendam. Hoc autem,  
ut iam diximus, sub missæ initium dicitur, qua peracta, manus impo-  
nuntur, traditurque Spiritus sanctus: ac tum venitur ad unctionem. Ego  
igitur puto simplicius futurum, si dicamus ad illa tria cōferri τὴν τελε-  
σιονγρὸν θίβαντα, id est, facultatem sacramentalem: qua fiat sacerdos  
idoneus ad benedicendum, sacrificandum, & remittendū peccata. Po-  
stremp̄, cum occurrit illa Patrona nostrorum simplicitas, & aliud aliud  
refert: nequaquam existimare debemus nostrā id fidem infirmare: cum re-  
ligiosissimi veteres his de rebus sobrie sibi facienda verba putarint:

& voluerint per synecdochē ita cōstringere, ne daretur  
infidelibus ansa nostra sacramenta vel ri-  
dendi, vel contaminandi.

\*\*

*Quod ab Episcopis creentur sacerdotes, sintq; duo distincti gradus, d<sup>e</sup>que ritibus consecrationis.*

Catechesis 202.

**S**icut per strictis iis, quae videbantur satis esse catechumenis de forma, & materia huius sacramenti, proximum est, ut nunc ad causas descendamus. Nam licet ceremonie, & ritus adhibiti non videantur ab his procul abludere, tamen ea partim ad destinata, partim ad mox tractandum locum cōmodē referri possunt: itaque nūc de causa dūtaxat effētrice: quia quæ ad formalē, materialē, spectabāt, videntur cū ipsis partibus expedita. Quia verò aduersarij pro catholicis causis, ac ceremoniis partim nihil, partim quædam à se conficta reponūt: eāque traditionis apostolicæ, syncrætæ, antiquitatis titulo iactant: ita de efficiente causa libet agere: vt ex aduerso videamus, quid Caluinus Galliæ, Lutherusque Germaniæ venditent, & obtrudant. Nos igitur catholici confitemur Episcopū esse singulare veluti numen, cui sit conferendi sacerdotij facultas. Si huius rei quæras probationem, tot hæresiarchis pernegratiibus, liceat altissimo principio rem ab ipsa lege petere. Nā ibi Moses, qui & ipse Leuita, dēq; illa tribu, cui sacerdotij iudaici prærogatiua data est (vt docet psalmus 98.) creat non Aaronem tantum summum Pontificem: sed & eius filios sacerdotes. Si ad nouum testamentum veniendum sit: primū Auctorū cap. 13. Episcopi Antiocheni creant Paulum, ac Barnabā Episcopos. Hi rursus cap. 14. peruagati Græciā, multos instituunt presbyteros, & hoc *χειροτονίατες*. Titus à Paulo creatus iubetur & ipse sacerdotes, diaconosque cōfessare. Et ista ex sacris petita litteris poterant videri sufficere, nisi hoc in capite pateremur supramodūl refractarios hæresiarchas: idcirco veniendum ad primam antiquitatem: vt scripturas istas nō primū sic à nobis nūc intelligi, sed olim à maioribus nostris hunc in vsum assumptas appareat. Exstat igitur canon 2. Apostolorum, quo iubentur Episcopi creare presbyteros, & reliquos clericos: in Areopagita nil æquè protritum: nam cap. 5. Eccl. hierarch. dicit *λέγεται* (sic enim semper vocat sacerdotē) nō posse initiari, nisi per invocationes episcopales: posteā, vbi quæ sint Episcoporum propria demonstrat, inter cætera recenset presbyterorum creationē, quod apud Areopagitam usqueadē manifestum est: vt authorem potius ab hæreticis, quam rem istam reiectū iri putē. Ignatius est huius rei testimonio plenus in epistolis, vbi partim dicit *επέστη* fieri ab Episcopis: partim eosdē Episcopis subiicit, & in Syria mandat consecrari. Sed tē magis illustrabit vnica Cornelij Pontificis epistola ad Fabianum, quam nobis conseruauit Eusebius li. 6. cap. 43. hiſt. Eccl. vbi narrat Nouatum iam de turbæ securū suffragiis, quæ illic in Episcopum peteret, hoc vñū elaborasse, vt catholicos aliquot Episcopos

*Scripturis  
descendit ad  
traditionem.*

*Epiſt. 9. que  
est ad Antio-  
chenos.*

C A T E C H E S I S C C I I.

691

scopos circūueniret, à quibus crearetur Episcopus: itaq; tandem ex tribus obscuris ciuitatibus totidē euocauit ad se, à quibus iam temulentis illi sunt manus imposita: usqueadē id etiam eius téporis hæreticis erat persuasum, quod nūc à fidei desertoribus impudentissimè reuocatur in dubiū. Sed quid verbis opus est, cūm habeamus apud Epiphaniū Aérianos hoc nomine damnatos ab Ecclesia, quod sacerdotem ab Episcopo nil differre, nec minus sacrarum ordinationum ius penes vtrumque esse crederent? Quod si nō tulit secum versari Aérium mater Ecclesia: quid est (quæsito) cur nos, quasi totius historiæ, & antiquitatis obliti contendimus? Poterat hoc ipsum innumeris historiis, & exéplis cōfirmari: sed quorsum labor in re manifesta nō necessarius? Hoc vnum nolo prætermittere, quod scribit de Augustino Possidonus, qui præter expectationem cū raperetur ad sacerdotium, & cōsiderans rei difficultatē ingemiseret: nō deerant, qui, arbitratī eum propterea suspirare, quod ea ratione videretur à spe episcopatus decidisse, sic illum animarint. Cur fles Augustine, cū sacerdotij dignitas tanta sit, vt nō procul ab Episcopali discedat authoritate? Tu paulisper hīc exercitus capesses propediē Episcopi munus. En à suis edictos Episcopis lōgo discrimine hos gradus differre profitētes. Et Augustinus ipse libro de hæresibus ad Quoduult-deū iisdē penè cū Epiphanio verbis damnat Aérianos: vt omittam Florentini cōcilij synodicam epistolam, & Tridētinos Patres sessione 23. c. 7. pro certa dudū fide istud corroborasse. Atq; hæc breuiter de legitimo collatore presbyterij. Quod si nunc velint nostri catechumeni cognoscere, quibus precibus, ritibūsque catholica vtatur ad hanc ré Ecclesia: esset quidē prolixum omnia, nos tamen summa capita succinctè perstringemus: vt ea postmodūl feruiant nobis meliūs intellecturis, quæ ad retundendam hæreticam electionem, & institutionem pertinebunt. Agite igitur, ex formulis pontificalibus nōnihil delibemus. Primo, quod est demirandum, archidiaconus (quem agnoscit etiam Areopagita cap. 5. & 6. Eccl. Hier.) productis candidatis, sic Episcopum alloquitur: *Reuerende pater, postulat Ecclesia catholica, ut hos in sacerdotis ordinetis:* quæ verba, qualia sint, quidue postulent à diaconis iam creandis sacerdotibus, nemo non videt. Respondet Episcopus: *Scis illos esse dignos?* Illè porr̄. *Quanum (inquit) humana fragilitas nosse finit,* & scio, & testificor. *esse dignos.* Hanc responsionē si vel faciant ex animo, vel intelligent nostri archidiaconi: mirum est vllum sacerdotem vel malum, vel indolentem creari, qualibus fortè nimium abundamus. Hinc Episcopus prolixè rei sublimitatem, & difficultatem proponit: quæ eruditio, sanctimonia, virtutes non impræsentiarum modō requiruntur, sed in posterum expectentur, ostendit: deinceps cum omnibus sacerdotibus manus imponit, hortaturque præsentes omnes, ac plebem vt comprecentur, quod iam anteā digni, digniores per Spiritus infusionem efficiantur: & mox oratione fula Spiritum sanctum illis impertitur. De cætero sequuntur aliae plurimæ preces omnium religiosissimæ: posteā decantatur

SS 2

hymnus

Quibus ritibus,  
ac preci-  
bus sacerdotes  
cōstituantur.

hymnus Spiritus sancti: additur collecta, in quam compacta sunt petitiones plurimae: mox inunguntur manus & reliqua ceremoniae praestantur: quibus expletis sequitur sacrificium: ac postremo monentur officij sui, & totius mysterij colophon apponitur. Quid hinc habet aduersarij, in quo vel ineptias, vel fordes, vel iudaicam superstitionem incusent, cum sint omnia sancta, munda, & prisco Ecclesiæ vsu recepta? Nihilominus tamen explodit ista: & (O Deum immortalem!) quæ suis horum loco reponunt? Primum hoc inter illos conuenit, esse penes populum, ac magistratus ius eligendi, & cooptandi ministros (vt loquuntur) Ecclesiæ. Itaque vbi princeps aliquem summiserit, vel plebs elegerit, aut se quispiam insinuarit: si se confert ad aliquem superintendantem: atque is si sit, facit officium: si minus, parochus quispiam (sic enim vocant etiam nunc Germani) vel summus regionis minister illum candidatum initiat. Hæc sunt omnibus ferè communia: in cæteris pugnant. Caluinus enim nil esse aliud hæc omnia, quam meram functionem, qua vbi quis amotus sit, planè in aliorum laicorum redigatur ordinem, cōtēdit: quasi superintendens à reliquis ministris differat, tanquam consul à senatore: neq; agnoscit vllâ hinc ceremoniâ: sed vult profrus eo, quo prophani creantur magistratus, omnia modo fieri: tamen lib. 4. ca. 3. sectione 16. fatetur manuum impositionem quondam ab Apostolis usurpatam: sed dicit non esse mandatum: neque penitus improbat, modò ne gratiam conferre creditur. Itaque cum ederet formulam de ratione administrandi sacramenta Ecclesiæ Genevensis, habuit quendam ritum administrandi baptismum, & cœnam, seu ientaculum potius: addidit & de matrimonio non nihil, tametsi non dignetur nomine sacramenti: de ordinatione ne verbum quidem. Et hæc sunt mysteria Caluiniana. Quod supereft, totus est occupatus in maledicendo: ita tamen, vt pars maledictorum recidat in alios socios eius Ecclesiæ desertores nō minus, quam in nos. Quocirca ad eos quoque veniemus, & maximè Lutheranos, qui hinc agunt simios, & ex nostris, quæ videntur, excerpti: quæ dispergunt, explodunt. Attamen Lutheri fidus Achates Melanchthon ad postremum in suo corpore (vt vocat) ecclesiastico, locisque communibus recipit ordinationem inter sacramenta: adeoque Lutherani omnes, Melanchthoniani, Illyricani, & alij hæc methodum pro explosa orthodoxia supponunt. Quoties ardelio quispiam vel à populo, vel à magistratu summissus venit ad superintendantem: monetur vt attendat sedulò, quid ambiat, quantam sarcinam sit excepturus humeris: vt perfret in hæresi, neque se vel à Papistis, vel Caluinianis vlo pachio sinat aliorum abduci. iubetur se comparare ad cœnandum, vel ientadum (nā hæc manè peraguntur) hinc decantatur hymnus ille idem: *Veni sancte Spiritum*, &c. sed partim germanicè, partim latinè (nā puri Lutherani quædam latina retinent, quæ sunt maximè vulgo nota) deinde leguntur pars 3. cap. prioris ad Timoth. & cap. 10. Lucæ, vbi de constitutione Apostolorum, & discipulorum agitur, & pars 1. cap. ad Titum: quibus perfectis queritur

ex candidato, ecquid recipiat cuncta se præstatutum: admoneturque, vt diligenter iterum, atque iterum dispiciat, quibus præficiendus sit, ut potè non bobus, aut ouibus: sed animabus Christo longè charissimis: ac tu scelerata cœna contaminatur: stansque superintendens inuocat eo ferè modo, quo catholici, Spiritum sanctum: ac postremo latine pronuntiatur ab omnibus: *Benedicat vobis Deus omnipotens*, ut faciat fructum bonum: sicque perficitur initiatio Lutherana, traduturque litteræ testimoniales ordinato. Hæc igitur ad hunc modum peracta, dicuntur scripturæ, traditionique consentanea: eadem cum in formalis catholicorum inueniuntur, dicuntur superstitiones, & inuentiones humanæ, Iudaicæ, Turcicæque prophanationes. Neque tamen vel nostris defendendis, vel illis exhibilandis ero prolixior: quia sic utraque proposuisse, satis cōfutasse videtur. Nam quid ad primam illam, quam produximus, dicent antiquitatem, ex qua discimus solos Episcopos esse causas effectrices presbyterij: Nisi cauillentur forsitan impudentissimi, non agi apud antiquos Patres de nostris Episcopis vñctis, rasis, & (ut impie blasphemati) papisticè deformatis. Hæc vero nō Lutheri sūt, aut alterius cuiuspiam hæretici: sed Ecclesiæ, quæ fortassis hunc in modum compellatura videatur suos simios. Vnde tu, superintendens, natus es (obsecro) potestatem conferendi presbyterium, qui fortassis non ita pridem carnifex, satator, aut lanio? Vnde cœnam conficiendi, & corpus, sanguinemque Christi consecrandi facultas? nam hæc in sua cœna fatentur Lutherani. Vnde tanta fiducia? Prætereà quis te docuit usurpare hymnum catholicum: cum psalmos, odisque meas prophanus exturbatas velis? Quin tu hunc quoque cum cæteris abiicias? Itane ex horto meo traspalata diuersam induunt naturam: vt apud te bona sit, quæ apud me tantoperè dannas? Quid aras in mea vitula? Quid mihi, tibi q; cōmune est? Quin puteos meos cū illis Palæstinis penitus obruis: cur exhaustis? cur pro tuis venditas, visq; videri euangelium? Quando agitur de meis sacramentis, vitibus, & ceremoniis, petis oracula, quibus nitat: quod dn̄s (quæsto te) huc hymnum usurpare docet oraculū? Deinde, quis te docuit legere, vel omnino esse legēdū his in rebus aliquas scripturas? Si quid ego temere simile meo iure: clamas præter Dei verbū nil moliendū: quæ litteræ te iubet vel hoc, vel aliud caput Paulinarii epistolarū, aut Euāgelij diligere? Verba equidem sancta sunt: fateor: sed vnde conpertum est tibi hæc ad rem quicquā facere? Prætereà, quibus edoctus es scripturis nō optimè precari etiā infensissimis hostibus? Optas vt Turcę (& his papistas, si Deo placet, ad numeras) intereant: hinc quis non statim intelligit, ex quo id spiritu prodeat? Putas deinceps quæquā miraturū tuos prædicantes ad rauim usque maledictis, & cōtumelias innocētes appetere: nempe maledictis initiatos? Postremo, vnde habes formulam hæc orationis: *Benedicat vobis Deus*, &c. Video te ex nostris mutuatum. Et quid ita libet in nobis damnare, quod tuis obtrudis instar oraculi? Et quid, sibi litteræ illæ significant: si non meorum formatas, quas nē primi quidem

clericī negligunt? Videt igitur catholicus catechumenus in his nil esse, nisi simiū, & æmulatorum: itaq; retineamus nos, quod est & antiquissimum, & apostolicæ traditioni consentaneum: neque pro nostris formulis, sanctissimisque ritibus, quos vñā cum nostris pontificalibus collaudat, probatque Florentina synodica epistola, siuamus nobis obtrudi ebriosorum hominum, maléque feriatorum somnia.

*Fines, & effecta presbyterij.*

Catechesis 203.

**P**ostulat à nobis instituta methodus, ut differamus de finibus sacramenti presbyterij: & quia in huiusmodi disputationibus videtur finis minimum abs re effecta distare: ictus circò de vtroque simul agere libet. Cum igitur inter presbyterij fines hi duo sint facile principes, & alter horū ferè reliquos cōpleteatur, nēpe, gratia iustificans, & character: ideo posteaquam de his, quod satis erit, catechumenis dixerimus: videbimus istud caput abundē pertractasse. Atque vt probatio nobis reddatur expeditior, & commodior: optarem hic in primis teneri, perinde esse, cum hostibus agendo, qui sacerdotalem, & episcopalem ordinem miscent, si aliquam alterutrius ordinis efficacitatem probes, cum æquè cogantur admittere, quicquid in antiquitate de altero dictum proferetur, ad alterius facere confirmationem. Verum nunc ad rem. Gratiam igitur iustificatricem, qua donantur legitimè creati presbyteri, adeò non agnoscit Caluinus, qui nobis potissimum hīc molestiam exhibet: vt non dubitet huic sacramento affingere quoddam impiamentum, & vim considerandi. Nam quicquid isti delitent ( inquit libr. 4. institut. cap. 4. ) de efficacia suorum sacramentorum: experientia docet ex stolidis, phreneticis, ex equis, asinos fieri, quoſcumque mystis initianti: adeò vanum, ac sacrilegum est, quod inter consecrandum ipsorum Episcopi dicunt: Accipe Spiritum sanctum. At verò contrà Spiritus sanctus apertissimè iussit Trid. synodi sess. 23. c. 4. anathema, & execratos haberi à piis omnibus eos, qui vel negat hīc cōfieri Spiritum sanctum: vel immerito hæc ab Episcopis verba pronūtiari dicūt: vel imprimi characterem inficiantur. Cui parti fidē adhibebimus? Caluinōne, cū suis, an Patribus Tridentinis? Sed iam fortè vobis præscriptū hac ratione videbitur: itaque adhibeamus oracula, & eorum diligentissimam interpretē traditionem apostolicam, vt, quām sit impudens, & mēdaciis adfuetus hæresiarches ille, pateat. Ne quis tamē hīc fallatur, aut adulari me credit aliquorum vitiis: ego id, quod in vniuersum dicit Caluinus, ex parte nimis, quām verissimum fateor. Et quid mirum: cū sint talia nostra sacramenta: vt de indignis mystis illicò vindicent se? Quid nobilius, vtilius, ac diuinius Eucharistia? Si tamen accedat iudaica conscientia: quis dubitet

dubitet complendam eacodæmone? Et si libidine completus, auarus, simoniacus ad hūc presbyterij ordinē admoueatur: ecquis ignorat sanctissimum, dignissimumque sacramentum non suo vitio, sed pro sua nobilissima indole, quia non vult Dei mysteria in vasis tam impuris, spuriisque portari, hominē dementē magis demētaturū: vt equū in asinum, stolidū in phreneticum vertat, & velut afflatū aliquo dæmone reddat sceleribus refertissimum? Non igitur agimus de huiusmodi sacrilegis: non tutamur, non defendimus, quin tales pro suis ornati virtutibus & à sacramento prius: & nunc à Caluini calumniis omnium probris consindantur. Sed agè, da mihi Timotheum aliquem, vel Titum, aut quempiam sanctum, pięque institutum adolescentem, qui, quod præ se ferat moribus, præstet conscientia: dubitas huic tali vasi electionis profuturum hoc mysterium? Quis adè rerum christianarum ignarus, qui nunquā legerit, vel inaudierit sacramenta veteris legis tantum distare à nouæ legis sacramentis, quantū est vmbra corpore deterior? Atqui c. 29. Exodi Moses, sua quidem lingua, dicit Aaronem ωρν̄ lekadesch, Exodi 29. Græcè ἀγιασθαι, id est, sanctificari, vt ante Hieronymum legebatur: nos in Hieronymo nunc legimus initiari, consecrari, & etiam sanctificari. Quod si siebat vñctione legali: nō vel hoc ipsum tribuemus nostro sacramento, quod tanto est maius, quanto Christus Mose præstantior? Sed tamen ( inquiet hæretici ) non habet res ista locum apud Christianos. Omitto quæ ex ipsomet Caluino colligi poterant ad capit. 13. & 14. Actorum de gratia, quæ secuta est manuum impositionem in presbyteris à Saulo, Barnaba, & aliis Apostolis creatis ( nam cùm ibi dicuntur Saulus, ac Barnabas traditi gratia, interpretatur de gratia collata per manuum impositionem ) quid dicemus ad prioris ad Timotheum caput 4. vbi Paulus iubet illum non negligere gratiam, quæ ad ipsam initiationem, ritūmque manuum impositionis fuerat illi collata? Si dicas Timotheum Episcopum fuisse, libens agnoscō: at iam antè præstitutum fuit, eodem loco apud aduersarios Episcopos, & sacerdotes haberi. Rursus argutantur non esse apud Paulum χάρις, sed χάρισμα: fateor, & quamvis non desint exemplaria Græca, quæ χάρις legant: non contendō tamen, fīm̄ gaudeo. Nam χάρισμα vel χάρις, vt sēp̄, significat: vel, quod raro, χαριτόγειος, quo nimis conferatur gratia. Eligat igitur vtrum velit aduersarius. Hoc enim futurum est, quod dicimus, sacramentum istud, siue id, quod fit presbyterio, esse instrumētum, ad quod adhibitum Deus præsto est gratiam infundendo. Et quid istud tantoperē demitantur, qui superiū iubebant suos ministros diligēter, quibus præficerētur, expendere, nimirū Christianis, qui docent rationem huiusmodi ministris subducendam omnium iudici Deo, si qua ouicula vitio eorum deperierit? hæc enim permittamus illos more simiarum fingere, quæ ad illos non pertinent. Tyrannus sit profecto Deus, non Opt. Max. vt dicitur, & dici gaudet: si homines ita periclitantes de interitu ob culpam alienam non adiuua-

*Traditio maiorum, quae sit hic.*

*L. 12. ca. 14.  
L. 2. cap. 10.*

ret, custodiret, instrueret gratia necessaria. Quid dicam de altero loco, cap. i. posterioris ad Timothi: vbi præcipitur gratiam *ἀραζωνεῖης*, & cineribus velut obrutam excitare, quam acceperat manuum apostolica- rum: impositione? Quid multis? Ut tertius non desit: testis: dum idem Apostolus eundem suum discipulum admonet, ne præcipitatem manus cuiquam imponat: maiores nostri de ordinatione accipiunt: & D. Theodoreetus ostendit esse sedem, ac locum unde elicias efficacitatem sacramentorum, id est, collationem gratiae. Adhæc, eosdem aduersarios audiui- mus nostra dudu nostris verbis inuocare Spiritum. Iam vero, quid opus (quæsto te) inuocare, quem venturum non credas? Si nulla sit promissio, vel spes: cur te frustra torqueas? Sed aduenire dicent, non ad sacramenti collationem: sed ad votorum, & precum adiunctarum efficaciam. Esto. Sed maiores nostri, qui præter has preces agnoscunt etiam sacramentum, docent ad manuum impositionem: id fieri. Sic enim Chrysost. Oecumenius, Theophil. ad eum: epistolæ Paulinæ locum. Atque hæc habemus è scripturis. Quod si nunc ad Areopagitam veniam, caput 5. Eccl. Hier. totum hac in re consumitur. Non dubito, quin sit concessurus aduersario- rum vel impudentissimus hunc virum pro hac sententia facere, qui di- cat diaconum, sacerdotem, & Episcopum Sancti spiritus inuocationibus τελεσθεῖται, adeò non quiddam exiguum, sed totum copiæ cornu gratiarum hic effundi putat. Ab hoc digressus, confero me ad reliquam antiquitatem. Est insigne testimonium apud D. Theodoreutum libr. 4. cap. 23. Eccl. Hist. & Nicephorum lib. ii. cap. 46. vbi agitur (nec enim li- bet repeter aliás obiter perstrictum): de sancto Mose initiando, & cohonestando ordine episcopali. Illum igitur cùm Valens tyrannus ob- truderet Lucio hæretico, & tyranno Alexandrino, Moses, vt erat catho- licus, relucentabatur vehementissime, nec se commissurum dicebat, vt ab eo initiaretur, quia sciret Spiritum sanctum ad illius inuocationem nū- quā descensurum. Sed hoc posset ab ea profectū hæresi vidéri, quæ post- eā Donatistarū, & Circuncellionū fuit, qui credebāt hominē malū non perficere sacramentū: nō tamen ita se res habet. Sed cùm esset Moses ca- tholicus, ac Luciu nosset hæreticū: nō lebat esse sibi quicquā cū eo com- mune: quia cōmuniō hæretica, p̄fertim in sacramentis, est cōtagiosa. Ne igitur pius ille præcluderet aditū Spiritui sancto; cui locus nō est a- pud hæreticos: noluit à Lucio ordinari. Sed quid laboramus hoc adserē- do: cùm priscis theologis tanti fuerit hoc sacramentum: vt remissionem conferre peccatorum crediderint? Notum est enim ex Nicephoro, post Sozomenum, Nectarium beatissimum paulò antē creatum Episcopum voluisse Martyrium ordinare diaconum: illum autem fortiter restitu- se, propter (vt liberè fatebatur), anteacta vita crima. Ibi vero cùm Nectarius, vt homini persuaderet, se quoque fateretur ob pri- stina quædam peccata indignum, qui gereret episcopatum. At in (respondit Martyrius): *beate nuper admodum per baptismum omnem laborem abluiisti, cùm etiam episcopalem dignitatem es consecutus.*

*Vtrumque*

*Vtrumque enim, & sacrum lauacrum, & munus episcopale delictorum esse remedium, & expiationem ex sacris constitutionibus nonimus. Quid dici potuit apertius?* Et quia versamur in Nicephoro, libet alterum quoque huius rei exemplum proferre Petrum Cnaphæum Antiochenæ ciuitatis Episcopum, qui vbi Xeniam (alij Philoxenum vocant) à Calan- dione prius electum recepisset, & necdum baptizatum Episcopum creasset, dixisse fertur iis, qui factum reprehendebant, sufficietram illi consecrationem. Ista quidem dicebat hæreticus, sed non hæretice: quia tametsi certissimum sit Christianis baptismum esse sacramentorum ianuam, tamen Cnaphæus de vi, & energia istius initiationis, de qua differimus, præclarè admodum iudicabat. Poteram huc adferre tertium huius sententia testem Ioannem Balsamonem ad can. 12. Ancyranum, adfirmantē Episcopis omnia, sacerdotibus aliqua duntaxat in ipsorum ordinationibus peccata remitti: sed in re manifesta non visum est longius diffluere. Hæc igitur cùm ita se habeant, quid dubitamus credere sacramenta conferant necne gratiam, & opem necessariam recte obitu- ro suum munus, siquidem & male consciis remissionem pariant? Quid non facient in eo, qui legitima sit expiatus exomologesi, quæ etiam- tum foedatum cùmulant cōdonatione culparum? Sed de his non plura, quia post epistolæ Florentinæ, quæ effectum huius initiationis vel col- lationem, vel augmentum gratiae tradit, & Tridentinæ synodi grauissi- mam auctoritatem, reor penè superuacaneam hanc apud catechume- nos nostros operam. Nunc de charactere, quod ipsum nomen derident character. hæretici, cùm tamen occurrat in scriptutis, licet alia sententia. Sed si vocabulum arridet minùs, vocent, si ita videatur, σφεγδόνα; vocent si- gnum, signaculum, ἡποτά: non cōtendemus de vocabulo, si de re conue- nerit. Et tamen à Græcis desumpsimus, quibus nihil est aliud imprimi characterē, quā non consecrari. Si quis de mea fide dubitat: inspiciat can. 3. Apostolorum, & Ancyranum, adhibeatque Balsamonis commen- tarium, vbi agitur de Episcopis creatis quidem, nondum tamen in pa- rochiam receptis, aut ciuitatem, quibus characterem nihilominus epi- scopalem manere dicit Balsamon ex Apostolorum sententia. Eo modo attribuit diacono characterem, cui tamen adimit manuum impositio- nem. Hæc de voce breuiter. Si de re nunc ipsa sit agendum, quānam illa fit, concilium Florentinum definit: *Spiritu quoddam signum à ceteris distinctum in anima, indeleibile.* Dum enim Ecclesia cap. 4. Tridentini concilij sessione 23. nominat characterem, nihil aliud intelligit, quām perpetuam quandam facultatem, ac vim, quia is, qui est creatus vel sa- cerdos, vel diaconus prædictus manet, quicquid illi accidat, vt nunquam frustra tentet, tametsi nonnunquam cum summo sacrilegio; ea, quæ ad eius officium pertinent. Usqueadē subsidit altè in animam signatu- lum istud siue baptismi, siue alterius sacramenti, quod illud imprimit, vt ne in damnatis quidem euariescat, sed olim quoque licebit Epi- scopos, sacerdotes, Christianosque à reliquis dignoscere, qui diuinæ bonitatis

T T

bonitatis malè sana, & ingratissima semancipia præbuerint. Vocant præterea maiores nostri, Græci præsertim veteres, ῥργεῖθα, vel ἐγέσια, vt can. 18. Nicæni concilij primi, Areopagita cap. 5. Ecc. Hier. vocat δύναμις. Nam quod alias ἐρέγεια dicere videtur, Maximus eius interpres distinguit, vultque significari functionem, & exercitationem τῆς δύναμεως. Eiusdem creberrimam inuenire est in Patribus mentionem: & futurus eram alioqui prolixior, nisi repetendæ forent hac ratione, quas superius attulimus. Patrum, conciliorumque sententiae. Alioqui credo hæc abunde futura satis, vt hanc notam nostri catechumeni utique cognoscant.

2. Timoth. i. Verum queret fortè quispiam scripturarum authoritatem. En eam vobis cap. 1. posterioris ad Timotheum, vbi Paulus præcipit ἀναζητοῦσιν τὸ κάπερ μα τῷ θεῷ, id est, refuscitare gratiam Dei. Quibus verbis volunt interpres indicatū non esse euaniādam, & disparentem, temporariāmque operationem huius sacramēti, sed facultatē, quæ negligentia queat obrui, situque squaleſcere, vicissimque diligentia, & exercitio venustatem recipere. Est locus apud Augustinum insignis lib. 2. aduersus Armenianum cap. 13. contendentem p. Iua hæresi Donatistarum, hominem sacerdotem per hæresim, & grauiora peccata ( de his enim videntur etiam egisse ) spoliari iure baptizandi, cùm tamen iidem negarent baptismū amitti posse. Huic respondens Augustinus: Nulla ratio ostenditur ( inquit ) cur, qui amittere baptismum non potest, ius conferendi baptismā queat admittere ( vocat ius characterem: ) nam vtrumque in Ecclesia sacramentum est, & certa consecratione sacerdoti confertur. Ut igitur non potest baptismā sacramento collatum perire, sic iste character sacramento collatus perire non potest.

### Presbyterorum, & Episcoporum officia, ac destinata.

#### Catechesis 204.



Væ differuimus posterioribus homiliis de presbyterij, seu episcopatus effectibus, suffectione evidentur: nunc de officiis, ac destinatis tempus est vt aliquantis per differamus. Erit utilis profecto disputatio, præsertim apud clericos, nisi quod ferè veritas odium pariat, & apud etiam confidentes sit ingrata reprehensio. Attamen quia hæc pertinet ad nostrum institutū, noluimus nostros catechumenos veitū ignorare, quantumuis malè feritorū radat teneras aures. Præcipuum itaque, propriumque munus sacerdotis est, vt offerat munera, & sacrificia Deo. Et licet hoc sit hodiè controversum, negantibus hæreticis nobis vel sacerdotes, vel sacrificia supereſſe: nihil tamen eorū libet huc reuocare, quæ alijs in christiani, catholiciq; sacrificij adſertione protulimus. Sed nec alterum officiū sumus impræsentiarū tractaturi, nimirū, de facultate, & vi ligandi, ſoluendique peccata: quod prolixissimè, quicquid ad eā rem facete

vifum est, ſit in diſputatione sacramenti abſolutionis enucleatum. Reliquum est igitur munus tertium nunc nimisquam obſitteratum, nempe, benedicendi, ſiue precandi populo, quod vſqueadē plebi rarum, & ignotum est; vt ne ipſi quidem ſacerdotes huius functionis memores videantur. Certum est tamen non esse neotericum inuentum; ſed cui libet ſacerdoti, ſiue priſcum illud, ſiue nouum ſpectus testamentum, peculiare. Nam habes cap. 6. Numerorum formulam deſcriptam, qua vtrantur olim ſacerdotes, dum ſc̄ilicet ominarentur populo, cui rem illum fuisse perutile multis doceri potest exemplis. Et, quod mirum eſt, heretici Lutherani, cùm cetera legalia repudiēt, nec patiantur nos cum Iudeis quicquam habere commune; hanc ſuis commendant ministris, qua ſc̄ilicet abutantur, quoties conabuntur ſuis recte consulete. Et ſi cui ſatis hac in re grauiſ author Babylonius Abdiās habeatur in Thoma Apoſtolo, docet illum ſuum Thomam hac vſum formula, & hanc benedictionē Christianos expetiuiſſe. Si verò libeat antiquitatē delibare, principiō velim ſcire ſacerdotes, Epifcopum, inter inungendum dīgitos, petere à Deo prece religiōſiſſima; vt velit dīgitis illis vim tantam præſtare, vt quicquid conſecrarint, ſit conſecratum; quicquid benedixerint, benedictum; & priuſquam progreſdiatur Epifcopus in paræneſi pōtificali, præſcribitur inter officia reliqua benedictio. Ergo quifquis eſt insignitus hoc sacramento, memineris eſſe tui muneriſ ſacra benedictiōne prosequi plebem catholicam. Quod si pontificalis videatur grauiſ authoritas; audi Clementem Romanum inter ſacerdotalia baptiſtum, ſacrificiumque, &c. recenſentem hanc benedicendi functionem, quam maiorem, & minorē ſacramēti facit; quæ quidem, quid ſint, rectiſſimē vallet intelligi ex can. 47. concilij Rhægiensis, vbi vetatū ſacerdotes quicquam epifcopale tentare, vt eſt conſirmatio, ordinatio, ſolēniſ illa, quæ totam plebem afficit, epifcopalis benedictio. Ea enim maioris nomine cenſentur. Minor eſt ſacerdotū, qua certis rebus, personisq; bene precatūr, quam certe in primitiuā Ecclesia non ſolūm initiati; ſed & catechumeni maximi faciebāt; ſeq; ad Epifcopos, vel ſacerdotes aliquid operis paulo magis ardui tentaturi conſerrebant, vt Deus illorum conatus bene fortunaret; quod feciſſe Nectarium liquet ex historiis. Theodoretuſ autem in ſuo Theophilo ſcribit Simonem Styliitem, Macedoniuſ, ſanctumque Iacobum Niſibenum hanc rem ita fuliē veneratos; vt non tantūm aduoluerent ſe genibus Theodoreti Epifcopi; ſed etiā populu confluente ad ſe eō remitterent benedictionē flagitatū. In eodē autē Rhægiensis concilij canone 4. ſtatuitur, vt fas ſit ſacerdotibus per agros ad omnem occurſum bene precari; ne rei tā utilis vſquam deeflet copia potentibus. Et vt ſemel finiam; eſt caput vere aureum apud Bedā Anglicanā histor. lib. 3. cap. 16. vbi dicitur in Northumbria, & aliis eius regni partibus primos Christianos anno Domini circiter 657. tā religiōſe rem iſtā coluſſe; vt cùm ſacerdotes, & monachi necessarias ob catiſas prodirent in publicū, nimirū. vt sacramenta administrarent, populumq; vel doceret, vel in-

*sacerdotalis  
benedictio  
quanti pen-  
denda.*

*Zi. 3. cap. 10.  
Duplex be-  
nedictio, ma-  
ior, & minor.*

concordiam reducerent; nunquam tamen ita potuisse latere, quin semper prodeuntibus mox obuij fierent turmatim viri, ac mulieres supplices, vt se dignarentur sacerdotali benedictione. Quod certè dū siebat, & sacerdotes admonebātur officij sui; & plebs melius intelligebat, quantū sit Dei beneficiū, quod nos regali sacerdotio cohonestarit. Iam vt istud, quicquid est, maximi certe, licet passim vilescat, officij, nō prētereamus: norunt omnes sacramentorū administrationē Episcoporū, ac sacerdotū esse propriā. Nam quid ad baptismum pertinet, ignorat nemo de sacramento confirmationis, quid olim permīssum fuerit sacerdotibus, dictū est, vbi de illa tractatio fuit. Eucharistiae, & cunctiōnis extremae quorsū attinet meminisse? Matrimoniiis quoq; tametsi propriū ibi ministrū videatur Ecclesia, non prēstutisse; tamen præesse sacerdotes oportet: alioqui periclitari de clandestinis nuptiis est omnibus confessum. Sed istud erit vtilius, & huic loco accommodatius, sacerdotem debere perpetuō memorem esse non se sibi sufficeret, sed si plebē habeat ad signatam, pro illa precari, & sacrificia facere debere; sin minus, dare operam, vt in uniuersum Ecclesiae sit quām optimē consultū precādo, sacrificiisq; iugiter insistendo: cuius rei perutile fuerit crebrō & ipsos sacerdotes, & populu cōmoneri; vt sciat ille, quantum debeat sacerdotibus; hi verò diligētiū prēstent, quae sunt sacrofanētī muneris. Et mirū est, vixque credibile, nisi scripturæ traditio quē nobis huius rei fidem facerent; nempe populum christianum, qui & ipse suum habet sacerdotium, non posse tamen ritē precari, vel offerre Deo munera, nisi fiat hoc ipsum ore, manibusque sacerdotis, quem Deus, tanquam instrumentum transferendis populi votis aptissimum, suis altaribus iussit assistere. Stat enim laicus, coniungit vota, precēsque, sacerdos legatione fungitur: & si quispiam Dathan, & Abiron, vel Ozias irrumpat in munus alienum; vel hiatu terræ viuis absorbetur, vel feeda lepra percutitur. Nec est silentio prætereundum Areopagitam his ordinibus tantam vim adhibere; vt dicat iis initiatos nō tantū aptos fieri, vt aliis per sacramenta benē consulant; sed per illum ordinem reddi idoneos, vt quam plurimū fructus, gratiæ, præsidiique reportent ex omnibus aliis sacramentis; vt sacerdos, diaconus, hypodiaconus, quisque pro sui gradus sublimitate (de dignis tamen hæc intelligenda sunt) magnos, majorēsve fructus referant: & hanc rem ille producit usque ad monachica sacramenta, quibus dicit fieri, vt plus iuuetur, qui iis prædictus est, vsu sacramentorum, quām reliqui Christiani. Estne igitur indignum, vt cum Deus tam præclarè sua gratia nobis adsit; nos ipsi desimus nobis: Simplex, rūdisque plebecula. carens iis consecrationum præsidiis, interdum ardore, vigorēque mentis ipsos superat sacerdotes: nos, qui tantam habemus gratiam, deperdimus, vnde cæteri, quam non habent, accipiunt. Sed hæc alium locum postulant: nunc ad destinata veniamus; quæ est planè coniuncta disputatio. Quid igitur, dicet quis, in sacerdote cum primis putas desiderandum? Docet id Paulus Hebreorum cap. 5. si credamus Græcis interpretibus: & quid nō credamus;

damus; cūm res ipsa loquatur? Vt sit ex hominibus λαμβάνεται, id <sup>qua incandi</sup> data sacerdotiū requiruntur.

est, separatus, seiunctus, &, vt propriè dicam, egregius. Vt enim in rebus aliis non nisi, quod est excellens, eximiūmque, Deo vouendum est; ita hoc in negotio nīl vīle, maculosum, deridiculum, contēptibile Deo sistendum. Quantū autem hīc peccetur, & quanto rei christianæ in conflictu cum hæreticis præiudicio, dictum est alibi. Hinc enim clamāt nostra sacramenta ex equis asinos reddere: contrā, si non nisi lectissimi createntur, hostes, vel iniuti, compellerentur fateri quiddam esse diuinum nostra sacramenta. Sed qua in re sitam putas excellentiam? Equidem cum Nazianzeno in apologetico Pontico libere dico, neminem debere de sacerdotio suscipiendo cogitare, qui non prius Deo se to tum deuouerit, obtulerit, mactarit; vt corpore, & spiritu Deo seruiat. Si quis plura postulet, licet ex eodem Pauli loco desumere. Requirit enim ibi, vbi Paulus à diaconis præclarè se gerentibus, vt altiore gradu, presbyterij nimirū, sibi acquirat, requirit, vt sint inculpati, non bilingues, non vino dediti, &, quod est mirabile, qui mysteriū fidei in pura conscientia portent, hoc est, qui non tantū credant, & habeant perspecta fidei dogmata; sed & animum immaculatum, iisq; vitiis liberū, quæ sint ipsi in aliis reprehensuri. Si hæc in diacono; quid in presbytero, de quo sub Episcopi nomine scribit idem Apostolus eodē loco, vt sit sanctus, iustus, pudicus, præditus facultate obturandi ora aduersiorū, habeatq; testimoniū. etiam ab iis, qui foris sunt? Quis hæc præstat? Eadem tamen repeatit ad Titum cap. 1. & ista putamus ad nos non pertinere; sed eo tempore duntaxat in vnu fuisse. Atqui dum initiamur, hæc eadem ab Episcopo nobis occinuntur. Scias tibi (inquit ille) præstanta, quæ Paulus docuit suos, Timotheum, & Titum, in primis (hæc enim addit) iustitiam, deinde misericordiam, mox constantiam, hinc fortitudinem, postrem cæteras virtutes, quibus opus esset prolixo sermone. Sed meritò censeo huius sacramenti administratos à sacerdotibus requirere iustitiam; quod illis maxima quæque olim credebantur, & maximè in dicendis sententiis, in occultis confessionum iudiciis, ne conniveant ad potētum peccata, solisque rusticos, ac pauperes grauent; sed iustitiam iudicent (vt loquuntur scripturæ) commeritūmque iustè puniant; innocentem, fragilem, desperabundum consolentur. Sic debent esse iusti; verū simul etiam misericordes; vt iustitiae, misericordiaeque temperatura neutram in partem impingant vel seueri, vel remissi nimium. Neque tamen satis est semel accepisse; adsit oportet constantia, de qua, si incis obsequerer affectibus, prolixissime differeret; adeò nunc ea desideratur in nostri ordinis hominibus. Principiò enim dum sumus initiati, uno, aut altero mense præ nobis ferimus occultum quendam sensum suscepti muneris; mox au-

tem officij oblii, efferrimur, & ruimus in diaboli laqueos; denique in tota vita, qui videri volunt innocentissimi, adeò sunt leues, ac pueriles, vt se ad omnium libidinem, seruitumque nimis quām seruiliter abiciant; quibus rebus hodiè fit, vt sacerdotio nihil seruile magis, nil contemptibilius habeatur. Longè fuerat hoc ordine dignius exprimere constantiam Ambrosianam, & Cantuariensis illius Pontificis, qui vitam parati profundere, potius, quām vt sinerent quicquam ecclesiasticę manifesti detrahī. Et eapropter requiritur etiam fortitudo; deinde absorbet Episcopus mystagogus reliquum veluti virtutum pelagus legitimo sacerdoti necessarium; addit postea debere sacerdotes meditari ingiter in lege Domini, & iis quae legerint credere, quae verò crediderint, in populum refundere, refusa moribus exprimere, neque pharisaica philautia totum onus in alienos humeros deuolucre, atque interea nolle subire, ferreque sarcinam aliis impositam; ac sic pergere ad rationē subducendum Deo Opt. Max. Certè valde mirum nos ita scire, dicere alii, & adeò obliuisci, quae sunt præstanta sacerdoti. Reliquæ scripturæ requirunt in sacerdote summam eruditionem; vt sit quidam magister totius orbis, quales erant olim apostolici seculi doctissimi. Et quām sunt hic præclarí canones, qui, si vel legerentur, vel seruarentur; quām Ecclesiæ faciem nobis restituerent? Est Aurelianensis concilij sub tēpus naſcentis barbarie canon 6. relatus in ius pontificiū ab omnibus eius congregatoribus, Iuone, Burchardo, Gratiano; vbi præcipitur indoctos sacerdotes arcendos ab altaribus, nec tolerandos in officio, maximè qui non intelligent, quae geruntur. D. autem Hieronymus ad 2. Aggæi liberrimè negat esse sacerdotes, qui careant eruditione; plurimisque congerit gravissimas scripturas, quibus id probet; quod si nūc placeat recipere, quām pauci nunc viuant sacerdotes? Nam quotusquisque est, qui vel nomen ipsum satis notum habeat? qui vel ea præstare queat, quae olim à catechumenis erant præstanta? Quid si nunc viueret Hieronymus, nōnne & criticos illos, siue (vt vocant) examinatores, & Episcopos, & sacerdotes, diaconosque clamaret indignos esse suo nomine? Non quod ab eruditione pendeat sacerdotium, quod indelebiliter confertur sacramento, & idiotæ iuxta, atque doctissimi penetrat animam: hoc tamen incunctanter adseruero, tantum abesse nostris crassis, ignarissque sacerdotibus viui, prisci, sacerdotij, quantum homini picto deest veri hominis. Habet illi quidem titulum, characterem, sacramētum: sed quis horum est vius? quae utilitas? An non turpe fuerit doctorem vel haberi, vel creari, qui iis omnibus destitutus sit, quae ad illam requiruntur functionem? At doctorem totius plebis, diuinitatis hypophetam, christiane plebis legatum nulla eruditione, scientia, disciplinarum cognitione præstare debere putamus; neque quicquam referre, qui in doctissimorum quondam hominum Panthæni, Clementis Alexandrini, Origenis (ne plures commemorem) locum, vicēsque succedant? Dent igitur operam, qui huc quandoque sperant se consensuros; vt mediocrem saltem comparent eruditionem;

eruditonem; vt vel priscos adæquent catechumenos, ne semper propter ministrorum ignorantiam nostra sacramenta contemnantur, rideantur, conspuantur.

*Rursus de dotibus presbyterij candidatorum, examine, etate.*

Catechesis 205.



Is, quæ superioribus comitiis de dotibus, & rebus necessariis in iis, qui vel sunt, vel futuri sunt, sacerdotibus à nobis vt cunque disputata sunt, erant multa adiicienda, nisi partim alias obiter attacta, partim aliis locis putaremus commodiū adhibenda. Nam videbatur huius loci propria de continentia fermocinatio, sed illam, cùm ageremus de hypodiaconatu, semel expediuiimus. Est tamen, quod additum velim, quiddam minutum, quod D. Burchardus decretorum libri 2. ca. 117. & 118. repetitum habet ex canone 22. Apostolorum (tametsi nil hodiè simile legamus in eo canone) perdecere sacratos homines, & maximè priores illos ordinēs hypodiaconos, diaconos, sacerdotes continentiam, qua ministerium sacrum potissimum obeatur. Atque hoc vsqueadè verum est, vt Græci, qui antè legitimè ductis vxoribus permittunt vti, vel abuti, ministerij tempore iubeant absistere, intelligentes turpe esse eos, qui paulò antè huiusmodi rebus inuoluti sunt, mox attrectare sacra. Et Hieronymus libro primo contra Iouinianum, dicit Apostolum agentem cum laicis præclarum tradere clericis documentum, dum orationis ergo præcipit laicos continere. Ambrosius autem libro offici. cap. 50. ex. 19. Exodi: *Disce (inquit) sacerdos atque leuita, quid sit lauare vestimenta tua, ut mundum corpus celebrantis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam: tu illo tuis mente pariter, & corpore, audeas pro aliis supplicare? audeas pro aliis ministrare?* Quid multis opus? Illud etiam ad Græcos refellendos valet, quod in Neocæsariensi synodo can. 11. presbyter ialiquo lapsu carnis contaminati, à quo tamen per poenitentiæ sacramentum fuerint absolti, retinere quidem censemur dignitatē, ab altari verò, sacrificioque repelluntur, quod videatur indignum, corpus illicita venere cōmaculatum; id quod est in rebus omnibus sumnum, sanctissimumq; tractare. Hoc tantu de cōtinentia, ne locū istū silentio preteriisse videamur. Huc etiam pertinet examen futurū sacerdotum, maximè si morte illum spectentius, quem nostri maiores obseruarunt, posterisque præscripsérunt. Ne tamen prolixa canonum, & conciliorum citatione molestus sim, vnum caput esto pro mille concilij Hænetensis, vel, vt manuscripta exemplaria vocant. Nā ne tensis, quod idecè debet maiori veneratione dignum videri, quia non tantum ab Iuone, Burchardo, & Gratiano sit relatum in ius pontificium, verum etiam quod Tridentini Patres hanc partem eadē modo voluerint exequi sell. 23. can. 7. vbi mādant, vt quadriduo ante

De sacerdos-  
tum continen-  
tia.

Examen se-  
cerdotum fu-  
torum.

conuocentur initiandi, ut adsint archipresbyteri vitæ, morum, doctrinæque testes, tum ex omni clero episcopali deligi volunt sacerdotes viros prudentes, doctos, grauissimos, constantes, qui in mores, vitam, proposita, habitum, gressumque diligenter, per totum nempe quatriduum, inquirant, quibus sedulò denunciatur ab Episcopis, ne quem indignum gratia, fauore, pretio admittant, futurum alioqui, ut & indignè promoti arceantur ab altaribus, & qui tales obtruserint Episcopis deponantur. Quæ si in vsum reuocarentur, quam lœta rerum facies, quam florens Ecclesiæ status propediem cerneretur; quam nunc misere deformatam nobiscum etiam lugent heretici? Si reuicerentur, qui fucum fecerunt censoribus, vel Episcopis, si critici notarentur infamia, si in mores, vitam, eruditionem ordinandorum grauiter inquiereretur: multò maxima parte calamitatum propè nunc satiscens Ecclesia relevaretur. Sed de hoc examine non plura. De tempore minimum quiddam est adiudicandum: quia video tam paucos esse, vel tam religiosos, vel tam prudentes, qui non putent moram à Tridentinis Patribus constitutam esse nimiam, ut subdiaconi, videlicet, anno ætatis 22. diaconi non ante 23. presbyteri post 25. ordinentur. Hanc enim ætatem quidam non ferunt, itaque confugunt ad commenta: sed si inteligerent, quid agerent, vel si audirent, quid ab illis expectetur, quid præstare debeant initiati, quam sit ardua prouincia, quam ambiunt, & quid Patres olim fecerunt, vt illam obtrusam subterfugerent, paterentur, sat scio, frœnum inicii properanti desiderio suo. Nam si demum is est verus presbyter, qui quantumvis forte iuuenis, præfert morum canitem, & grauissimis actionibus, prudētia, integritate canos animi palam ostétabat: profectò qui tam inepita cupiditate, pueriliq; desiderio mētis adolescentiā declarant, meritò censem̄tūr indigni. Deinde si Christus ipse, qui à primo momento fuit sumus sacerdos, expectauit, quietum dissimulauit, traditā sibi functionē in tricesimunt, plus minus, annū: quid est (obsecro) cureius sectator Christianus fragilis, peccatorū suorum sibi conscius anhelet, ac prorumpat huc, antequā vocetur, inuitetur, toleretur? Quid verbis opus est? Ipsa synodus Nœocæsariensis non patitur vllū, quantumvis doctum, ac piū nominari, qui non sit annorum triginta, causamque nunc allatam subiungit. Atque hunc canonem quia volebat Ecclesia esse sacrosanctum, in concilio sexto generali can. 14. retulit. Si vero sunt authores nominandi, Fabianus decretorum suorum can. 10. rem eandem instituit, omnesque iuris Pontificij conscriptores referunt. Est igitur iustissima causa, cur in lubrica ætate constituti patent sibi præscriptum tempus expectandum. Nam si hoc ita vīsum est Patribus, cùm piorum vbi que sacerdotum exempla cunctos inflamarent, & ad id vitæ genus pertraherent, nunc inter tot propudosorum hominum naufragia quisquis adeò properat apertā videtur cum plurimis sua salutis iacturam facere velle. De statis temporibus, quibus initianta peragantur, de quæ ieiuniorum religione nil sum dicturus. Essent quoque de locis huc multa congerenda,

*Actas ordinandorum.*

congerenda, vt quod canon Meldenfis in loco sacro, coram multitudine teste, & arbitra morum, famæ, doctrinæ futuri clerici, denique quod velit in ea potissimum istud fieri ciuitate, vbi clericus degerit, vt minimū, per integrum annum. I nunc, fucum fac censoribus, obline os Episcopis, manè venis in ciuitatem, penetras ad censores, perendiè clericus, diaconus, sacerdos: at deliberas per annum dare specimen, & in eorum oculis versari, qui te diuuum hospitem vix inter alios ex facie norunt. Quod si nequit obtineri, effet saltē danda omnis opera, vt vii ri grauissimi rogati sacramento perhiberent testimonium. Hæc autem propterea dicta sunt à nobis, vt ostendatur unde manet hæc ordinis nostri colluuius. Sed fortassis videar ineptus apud catechumenos hisce de rebus tam prolixè differens, maximè cùm Laodicenus canon 4. vetet ista mysteria peragi testibus catechumenis: quia tamen initiatos etiam habemus catechumenos, facilem mihi spondeo veniam.

### *De Episcopatu, & Episcopis.*

#### Catechesis 206.

**D**E episcopatu erat animus operosiùs agere, verū & illud videtur parum conuenire auditorio catechetico: nihilominus, quoniam expedit piis omnibus intelligere, quale quid sit Episcopus (vt vel sic meritò forte suo nunc passim non satis in pretio habitis Episcopis discant honorem impendere, & post Deum primos in terris revereri, quos ille tanta prærogativa donatos esse voluit) dicemus de toto negotio quam licebit breuissimè. Quod si in ista festinatione nolitis me discedere à toties recantata methodo, scimus nomen habere græcum, non tamen ignotum Latinis. Ignatius cū alibi, tūm in epistola ad Philadelph. vocat ἀρχιεγέτας, Areopagita, quod sciam, nunquā Episcopi nomen usurpat, sed ἀρχιεγέτας appellat: commune autem nomen est presbyteri, vt Petrus, Ioannes, & Paulus nuncupant se. Hebræis vocantur Πατέρες pekidim, episcopatus autem Πάπα pekoudah, quia vita episcopal is lustratio quædam est affida, quamobrem olim propriis carebant ædibus, quod ex Ignatij epistola ad Heronem discimus, qui inter alios hospitem saluere iubet, ne dicam Augustinum dicere aliter fieri nefas. Syri græcum vocabulum retainent Αρχιεπίσκοπο, interdum Αρχιεπίσκοπος sauro, sacerdotulè autem Αρχιεπίσκοπος kaschischo, seniorem, vel senem dicunt, episcopatum senectutis nomine vocantes Αρχιεπίσκοπος kaschischouto. Apud Latinos, scimus Episcopos, Pōtifices, summos sacerdotes, principes sacerdotum, & nonnunquam humilitatis ergo seniores, ac presbyteros, cōmunicato cū sacerdotibus nomine, cum quibus administrandoru olim sacramentorum, & regundæ Ecclesiæ patiebātur onera. Episcoporu gessisse typos filios Aaronis, familiarumq; principes, notū est, itaque nunc ad definitionē veniamus. Effet:

mus. Effet verò maximum futurū operæ pretium, si haberemus rotūdam definitiōnē à sanctis illis viris proditā, qui hāc dignitatē gesserunt, intellexeruntque rectissimē. Nam et si non desunt nōnullæ periphrases, illæ tamen id, quod quætimus, non dant effectum ad vnguem. Ignatius

*Quid Episcopatus.*

*Quid episcopatus.*

igitur ad Trallianos sic putauit sibi definiendum Episcopum. *Quid enim est Episcopus* (inquit) *nisi qui principatum omnem, & potestatem super omnes obtinet, quique, quantum fieri potest ab homine, est imitator per omnia Christi?* vt sit episcopatus imperium, summaque potestas, & Christi pro viribus imitatio. Quod si ita sit, quām sumus hodiē nos præposteri, qui Episcopos deridemus, conculcamus, iisque abutimur, veluti mancipiis? Si sit præbendum epulū, vocatur Episcopus, qui fabulæ partē absoluat: si nuptiæ parantur, adesse tantū nō cogitur, non ut benedictione coniuges prosequatur, sed ne quid desit ad popam, denique si quid illiberalius, contemptibiliusque tractandū, obtruditur Episcopis. At longè secūs Tridentini Patres seuerè iussérunt, ne se nimis deiiciāt, séque Christi vicarios meminerint, Apostolorūq; successores, ecclesiasticamque dignitatē citra supercilium tueantur: sed tā est violenta consuetudo, vt refisti facile non valeat, etiā à viris satis cōstantibus. In epistola septima idem Ignatius paulò aliter, eadē tamen sententia describit Episcopū sacerdotum principē imaginem ferentē, Dei quidē per principatū, Christi verò per sacerdotiū, vbi & sacerdotiū esse definit, vt sit: *Bonū omnium in hominibus summa*: quā à nobis propterea dicuntur, ut intelligamus, quantā sit maiestatis legitimus Episcopus. His cōsentit Clemens Rom. in diataxibus lib. 2. ca. 10. & li. 3. ca. vlt. cōstituens Episcopum secundum post diuinitatē in terris principem. Si verò iis cōformem definitionem,

quas in declarandis reliquis ordinibus dedimus, requiratis, agite, hanc habete. Sentio igitur Episcopatum, siue pontificatū esse ordinū sacrum, siue sacramentū, quo ad benedictionē episcopalem ritumque manū episcopalium impositionis inunctionis, & impositionis voluminis sacra scripture vertici siue cernicibus inuiciendi, presbytero legitime cōparato gratia, & potestas officio cōgruens diuinitus infunditur. Hāc paucis illustremus. Ordinē esse sa-

*Definitio episcopatus.*

crū, siue sacramentū initiationem episcopalē, docet in primis Areopagita cap. 5. Ecc. Hier. Et is author, q; fertur nomine Hieronymi, qui scripsit de octo ecclesiasticis ordinibus, quibus accedit Tridentinæ synodi decreto sess. 23. cap. 4. & can. 6. vbi & ordo, & gradus hierarchiæ sacrorum dicitur. Ne quē autem id fallat, dū nostri septem numerant ordines, ipsum sacerdotium supremū faciunt: cūm verò rē non sacramento, sed potestate terminat, Episcopatū octauo, supremoq; loco cōstituunt. Verū ille magnus Areopagita ita perspicuē rem hanc tradit, & consentaneē ad can. 2. Carthaginensis concilij quarti, vt obstupescere pius animus non satis queat. Est igitur sacramentum: nam esse efficacem, & iustificatricem hanc initiationem diximus alias, & mox dicturi sumus. At verò Episcopum benē precari initiando, docet idem canon 2. Carthag. &

*Episcopatus est sacramentum.*

obseruatio.

precationis naeminit nominatim Areopagita. Deinde dicitur fieri ad ritum

ritum impositionis manuum episcopalium: nam constitutum est primum can. 1. Apostolorum, deinde 3. epistola Clementis Rom. & 2. epist. D. Anacleti, plurimisque conciliorum sanctionibus, ne vnu Episcopus *Plures Episcopi* *scopi Episcopales* *po consecrare* audeat Episcopum consecrare; & libro 2. diataxeon id Clemens prohibet, dicens esse vetitum, & vix in extrema necessitate permittit secundum, qui librum imponat vertice; sed plures vult initiationis testes, & comprecatores adesse; quod si prorsus non liceat, saltē optat totius provinciae Episcopos scripto suffragari. Sed hāc manuum impositione non est sola traditione stabiliēda; cūm caput 4. prioris ad Timoth. & caput 1. poster. dicant aperte Timotheum accepisse gratiam partim manuum apostolicarū, partim presbyterij impositione, quam Paulus iubeat resuscitari. Additur titulus inunctionis, quem aliud agētes alibi probauimus. Et Areopagita, qui huius manuum impositionis etiam meminait, dum in Episcoporum initiatione sacris voluminis peculiarē adserit ceremoniam, ostendit satis inunctionem Episcopis cum reliquis sacerdotibus esse cōmuniē. Pontificales autē formulæ declarant huius inunctionis typos fuisse regū, sacerdotum, ac prophetarum legales inunctiones. Quod verò ad voluminis impositionem pertinet, iam Areopagitæ testimoniū attulimus. Vsus Ecclesiæ præterea retinet, canōque 2. synodi 4. Carthag. ad stipulatū, gemino per hanc ceremoniam (si credimus Areopagitę) ligato mysterio, nimirum, Episcopum dare operata oportere, vt non tantum ex oraculis, sacrisq; libris Dei voluntatem ediscat; verū ut preci- bus Dei spiritum, qui sibi cooperetur, emendicet. Nā secessus episcopalis nunquam non visus est illā Moseos in montem concensionē referre, vbi à Deo discebat, quā doceret populum. Deinde vt meminerit se II. iis ex libris perspectam Dei voluntatem partim clerū suum, partim subiectas plebes edocere. Addimus, presbytero legitimē cōparato: qua de re nō est disceptatio; cūm tota id fateatur antiquitas, quicquid interdū in necessitate gestum sit. Et si queratis authorē, is author in libello de 8. ordinibus, & Carthaginēsis 4. synodus sunt in promptu. Porro gratiam cōferti nuper in presbytero confirmauimus; docuimusq; id usque adeo semper creditum fuisse; vt Nouatiāni clarissimē faterentur initiamētūm episcopale hac in parte vix quicquam à baptismo differre; atq; id ipsum ex 11. can. Neocæsar. & ex can. 12. Ancyrano, & scholiis Balsamonis probauimus: ne tamen nil addamus, nostri maiores huius rei tantam fidem habebant; vt Theophilus Alexandrinus, D. Hieronymi pater, non dubitarit Synesium hominem pertinaciter hereticum creare Episcopum, sperans futurum, vt efficacia huius sacramenti reluctantem, & in uitum ad fidē reduceret catholicam, & quod factū ipse declarat Synesius in quadam epistola ad Euopium. Nam cūm prius nec anima immortalitatem, nec sacrosanctam personarum Trinitatem vñquam se crediturū affirmitaret; mox ita mutatus est; vt aduersus Platonicos, Nicophorus lib. 12. c. 1. p. quorum aliquando placitis nimirū addictus fuerat, vix nullum habuerat Ecclesia dogmatum eorundem fortiorem adsertorem: quod tamen Alias Euopius Episcopatus etiam apud Nicophorus lib. 12. c. 1. p. ca. 55. Ecclesiæ non eo.

bis. in qua  
multa sunt  
de præstan-  
tia episco-  
patus.

Potestas qua  
ad episcopatu-  
m confer-  
tur.

non eò pertinet, vt quis pro sua libidine velit hæreticum ordinare; sed vt omnibus colliqueat, quod statutum in Florentina synodo, & Tridentina repetitum est, sacramentorum omnium effectum esse, gratiæ præsentis incrementa, vel nouæ, si desit, infusionem; omnibus tamè entendum est, vt quæm emaculatissima conscientia ad gratiam suscipiendam accedant. Quænam verò conferatur potestas, Areopagita tractat accuratissimè. Neque nunc modò, sed iam olim aduersus Aërium id docuit Ecclesia, nempe, solum Episcopum sacros ordines conferre, ædes sacras, altariaque consecrare, & administrum esse confirmationis. Hodie sibi quoque vendicant sanctimonialium consecrationem; licet hoc olim presbyterorum fuisse videatur, vt potè qui, & monachos, quorum est, illarumque eadem ratio, solebant initiare. Adde chrismatis confirmationem, quæ infinitis canonibus sacerdotibus negata est; tametsi nonnunquam ea ab iis fuerit permittentibus Episcopis factitata. Et hanc nùs ista properantibus de episcopali dignitate dicta sint.

### Chorepiscorum origo, & de Romane sedis dignitate quædam.

#### Catechesis 207.

**I**c renuntiatur eram superius ventilatæ materiæ, neque verbum quidem additus; nisi in aduersariorum libris multa passim de Archiepiscopis, Patriarchis, Chorepiscopis inspersa animaduerterem, quæ nostræ orthodoxiæ videntur apud ignaros inuidiam posse creare: itaque libet nonnihil his de rebus nostros catechumenos instruere. Hoc tamen visum est non prætermittere; quia in ea tempora incidimus, quibus omnia sacra ridetur, ac pessundantur. Soleo enim sèpè, multumque demirari; quid causæ esset, cur Ignatius martyr omnium præstantissimus in singulis epistolis tantoperè commendaret Episcopos, illorumque dignitatem ad cœlos efferret, oraretque Christianos, vt iis se submitterent, adhærerentque. Nam facile veniebat in mentem suspicari, eius temporis Christianos in illo primo furore sic institutos fuisse; vt & scirent, quid opus esset facto; & illud ipsum haud ignavè peragerent: itaque mirabar virum tantum veluti coccycem, eandem cautionem toties recinere. Et videbam quidem sacras scripturas habere similia monita; vt, exempli causa, in epistola ad Hebreos cap. 13. *Obedite præpositis*, id est, Episcopis vestris, & subiacete illis: vbi etiam verbum græcum summam indicat subiectionem. Huius rei causam non temere quis inuestiget alibi; sed si consulat Ignatium, facile est comperturus. Nam cùm etiam tunc varij graffarentur hæretici, qui, callidos lupos imitati, satagerent oues à pastoribus abducere, quò facilius èas circumuenirent, ac deglutiirent: Ignatius non immeritè dedit operam, vt Christiani & suspicerent suos pastores, & diligenter, neque se

neque se vllis hæreticorum molitionibus abduci permetterent. Deniq; in epistolis ad Philadelphienses, & Smyrnenses iubet esse securos adharentes Episcopo: eos verò, qui secessionem faciant, iam nunc periisse pronuntiat. Hoc etiam iuuuerit addidisse. Solent Christiani peccatores, & vel præsentium, vel præteriorum lapsuum concij vehementer excitari ad mentionem indulgentiarum: quæ res si locum habeat in orthodoxis catechumenis, vt certè debet; quisquis optat sanctissimi martyris Ignatij meritorum fieri particeps, & de illius meritis, ac martyrio nonnihil satisfactionis ad se transmitti; is veneretur Episcopum, illique pareat, habiturus tantæ rei certissimam stipulationem. Is enim martyr epistola ad Tarsenses, & ad Polycarpum se fore dicit ἀπόλυτον εορτασμόν, qui se humiliter, & catholicè submiserint pastoribus, & Episcopis. Verum hęc extra propositum. Iam quod instat agamus. Est inter eruditos quæstio necdum, quod sciam, expedita satis, quid in antiquis canonibus, Pontificumq; decretis intelligendum veniat nomine Chorepiscorum. Et rei ambiguitatem trahunt hæretici ad suum compendium, vulgusque imperitum maioribus conantur inuoluere tenebris; & rem confusam magis intricant, dum istis peculiare quoddam sacramentum, ordinémque tribuant; vt inde conuincant ea, quæ de reliquis dicuntur ordinibus, hominum esse commenta. Qui igitur compendium, immo copiam quærit, aduersus hæreticorum vel perfidiam, vel ignorantiam; legat tres synodos, & duas epistolas, synodus Ancyranam can. 13. Neocæsarianam can. item 13, & Antiochenam can. 10. & ad hos Balsamonis scholia; coniungat epistolā Magni Basiliū hac de re scriptam ad Chorepiscopos, & D. Damasi quartam, qua non solum hoc nomen interpretatur, & officium; sed etiam antiquat. Nam ex eo tempore vix nullum deprehenditur illorum vestigium. Habere nomen igitur Chorepiscopos ταραχή την χωραπ. à regione, vel agro subiecto alicui Episcopo, testatur Antiochenus can. 10. & distinguat aduersus την τόλιην. Horum origo traditur hęc can. 13. Neocæsariensi, & in epistola Basiliū. Videbant Apostoli, & apostolici viri Christum, præter Apostolos, constituisse septuaginta duos discipulos; hanc imitati Christi sapientiam instituerunt Chorepiscopos, qui essent nihil aliud, quæm presbyteri, & intimi cōsiliarij singulorum Episcoporum, quibus crederentur res maximè temporariæ, cura pauperum, eleemosynarum collectio, &c. Crescente verò deinceps religione, nonnunquam amandati sunt in prouincias; vt agros adirent, ac oppidula quæ ad metropolim pertinerent: tandem res eò degenerauit, vt se pro Episcopis gererent; itaq; interdum ab Archiepiscopis, & Episcopis, etiam inuitis, non tā consequebātur, quæ extorquebant manuum impositionem; moxque omnia tentabant, quæ reliquorum erant Episcoporū, etiā alienis in prouinciis, & reclamantibus Episcopis; quæ illorum tandem improbitas effecit, vt penitus exploderentur. Cæterū & illud notandum est, hos interdum dictos ταραχήτας, ταραχητορεύτεροι, ἀγχιπερθύτεροι, paparū, seu presbyterorum principes, & primos:

Vnde dicantur chorepi-  
scopi.

origo chore-  
piscorum,  
sublatio.

cum reuera nil fuerint, quām presbyteri, nec habuerint vllū episcopale sacramentum. Nonnunquam tamen (vt iam diximus) extortis, testatur can.8. Nicæni cōciliis prioris, & 14. posterioris, & Antiochenus suprā nominatus, deferens illis potestatem creandi solum inferiores ministros, quæ potestas etiam monasteriorum præfectoris à Pontifice nō raro deferatur; vt idē can.14. poster. Nicæni conc. testatur. Adhac quia tēpore exurgentis Nouati passim in vrbibus episcopis catholicis opponebant sese pseudoepiscopi hæreticorum; vbi prænalebant catholici, ibi, ne nihil agerent, illi nundinatij Episcopi in officium Chorépiscoporum, maximè si resipuisserent, assumebantur: at verò posterioribus temporibus (vt quibusdam placet, nec mihi penitus displicet) Episcopi dormientes in aurem vtramque, quicquid erat oneris, libentes aliis demandarunt; vndenati sunt nobis titulares Episcopi suffraganei, qui cum nullum habeant, alienum pascunt populum; fungunturq; muneribus Episcopi prophanis negotiis se penitus immergentis. Quibus rebus itū erat obuiām non malè à Tridētinis canonibus: sed vt illi canones cum plurimis aliis vitiis nostris luctari satis infelicitate compelluntur; ita hac etiam in parte laborant; estque summoperè metuendum, ne propediem redeamus in antiquum. Habetis igitur Chorépiscopos esse puros sacerdotes, qui Episcopum adiuuent; nūquam autem permisum, vt in maioribus quicquam attentarent; ne quis persuaderi sibi perrait aliud genus essem Episcoporum, quasi nos ipsi sacramentum istud confinxerimus. Iam eodem modo de Archiepiscopis, Metropolitanis, Primatibus, seu Patriarchis, atq; adeò summo Pontifice dicendum. Nec enim isti nouo creātur initiamēto: sed haec res tota sita est in iurisdictionis vel restrictu, vel amplitudine. Etsi autem negare non queamus quasdam accedere ceremonias: illæ tamen nil innouant, non equidem magis, quām nostrum catholicum sacrificium variant ritus, & agendi modi varij, quos videamus à diuersarum nationum hominibus usurpari; qui tamen adeò non arguant religionis vllam differentiam; vt orthodoxiæ simplicitatē maximoperè commendent. Nam ex iis patet maiorum nostrorum summā concordiam quædam alibi permisisse; sed caput, ac summam rerum eādem vbiique retinuisse. Sunt igitur hi omnes ordine, siue sacramento pares; iurisdictione verò aliis alij maiores. Sed aduersarij hīc substruunt cuniculos, quibus nituntur incautos euertere, ac persuadere primatum cathedralē D. Petri non esse rem diuinam; sed enatam primō furore principum, & applausu reliquorum Episcoporum; deinceps verò hoc sublimitatis euectam superbia, & affectione Pontificum. Vt autem istud persuadeant; abutuntur ea variatione, quæ contigit in Patriarcharum distinctione. Itaque nonnihil has de re dicendum. Clemens igitur Petri successor, ac discipulus, epistola 3. & coxius Anacletus ab eodem Petro creatus presbyter, epistola prima, & secunda, docent ipsos Apostolos distinctionē patriarchias, & certum ordinem, prærogatiuamque consignasse; nempe, vt primus omnium esset Romanus Episcopus,

*De Archiep.  
Metropolit.  
Primatibus.*

*Patriarcha-  
rū distincio.*

Episcopus, quod ibi Christi vicarius sedem fixisset suam, atque adeò suo sanguine cōsecrasset, proximum locum constituerunt Alexandrino primati, hinc Antiochenæ sedi, ac postremè constitutus erat Ierosolymitanus Episcopus. Et his in rebus quia tantum agitur de functionibus, ac rebus externis, de iurisdictione, & (vt sic loquar) imperij usurpatione, primi illi viri clarissimi martyres valde concorditer vñi sunt hac distinctione. Posterioribus seculis res agitari coepit, & creare præiudicium illi quoque primatui, qui non in externis rebus consistit, sed circa animas versatur. Nam cùm Constantinopolitanus Episcopus esset velut in totius orbis vertice constitutus, translato imperio Constantinopolim, factum est, vt à posterioribus conciliis Alexandrinæ sedi præferretur. Et quia primi illi pontifices, ac synodi suum onus maximum intelligebant, libenter nonnihil imminui patiebantur, atque in alterum deuolui, cùm is hoc cuperet, Constantinūque postularet. Nostræ autem tempestatis heretici perinde agunt, atque si illa permissione nonnihil detractum esset Romanæ cathedralē, & res tota esset planè humana, ideoque Galuinus in sua institutione nititur omnia mutationi pro temporum, & hominum voluntate obnoxia facere. Et sunt sanè, quod ad distinctionem pertinet: nam cùm in Nicæna quoque synodo constitutus fuisset is ordo, quem retulimus, postmodum in Chalcedonensi can.6. & concilio vniuersali sexto cap.36. mutatus est, quemadmodum nostra ætate videmus nouitios Episcopos, & Archiepiscopos iis in ciuitatibus, quæ hactenus caruerant, constitutos, quia dum ita res Ecclesiæ postulant, Pontifex, vel concilium potest nonnihil immutare. Verū vt dioceses, prouinciae, subiecti populi reliquis primatibus adimantur: minimè propterea credendum est ius illud, quod Christus Petro commisit, vel vnguem latum moueri, quemadmodum aliis in locis copiosè declaratum est. Hoc tantum dicam, quando per hanc primatum, & patriarcharum mutationem nihil hīc mutatum est, suāque priuilegia, & (vt Græci vocant) τὰ ωρέσθεια manserunt illibata, vel inde coniicere licet, huic quiddam amplius inesse, quām reliquis sedibus. Id quoque mirandum ad can.6. Chalcedon. & rursus ad Nicænum sextum Balsamonem profiteri quidem se studiosum Ecclesiæ suæ, fateri tamen ingenuè non audere se, quod habeat veritas, inficiari, visqueadeò semper religiosè sedis huius meminerunt etiam qui sese ab ea renulerant. Quid verò negant heretici Romanum Pontificem in reliquos primatus habere potestatem, est adeò putidū, & ineptum, vt non dubitem oīitum vobis fastidium, si incipiam refellere. Quis enim ignorat, qui modò christianam delibarit antiquitatem, Victorē Pont. parasse totam Asiā à Christi corpore præcidere, propter illam celebrandi paschatis nouationem? Quin idem Polycarpi téporibus anteā fuerat attentatum, vt liquet ex epistola Irenæi ad Victorię, vbi modestiā Aniceti prædicat, imitandamq; Victori proponit, qui, nil moratus nouam celebrationis paschatis rationem, non desierit.

Nicephorus, homo, schismaticus. desierit à Polycarpi cōmunione. Sribit eadem homo Greicus, & schismaticus Nicephorus lib.4.cap.36.& 38. Eccl. Hist. sed & Athanasi, Chrysostomi, Theodoreti per Pontificem Romanum restituti, cum plurimis aliis manifeste declarant etiā in grassationibus male feriotorum imperatorum summam Romanæ sedis agnitam autoritatem: alioquin nec ad illam hi refugissent, opem suis rebus imploraturi, nec eius freti commendatione sedes proprias receperissent. Verūm ne pluribus vos obtundam in re tam aperta, si cui plura sit cognoscendi libido, adeat D. Thomam lib.4.cap.76. aduersus gentes, vbi ex natura monarchiæ liquidò monstratur in christiana republica summum caput institui oportuisse, ad quod velut ad asylum se reciperent, qui vel de fide, dogmatibusq; religionis ambigerent, vel ius proprium alibi retinere nō possent. Et hoc intelligere se plus satis ostendūt hæretici, qui, cūm nil intactum reliquerint, potissimum tamen sedem illam totis copiis adoriuntur.

### De Matrimonij sacramento.

*Proponit antiquos huius sacramenti hostes, eoque aliquot Patrum authoritatibus commendato, ad nomina, definitionēmque descendit, quam deinde enucleat accuratius.*

### Catechesis 208.

**N**unc absolutis in vniuersum, quæ de sacris ordinibus dicenda videbantur, atque ita sex per tractatis haec tenus sacramentis, sequitur ut de septimo differamus. Et quanquam fuerit semper difficultimum, ac periculissimum verba facere, erudire, præceptaque veluti ferre de hoc argumento: tamen hoc tempore in promiscuo auditorio, & catecheterio est omnium maximè arduum. Itaque si vñquam alias, hic meo iure candorem postulo. Nam si milii liceret, quod magnis quibusdam viris in Ecclesia meritò licuit, segregare coniuges, & qui ad coniugium adsparent, à clericis, virginibus, continentibus, effet multò leuior concio futura: at nunc cūm adsint partim qui iam subiēre matrimonij iugum, partim qui illud ambiunt, partim qui abhorrent ab illo penitus, & se voluēt semper alienos efficere, partim pueri: oportet hæc catechesim ita temperare, vt, quod necessariū sit, tradamus, & scopolos prudenter vbique declinemus. Verūm vt hæc omnia intelligentur, ita que vos experiar dociliores, attentiores, benevolentioresq; duxi operæ pretium isto procēdio repetere quotuplices errores hīc grassati sint. Hinc enim non tantum perspiciemus rei difficultatem, & Dei benignitatem, diabolique inuidam malitiositatem, verūm etiam de hoc sacramento verius, religiosiusq; & loquemur, & sentiemus. Puto igitur vix institutum fuisse matrimonium, quin mox errores exorti. Nam inter primos illos ho-

illos homines, Lameech ausus est alteram inducere. Lege deinde succedente, peruersitas, crudelitasque Iudæorum numen tantum non coegerit vel vsum abusum repudij permittere. Quid scribæ, Pharisæi que nouarent, notum est ex Euangeliis. Nam penè religiosum existimabant, ac piū iterare saepius libellum repudij; ac penè nil aliud agere: deinde existimatū est à plerisque, non benè intellecto. Deuteronomio, nefas esse virginem, continentem, cœlibemq; viuere; quasi verbis iis hoc sibi Moses voluisse: *Non erit infacunda, nec sterilis in terra tua.* His pōrō Dositheani succedebat, qui homines, etiam inuitos, cogebant inire cōiungium; quos proximè referunt huius tempestatis hæretici, quibus non solū temerarium, sed irreligiosum censetur veneris experientia instituere. Contrà Paulus principio nascentis Ecclesiæ præuidebat, atque adeo prophetabat fore, vt non deessent, qui nuptias execrarentur, inque pōstremis téporibus nubere prohiberent. Ne quis autem id secūs, quam pār est, de nostro seculo, quod proximum Antichristo videtur, intelligēdum putet; vocat Apostolus tempus nouissimum, quod Ioannes horam nouissimam, vniuersum illud spatium, quod à Christo ad iudiciū usque decurrit. Itaque designabat Apostolus hæresim Tatianianorum, Encratitarum, Valeſiorum, Eusthatianorum: & Nouatianorum, quorū fuit, inter alia, matrimonium esse diaboli cōmentum, nec spem superesse coniugatis. Deinceps extitit Iouinianus, qui nuptias exequaret virginitati; sed & ille statim oppressus, & ab Ecclesiæ explosus est. Successerunt alii, qui alias subinde in orbē hæreses inuixerunt, quæ, velut agmine facto, confertissimæ in miserā hanc ætatem ingruunt. Nam qui alias omnem cāstitatem vel damnant, vel decernunt periculissimam; & contrā miris laudibus efferunt matrimoniu, tandem Christi gratiæ præclarí vindices, hoc delati sunt disputatione; vt inter christiana sacramenta nuptiis locū esse non ferant; & (si Christo placet) non erubescat adserere sutrinæ, sartoriae, cœmentariae, agriculturæ partim à Deo institutis, partim non displicentibus attibus, rem esse persimile matrimonium, quod huius vitæ, mortisque necessitas, commonistrante Deo, adiuuerit: vt verò tantillū gratiæ, benedictionis, præsidiiq; spiritualis iride petatur, negat fortissimè; & volunt (quod dolens refero, propter impudentissimā blasphemiam) Pontifices, Episcopos, & qui horū vel curiositati, vel avaritiæ fauebant, hoc sacramentū excogitasse; vt causas matrimoniales ad se pertraheret. His sumis perstrictos adolescentes ita irritant, & dementant, vt putent esse iustissimam cāusam, cur omnia Ecclesiæ decreta violent, contemnent, despuant: vnde videris nobis & offusam inuidiam, & propositam difficultatem; vt hæc inuidiosa commenta veraciter diluimus, & veritatem adseramus; quod vtrumque dum facimus, præstate (quæso) eosdem vultus, eandemque voluntatem, quam semper huic adferre soletis. Non arbitror igitur quenquam esse tam vel impudentem, vel malitiosum; vt sit dicturus Ignatium, Clementem Romanū in diataxibus, Tertullianum, Epiphanius, Abdiam Babylonium (si quis hunc in Matthæo

1. Timot. 4.  
Tatiani.  
Eucratite.  
Valeſi.  
Eusthatianū  
Nouatiani.

qui bus arti-  
bus, & impos-  
turi heresi-  
ci sacramen-  
tum matrimo-  
nij exploder-  
nitantur.

recipiat) & coeuios scripsisse, quæ scripserunt, ex adulacione, & studio placendi Romanis Pontificibus. Nam dum hi viuerent, fatentur aduersarij Romanâ fidem illibata, grauissimôsque, ac sanctissimos fuisse Pontifices.

*Ignat.* Quid igitur sribit ad Polycarpum Ignatius? *Si quis (inquit) possit in castitate manere in honorem carnis Domini, ne de eo glorietur unquam si*

*Ex Episcopi, gloriatur, perij, si item id statuatur citra Episcopum, interijt. Decet au-*  
*& sacerdos debet tem ut e<sup>r</sup> viri, e<sup>r</sup> mulieres, qui matrimonio iunguntur, de sententia Epi-*  
*sentiâ matri-*  
*monium.*  
*Tertul.*

*scopi in vnum copulentur, ut nuptiae sint secundum Dominum, & non ad libidinem.* Viden apostolica ætate rogatam esse tum Episcopi, tum Ecclesie sententiam, nec ex praua libidine cognoscendi aliena secreta factura istud esse sacramentum? Sed Tertullianus est efficacior, homo incorruptus in historia, etiam posteaquam à Romana defecisset Ecclesia. Is igitur altero libro ad vxorem illud collaudat matrimonium, quod Ecclesia conciliat, quod oblatio firmet, quod angeli adnuntient, quod Deus ratum habeat. Simili sententia vñus ante fuerat Euaristus, cuius authoritas quia leuis est apud aduersarios, non est inducenda. Si cui autem grauis habetur Abdias, aut eius interpres Africanus, lib. 7. testatur matrimonij bona à Deo benedici, christianaque coniugia diuino Spiritu sanctificari, & per benedictiones sacerdotales speciali gratia consecrari. Usqueadè huc se se non ingerunt Episcopi absque vocatione, ac mandato Dei, ut matrimonium ritè obiri nequeat, nisi accedit benedictio sacerdotalis. Vnde vobis constituendum est, quām

*Matrimonij*  
*nomenclatio-*  
*nes.*  
*Hebr. 13.*

sint isti mendaces, & quām se se bonis omnibus inuisos faciant, dum catholicis inuidiam creare nituntur. Sed nunc ad rem propriam. Si quis igitur nomina peregrina sustineat audire: Hebræi vocant οννη chouthuna, Syrus Paulus vocat κατιο zuuogo, quod sonat par, aut paritatem. Nam coniugium initum legitimè constat paritate, & omnis polygamia est ab eius institutione dissentanea. Syri Euangelistæ frequenter vocant κοινωνια meschthuto, quod significat coniuvium, vt Ioannis 2. & in parabolis nuptiarum. Græci notissimo nomine γάμον vocant, quidam παρα τὸ Αλεπόν, alij παρα τὸ άβο θυνα, quod duo coniungantur. Latinos autem habere varia nomina nemo nescit, inter quæ video eruditissimos distinguere. Cónubium enim à nubedo, quia etiam apud ethnicos obnubebatur virgines (vt docet Tertullianus libro de velandis virginibus) coniunguni proximè refert, quod de syra voce diximus; matrimonium autem, quod vxor optare debeat, & cupiat mater fieri proliis educandæ in timore Dei. De typis hoc sat fuerit admonuisse, & ante legem, & in lege habuisse, quod tum erat in vñu matrimonium, figuram sacramenti christiani. Nunc ad definitionem paulò tritiori via deuenianus. Et in promptu sunt quamplurimæ partim apud iurisconsultos, partim apud scholasticos, atque adeò apud D. Augustinum sacramenti matrimonij descriptiones, quas tamen non libet repetere: sed quemadmodum rudi minerua reliquis sacramentis proprias definitiones tribuimus, ita quod in manibus est, creta simili vobis depingimus,

mus, vt si nil aliud, ipsa similitudo iuuet catechumenorum memoriam. Sic igitur habetote. *Matrimonium christianum est sacramentum, quo ad le-*

*Matrimonij*  
*definitio.*

*gitimum consensum in mutuam corporis propri traditionem legitime perso-*  
*na ita inter se uniuntur, ut inter eas perpetuum coeat vinculum, & gra-*  
*tia ipsi in eo statu necessaria dimicis infundatur. Nunc retexamus sin-*  
*gula. Vocamus in primis matrimonium christianum sacramentum:*  
quia licet veteris legis, & patriarchale connubium videatur esse quodammodo sacramentum: non tamen erat vel christianum, vel vnum  
è septem: nec ea dignitate, vique predition, qua nostra vigent. Nam cùm dubium non sit, interprete Paulo. 5. Ephesorum, matrimonium semper typum fuisse coniunctionis Christi, & Ecclesie, nec Deus illi, quod præstiterat, vñquam defuerit, quin daret aliquam gratiam:  
recte quidem dicitur quoddam & ante legem, & sub lege sacramen-  
tum, sed tamen multò inferius & vñu, & potestate sacramento hoc  
glorioso, quod ex Christi cruce fluere testantur Tridentini Patres se-  
fione 14. Et possemus, autoritate sacrosancti concilij producta, diffi-  
cultates reliquas declinare: nec deessent exempla grauissimotum au-  
thorum: sed nescio quo pacto semper illud mihi vñsum est ignavum,  
& opto nostros catechumenos plus aliquid sapere. Nam tametsi ca-  
tholicis omnibus sat sit authoritas concilij: attamen, quia ea est im-  
probitas nostrorum hæreticorum, vt non nisi scripturis conuincit  
vñlent: est nonnihil hac in parte tentandum. Dicimus igitur esse sacra-  
mentum, non quodlibet, non solùm typum, non allegoriam, aut ana-  
gogen (vt nuncupant veteres ad locum illum Pauli) sed esse vnum è  
septem sublimibus, gloriofissimisque sacramentis, & riuum insignem,  
quo ad nos defluat meritum Christi, à quo est institutum. Ergo seponam  
definitionem Tridentinam, quæ anathemate percellit eos, qui  
vel negent id, vel reuocent in dubium, omittamus etiam (si ita vi-  
deatur) synodicam epistolam concilij, Florentini, quæ & eius gra-  
tiam non tacet, & Christum agnoscit institutorem. Possumus & Con-  
stantensem synodus prætermittere, quæ, dum condemnat Hussium,  
illiisque sectatores, quod hinc censerent secūs, quām Ecclesia, satis o-  
stendit suam de sacramentis sententiam. Multò autem magis nobis præ-  
tereundus est Laci: eius nominis III. Pontifex, qui & istud nominati-  
tim recenset, & damnat omnes, qui de sacramentis secūs loquantur,  
quām Romana Ecclesia. Poteram citatione, & accommodatione ho-  
tum conciliorum vrgere testimonium Pauli 5. Ephes. vbi cùm primi  
parentis prophetiam citasset, subdit. *Sacramentum hoc magnum est, &c.*  
quod præter Constantensem reliqua concilia ad hanc tractationem per-  
tinere volunt: vt omittam præsidium, quod à Syria voce ερών aroso-  
duci potest, quæ non magis mysterium significat, quām rem efficacem,  
vt signū intelligas, & quidē efficax. Verūm hæc in concertatione cum  
hæreticis nō usqueadè solida sunt: itaque alia via res tentāda est. In cō-  
fesso est igitur matrimonij christianū semper visū esse eius sanctitatis,

*cip. Ad abe-*  
*lendam.*

*Ephes. 5.*

*const. synod.*

*Euaristus.*  
conc. 6.  
*Gangr.*  
*Epiphanius.*  
*Clemens Ro.*  
*August.*

*coferit gratia  
matrimonii.*

*Cor. 7. in h.*

*Genes. 9.*

religionis, & excellentiae, vt contrauctus eius nūquā creditus sit esse legitimus, nisi perficeretur administris Episcopis, aut sacerdotibus. Hic si dubites, licet iis authoribus probare, quorū iā aliquos nominauim⁹, quibus accedant Euaristus in epistola, Patres concilij sexti vniuersalis can. 13. tota synodus Gangrensis, & concilium 4. Carthag.ca.15. Epiphanius quoque in Alogis mirè laudat benedictionem, & gratiam, quæ in matrimonio rite contracto, interposita nimirūm Episcopi autoritate, precipitur. Dudum indicauimus locum Clemētis Ro. in diataxibus lib. 3. ca. 21. de Augustino foret immensurā cuncta proferre, qui hac de re tam multa conscripsit, de adulterinis coniugiis, de bono cōiugij: quibus in libris quisnam primitiæ Ecclesiæ sensus fuerit, manifestissimū est, népe, matrimonium esse rem præstantissimam, iusque illius cōtractus penes clerū fuisse. Cū ergo sit res adeò sancta, & religiosa: vt sine sacerdotibus arbitris, & veluti pronubis nulli sit attentanda, qui nolit videri magis adulterium, quam coniugium inire: necesse est, vt non tantum à Deo fateamur institutā: verū etiam gratiam cōferre coniugibus. Nam de ritibus nō est quæstio. Quod si verò illud quoque stabilitum velis: legē beati Cyrilli commentarium ad Ioannis cap. 2. vbi dicit Christū non tantum præsentia sua nuptias honorasse: verumetā in posterum imbuīse contractum illum gratia, qua perfunderentur ij, qui matrimonium canonicē susciperent. Sed & Epiphanius in Alogis dicit duplēcē gratiam huic sacramento collatam: primū vt coniuges valeant effugere periculū incontinentiæ: deinde cōcorditer, amicē, christianēque vitam agere, carnisque tribulationem illam vincere. Tantūdem apud Chrysostomum, eiūque syntomiascē Theophilactū reperire est: quamuis prior mirè sit addictus præconio virginitatis: sed tamen inter laudandū virginitatem, non obliuiscitur gratiæ huius sacramenti: vt & Damascenus lib. 4. cap. 25. orthod. fidei. Adhac si matrimonium, vt fuit officium, Deū quoque habuit authorem: illiusque iussu fuit usurpatum, ac postremo reformatum, & confirmatum à Christo: totque sit impedimentis, anxietatibus, malisq; hominum vitio non natura sua refertum, necesse est fateamur numē optimum maximum non deesse iis, quos iussit religiosissimum amplecti connubium. Nam si Deus ipse primū imperauit coniuges conuenire, si hoc ipsum post diluvium denū mandauit: *Cre scite (inquiens) & multiplicamini;* si res nunquam non fuit laudatissima: quis adeò vecors inueniatur, qui non sit concessurus Deum adesse suo figmento: gratiāque præparasse, qua ij iuuentur, qui hac in parte sint facturi officium? Notauimus aliās etiam aduersarios hoc diuinæ benignitati tribuere, cū in illa ridicula seniorum, diaconorūque designatione pollicētur Dei gratiā nō defore strenuè mādatū munus obeuntibus. Quibus ita constitutis, facile quiuis intelligit gratiā ad eos redundare, qui hoc vtūtū remedio, siue Dei instituto, quod is voluit esse mysterium suæ coniunctionis cum Ecclesia. Nunc verò si verbum ullum de ceremoniis, ritibūque sit faciendum: hos & ante legem, & in lege,

lege, atque apud ethnicos, & Christianos semper fuisse qui dubitat, vel Caluini doceatur imitatione, qui, vt aliās, hīc etiam simum quandam agit orthodoxyæ. Nam licet non dignetur vocare sacramentum, attamē in formulis administrationis sacramentorum synagogæ Geneuēsis post baptismi, cœnæque symbola subiicit Caluiniani matrimonij ceremonias nostris non prorsus dissimiles. Hīc autem plurimum esse libertatis vel ex Tridentino concilio palam est, siue manus extendatur, siue aliud: quin & verba ceremoniarum locum habere possunt. Quam iē dum nec aduersarij quidem improbant: sed porrigendam dexteram asserant, ne penitus desint ceremoniæ, quarum meminit etiam Tertullianus libro posteriore ad vxorem: dum gratiam conferri sit copiosè probatum: non video, quid hīc in notione sacramenti desiderari queat, præsertim cū saniores haeretici non grauatim admittant inter sacramenta: & matris christianæ per filios, aut viri per mulierem sanctificationem Melanchthon viribus matrimonij velit adscriptā ferri. Habetis igitur matrimonium christianum esse sacramentum, non tantum qua ratione est allegoria, & anagoge, sed instrumentum à Deo institutum, ad quod confatur gratia suscipientibus.

*Rursus de matrimonio, & eius ceremonia contra Caluini, Lutherique sectatores, ubi & Patres aliquot calumnijs hereticorum substrahit.*

### Catechesis 209.



Vanquam (auditores) ea, quæ nuper ad sacramenti matrimonij probandam rationem attulimus, non dubitem nostris catechumenis suffectura: attamē quia aduersarios nostros hīc video plurimum terguersari, ne veritatem sacramenti cogantur agnoscere: iccirco placet tunc dictis nonnulla superaddere, antequam reliquā definitionis partem exequamur. Nam Patres Tridentini, & priora duo concilia nituntur cap. 5. epistolæ ad Ephesios: haeretici verò citationem illā contemnunt, veterésque Patres à suis partibus stare gloriantur. Itaque tribus verbis ostendendum est, quēadmodū noster catechumenus inuidiā illam dispellere possit. Vis igitur intelligere, catechumene, hoc sacramentum ab Apostolo Paulo commendatum, & adseratum fuisse? Principiō nullus negauerit Ephes. 5: eius loci dictiōnem πινγια γροπ significare sacramētum, & illud, quo μέτερα, seu initiatur quispiam. Vox igitur non abhorret, meritōque hanc veritatem orthodoxi complectuntur. Et quia Beza, qui ad epistolam ad Ephesios nobis est infensisſimus, item de Dionysio intentat, quem vñā cum Hieronymo, & Augustino audet impudens catholicis obiicere, sanctissimus ille scriptor Pauli discipulus omnia sacramenta communi vocabulo τὰ μυστήρια vocat. De voce syra, qua Paulus vtitur,

*Gen.  
Tertul. lib. 3.  
adversus  
Marcionem,  
& lib. de mo-  
negamia.*

nuper dixi, quæ sacramentum, & quidem efficax significat. Sed ( inquit Beza ) non disputamus de vocibus: sed hoc tantum agimus, non adferendam vocem sacramenti, qua denotentur instrumenta, quæ in nos deriuant meritum Christi. Atqui nos contrà defendimus Apostolum eo loci tale quiddam demonstrare, quale nos, & vos, cùm de sacramentis differitar, intelligimus. Et si libeat, expendamus Apostoli verba, diligenterque trutinemus, quæ præcedant, & quæ poni sequuntur. In primis alluserat Apostolus ad vaticinium illud Adami: *Hoc nunc os, &c. cuius reliquam partem attexuerat: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori sua: & erunt duo in carnem unum;* ut olim legebant veteres. His adiunxit: *Sacramentum hoc magnum est:* si contendas sacramentum hic typum significare, & matrimonium Adæ figuram esse coniunctionis Christi cum Ecclesia: verum equidem te dicere fatebor, sed quid tum efficies? Non significare propterea propriè dictum sacramentum: perinde ac si colligas baptismum non esse proprij nominis sacramentum, quia Rom. cap. sexto dicitur figurare mortem, sepulturam, ac resurrectionem Christi. Quasi istorum coena non debeat haberi pro vero sacramento, quia prius à Christo legitimè obitam, & celebratam reuocet nobis in memoriam, illamque primam institutionem, vt 3. cap. Eccl. Hierar. Dionysius inquit, & ipsum ἀρχιστόρῳ θοὸν. Quod si igitur consistant huiusmodi figuræ cum significationibus aliis mysticis, & verissima ratione sacramenti, illud proculdubio nobis non præiudicabit. Et hoc ipsum liquet ex Apostoli verbis: *Sacramentum hoc magnū est. Quid Sacramētum? Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia:* Sic Græci. Syri autem habent ὅμοια, id est, super nempe Christum, & Ecclesiam. Quid hæc, obsecro, sibi volunt? Num satis ostendunt Apostolum velle quidem aliquid intelligere: sed tamen in suo instituto pergere? quasi dicat: *Quia de gratia, & necessitudine coniugum sermonem institui, id est, pertexo meam telam.* Sed hæc fortassis pressi hæreticorum impetu videbimus comminisci præter omnem antiquitatem, quæ huiusmodi perduelles minimè passa fuit. Et quia nobis opponit Beza Hieronymum: en vobis illius præceptorum Gregorium Nazianzenum. Nam dum scribit ad 5. capitum Ephes. vir doctissimus Hieronymus, ostendit illum Gregorium non semel, sed særissime hæc verba ponderasse: & quotiescumque ( inquit ) hæc verba premebat, videbatur ipsi Paulus his verbis ineffabile voluisse sacramentum attingere ( licet data opera pro dignitate haud satis enuntiarit ) quantum spectabat ad necessitudinem viri, ac mulieris, sive Adami, & Hæuae. His verbis nonne satis indicat non totū expediisse, quod latebat: vt omittam Hieronymum in magistri verbis suam prodere sententiam. Vis autem, Caluine, habere commentarium hominis coœuli Diuo Hieronymo, qui citatus est nomine Ambrosij, quem tui quoque Geneves do gmatistæ nomine Ambrosij sive illi catholicæ expositioni in universum testamentum admiscendum putarunt? Is igitur verit, aut verum.

sum legit Pauli vocabulum mysterium, idque interpretatur mysterium sacramenti, pleonasmo nimis haud ignoto scripturis, minimè que oportet. Sed quid ait piætere? Grande sacramenti mysterium Apostolus hic agnoscit: sed tamen quale illud sit, non exprimit. Audis relinqui auditori, & lectori expediendum; quod ad Apostoli propositum non faciebat? Hinc apud sanabiles arbitrio satis liquidum esse, hoc mysterium apud Paulum ita figuram significare, vt simul amplius quiddam inuoluat, quod nos adiuti traditione, ac definitione conciliorum universaliū dicimus esse verū, ac propriè dictum sacramentum. Mittamus tamen recentiorū conciliorum autoritatem, ne cauillentur aduersarij socios magis, quām testes aduocari: & quod reliquū est ex antiquitate petamus, vel potius delibemus, quia non ita dudum id satis videmur explicasse. Cū enim in Apostoli verbis lateat propriè dictū sacramentū, cūm ceremoniā habeamus, & quidem diuinitū institutam, cūm habeamus ( quod istis hominibus est mirabile dictū ) efficacitatem benedictionis in hoc typo agitā à Græcis Patribus: quid est quodd ambigamus amplius: cūm antiquitas nil attigerit, quia res Ecclesiæ non postulabat, hæreticis vel in vniuersum repudiantibus, vel æquantibus virginitati? Sed fac nobis esse, vt reuerā est, cū Caluinistis negotiū: quomodo ceremoniā esse tuebimur? Ex eorūdē, nimis placitis. Nam Caluinus in eo libello, quē de ratione tractandorum sacramentorum edidit, vult sponsum, & sponsam in Ecclesiā conuenire, & quidem die dominico, & alterū alteri sese sistere circūfusa hinc inde caterua, & ipso habitu, gestu, ac vultu ad alienationem corporis intendere. In nunc, quisquis latinè nosti, & hæc non esse ceremoniā finge: illā præsentationem, seu exhibitionem, vel Cicerone teste, ceremoniā esse probabo. Illā autem efficacem Epiphanius, esse, & gratiam cōferre ex illo mysterio coniunctionis Christi cum Ecclesia docet Epiphanius, vbi retundit Alogorum perfidiam, vindicans euangeliū Ioannis ab errore, quem impingebant hæretici. Is igitur dicit Christum iūisse ad nuptias, easq; præsentia sua benedixisse, & sanctificasse, & exinde iūisse benedictas, & quidē ab ipso typo, quia Deus volebat hisce nuptiis adūbrare cōiunctionē Christi cū Ecclesia, quā dicit mystico nomine Cana quod adeptā interpretatur, denotari. Si causę querātur, habet idē scriptor plurimas ex ratione miraculi, tū à Christo gesti mutuatas, vt quod dicit aquositatem debacchatiū in mūdo cōstrictam, nuptias ad castitatem, tēperantiamq; reducendas, illatū correctā tristitiam, vt pugnæ, lites, dissidia tollerentur: & vel coniuges concordes semper manerent: vel, si quæ orirentur nubeculae, mox disspellentur. Nam ( vt inquit Epiphanius ) quē admodū vinum eius est naturæ, vt ærūnas, laboresq; soletur: sic mysticus hic potus facit omnes matrimonij molestias obliterari. Qui enim fieret, vt parentes innumerabiles diuinationes superarent, deorarētq; libēter, si deesset hoc vinum? Addit benedictionē attulisse gratiam, licet eam non interpretetur: & quidni iustificantem accipiamus: vt hoc sacramento iusti coniuges iustificantur.

magis. Adde metum peccati sublatum, nec iam licere diabolo, quantum liberet. Cum igitur haec ita sint, cum haec scribat Epiphanius veluti causidicus, & aduocatus orthodoxie: quidni nos haec testate duobus conciliis tanquam duabus fultam columnis Ecclesiam sequamur? Ipsius met aduersarij dicunt, dum ministri benè precantur cōiugibus, Christi præsentia matrimonium sanctificari, medelamque peculiare illi tribui, quæ coniuges sanctificantur: quæ quid sibi velint aliud, quam nos volamus, equidem non intelligo. Si enim sanctificat, si benedictionem habeat à Christi præsentia matrimonium, qui Canenses nuptias adire dignatus fuit, & si sancti Patres hinc ipsam institutionem, aut potius promissionem eliciant, dicantque Christum tunc addixisse matrimonio gratiam suam, quam hauriret postea ex eius perpessione sacramentum: profectò aut sibi sunt immemores instituti aduersarij, aut veritate coacti tradunt idem, quod Patres, à quibus etiā mente fortassis dissident, verbis tamen idem dicunt. Atque haec contra Caluinianos. Philippus

*Budicij M-*  
*lanchthonis*  
*de sacramento*  
*matrimonij.*

autem ( vt de Luthero quoque non nihil dicam ) in locis communibus cap. de numero sacramentorum, dicit se libenter matrimonium in ordinem sacramentorum relaturum: nam ( inquit ) est res instituta à Deo, habetque promissionem gratiæ ( & ad hoc citat psalmum 106. ) itaque nihil officit, nisi quod non videatur habere ceremoniam, de qua re nondum egimus. Horum igitur suffragio, concessione, vel obliuione ( si non id iudicetur indignum ) videmur non inepte nostram fidem defensuri, & sanabilibus persuasuri: sed quia nondum ad sua signa Dionysium, Augustinumque cogere moliebantur, videamus quid illis responderi possit. Quid igitur habet Dionysius? Nihil. Quis enim pudor vera fateri? Sed iecircò nihil habet, quia non erat illi propositum omnia sacramenta pertractare, sed illa tantum, quæ homines euehunt, perficiunt, ac similes angelis reddunt. Nam hierarchia nostra cum ipsorum, nostra priora sacramenta cum eorundem theologia comparatur: quocirca non erat ipsius institutum cuncta, & nominatum matrimonium, quod longius discedit, persequi: maximè ea tempestate, qua virginitas florebat, vigebat, & vbique predicabatur ( idq; adeò, vt Hierax putarit post Christi aduentum nefas esse contrahere matrimonij ) qua omnes enitebantur ad perfectionem angelicam, aliosque secum eodem trahere, adeò vt Paulus coactus fuerit scribere Corinthis fē de virginitate seruāda Domini præceptum non habere, dare tamen consilium. Hæc res igitur fuit in causa, ne Dionysius cùm de reliquis, tunc de matrimonij sacramento quicquam ageret. Si de Augustine verbum nullum sit faciendum: demiror aduersarios dicere non plurium, quam duorum sacramentorum ab illo mentionem fieri, cùm inter reliquos Patres nemo prolixius istud ipsum celebret, adeò vt eius testimonia recensere foret prælixissimum. Totis enim tribus libris hac de re disputat, quorum primus est de adulterinis coniugiis ad Pollentium, cuius argumentum est, non licere adulteram coniugem ducere, quia matrimonium, christianum est sacramentum,

*Epiph.*  
*Märch 67.*

*Augustinus*  
*cripitur hære-*  
*tiorum ca-*  
*lumnia.*

mentum, & typum habet coniunctionis Christi cum Ecclesia: itaque dupli capite causam perpetui eius vinculi probat. Alter liber inscriptus est de nuptiis, & cōcupiscentia, in cuius cap. i. vocat sacramentum. Postremo cap. 7. & 23. de bono coniugali dicit tale manere sacramentum inter christianos coniuges, etiā ubi proles non suppetat, quale manet in clericis ordinatis, Episcopis, ac presbyteris, etiā tum, cùm plebs, aut Ecclesia, cui præterat, subtrahitur, in quibus utique nemo negauerit sacramentū residere. Sic igitur abunde declaratū esse puto, sacramentum esse verè proprięq; dictum matrimonij, quod institutionem habeat, & gratiam à Christo, cuius sanguine in animas ritè contrahentiū deriuat.

*De consensu, & materia, hoc est, personis aptis ad contrahendum,*  
*& ineptis.*

### Catechesis 210.

**D**icitur Am tempus est, vt accingamur ad ea, quæ in definitione suscipiantur. Et primus occurrit cōsensus legitimus. Est autem hic tempestuosissimum fretum, in quo multi rudibus ignari velis nauigantes, partim sacrilegiis, partim mutuis carnificinis perierunt. Id autem sic intelligat noster catechumenus. Si consensus hic desideretur in alterutra parte, peccatur in Christum: qui simulatio primum consensu secundas tentat nuptias, reuulsus à secunda, reddetur priori. Non libet cætera persecui, suis locis commodiūs referenda: nunc id agédū, vt qui vel de proximis olim benemereti, vel ipsi sibi prodeesse cupiunt, rē intelligent. Cū enim in ceteris tractatibus nihil fiat sine consensu legitimo: quid hic agendum est, ubi de perpetua vitæ societate res geritur, ubi coniux debet coniugi in omnibus obsecundare, præterquam in peccato? In reliquis autē sacramentis quædā necessariō requiriuntur, & qui initiadū est, debet saltē cum mystagogo, siue præside mysteriorum conspirare: non est ergo mirū, si, vt sit sanctum, iustumq; matrimonium, consensus requiritur, quamvis ille non sufficiat. Si enim homo solitus feratur in puellam, & illa votis subseruiat, sicque ducat volentem, impingit in scopulum. Verbis, aut aliis indicis exprimatur oportet, ne subsit fraus, ne locus tergiuersandi relinquatur. Ideoq; sacerdoti adlaborandum, vt verba cōsensum exprimentia extorqueat: nec tamen ab sensibus hic ullū creatur præiudicium, cùm epistolis, syngraphis, siue procurationibus ( vt vocant ) consensus indicibus ratum sit sacramentū, tametsi dolis, mendaciis, cauillationibusq; locus ibi potissimum esse videatur. Parentibus eloquentibus pro pudibundis virginibus ratū est: quia silentiū prodit animi confessionem. Adhæc nemo nescit infirmari futuri temporis expressione, quæ licet inducat promissionē, matrimonij tamen sponsio esse non potest, quia rem ipsam præsentissimam non tradit, sed porrò tradendam pronuntiat. Neque adeò liberum id leges quibusvis *cessus nubis* esse vo-

elle voluerunt: sed puellis quidem duodecimū, viris decimumquintum  
ætatis annum præscribunt, quò nisi pertigerint, haud quaquam cō-  
*Furiosi, &* sensisse dicentur legibus. Dementibus, & furiosis, qui ad tempus subin-  
dementes.  
de per internalla redeant ad mentem, licet vti coniugio, quòd tamen  
contraictum ritè nequaquam censembitur, quo tēpore morbus, furorque  
graffatur. Requiritur enim híc arbitrij, voluntatisque summa libertas, vt  
omnis coactio, violentia, & metus absit, qui virum aliqui constantem  
perturbet. Si quid istorum adfuerit, etiam si præsentibus testibus adole-  
scens contrahat, non iniicitur viaculum. Cùm enim habeat suas tribu-  
lationes matrimonium, etiam legitimè contraictum, & gratia locupletatum: quis non videt perpetuam, crucem, iurgia, odiumque prorsus im-  
placabile, si desit in contrahendo libertas? Iacobo patriarchæ pereunti  
in Rachelem Labanus Liam supposuit: putas ratum matrimonium?  
Minime. Quid si eo modo, pro libera, seruam quis inducat? Nec illud  
quidem Ecclesia iudicabit legitimū: quia is, qui deceptus est, in Italiam  
confenserat. At verò ingenuus potest ducere mancipium: quia seruient  
ti nulla fieret iniuria. Vnum hoc addendum. Quemadmodum Ec-  
clesia vult conceptis verbis præsentis temporis peragi, ita sicuti  
conditiones intercedunt, s̄pēnumerò non patitur esse firmum, etiam si  
consensus constet verbis præsentibus: quia futorum conditiones sa-  
cramento repugnant, vt si quis abiens in Italiā, ducat in redditum:  
Discedo, reuersus accipiam te. Sunt tamen honestæ quædam condi-  
tiones, vt: Si redeam in patriam, si suppetat tibi dos, quæ non abrogant  
matrimonium. Si ridiculæ, vniuersales, nugatoria, impossibiles sint,  
non impediunt: Accipio te meam, si Deo placeat, conditio nulla est: si  
sol oriatur, perinde est, atque si taceas: si mare ebibas, si hinc euoles,  
siue sic arguteris, siue fileas, tantundem est. Contrà, si sint nefariae, vt:  
Prostituam te delibato flore corporis, aut: Nolo habere proles, aut de-  
sertam, aut: Si fructum conficias, irritum est matrimonium. Ex his fa-  
cile fuerit nostro catechumeno statuere, quando ratum sit, necne ma-  
trimonium, quod equidem citra consensum constare nequit, qui tamen  
solus non sufficit. Nam ostendendum, quid opus facto, si alteri pars illu-  
dat altera. Finigamus igitur annuente puella virū non consentire: si po-  
*Quid opus fa-*  
*cto, si altera*  
*par* illudat  
*alteri, nec cō*  
*sentiat.*  
  
*De materia.*  
stet ductus poenitentia pro stupris anteactis, Inuria sacramento illata,  
& blasphemia irrogata in Deum, debet prudenter consensum conju-  
gis ex quirere, ac tum vti legitimè. Quamvis enim híc non desit pericu-  
lum clandestini piaculi: tamen Ecclesia cogit obtinere sine poena, ne  
quis tumultus oriatur, & cōsensus proculdubio liberat, modò fide bona  
res agatur. Et hactenùs de consensu legitimo, ac necessario, qui formam  
istius absoluit sacramenti maximè expressus (vt dictum est) verbis  
præsens tempus significantibus. Et certè ad definitionem usque Tri-  
dentinam nil præterea requiri poterat: deinceps verò non nihil accedat  
necessè est, vt suo loco dicemus. Nunc de materia sequitur vt disser-  
imus, hoc est, de personis idoneis ad invenandum matrimonium. Nam

quemadmo

quemadmodum in sacramento poenitentiae vel actus, vel ipsi peccato-  
res, cum suis actibus, constituunt materiam: ita híc statuendum est præ-  
ter ipsos, qui contrahunt, aliam non esse materiam, quicquid alij subti-  
liores philosophentur de actibus sponsorum & sponfarum. Est autē hæc  
materia plena discriminis, vt alias memini me dicere: nam tametsi tota  
tractatio matrimonij sit periculosa, & contagiosa castis auribus, non  
tam rei natura, quā nostra vitiositate; attamen quæ nunc disputanda  
de personis occurunt, longè maiorem, facilioremque labem secum  
trahunt; vt hic pudicè versari non tam hominis, quā angeli dixerim  
esse. Itaque nostrorum catechumenorum, hoc est, castissimorum adoles-  
centium candore fretus, spinosam hanc disputationem, litesque nunquā  
terminandas ingrediar; neque deterrebor hæreticorum vel conuiitis,  
qui Ecclesiæ probro vertunt, quòd aliquas personas à nuptijs arcuerit;  
vel blasphemis, quibus præter ius ab Ecclesia dissolui, ac rescissum iri  
matrimonium vociferantur: quas inter difficultates erit nobis luctan-  
dum, dandaque opera; vt reportemus fructum, nec incidamus in pericu-  
lum. Et poterat quidem hæc disputatione differri in alium locum (siquidē  
methodus habet huic rei destinatam sedem) nisi vifum esset incommo-  
dum in definitione rem attingere, ac postea cum fastidio alio in loco  
replicare. Agite igitur, & quinam corporis mutuam potestatem legitimi-  
nis nuptiis facere, necne valeant, dispiciamus. Primum inter personas  
reprobas duplex est discriminē. Nam quædam sunt usque adeò ineptæ;  
vt, quicquid moliantur, nequeant constitutere matrimonium; atque vt  
conentur quippiam similate, non permitit Ecclesia, rescinditq; conti-  
nuo: alterum genus est eorum, quibus non est quidem integrum contra-  
here; si tamen nefas attinent, reprehendit, dñnat, castigat Ecclesia; non  
tam abrogat pactū, tametsi eum graui scelere coniunctū. Sed priorem  
classem recensemus, quæ tredecim ordinibus magnam impurorū ho-  
minum phalangem complectitur; quos tamen rursus in triplex agmen  
distribuit. Nam in plerisque desideratur, aut quandoque saltem non in-  
uenitur consensus; alij reprobant propter cognationem, & propinquiti-  
atem; postremi censentur inepti, quia nimium distent, totoq; ccelo in-  
ter se dissidente, vt infidelis cū fideli: sed hos rursus minutius diuidamus:  
& tredecim illos ordines cibabulemus. Igitur vt à consensu progredia-  
mur; omnes errores in notione personarum censentur non contrahere.  
Exempli sit Iacobus, cuius Rachelē formosam desiderantis fraude pater-  
na. Lia cōplexus furata est: ac propterea non prius erit firmum matrimo-  
niū, quā in deformati Liam contentiat, quòd postmodum fieri cōmodè  
potest. Quòd si error erit in ceteris, erit quidem pestilē fortassis, & no-  
xiū; tamen ratum matrimonium. Nam si quis putet se nobilē ducere  
puellam, & posteā deprehendat pauperculam: error quidem erit, sed nō  
personæ, vel substantiæ; ac propterea manebit vinculus. Hic frustra te de-  
cepit quereris: sed secus habet, ybi erratur in personis. Deinde conditio  
(sic seruitutē nostri vocat) reddit ineptā personā. Nec enī suū sacramē-  
tum agno.

*Actas. &  
mentia.*

*metus, qui est  
quadruplex.*

*votum solen-  
tis.*

tum agnoscit Ecclesia, ubi quis imprudens, dum se ficitur ingenuā, impingit in seruā. Nam cūm sint multa coniugij officia, quibus vicissim sibi gratificantur coniuges; atque adeò corporum inuicem tradant potestatem: seruitus alio vocat, herique præceptis cogit auscultare mancipiū; neque liberè sui copiam cōiugi facere permittit. Eapropter iudicat Ecclesia liberum hominem, ac benē natum nunquam id tentaturum fuisse; si de seruili conditione constitisset. Si cui verò tanti sit forma, vel aliud quipiam seruæ coniugis; vt eius gratia sibi ipsi velit hanc iniuriā interrogare: ratum erit matrimonium; quia sublatus est error. Tertio loco veniunt amentes, furiosi, & ante annos duodecim, & quātuordecim vtriusque sexus adolescentes; qui, si quid moliantur, nil efficient: cūm quia deest plenus consensus, qui requiritur in omni matrimonio; tum vt illius incommoda vitentur, vel tolerentur facilius. Nam si quis patiatur ingratis sibi vxorem obtrudi, proculdubio fementem fecerit innumerabilem molestiarum, ac dissidiorum. Hos sequantur, qui vi, aut metu videntur eò compulsi: non quid metus quilibet contractum impediat matrimonij; sed qui virum, & quidem cōstantem, turbare queat. Iste autem quatuor ferè capitibus consideratur: si quispiam seriō morte intentet puellæ, vel adolescenti; alter est metus seruitutis; adhæc, si quis videat se vulneratum, ac cæsum iri, malequé tractatum, nisi consentiat, merito linguiā dictus erit commodaſie periculo; postremò non minùs habet ponderis infamia, & ignominia, quam viri constantes non secūs, ac mortem reformidant. Quando igitur his rationibus adactus est quispiam ad matrimonium, idque videatur aliquousq; coaluisse: poste a tamē simulatum, fictumque declaratur. Si verò formidine, periculoque sublato, si libertate redditæ, cōspiret in matrimonium, qui prius coactus videbatur: Ecclesia nihil tum immutadū esse decernit. Acie quinta prodit votū siue id monachicum, siue clericum. Nā monachus quantūcumque fugiat sacramenta monachica, sibiisque frontem perfricet, ac persuadeat aliquid effectum iri ( si tamē monachismum in religione ab Ecclesia probata solenniter vouerit) quicquid tentarit, perpetuum erit stuprū, ac sacrilegium. Nam sicuti res quævis sacra, vtputa calix consecratus, ad alium vsum traduci non potest, nisi cum scelere: ita qui sese dicauit Deo, quicquid comminiscatur, scortum, non coniugem ter sceleratus cōpleteetur. Sed hæc in moechiæ descriptione fuisus sunt disputata. Nec est aliud de voto clericorum sentiendum, id est, de clericis sacramentis voto initiatis, Episcopis, presbyteris, diaconis, hypodiaconis, quibus nulla spes supereft legitima cōiugij; adeò vt Græci hac in re nimirū molles, & indulgentes hoc ipsum adserant. Nam canonem 10. Ancyranum concedent nuptias diacono, qui in violentia consecratione stipulatus sit potestatem postmodum ducendæ vxoris, abrogauit concilium sextum vniuersale can. 14. & Balsamon, Photiisque dicunt imperatores in legibus contrā iuisse. Quicquid igitur initiatuſ ritè clericus attentari, sacrametus est, furaturque Deo per summum nefas, quod denouerat, & dede-

*rat illi:*

rat illi: nec in coniugio, sed in perpetuo versatur inceku; nihilque tam graue fingi potest, quod tanti piaculi fœditatem, indignitatem, grauitatem valeat satis explicare. Atque hæc aliàs ex canonibus græcis, & latini interpretibus luculenter probauimus; quicquid sit factam in græcis ecclesiis ante sacros ordines ducentibus vxorem. Iam sese nobis offerut cognati, quibus abstinentiū à mutua copula sanctum est. Nec est quid hæretici clamant Ecclesiam tyrannidē exercere; cūm negare nequeant, etiam in lege Mosaïca, quosdam gradus cognitionis, in quibus habendus delectus præcipitur; ne sit contractus matrimonij nefarius. *Quis enim non beluimum dicat, patrem filiæ, fratrem sororis hymenæos accipere?* Cūm ergo videamus legem diuinam sic se habere: quorsum probro vertatur Ecclesia; si ad augendas amicitias, & homines amplioribus necessitudinibus deuinciendo, voluerit iniri coniugia inter extraneos? Si enim tantum cognatis iungantur omnes, nil affinitatis, nil nouarum amicitiarum contrahetur; sed hi tantum inardescunt in sese mutuò. *Huc adde sanissimos quoque theologos non arbitriari tantum penes Ecclesiam ius esse personas ineptas decernendi: verum etiam regibus, imperatoribusque potestatem ducendarum cognatarum faciendi, quoties id rerum publicarum utilitas, tranquillitasque postularit.* Atque hīc Iustiniianas leges quidam velint reuocatas, quibus inter libertorum filios, pupilos, ac viduas non contrahatur; quod si nūc obtineret, multæ fraudes, miserorūque circunuentiones arcerentur. Cūm igitur nedum Ecclesia, sed imperatores quoque talia decernant: quæ est inuidia, si hoc Ecclesia permittatur, quæ omnē habet potestatem etiam in ipsum imperatorem, cuique nil negatum est, quod ad omniū salutis procurationem faciat? Nec mirum, cūm matrimonium sit contractus humanus, si quid éatenus in illud valeat imperator: tantumque abest, vt quisquam in Ecclesia pius ægrè ferat; vt vehementer collaudetur ab vniuerlis. Sed ad institutum redeamus. Ad quartum igitur, & in quibusdam ad tertiu usque gradum cognatis contrahere vetitum est, cognatis (inquam) siue naturali, siue spiritali, siue legali specie coniunctis. Tot enim cognitionis feruntur species: & quidem, quid ad primam pertinet, ad quartā usque seriē vetatur coniugium; cūm satis natura cōiunctis non sit opus maioribus vinculis. Legalis cognatio nascitur, cūm fortunati, vel illiberes quospiam in filium, & filiam adoptant, inter quos infra gradum tertium non coalescit matrimonium; vt si singatus Abraham Damascum Eleazarum, & vernularum alium quemlibet adoptasse: tunc enim inter vtriusq; liberos contractus iniri nequivisset; si quidem prius emcipati non fuissent. Spiritalis autem necessitudinis origo est, quid quis in baptismo, confirmatione sacramento pro filiolo, vel filiola fideiūs for efficitur; quæ tertium quoque gradum præfigit matrimonio. Et si libeat rem in exemplo contueri; vide mihi sacerdotem, vel Episcopū, qui ex legitimis vxoribus sustulerint liberos, his cum nefas est cuiquam qui vel ab eo sacerdote baptismū, vel ab Episcopo confirmationē accepit,

*Leges de affi-  
nitate corrē-  
hentium à  
principibus  
quidam feri-  
posse putant.*

*Tres cogni-  
tionis species.*

iungi matrimonio, priusquam tertia generatione spiritale vinculum obsolescat: vt omittam parentes ipsos, siue carnales, siue spiritales ita cohaerere; vt simul contrahere nunquam valeant. Et ista quidem quotidie redeunt in usum, ne dicam in abusum; cum per ignorantiam parochorum, aut aliorum negligentiam talia vel dissimulantur, vel contemnuntur.

*De iisdem prorsus inceptis ad matrimonium contrahendum.*

Catechesis 211.

**N**ouissima catechesi proposuimus (auditores) longum catalogum personarum intempestiuarum foederi matrimonij: nunc totidem nobis supersunt, de quibus breuissime dicendum, quod nostra catechesis tandem emergat in amoenorem campum; quanquam haec in amoenis talia sint; vt sit nil magis cognitum necessarium. Ut enim matrimonium multis litibus, ac pugnis finem imponit: ita si non ritè contrahatur, causa est grauissimorum dissidiorum. Exempla suggerunt Glaphyra Archelai Cappadocum filia, quae si probè fuisse his in rebus catechizata, nunquam vel priori marito tantam iniuriam, vel sibi denique mortem interrogasset; Herodes quoque si dociles præbuisset aures Ioannis catechismo, nunquam fratris furri puisset vxorem; postremò si nobilissima Fabiola, Hieronymo laudatissima, fuisse his tudimentis intacta, non se eò abiecisset, vt publicæ pœnitentiae miseria vix quiuerit patratum dedecus contra ius matrimonij diluere. Sed de his satis; nunc ad rem. Intet igitur matrimonio abominabiles personas non sunt postremi vxoricide, & maritorum interfœtrices; quæ admodum nec illi, qui in matrimonio non dabitant alia tentare sponsalia. Verum, quod punctim dixi, clarius est exponendum; vt magis proficit. Cum eo igitur, qui coniugem interficerit, contrahi non potest. Istud verò non tantum iuris canonici, sed & scholastici doctores sic interpretantur; si eam ob rem patretur homicidium, vt secundis nuptiis sit locus. Verum cùm canones hoc nusquam exprimant; simpliciterq; nolint coalescere cum huiusmodi sceleratis, & execratis hominibus matrimonium: non debemus tantum istis turpissimis copulationibus gratificari. Rursum si quis vxorem cuiuspiam corrūpat siue cælebs, siue alligatus vxori, sponsione facta secuturi connubij, si id sequatur, irritu esse canones precipiunt; quod utinam esset hac ætate persuasum omnibus, quæ sèpè numero coagmentationes huiuscmodi fiunt; nec facile incident in pius, sanctumque confessionarium, qui ab hoc eximat adulterio miseros. Vbi tamen coaluisset quippiam simile; tentandum esset priuatum, ac prudenter, vt Ecclesia huiusmodi solueret legibus, iubetque ratum esse: præsertim quia non facile fides habenda sit talibus, etiam id publicè confitentibus; sed ex fastidio alterutrius enatum id indicaretur. Sed ecce crimen aliud, quod utinam raro contingat, dum supra simplicem spōsionem, adulitu, simulacrum matrimonij, ignoris hinc inde reliquis

innocenti-


*Josephus lib.  
17. cap. 19.  
antiquit.*

*cædes con-  
iugis.*

innocentibus coniugibus: quorum tametsi de morte nil cogitatum fuerit, tamen usque adeò execratur Ecclesia hanc sceleratam machinationem, vt si post defunctos coniuges talis copula deprehēdatur, cum grauissima iniuria coniugum etiam tum viuentium initia, rescindatur, ac ne verbum quidè de legitimo contractu fiat. Verum & hic si quid aliud statuerit Ecclesia, putaritque soluendos legibus, poterit datum haberis. Quæ cùm ita se habeat: quis dubitet hoc ipsum iudicare, si accedat homicidium, & vel vxore Ægistus, vel Clytemnestra tollat Agamennona? *Pis.  
Sess. 24. c. 7.* Hæc igitur esto crudelis adulterij conditio. Proximè sequatur cædem vis, ac violentia. Et quidè de coactione, quam metus extorquet, diximus: sed hic simpliciter vis rescindendo matrimonio satis esse dicitur, quod Ecclesiæ lege in Tridentina synodo latum est, vbi tametsi permittatur matrimoniu, posteaquam rapta suæ redditu libertati cōsenserit, raptore tam pro execratis haberi, clerici autem dignitate moueri iubentur. De hac re igitur non plura. Adiungendum est isti catalogo prius initum matrimonium, quod, etiam si persistat illibatum, nec (vt loquuntur) completum, non sinit esse firmum, quod secundo contractu nefariè tentaretur, & coagmentaretur: nec refert, si prior coniux credatur extintus. Nam si vera, certaque videantur mortis argumenta, fortassis cum altero contrahens excusari poterit à scelere: redire tamen ad consuetas nuptias neesse est, vbi fuerit agnitus error. Ac tantudem de ea re. *Sponsalia.* Sicutur caput alterum, cuius maximæ difficultatis partem ademerunt Tridentini Patres, de quo iurisperitos inter, ac theologos dubia versabantur disputatio. Nā peractis sponsalibus, etiam si vel alterius morte, vel qualibet ex causa non successisset matrimonium, nihilominus interdictus erat contractus cum alterutrius cognatis usque ad quartū gradum: itaque cùm ea res magna frequenter adferret incòmoda, Patres sanxerunt, vbi sponsalia robur habitura non fuerint, vinculum istud locum non habere, vbi autem rata fuere, volunt rem in primo gradu consistere. Succedit impedimentum affinitatis. Nam sicuti qui me sanguine attingunt, censentur cognati, sic qui vxorem, nominantur affines: nec in paucioribus gradibus sifistitur impedimentum. Et quidem, quod ad vulgarem istam affinitatem pertinet, non opus est verbis: verum est impura quædam affinitas occulta, quæ sèpè magnas excitat tragedias: & hactenus alit multa adulteria, itaque est in apicum producenda, vt agnitas fuggiant omnes. Nec de illa agimus, quæ ex legitimo nascitur matrimonio, sed ex illicita, nefariâque venere, vt cuius violarit: quis pudicitiam, eius sororem, ducere nequeat, vel neptem, propter initam illicito complexu necessitudinem. Atque hæc res porrigebatur olim ad quartā seriem, sed latitudinem huiusmodi Tridentini canones ad solas sororem, ac neptem, sororis nimis filiam, contraxerunt. Hæc autem quamvis utilia sint, maioremque forsitan explanationem desiderent, ne tamen castis, ac virgineis nostrorum catechumenorum auribus vitium adferam, discedo. Quid verò sequitur præterea? Maiores nostri iam *Disparculi.* *Eadem sess.  
cap. 4.* *visque*

vsque ab apostolica etate ita sunt infidelitatem, apostasiam, & haeresim  
 Deutero. 7. execrati, vt in his negarint perfici matrimonium. Moti autem videntur,  
 1. Esdr. 10. quemadmodum ostendit Cyprianus ad Quirinum, propter veteris legis  
 interdicta, quibus nefariæ ducebantur omnes illiusmodi copulationes.  
 Itaque apud Latinos dubium non est, quin, quod inter Christianos, &  
 infideles, seu Iudæos, aut Turcas peragitur, sit matrimonium, quidamque  
*Greci à Laz-*  
*timis diffen-*  
*scent de apo-*  
*statarum ma-*  
*rimonio.*  
*clariū exponere. Si quem natura veluti deuouerit castitati, eunuchum-*  
*que produxerit, si cui tantudem infirmitas conciliarit imbecillitatis,*  
*vel denique si per maleficium quis reddatur ineptus officio nuptiarum,*  
*quod in nostra hac ( penè dixerim ) infidelitate non est ratum ( tametsi*  
*quondam Tertullianus propter fidem negat hoc in Christianis locum*  
*habere) nequibit ritè, & stabili fœdere matrimonium contrahere, nisi*  
*alter non ignarus cōsentiat in talem societatem ( tunc enim tantò futu-*  
*rum est laudibilis coniugium; quantò castius ) qui si postea velit re-*  
*scindere, non audietur, & cogetur habere tanquam sotorem, quam vxo-*  
*riis functionibus ineptam volens accersiuit vxorem. Si clām autem fue-*  
*rit impedimentum, vbi deinde fuerit illius facta fides, potest repudiari:*  
*quod si semel consenserit, cogetur aternū manere. Quomodo verò*  
*hæc exploretur impotentia, pertinet ad ecclesiastica tribunalia: hoc sit*  
*satis, quando totum triennium fuerit exactum, & nullus legitimus vius*  
*consecutus. Quod si res maleficio contigerit, aliisque tentatis nuptiis*  
*succedat proles, Ecclesia non reuocabit, quia in certis personis hærent*  
*prestigia: si verò naturæ sit vitium, cogetur ad priorem reuerti con-*  
*iugem, nec pudebit Ecclesiam errorem agnoscere.*

*De iis, qui ita inepti sunt: ut tam, ensi contrahant, ratum sit ma-*  
*trimonium; & de rescindentibus sponsalia.*



Eum tales fuisse constat: nam si postea contingat in haeresim corruere, persenerat, etiam apud Græcos, matrimonium. Et hæc de disparitate cultus, vt nostri vocant. Supereft vnicum impedimentum, de quo vix *Eunuchia*. audeo dicere, dicam tamen breviter, & castè. Igitur inepti sunt fœderi matrimonij, qui debitum pœnitenti coniugi reddere nequeunt: nolo rem clariū exponere. Si quem natura veluti deuouerit castitati, eunuchum- que produxerit, si cui tantudem infirmitas conciliarit imbecillitatis, vel denique si per maleficium quis reddatur ineptus officio nuptiarum, quod in nostra hac ( penè dixerim ) infidelitate non est ratum ( tametsi quondam Tertullianus propter fidem negat hoc in Christianis locum habere) nequibit ritè, & stabili fœdere matrimonium contrahere, nisi alter non ignarus cōsentiat in talem societatem ( tunc enim tantò futu- rum est laudibilis coniugium; quantò castius ) qui si postea velit re- scindere, non audietur, & cogetur habere tanquam sotorem, quam vxo- riis functionibus ineptam volens accersiuit vxorem. Si clām autem fue- rit impedimentum, vbi deinde fuerit illius facta fides, potest repudiari: quod si semel consenserit, cogetur aternū manere. Quomodo verò hæc exploretur impotentia, pertinet ad ecclesiastica tribunalia: hoc sit satis, quando totum triennium fuerit exactum, & nullus legitimus vius consecutus. Quod si res maleficio contigerit, aliisque tentatis nuptiis succedat proles, Ecclesia non reuocabit, quia in certis personis hærent prestigia: si verò naturæ sit vitium, cogetur ad priorem reuerti con- iugem, nec pudebit Ecclesiam errorem agnoscere.

## Catechesis 212.

Vperior homilia percensuit catalogum personarum suorum incommadarum ad ritè contrahendum matrimonium, ita vt omnis conatus, quantumcunque tentarint, nil prorsus præter impurum concubinatum, ac stuprum efficiat: nunc non multò minorem turbam emetiemur eorum, qui quidem censentur abominabiles matrimonio, ita tamen vt, si nefas tentent, contrahant. Et quia hic est magna fax hominum, & colluicies percensenda, si quis compendiosè totam ediscere velit, atque in augu- stissima tabella constrictam, intueri, potest sex non pessimos versiculos mandare memoriae: quibus autem tanta non placebit sterilitas, patien- tur addi certis locis lucem necessariam.

*Coniugium hæc prohibent, eadēmque ferunt celebratum,*  
*Incestus, vetitum clari sponsalia, votum,*  
*Uxor: nex, & catechesis, raptaque sponsa,*

Presbytēri cades, proprie fūscuptio prolis,  
Solennis que, satis pro crimine factio, demum.  
Non ignara viris sacra cum virginē ceda.

Incitus.

Burch li. 17.

c. 15. 16. 17.

Petitū cleri.

sponsalia.

qua rescindit sponsalia

Sed retexamus orsa, choliisque necessariis, illustremus, quæ luce vi-debuntur egere. Notandum igitur in primis agi de impedimentis, propter quæ vetat Ecclesia ne contrahatur: itaque plerique omnes, qui ista prævaricantur, ingenti se crimine maculant, sed tamen, ut est indulgens mater Ecclesia, iam contractum tolerat. Primum igitur genus huiusmodi malorum hominum est incestuosorum, id est, qui peccant per adulterium cum affinibus ad quartum usque gradum, qui iubentur ab Ecclesia vitam omnem in poenitentia absque omni spe coniugij ducere. Sic veteres canones, ita 6. & 12. canon Triburienses, qui ab Iuone, Gratiano, & Burchardo relati sunt in ius pontificium. Imò vero soluebantur interdum priùs inita matrimonia, & innocentia coniugii permittebatur ad alias transire nuptias, incestuosis æternum adempta spe contrahendi. Laudibilis profecto maiorum nostrorum seueritas, cum propter huiusmodi flagitia certum sit integras provincias bellis, lue, fame, aliisque calamitatibus vindice Deo periclitari. Hodie si contrahant, non dirimiryt matrimonium, nedum priùs initum rescinditur. Alterum caput est vetitum cleri, quando nimis Episcopi, vel pastores iustis ex causis prohibent sponsos progredi, qui tamen si non morati vetitum fese conscelerent, ratum erit: si tamen non videatur quid aliud esse hac tempestate constitutum à Pribus Tridentinis. Nam sess. 24. ca. 1. Ecclesiam videmus velle matrimonium esse publicum, & solenne, execrarique clandestinas omnes molitiones, quæ sine testibus, & Episcopi, vel presbyteri præsentia passim fiebant: unde liquet hoc tempore sacerdote, vel Episcopo intercedente nullum esse matrimonium: sed quia usque ad hæc tempora clædestina matrimonia fuere quidè piis omnibus execrabilia, non tamen irrita, idcirco huiusmodi interdictum vetabat tantum, non rescindebat contractum. Sequuntur sponsalia, quæ non solù nouis sponsalibus, verum & matrimonio præcludunt aditum: sic tamen, ut qui scelere imbuere se non formidaret, & verbis præsens tempis significantibus coporis sui potestatem alij dederit, non sit frustra tentatus. Quod si priùs legitimè rescissa fuerint sponsalia, tum nil obfuerit experiri noua. Rescindendorum verò sponsalium (vt hoc obiter inferamus) causas ferè septendecim numerant, quarum ad rem potissimum facere videntur istæ. Primum si mutuò sibi renuntient. Nec enim cuiquam, nisi sibi iniucem, iurarunt: itaque possunt fese mutuò iurisurandi religione liberare. Deinde rescinduntur succedente nouo matrimonio: sed nefas istud esse diximus. Infringi quoque certum est (atque utinam sèpiùs huius rei statuerentur exempla) alterius partis (vt cum Elibertino concilio dicam ca. 54.) pollutione. Requiritur enim à sponsis castitas, quam illibatam debent inferre thalamis: nunc, proli pudor, inueniuntur etiam

etiam inter nobiles puellas sceleratissima scorta, quæ dedignantur habere maritum, nisi contaminatissimum, & inter lupas (cloacas verius dixerim) publicas exercitatissimum; in quales si priscæ seueritatis aliquod ederetur exemplum, & iuberentur speratis carere nuptiis: procul dubio nostra matrimonia haberent præclariora auspicia, & fæciliores exitus. Si igitur alteruter se contaminari, scelusq; prodierit in apricum; nulla est sponsionis religio, dum modò pars innocens id velit; alioquin nil est necesse. Quin illud ipsum conciliū eodem canone putat non rescindi, si uterque sit in noxa. Adhaec si quis post despōsationem deformetur, si in paralyticum, lepram, aut similem morbum incidat; alter vinculo per Episcopum liberabitur. Atque huc pertinet ista nova, sive Gallica, sive Neapolitana lues, quæ dum assertur in thalamum, est iustissima causa rescissionis sponsalium, ne castissima virgo vitæ, summaque periculum adeat. Equidem, me authore, nunquam permittent virgines coagmata ri sibi tam impuros procos: sed ad suas illos porcas amandabunt; cum extalibus coniugiis nil nisi scabiosum, & leprosum gigni queat. In idem album referenda est hæresis, quæ vbi cognita fuerit in alterutro; Ecclesia non inuita retractabit, quod sponsione firmatum erat. Accedunt, si dos promissa non præstetur; si tempus constitutum fuerit, & pars altera nolit interea stare promissis, corporisque potestatem tradere; si sequatur votum castitatis, etiam priuatum; si alteruter ad monachatum, aut clericatum transeat. Sed hæc fortassis nimia; præsertim cum alio loco similes sponsalium antiquitate, religioneque dicturus. Nunc igitur ad impedimentorum seriem reuertamur. Sequatur quartum ex ordine votum, & quidem simplex: nam solenne non tantum prohibet, sed etiam contra dictum, aut dissimulatum potius, abrogat. Priuatum igitur votum remoram iniicit: quia scelus est fidem Deo datam infringere, & sacram corpus, Deoque dicatum homini tradere; & maximè si ille non ignoret se attriccare domini sui sponsam, inauspicatum, multisque miseriis, & infelicitatibus foecundum coniugium paulò mox sceleris grauitatem proculdubio manifestabit. Nam vt carptim agam; videte miseriam: tametsi matrimonium ratum maneat, non licet absque scelere vti; & quamuis non desint quidam aded indulgentes, vt putent licere, si alteruter videat coniugem assidua exactione grauari, si vereatur periculum; ea tamen indulgentia nimia est. Esto tamen, liceat. An non est ingens infortunium, quod in igne iaceas, & cogaris non vivi? Quod si diabolus te proliciat, & longius progrederiatis: en tibi certa calamitas, & interitus. Dices Episcopi te, vel summi Pontificis dispensatione liberatum iri; nec inficior: sed quid Deo pro virgineo corpore rependes? Nam vt quis ita voto liberetur, quasi nullum extiterit; necesse est existant grauissimæ cause, quas non satis fuerit à pragmaticis confangi, nisi rerum ea sit veritas. Alioquin si imponamus Pontifici, & ille annuerit: manebit nihilominus conscientiae vermis, qui vel vbi senior ætas, vel mors inguerit, prodet feso, ac desperationem fortassis adfert. Alias

ret. Alias necesse est mutari votum voto; neque debet fraudus Christo fieri; sed aliquid par, aut penè par reddi. Sed quid æquabit, cedo, decus virginitatis, aut castitatis? Ergo tametsi votum illud non rescindat matrimonium; relinquit tamen (vt cernitis) infinitis refertum miseriis. Sequitur vxoris nex. Si quis vxorem, nihil de nouis nuptiis cogitans, interficiat; iubetur perpetuò cotinere; vsque ad Ecclesia detestatur violatum illud fœdus à Christi simulacro, id est, à marito. Hodie vero (dictu nefas) huc recedit res; vt videamus in vxores duci, thalamosque magis contaminare huiusmodi parricidarum eas, quæ causæ, ac tantum non consciæ fuerunt interfectionis. At maiorum nostrorum tribunalia secùs decernebant. Adigebātur enim tales ad publicam poenitentiam, perpetuam quæ continentiam; & vitam omnem excepta. duntaxat infirmitate, exigere debabant in canonica poenitentia. Nunc si contrahant, vt peccent grauiter; perstat nihilominus ratum matrimonium. Attexitur catechesis. Qui enim catechumenam in baptismo, vel confirmatione suscipit; non potest ducere in vxorem. Quod vt intelligatur; vt se nunc habentes Ecclesiæ, exorcismus, catechismus, baptismusque coniungitur; olim non ita. Primum enim exorcizabantur solenni ritu; deinde catechizabantur præsente catechista, sive susceptore, qui castigabatur, si catechumenum suum non reddidisset idoneum ad baptismum, nec rerum Christianarum cognitione satis instructum adduxisset, quod feria quinta ante pascha fieri consueverat. Quod autem subiunximus de rapta sponsa, non est accipendum de proprie dicta rapina, qua de alias egimus; sed tantum de illa surreptione, qua sponsam alterius quis vlo modo tentat abducere; etiam si desit magna violentia. De cœde presbyteri nil dicendum, quia iam nulla ferè leuior iudicatur; cum sit instar parricidij. Neque propriæ susceptio prolixi, quæ fit in baptismo, vel confirmatione spe futuræ à coniuge reuulsionis, opus habet longiore commentario. Merito enim vxore defuncta iubetur altero carere coniugio, qui in priori tam petulans extiterit. Non desunt tamen, qui negent piacularis esse secundas horum nuptias, si absit modò contemptus. Supereft satisfactione, quæ nullum penè iam habet usum. Qui olim defuncti erant publica poenitentia vetabantur vxorem ducere; quia perpetuò memores esse debebant poenitentia. Vnde ferè subtexunt canones: *Nunquam si sine poenitentia, hoc est, non adiendus quidem est per publicam severitatem; sed nunquam obliniscatur luctus, ac poenitentia: quo circā meritò arcebatur à nuptiis, qui semel publicam subiisser satisfactionem instar illius Fabiolæ.* Nam in nuptiis, vbi pars altera nolit, poenitentia publica locum habere non poterat. Reliquum est unum impedimentum. Quicunque scientes prudentes cum Deo sacra virgine matrimonij fœdera copulatunt, illa extincta, vel adempta, quia non erant verae nuptiae, in postremum iubentur cœlibem vitam agere. Atque utinam hoc intelligerent isti sacri procœdentes, qui hoc demum sacrosanctum iudicant: cum vt se forte profiteantur hereticos, tum vt facio coniugio, sci

vxoris nex.

catechesis.

Rapta sposa.

Propria suscep.  
propositi.

satisfactio.

gio, scilicet nobiliores euadant. Et olim tales omnino continere cogebantur: sed hodie èd ventum est indulgentia; vt si post tale furtum quidquam attentetur, robur, virésque consequatur. Habemus igitur undicim genera personarum Ecclesiæ iudicio execrabilium matrimonio: quæ tamen, si quid audient, si conueniant (quod hodiè est difficilimum propter Tridentinos canones de clandestinis matrimonio) fert, castigat priuata censura; in apertum non vocat.

*De vinculo matrimonij, quod ne adulterio quidem soluatur; deque Iudeorum repudiij libello, & Christianorum diuortio.*

### Catechesis 213.



X his, quæ duabus postremis catechesibus dicta sunt, constitui potest, quæ sint idoneæ personæ ad contrahendum; nisi quod hæreamus in ipsis personis, in quibus multa religio desideratur, vt matrimonium Christianæ peragatur.

Sed nunc de necessariis virtutibus nil dicendum est, quorum locus est in destinatis: iam persequamur eam partem definitio-  
nis, qua diximus legitimas personas ita vniuersitatem, vt immortale coëcat  
vinculum; deinde tam fixum, firmumque vinculum esse docebimus;  
vt ne adulterium quidem valeat quicquam efficere; subiectiemusque  
non nihil de Hebræorum libello repudiij, & vtrum à Christianis queat  
usurpari, ac postremò de diuortio inter Christianos partim necessario,  
partim licito. Si quis igitur ligaminis huius robur æternum demon-  
strari sibi cupiat; audiat Moses in ipsa naturæ institutione hunc in  
modum scribentem: *Propter quod relinquet hominem patrem, & matrem,* Gen. 2.  
*& adhærebit uxori sua.* Adhærebit autem tametsi latinum sit, & ele-  
gans; non tamen exprimit, quod est in Græco, Hebræo, Syroque fon-  
te. Habet enim Moses πάτην vedabak, quam vocem Ionathas Chal-  
dæus seruauit; Septuaginta verterunt προσκόλλησθε, quod signifi-  
cat ita adglutinari; vt non appareat commissura, sed quid unum videat-  
tur. Dum ergo Moses, vel potius Spiritus sanctus vtitur hac voce, tantam  
coniugum coniunctionem demonstrat; vt postea quā sunt facti una  
caro, nulla ratione seiuungi possint. *Et erunt duo in carne una:* per car-  
nem synecdochice totum hominem intelligimus. Euidens argumen-  
tum istud est (vt etiam docuit ipse Servator) Deum homines conne-  
xere; ideoque quod fuerit à Deo compactum, ab homuncionibus dissolu-  
non posse. Hinc Paulus dicit mulierem tandem alligatam legi, quandiu  
maritus vixerit; quo defuncto, potestatem habere nubendi in Dominō: zib. 1. cap. 2.  
quiibus verbis Augustinus dicit præfixos mulieri terminos, quod trans- de adult. con-  
cendere non possit. Quid verbis opus est? Versans hoc argumentum A- ing.  
postolus, dicit mulierem, si discesserit à marito, debere manere innu-  
ptam, aut viro suo reconciliari. His scripturis probatur matrimonij in- 1. Cor. 7.  
dissolubili

dissolubilitas. Quod si Patrum testimonii idem confirmatum esse vellint nostri catechumeni; D. Augustinus duobus libris ad Pollentium nil aliud agit; Hieronymus in commentario ad 19. Matthæi, & in epitaphio Fabiolæ huic sententiæ subscribit. Origenes quoque ad idem caput Matthæi fateretur quidem sua ætate quosdam Episcopos tentasse huius vinculi solutionem, sed tamen euangelica lege non licere. Omnia autem apertissimè Innocentius I. epistola 3. dicit causam esse, cur interdù Christianus dimittat coniugem; sed dimissum non ducere alteram, quandiu prior sit superstes. Nec aliter eiusdem nominis Innocentius tertius dicit hanc esse fidem Ecclesiæ, quam declaratam cernimus 17. cano. concilij Mileuitani, & Tridentinæ sessionis 24. cap. 8. vbi anathemate perceluntur, qui ob adulterium, vel fornicationem ita putant rescindendum matrimonium; vt ad alias nuptias liceat conuolare. Sed haeretici contendunt adulterio rescissum iri matrimonium; idque probant ex Matthæi cap. 5. vbi Christus dicit: *Ego dico vobis quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, &c.* quam sententiam consultus à Pharisæis cap. 19. Christus idem repetit. Nam licet (inquit) ex capite 5. non immerit id colligamus: tamen cum requisitus cap. 19. dicit ab initio non sic se rem habuisse; & nihilominus adiungit: *Ego autem dico vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam: & mox annedit exceptionem: Nisi ob fornicationem: consequens videtur, vt innocens ducat alteram.* Sed si videamus, quid Seruator idem apud alios Evangelistas dicat; & si eandem ubique sententiam agnoscamus: deprehendemus Ecclesiæ Romanæ, atque catholicae interpretationem fixam, ratamque manere. Nam Marci 10. cum res eadem tractetur, nulla adhibetur exceptio; neque Lucas 16. cap. quicquā excipit. Narrat enim Marcus Christum illa dixisse audientibus Pharisæis, & Apostolis rogantibus planiū exposuisse, ac docuisse vinculum indissoluble. Sed quæ causa fornicationis excepta? Respondent quidam, quia tunc temporis lex nondum erat abrogata, Christum noluisse temere eò proruētes irritare, nec dicere quid esset faciendum, vbi pars altera committit adulterium. Sed (vt aiunt maiores nostri) Christus tunc nil respondisset; nam interrogabatur, num esset fas; præsertim cum cap. 5. vbi nil tale metuebatur, idem excepit. Igitur sensus est: Si quis vxorem suam dimiserit, quod meis est aduersum legibus (excipio autem causam fornicationis) sed quomodolibet seres habeat; siue immerit, siue meritò, etiam propter causam fornicationis: si quis (inquam) dimiserit, & aliam duxerit, fornicatur. Non licet vxorem dimittere, nisi propter adulterium; & vt hoc sit admissum, non est de aliis nuptiis cogitandum. Sed quid? Nōnne in veteri lege dabatur libellus repudij? Nōnne fatebatur Christus datum à Mose, propter Iudeorum duritiam? Cur igitur id Christiani non facitant? Theologi nostri discedunt in diuersas sententias. Sunt qui Iudeos non excusent ab adulterio, qui alias dicerent, dimisisse aliis vxoribus; quia Christus illam concessionem in crudelitatem, ac duritiam illa-

*ca. Gaudi-  
mus, de diu-  
ris.*

*qy id haeri-  
ci ex verbi  
christi relin-  
tic erutum.*

*catholicæ ver-  
bo. um christi  
expositio.*

*Marc. 10.  
Luc. 16.*

*catholicon  
dine, sc. sen-  
tentia de per-  
vixoribus;*

tiam illorum reicit, qua dubio procul odiosas vxores macerassent. Sed *missione li-  
belli repudiij.* detur valde paradoxum, Deum permisisse tot adulteria, quæ decalogus prohibuerat. Quid, quod Malachias dicit aperte: *Cum odio habueris uxorem adolescentie tua, dimitte?* Deinde cum Pharisæi sic intellexerint, dicemusne omnes fuisse impios, nec ullum fuisse, qui rei nefariæ modum adhibuerit? Igitur præclare Chrysostomus sentire videtur, Deum pro sua incredibili misericordia id, quod natura rei erat peccatum, liberasse culpa, vt populi sui infirmitati cōsuleret. Neque quisquam mirabitur, qui considerauit Christū sermone in monte (vt vocatur) retractare, quæ olim in veteri lege permissa fuerant, cum Euseb. lib. 1. cap. 10. demonst. Euang. dicat christianismum nil esse aliud, quam reuocationem, sive instauracionem nature, seu legis illius, quæ ante Mosen vigebat, primosque patriarchas Noacum, Abrahamum, ac similes fuisse Christianos, habuisseque legem bonam, quam nos habemus, qua eorum posteri Iudei caruerint, accipientes legem, quæ in ipsis etiam scripturis non bona dicitur, cuius præscripto tauros, & victimas offerrent Deo potius, quam idolis, sicut permisum fuerat, vt odio prosequentur inimicos, & alia pleraque minus perfecta, inter quæ D. Chrysostomus recte libellum repudiij numerat, dicitque permisum, vt ab aliis quoque fuerat culpa sublata. Nam tametsi lex prima de diligendo proximo videretur omnem hominem includere, tamen propter Iudeorum impotentem iracundiam videtur hostis exceptus, permisumque Iudeis, vt suos odio haberent inimicos, maximè propter diuersam religionem. Igitur sentio cum D. Chrysosto- *sententia au-  
mo, Augustino, & Aquinate non peccasse Iudeos, cum vxores demitte-  
tent, maximè vbi metus erat adulterij: sin autem propter libidinem,  
molestiam, similiaque fieret repudium, libenter mutauero sententiam.* Attamen cum Moses Deuter. cap. 24. vtatur voce יְהוָה נִצְרָא eruah da- bar, quæ repetitur cap. 23. vbi de condendis excrementis est præceptum, ne Deus offendatur versans inter Iudeos, quod probat vocabulum propriè ad immunditiam pertinere: non absurdè propter fordes, fecitatemque corporis permisum istud videatur. Quod si vocis hæc recipiat proprietas, multò certè futurum est tolerabilius, si dicamus propter furta, beneficia, adulteria, & alia scelera dimittere licuisse, nec adulterij insimulandos esse Iudeos Dei permissione vlos. Atque de libello repudiij hactenus, & ipsius natura, quod ad Hebreos pertinet. De ipsius forma, & modo lögum esset dicere. Interpretes Hebrei ad 24. Deuter. multa fabulantur, addunt multas ceremonias, quas etiā nunc videntur obseruare: de forma fuerit operæ pretium non nihil adferre, quia video quosdam hallucinari. Qui igitur velit de hac re cognoscere, legat Philonem in decalogi expositione ad mœchia interdictum, & Flavium Iosephum lib. 4. cap. 1. antiquit. In hunc ferè modum conscribebatur. Hoc die mensis (addebat nomen) ego (& hic nominabatur) dimitto hanc vxorem (inferebat nomen) & a me abdico, omne ius relinquo, & iubeo esse liberam, vt cuicunque velit nubat: ac profiteor me nun- *Forma libeli  
repudiij apud  
Iudeos.*

quam repetitur, & volo, ut nemo rem istam impedit. Quod ad Christianos attinet, id semper fuit Ecclesiae persuasissimum, libellum hunc illis esse nefarium: cum propter Christi prohibitionem, tum propter naturalem institutionem, quam Seruator (ut diximus ex Eusebio) reuocauit in orbem. Fuit tamen quando Christianis simile, permittentibus principium legibus, non dabatur probro, unde factum est, ut non diuersum habeatur quid in commentario D. Ambrosij ad I. Cor. 7. sed credo factum. Episcoporum ignava dissimulatione, vel (ut putat Petrus Lombardus) locum interpolatum ab heretico, vel certe commentarium illum non tam esse Ambrosij, quam Pelagij. Quicquid sit, una hirundo non facit ver: & quae superius de vinculi immortalitate dicta sunt, abunde satisfacent questioni.

### De christiano diuortio.

#### Catechesi 214.

**P**riusquam ab eo, quod postremā catechesi tractabamus, Christianorū diuortio discedamus, supersunt aliquot obiter tractandæ questiones, num christiano coniugi pertæso molestias odiosæ, foedissimæ, deniq; adultera vxoris liceat ad istum modū sibi consulere, ut interfœta mœcha, ad nouas conuolet nuptias: deinde, cur tantoperè polygamiam execramur, sanctissimis quondam familiarem patriarchis, postremò, quod tandem in tot miseriis, fluctibus, & (ut Paulus loquitur) tribulationibus cōiugij <sup>An licet in tot miseriis, fluctibus, & rem occidere.</sup> rem occidere. sit à Christo concessum effugium, vbi non aliter intolerabilia dissidia licet euadere. Quod igitur ad necem pertinet adulteræ, leges quidem ciuiles multa permitunt furori maritorū, sicut licet colligere ex Iustiniano codice ad legem Iuliam: sed christianæ pietati nil tale cōceditur. Et iudaicæ infirmitati tale quid indultum appareat ex cap. 6. Proverb. vbi in hunc modum Salomon loquitur: *Zelus, & furor viri non parcer in die vindictæ, nec acquiesceret cuiusquam precibus, &c.* Verum id quidem interpres putant pertinere ad iudicium legitimè institutum, quod habebat ut statim adulterè medio tolleretur. Nota est disputatio Phariseorum dicentium Christo Mosen ita instituisse. Ergo in iudicio maritus non parcer, priusquam iusta sumatur vltio. Ac sanè liberet nunc temporis exclamare cum satyrico: *Lex Iulia dormis, ad tot notoria, & manifesta adulteria: nihil tamen licet maritis christianis priuatim tentare, ut vt in iudicium trahere, pœnâque reposcere permetteretur, alioquin si causa non dicta, nec accepta publicè potestate quicquam fiat: tales Ecclesia subiicit publicæ pœnitentiæ.* Non tamen desunt authores primi nominis, qui putent maritalem furorem conuidam sceleris mœcham in iudicio propriis manibus impunè posse mactare, si tamē desit odium, libidōque vindictæ nimia. Sequendum igitur his in rebus Augustini consilium, dicentis præstare coniugem ab adultera discedere, & vel perpetuam agere continentiam, quam patrare nefas, ut illicitum obtineatur.

neatur. Quod ad polygamiam attinet, quam Anabaptistae, & quidam Lutherani persuadent, vbi sterilis, vel aliquo vitio contingat affecta vxor, non est laborandum Christianis, post sessionis Tridentinæ 24. can. 27. vbi neque fas unquam fuisse, neque permisum Christianis dicitur vxore viuente alteram superducere. Veteres autem patriarchas Abram, Jacobum, &c. polygamos negare nō possumus: ut neque pœcasse illus orthodoxus dixerit: quæ vero causa fuerit eius rei, magna est questio. Non desunt, qui pertinere putent ad aliquam dispensationem diuinam, quæ eis suppetuerat per illuminationem. Nam cùm plures simul duræ vxores aduersentur fini secundario matrimonij, quid est tranquilla, amica, & honesta cohabitatio, quam tollit polygamia, ut in fanctiss. Helcanæ parentis Samuclis appareret familia: credunt nō potuisse ritè tentari, nisi eius dipositione, qui est author matrimonii. Sed cùm videam in lege, & ante legem sanctos viros id factitasse, nusquam fuisse reprehenum: nulli prophetæ, vel scripturæ aduersum: puto, cum Augustino, fuisse planè licitum. Nam is arbitratur hanc rem suo non caruisse mysterio. Ut enim ex gentibus ecclesiæ plures asciuit Christus, typos unicæ sua sponsæ, & omnium animarum idem unicūs est sponsus: ita multitudinem vxorum nil habuisse vitiū indicat. Posteaquam vero Christus matrimonium ad primam institutionem reuocauit: dixitque futuros in carnem unam: nemo non cernit interdictum esse, quod vel mysterio, vel priscorum infirmitati datum fuerat. Quibus enim negatus est libellus repudiari, ne rejecta priore uxore ducat aliam (qua in re quædam videtur monogamiæ species retineri) multò minus plures uno tempore domi retinere permittitur. Quod autem nonnullis visum est dicere, plures vxores refragari cōiugij debito, more pessimo disputatur. Nam fuisse maximam à patriarchis in polygamia castitatem præstatam, copiosè docet Clemens Alexandr. à quibus nil quærebatur præter conceptum (ex uno enim concubitu proptereà Rebecca dicitur geminos concepisse) hanc autem ad rem maritum sufficere, etiam si septem habeat vxores, quis dubitat? Sed præstat nos ex ipsis inquisimentiis emergere. Si autem quis Apostolotum sermonem usurpet, ac dicat: Si ita se res habet, & si tam arctum est vinculum matrimonij, non expedit nubere: non videbitur iniuria id dicturus. Quis enim non videat, quam homo penè certum adeat exitium, dum iacit aleam in ducenda uxore, quam non habeat exploratissimam? Est nunc, aut fortassis simulat honestam pueram, moribus commodiissimis, non temulentam, nec libidinosam: vbi coerit vinculum, cuncta mutabuntur. Inhorribit sæua tempestas, erit furens, ebriosâ, omnibus fœditatibus adoperta: quid se tum convertet miser? Quin hic ad libellum repudiij cōuolamus? Iam istud asylum præclusum est. Dicam tamen contra blasphemias hereticorum inuectivas damnatas concil. Trident. sess. 24. Ecclesiæ suis filiis abunde sine repudiij probro perspexisse. Nam ut matrimonium ratum sit, & consummatum multa sunt, quæ castos va-

leant consulari, tametsi nunquam liceat nouā sperare, superstite priore, coniugē. Quid igitur? Primum si libeat à coniuge discedere, suadet hoc ipsius Ecclesia, & vnicē gaudebit, si te recipias in tranquillū religionis portum. Displicet coniunx, transige cum illa, recipe te ad monasterium, hortare vt illa idem velit: & tum rectissimē separaberis. Quod si obtinet adultera: vide quid Ecclesia consulat. Si res manifesta sit, expelle eā, & hoc te cōfer ad monachicen, vel sacerdos fias: nūquā cogeris mōchā vel respicere. Diuisit illa carnem vnā in duas: arripe quā porrexit ansam, nōli denuō coniungi, & fueris illam vltus egregie. Si autem libertatem velis retinere, nec seculo nuntiū remittere, licet cælibi viuere: quod si tunc tamen cōtingat eam duci pœnitudine, si te oret, si intercedat Ecclesia, rectē feceris, si carnem tuam nō omnino despexeris expiatā pœnitentia. Vide quot modis tibi sit cōsultum. Nam si diuulsus à coniuge labaris, aut imminere tibi formides periculum, velisque tibi prospicere licet vxoris misereri nondum satis etiam expiatæ. Rursum si fortassis incidas in hæreticā, impendatq; discrimen, licet discedere: & me cōsulto potius Ecclesiam matrem cōpletentur omnes, quām cum periculo coniugem. Nimis enim frequentibus ruinis virorum etiam doctissimorum edoc̄ti sumus, quanta sit in tali coagmētatione pernicies, aduersus quā tametsi orthodoxus coniunx fortissimē resistat: illa tamē perpetua collisio molesta est, valdeq; periculosa. Huc adde coniugē deseri posse, propter illa infanda peccata, quæ non minū ab auribus, quām ab animis christianaorū sunt excludenda, præfertim vbi ea tententur, & ad eorum perpetrationem vxorū opera requiratur, quod (prò dolor) nimirū squam hodiē multis est familiare. Vsqueadè enim bestiæ sumus, non Christiani, vt nisi vxores nobis ad scelus, & nefas inseruant, minitemur mortem. Ad eum modum si sit venefica mulier, si non possit tutō cohabitare maritus: dimittat illam, quāuis omnibus istis in rebus sanctissimū sit vti Ecclesiæ legibus, & autoritate. Quod autē ad causam adulteriū pertinet, vbi coniugi constiterit scelus, norit se à reddendo debito liberum, à se tamen non potest eiicere, si res non sit manifesta. Habes, Christiane, parentis tuæ cōsilia. Sed hīc sunt multæ causæ, propter quas necesse est etiam adulteriā retinere, de quibus verbū est faciēdum, vt intelligamus Christum non temerē solius fornicationis fecisse mentionem. Ac in primis si maritus contaminariit se se per adulteriū, nō poterit in vxore id vlcisci, cuius erit ipse sibi cōscius. Cur tu, quæso, plēctes in infirmo sexu, quod in virili robore patrasti? Est quidem in vxore maius periculum, propter spuriam prolem, ac dissipationē hæreditatiū, denique magis decet mulierem verecundia: sed contrā tamen, quanto vir grauior, constantior, prudētior, religiosior esse deberet, tantō cēsendus est magis Deum offendere, alioquin æquitas christiana in pari iure censet par esse peccatum. Deinde si maritus vxorem prostituerit (vt non defūnt sceleratissimi lenones, qui vxorum corporibus quæstum faciant) ius perdidit dimittandæ coniugis. Insuper si contingat adulterium irripere

irrepere dolo, & simplici mulieri vitiū offerre: maritus iniustè tentaturus est diuortiū, cùm illa bona fide proprio vti se marito crediderit. Ad hēc, si longo tépore maritus absens, & mortuus creditus fuerit, & vxor incontinentiæ suæ cōscia confugerit ad sanctissimum Ecclesiæ remediu: reuersus ille cogetur eā recipere, quia errore factum, & Ecclesia se quodammodo vadet, ac testē interposuit. Sunt & alia, vtpote si rediisse videantur in gratiā post flagitiū coniuges, amplexusq; repetierint, quia tunc censetur innocens culpā alteri donasse, prohibetur discessio. Ad dūt quidam vetitū esse repudiū, vbi maritus vxorē labefactarit intempestiva quadā affectatione cōtinētiæ. Quicquid sit, vt hinc discedamus, optimum est, christianoque pectore dignissimū deuotare con quoquerē, superare quiequid est incōmodorū in ritē cōtracto, cōsumatoq; matrimonio. Cūm enim Christus nō nisi vnius meminerit exceptionis: videotur voluisse, vt hīc exerceret cōiuges, alteriq; alterius onera portādo legē adimpleret euāgelicā. Est enim christianū certare cū molestiis: & impedimentis: ne si cōtinuō de cōiugē dimittēdo cogites, Iudæus potius, quām Christianus videaris. Habes probrofam vxorē: patere, vince tua patientia, cōgere carbones in caput eius, & benevolētia eū eius improbitate certato: sic fiet, vt obsequiōtē experiri. Habes temulētā, indulge nōnihil, tracta hilariter: prospice occasiones, aditusq; præclude, præbe domi, q; erat alibi quæstura. Habes libidinosam noli esse intēpestiu: affectator cōtinētiæ, scito te illi esse obligatū, ac seruū esse factum, noli querere sceleratā libertatē: deniq; quicquid mali sit, stude partim excusare, partim dissimulare, partim autoritate maritali cōprimere. Erubescat Christianus, dū ardit Socratē, & alios, diaboli mācipia, ferre Xātippas: & vxorū intēperatiā, petulatiā, pessimisq; moribus abuti ad discedā patiētiā. Si enim illi tanta præstiterūt in sua infidelitate, vt placerent hominibus: quid debet moliri Christian⁹, cui tā sublīme paratū est præmiū? Nec defūnt exēpla. Sribit Augustinus patrē suū Patritium infidēlem, crudelem, intractabilem sic à Monica toleratum, vt cūm interdum illa mulieres adiret conuentus, in quibus matronæ suorum maritorum vitia retegebant, nūquā sui Patritij ferociā incusarit: itaq; sic hominem tructarit, vt tandem illius truculentiā edomaret, adquæ Christifidē, & baptismū adduceret, in quo feritatē osanē ille cū infidelitate deposituerit.

*Lib. 9. confess.  
cap. 9.*

### *De formis, ac speciebus matrimonij.*

### Catechesis 215.



Onfirmata, & absoluta matrimonij definitione, restabat  
vt ageremus de gratia, quæ idoneis personis legitimē cōtrahentibus hoc infunditur sacramento: sed quia ea de re  
egimus copiosē, cùm in istud sacramentum nōnihil præfaremur, & rursum cùm sacramenti veram habere ratio-

A A a 2 nem,

Error querū  
dam.

matrimonij  
forma qua-  
sior.  
De fideli cū  
infidelī ma-  
trimonio.

nem, aduersus nostrā tempestatis hēresiarcharū opiniones, doceremus, non est quodd inutili repetitioni diutiū immoremur. Itaque proximum est, vt ad species, ac formas matrimonij veniamus: quæ res non tantum docebit catechumenum catholicum (quo vel solo nomine meretur attentionem) sed etiā muniet aduersus turbas, & strepitus hæreticorum. Nam cùm Ecclesia sententiam suam super hac re exposuerit, & anteā quoque traditio obtinuerit, ita vt sanabiles ambigere nequeant: nō defunt tamen, qui partim ratum matrimonij, cuius tamē vius adhuc nullus fuerit, volunt nullo modo, ac ne monachico quidem voto rescindi, sic vt relictus coniux liberè possit suæ infirmitati consulere, partim illud partium cōgressu, & viu confirmatum aiunt hæresi, adulterio, affectat absentia ita dirimi, vt innocens coniux ad alias impunè transuoleat nuptias. Nec solū ista traduntur ab hæreticis, & quibusdam iurisconsultis: verumetiam à nonnullis, qui orthodoxiam profitentur, theologis, quocircà res est cognita dignissima, ne saltem istorum opinionibus fallamur, qui se catholicis adnumerant. Est igitur matrimonium ferè quadripartitum, habetque formas quatuor, de quibus nobis dicendum erit simplicissimè. Primi generis est, quod inter prorsus infideles contrahitur, Iudeos, Turcas, idololatras. Etenim hīc etiam matrimonium, non solèm lícite contractum, verumetiam viitatum, nisi forte barbari naturæ leges violent, vt si Rex Adiabenorum filiam ducat vxorem, aut Romani, vel Graci peccent in leges civiles, quas tenere populum, & in quibusdam matrimonium rescindere, cùm sit ibi contractus planè ciuilis, nemo nescit, quia contractui perficiendo non est à legitima potestate relictus locus. Vbi autem nūl existit simile, non peccant, si vntantur nuptiis, prolem generent, sūisque legibus edificant. Atque hæc se habent haec tenus p̄eclarè, nec est vlla troueria. Pulcherrimè enim Augustinus affirmat doxum nuptiarum sparsum esse per omnes gentes generandi prolem, fidemque p̄estandi gratia: & hoc adeò certum est, vt Græcorum, Romanorumque legibus pœnae sint adulterijs, aliisque sceleribus p̄escriptæ. Fuit tamen iste contraetus vehementer vitiatus cùm usurpatione repudiorum, tum licentia adulteriorum ciuilibus etiam legibus dissimulatorm, p̄esertim in viris, hoc est, ipsis legum promulgatoribus: sic usurpata est polygamia, denique quicquid libebat, impune cedebat, quāuis Dei, naturæq; leges reclamarēt. Nam gratiā repudij facta Iudeis nō putamus infideles eius ignaros, & exortes excusasse. Sed quia non raro cōtingebat in primitiva Ecclesia, vt infidelium coniugum alter ad fidem conuerteretur, alter nollet subsequi: queritur quid licuerit homini Christiano. Hinc enim videbimus, quā rata fuerint infidelium matrimonia. Respondent nostri maiores, & hīc ferè conueniunt, rescindi non debere, nisi fortassis infidelis nolit cohabitare Christiano, aut si moliatur retrahere ad idolatriam, aut Christum pergit blasphemare. In his enim omnibus locum habet illud Apostoli: infidelis si discedit, discedat, nec enim sub

subiecti sunt frater, aut soror in huiusmodi. At si fidelis coniugis consuetudine retineatur, si absque Dei creatoris blasphemia, si nullis cum insidiis velit cohabitare: cogetur ille retinere, nec absque peccato relinquet, alioqui blasphemam execrari, & alteram ducere licebit. Itaque videmus non esse quidem temerè violanda infidelium matrimonia: non tamen simpliciter esse rata. Aliud autem dicendum esset, si fidelis apostamat, hæreticum, paganumve duceret, qua de re aliās egimus in impedimentis dirimentibus. Hæc est igitur prima forma. Altera fuit partim inter fideles patriarchas Abrahamum, Iacobum, &c. partim inter Iudeos, quibus non parum p̄escriptum fuit lege Mosaica: qui usque adē contrahebant, vt dubium non sit fuisse quoddam sacramentum, quod ibi gerebatur. Nam vt alibi diximus, p̄eclarè Augustinus putat, non solū istorum matrimonia, sed & polygamiam fuisse typum Christi, & Ecclesiæ, partim vt in vniuersum consideratur, partim vt in multis particulares diuiditur. Cūm igitur habuerit matrimonij Iudeorum sacramenti rationem, & significationem, multò fuit cōnnubiis infideliū laudabilius: interim tamen & hoc ipsum non vno vitio deprauatum fuit. Nam scimus ob duritatem cordis concessum esse libellū repudiij, nec dissimilē ob causam concessa est polygamia. Quanta autē hīc Iudei licentia grassatuerint, nemo ignorat: adeò vt Deus dicat per Malachiam sibi gratum fore, si duntaxat Dei permissionē non excederent. Sed quicquid sit, erat illorum matrimonium laudabile, vereq; sacrum, tametsi à prima illa institutione desflexisset, ad quam nos Christus reuocat, dicens: *Ab initio autem non fuit sic.* Quia ergo Iudei discesserant ab Matth. 19. illa in corruptione per licetiam sibi factam à Deo, meritò dicimus non fuisse illorum matrimonium cū nostro comparandum. Sed veniamus ad tertiam formam, quæ est Christianorum, magisque controuerxit, & eapropter est vtilior. Prior igitur ex duabus reliquis formis, est inter Christianos contractum, ratum, sed cui necedum suprema manus apposita sit, quando adsunt animi, quando verbis p̄esens tempus significantibus fit solenniter, vel vt olim permisum, vel vt nunc p̄escriptum à Tridentinis Patribus. Istiusmodi volunt quidā disputatores, *Arrivo pachō* & hæresiarchæ nullo pacto rescindit: sed Ecclesia catholicæ fuit semper *līceatohrisizā-* *nīs coniugibūs* *secedere ad* *monachicem.* exemplis, sed postea non tantum in canones relata, vt est cap. de coniugiis, vbi citatur Eusebij, Gregorijque Pontificum authoritas, sed etiam non ita dudum expressa can. 6. Tridentinæ synodi sess. 24. vbi laudantur à Patribus, qui, etiam post acceptam vxorem, & epulum nuptiale, non de intempestiua venere, sed de animalium salute cogitant. Ergo non licet amplius orthodoxis dubitare. Adferuntur quedam probationes, in quibus tamen aduersus hæreticos non videretur multum inesse praesidij, si Ecclesiæ sententia nobis deesset. Nam præter sententias Pontificum, quā tamen sacrosanctæ Christianis esse debent, vix quicquam est in antiquitate. Citat Lombardus exemplum Alexij, qui ingressurus finit. 17. AA 3 prima

prima nocte ad sponsam nobilissimam fugit: de qua historia, præter id, quod in Romanis habetur monumētis, nuper prodidit in breuiario Romano admodum elegans scriptum: & ipse Simeon Metaphrætes editit Alexij, vitam styli elegantia, & rei stupendæ narratione mirabilem, in qua & parehtum nomina, & imperatorum Arcadij, & Honorarij tēpora, quibus ille floruit confessor sanctissimus, indicantur. Adfeitur aliud exemplum Macarij, quod nisi volunt authoritate Hieronymi, ac si de: sed neque Hieronymus in vītis, neque inter scriptores ecclesiasticos, nec vsquam habet huius rei mentionem, ne in illo quidem fictio libro, qui inscribitur nescio qua grammatica Vitas patrum, quicquam deprehendi, vbi Palladius utriusque Macario familiariter notus longè alia refert. Ne tamen vnicus tantum nobis Alexis sit prolatus testis: idem Hieronymus aduersus Iouinianum scribit. Ioannem post ductā vxorem à Christo ex ipsis nuptiis reuocatū. Hieronymo Beda in homilia, qua eius Apostoli festū celebravit, Simeōq; Metaphr. subscribunt: imò, quod amplius est, hymni sacrificales hanc videtur receptam Ecclesiæ persuationem continere. Mihi tamen potior est Epiphanij authoritas, qui duabus hæresibus 51. & 78. dieit Ioannem nihil attigisse Christum sanguine, quod illæ tamē nuptiæ, ad quas cū matre, ac discipulis vocatus fuit Iesus, postulare videntur: deinde Ioannem tam adolescentem fuisse vocatum, vt de vxore priùs cogitare nō potuerit: præsertim cū tradunt Hebræorū interpres statutum tempus, atatémque præscripta nuptiis, nec licuisse Iudeis præpropera inire matrimonia. Postremò repugnat ea sententia cum insigni decore virginitatis huius Apostoli, qui, si aliquid tēdat, & hymenæos somniasset nō fuisset profectō tātæ dignitatis, cui foret postmodū regina virginū Christi mater, velut absolutissimū illius virtutis exēplar, quod amplius imitaretur, cōmissa. His tamen authoritatibus hactenus à catholicis hoc dogma fuit adsertum: quibus ratio, reīque natura admodū patrocinatur. Nam cū ratum istud matrimonium sit duntaxat spiritale, animorum consensione, sine carnali etiamdum commercio consistens: vbi quis per monachicen moritur spiritualiter, non immerit liberatus eo vinculo indicatur, cū sit certo certius mortem dirimere matrimonium, & relictum in seculo coniugem alia sibi foedera querere posse. Sit igitur hæc tercia species. Postremam formā præbet, quod dicitur consummatū: quod nimirū sponsalibus cœptum, proclamationibus denuntiatum, ritibus vītatis confirmatum, & vī carnali, velut extrema manu, perfectum nullis machinis, artibus, molitionib⁹ dissoluī potest sic, vt de nouo cōiuge liceat cogitare. Nam etsi coniunx innocens per legitimū, & institutum ab Ecclesia diuortium ab adultero separari, & vel sacros ordines, vel monachismum amplecti queat: cogetur nihilominus nocens cælibem vitam agere, aut quipiam héroicum etiam tentare, de quibus superiori tractationi ne verbū quidē hīc additum sumus. Hoc igitur sic retineatur, Ecclesiæ execrari eos, qui vlo pacto sic istud abrupi docēt, vt de noua

*Zōines Euā-  
gelista christo  
cōsanguineus  
non fuit.*

*Trident. sess.  
2. cap. 5.*

de noua tæda somnietur, nō solū quia mulier videtur deterioris effeta conditionis post nuptias, sed etiam propter rationem sacramenti. Cum enim hic sit absolutissimus typus coniunctionis Christi, & Ecclesiæ longe charissimæ sponsæ, imò carnis, & corporis sui: si coniugum societas dirimeretur, & vinculum, indicaretur Christum vel solutum, vel disiungendum à sua regina, quod absque blasphemia nemo dixerit. Quocircà disceptationes Erasmicæ, & Caietanicæ subtilitates explodendæ sunt: non quod authores damnare velim, quos venor pro catholicis, sed quia ea tractent, quæ Ecclesia damañat, & pro hæresibus execratur.

### De canis, & finibus matrimonij, & ipsius bonis.

#### Catechesis 216.



Andē executi definitionē, formas, partes, & quicquid ad sacramenti matrimonij naturā pertinere videbatur: dein restā nobis deueniendum est ad causarum, finium, ac rerum effectuarum catholicam considerationem. Nec enim hereticorum obgannientium blasphemie nobis tantū esse debent, vt propterea noster procursus impediatur. Incidimus enim in eam tempestatem, in qua cū aduersarij nihil in vlla religiosi parte reliquerint intentatum, tantum absfuerunt, vt matrimonio incubuerint explodendo, vt illud supra meritum extulerint. Non defuerunt, fateor, polygamistæ, & alij, quos Staphylus pridem eleganter appellauit communia habente, τοῦς κοινογυνίσσας, & libelli repudij usurpatores: ij tamen ita prædicarunt matrimonium; vt non dubitarint præferre viduali gloriæ, cœlibatui, & fastigio virginitatis. Non est igitur quod nunc laboremus in refellendis veterum hæresiarcharum criminibus, & obiectionibus, cū illi pridem sepulti cum suis parodoxis interierint: quocircà valeant Valensis, Marcionitæ, Cerdoniani, Encratitæ, Tatianiani, Nouatiani, Manichæi, Eustathiani, qui quondam putarunt non diuinum institutum, sed diabolicum esse commentum. Tametsi autem non defint nostra memoria noui Manichæi, qui quod veteres olim delirarunt, non dubitant catholicis adscribere: tamen hanc causam ita intentarunt, egeruntque tam infœliciter, vt omnia in proprium ipsorum caput retorqueantur. Itaque de propositis capitibus agendum. Principiò autem illud veluti confessum sumimus, matrimonium gloriarí Deo authore, & institutore. Si quis dubitat, audiat Mosaicas origines: *Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi*, quod oraculum velut interpretans ipse Seruator, inter alia, sic disputationem aduersus Pharisæos concludit: *Quod ergo Deus coniunxit, Matth. 19,*

**Frouer. 19.** homo non separat. Sed & illud Solomonis huc pertinet: *Domus, & dinitia dantur a parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens, & illud quoque Paulinum: Precipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.* Non est igitur osor matrimonij Deus, qui & vxores tribuit, & vult ratâ sibi consistere matrimonia. Sed quia hæc nota sunt, & olim diuersa sentientes hæretici in generalibus cōciliis damnati, superuacaneum esset addere plura. Istud magis ad rem à studiis in suas reponendum tabulas, & in omnium penè scholasticorum libris, nunc quidem temporis, eradendum, qui vera quidem ætate sua quisque scripsérunt, sed nunc secùs se res habet, mutata per oracula Tridentina. Aiebant enim nostri maiores tam esse generosum istud sacramentum, & ubique referre suum authorem: ut non haberet proprium administram, hoc est, causam instrumentalem, & sic fuit hactenus. Nam quantumcumque scelerati, temulenti in angulo, & latebris vir, mulierque consenserint, & mutuum consensum expressissim, erat materia instar causæ instrumentalis: hoc autem tempore explosis ( vt aliâs dictum ) elandestinis matrimoniis, Ecclesia substituit parochum, vel alium prædictum iurisdictione, qui si defuerit quicquid petulantia moliatur, nihil est. Imò quod amplius est, quodque non nihil erat etiam cōtrouersum, praescribit Ecclesia isti auspici formulam, qua coniuges inter se se rite, & immortali vinculo cōnectat: *Ego vos matrimonium coniungo, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, quamuis permittat vobis prius recebras certis in prouinciis, locisque formulaš: sed, quod ipsum expressit concilium; debet nobis videri antiquius.* Habemus igitur causam primariam, & secundariam. Iam sequitur ut de finibus agamus, quæ res maiorem habet utilitatem. Cum igitur sit stultorum, & grauius impastitorum vel le quippiam aggredi sine scopo, altoque consilio, & gravi causa, quia omnibus in rebus instituendis finis debet primus venire in considerationem: erat certè iustissima causa, cur Deus nobis hac in re fines præstiteret. Nam quanto matrimonium est natura sua difficilius, & ( vt ita dicam ) æruminosius: tantò est opus maiori prudentia, & longiori consultatione: neq; dubitadum est, si quispiam hac se ingerat, sola impulsus libidine, rem infoelicem fortiturn exitum. Quid verbis opus? Dicam liberè: sapientis non est iacturam facere rei potioris: nisi maiori, vel æquali saltem præmio. Prodigere autem simpliciter integritatem corporis, non est nisi hominum amentium. Finium igitur, quos necesse est propositos habere quicunque huc progrediuntur, primus indicatur ab ipso Deo est mutuum adiutorium, ut coniunx coniugem excipiat, foueat, iuuet, iacenti manum porrigit, portet, sustentet, consoletur. Ita enim sensit Deus, cum diceret: *Faciamus illi adiutorum, & sic Adamus intellexisse se ostendit, cum vocat vxorem sociam: Mulier, quam dedisti mihi suam.* Qui ergo amore talis societas cupit vxore ducere, & detrectat assidua pugnas cum carne, mundo, ac diabolo: neque in pte, neque irreligioso fecerit. Alter finis est proles. Quicunque enim vel cogitat

*finis matrimoniū.*

*Genes. 1.*

cogitat de matrimonio contrahendo, vel de illius vsu, proiem ob ocoulos propositam habere necesse est. Nam si tantum libidinem explore suam exoptet, velitque fructum impedire nuptiarum, iudicabitur parvicia. Præclarè igitur Ambrosius prolem vocat nuptiarum præmium. Et his finis erat olim laudatissimus in paucitate generis humani, & in eo populo ex quo Dei filius erat secundum carnē nasciturus: at verò Christianus finis est remedium, refugium, asylum, euitatio peccati. Qui enim sentit se capere non posse, id est, nolle, qui quotidie vocationem experitur, audiat Apostolum concionantem: *Melius est nubere, quam vivi.* Si igitur non sis generosus miles, sed iners, meticulosus, ac socors, nec velis perpetuò luctari cum ipsis proditoribus intestinis, somite, perturbationibus, carne, mūdo, satana, nocte vigilare, interdiu pugnare, nunquam requiescere, quod est herorum: absiste à pugna, & capelle tūrum asylum matrimoniū. Nec enim debet absque alia necessitate Christianus de prole cogitare. Nunc enim tempus est nō procreandi proprios, sed alienos rectè educandi, & instituendi, ut egregie tradit in Marci discipulis Philo. Cur enim querat Christianus posteritatem, habiturus fortassis deterrimam, cum liceat proximi liberos christianè curando, longè meliorem patris conditionē acquirere? Proles igitur sola non debet Christianū eò impellere: si quando tamē finis alter, nempe remedium, accedat, tum licet, imò debet vna prolem cogitare. Nam qui solam voluptatem spectat, sceleratus est, non Christianus. Et hi sunt sancti, primariisque finis, quibus accedunt alij quidā inuectiti; non prouersus tanten illaudabiles, si primis illis cohærent. Cum enim rectè se habent principes illi finis, licet hanc potius, quam illā vxorem diligere, propter venustiorem formam, nobilitatē, vel ( vt olim Theodosius cuiuspiam declamatoris filiam) propter eruditionem. Neque enim reprehensus est Jacob, quod Rachelem formosam Liæ deformi, neque Dauid, quod Michol seniori filia Saulis anteposuerit. Et hoc de finibus. Quia autem ipsum matrimonium per se quidē est laudatissimum, vtpote vnum è septem maximis Dei sacramentis: sed tamen non cōsequitur vsum propriū sine aliqua noxa: & contagione: nisi Deus Christianis consiluisset, profectò vix absque peccato licuisset illud contrahere. Nā omne peccatum quod est in matrimonio, ab eius actis promanat. Actum autem, & vitium, illud intelligo cestrum, quod alioqui sanctissimos, & castissimos coniuges in ipso vobis contingit experiri. Quia enim humana ratio noluit creatrici méti Deo morem gerere præcipienti, ne vetitum lignum continget: idcirco, ut paria paribus puniretur, hec caro, hi sensus, hæc inferiores vires, & facultates in ipsam rationem insurgunt, eamque promiscua turba perturbationum conatur è solio deturbare, ac potissimum in verè pudendis illis partibus sedē elegit pertinax illud malum, vt intelligeremus talē istam talibus mēbris in omnem traduci posteritatem. Ac proinde honestissimi coniuges cum de prole, præsertim fœlici, glorientur, tamen de illo ortu erubescunt: causa est, quod, alioquin sanctissimum, opus naturæ fieri:

*Matrimonij  
bona.  
Fides.*

*Lib. x. epi-  
stola 8r.*

fieri nequeat, quin ille naturalis furor insidietur. Hoc autem malum quia non agnoscebant olim Pelagiani, nec distinguebant opus Dei, à noxa peccati (vt Augustinus luculentè demonstrat duobus libris aduersus Julianum) dominati sunt ab Ecclesia. Nam vt in adulterio est opus naturæ non illaudatum, & est permagnum malum humanæ peruersitatis; ita, & multò magis oportet hanc rem discriminare in vnu matrimonij. Coniunctio enim corporum, procreatio hominis in adulterio, diuinum quid est; sed quod in alieno corpore, quod contra legem Dei fit, scelus est. Sic in matrimonio congressus est laudatissimus, sed illud virtutum, illud cœstrum, illa dementatio, quam non est hominis effugere, turpis habetur. Itaque nisi Deus quibusdam bonis hoc malum temperasset, excusasset, imò reddidisset præditū vi merendi: profectò non erat matrimonium futurum refugium, sed naufragium. De his ergo bonis excusantibus, & exornatibus matrimonium tribus verbis est agendum. Primum est fides, non orthodoxa quidem illa, quæ tamen nisi adsit, vel nullum est, vel rescindi potest, sed quam possis vocare fidelitatem, qua nimis coniunx præstat, quod promisit coniugi. Res præclara, & à tota antiquitate meritò prædicata: adeò vt demiratus sum relegens Firmiani Lactantij lib. 3, cap. 21. & 22. diui. institu. rhetorē illum in his bonis fuisse tā feliciter instructum. Quid igitur poscit hæc fides? Primum vt coniunx sciat se non habere potestatem corporis sui, vt vel copiam vel delibationem, vel obtutum alteri queat facere: hinc quicquid Christus præstitit Ecclesiæ, hoc coniunx coniugi pollicetur inter contrahendum. Vis igitur ad vnguem præstare hanc fidem: Exprimē prototypum Christum. Nisi id agas, fidem non seruas. Si incidisti in infortunatum matrimonium, si conjugem vel elephantiacam, vel paralyticam fieri contingat: nisi fortiter omnia perferas, nisi patientia, obsequiis, humilitate subleues alterius partis miseras; infidus es, nec benè collimas ad scopum Christum, qui vitam quoque profudit pro sua Ecclesia. Quid opus est verbis? Confer Christum cum Ecclesia, ac memento spondistet te pro tua virili tantam charitatem imitaturum: vxor intueatur qualēm se reginam præbet Ecclesia Christo, & ad eum modum se mortigeram, fidelemque marito, commodamque studeat exhibere. Vbi quis ad hunc modum defungitur officio maritali, præclara & sanctissima res est. Sed quia materia operis non sufficit, nisi adsit finis, & obiectum ( vt verbis vt amur philosophorum ) idcirco est ubique collimanda proles, non libidines, aut voluptates. Verum est quidem eas hīc extenuari, ne talia censeantur peccata, qualia proculdubio essent extra matrimonij limites: non tamen excusantur penitū. Si quis autem hīc referret, quæ Firmianus habet Lactantius loco superius nominato, quæ D. Ambrosius ad illud factum Elizabethæ, quæ à Luca dicitur se occultasse post conceptionem, & quæ habet in epistola ad Siagriū, & Clemens Alexandr. tertio strom. videretur nostris hominibus insanire. Vsqueadè enim talia non extenuant, vt vocent incestus, maximè si fiant post conceptum.

conceptū. Sed res illa non est huins téporis. Tertium bonū est ipsum sacramentū. Nā cùm legitimè contrahitur matrimonium, & in cōiugum animos vim suam potest sacramentum exerere: talem indit gratiam, vt quando fidem liberant, modò pudoris meminerint, agántque verecundè, seque gerant tanquam sub oculis Dei, adeò non peccent, vt mereantur plurimū. Et quid mirum; cùm in ipso congregatu vel in primis representetur arctissima illa coniunctio verbi Dei cū hac nostra carucula? Adde tempus, & modum, & locum. Nam habere Christianos sua tépora doceat Paulus, qui orationis gratia iubet quiescere; & Petrus præcipit honorem exhiberi infirmiori vasculo, nimis vñxi, per coniugalis officij suspensionem. Est quoque loci habenda ratio. Nam quis pro merito flagellare queat quorundam impudentiam, qui peculiarem voluptatem dicunt in locis illis turpiter volutari; quæ sunt interpellationi opportuna. De modo essent quoque multa dicenda, quæ nos exclusi nunc temporis angustia inter cætera destinata repræsentabimus.

### De matrimonij destinatis.

#### Catechesis 217.

**N**unc, poste aquam tradita sunt, quæ de causis sacramentis finibus, & effectis dicenda videbantur; transendum est ad sedem destinatorum, locum vberissimum, candidatisque matrimonij permecessarium. Nam quæ haec tenus disputata sunt, partim tantum erudierunt; partim aduersus haereticos munierunt; nonnulla non ita necessaria, vt ignorata multum possint obesse: at ea, quæ restant, vsque adè requiruntur partim in administris, partim in huius sacramenti competitoribus; vt iis vel neglectis, vel tantum ignoratis, neque illi officium facere, neque isti tutò, ac laudabiliter in suscepto sacramento versari queant. Nisi enim ritè comparius accedas: non tam in tutum portum te recepisse, quām in metuendum scopulum impeglisse comperies. Quia autem virtutes constant innumerabilibus ornamentis, vt peccata singulis ferè vitiis absoluuntur; ita sanè queant huc immensa proferri: sed memores rudis catecheseos, sumus tantum de his tribus dicturi. Primum, quæ desidereretur in ritè aditurus matrimonium; deinde, quæ requirantur momento contrahendarum nuptiarum; tum postremò, quæ expeditunt maximè in toto decursu suscepti sacramenti. In his igitur, quæ primo posuimus loco, *sponsæ petitiō*. Primum sedem obtinet sponsæ petitio. Quicunque enim sibi non esse *tio*. depugnandum iudicat cum carne, & satana; sed vult suæ quieti, & tranquillitati per catholicam hanc stationem consulere; non perinde sibi putet agendum, ac si versaretur in haeresi: sed meminisse debet Euariostum Pontificem referre à maioribus, & Apóstolis acceptum, nunquam recte iniri matrimonium, nisi sponsa ex parentibus, proximis, tutoribusque petatur; denique iis, quorum in potestate puella esse videatur.

Genes. 24.

Ambros. lib.  
1. cap. vlt. de  
Abraham.Spōfalia olim  
vix à nuptiis  
differebant.

Matth. 1.

Luc. 1.

Sic enim edocti sumus veterum exemplis. Et quia id pulcherimum est: proponam nobilissimum huius rei exemplar Isaacum, quem dicit Ambrosius omnem petendarum nuptiarum curam patri permisisse. Is igitur eius pater Abrahamus deliberat hac de re cum præcipuo seruo suo Eleazaro; interdicit ne filio adsciscat Chanaanam; sed proficiscatur in Mesopotamiam, & ex stirpe fidei poscat vxorem: ille profectus eò agit cum parentibus Rebeccę, atque ab iis ita impetrat; vt si credamus Ambrosio) ne illa quidem vñquam audita fuerit. Rogatur tandem & puerilla, non tamē de sponsalibus; sed de sequendo marito. Erant enim iā non sponsalia tantum, sed matrimonium; vt pote contractum verbis præsens tempus significantibus. Nam sic loquebatur Eleazarus: *Si facitis misericordiam, & veritatem cum domino meo, indicate mihi: si autem aliud placet: & hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram, sive ad sinistram. Respondentque Laban, & Bathuel: A domino egressus est sermo: non possumus extra placitum quicquam aliud loqui tecum. En Rebeccā coram te es: tolle eam, & proficisci, & sit uxor Domini tui: quibus verbis quis non videt præsentem exprimi consensum?* Sancte Ambrosius dicit iure debuisse Rebeccam properare ad maritum, non quæuis hæc sponsalia illius, sed ratum matrimonium intelligens, quod parentum iam voluntate coaluerat. Quapropter in Tridentina synodo fuere non immeritè Patres, & doctores, qui hoc egerint, vt ea matrimonia tanquam clandestina prohiberentur, & irrita decernerentur, que vel inuitis, vel insciis parentibus à temulentis, & malè sanis adolescentibus, puellisq; contrahuntur. Arque id quidem obtentum non fuit; ne christiani matrimonij libertas laderetur: interim cùm alij, tum Euaristus epistola prima, contendunt stupra potius, & contuberna, quam vera matrimonia vocanda. Nunc petita uxore, de sponsalibus dicendum est, quod caput indiget multa inculcatione, & reformatione: ac doleo, quod, cùm multa sint à Tridentinis Patribus religiosè, & accuratè decretata; non idem factum de sponsalibus. Ea igitur partim τὰ νυφεῖματα, partim ὑπογραφαὶ si scripturarum, veterisque synagogæ, & primorum Christianorum usum spectemus, nō differunt, vel minimū, à nuptiis. Nam quantum licet colligere, contrahebantur verbis præsentis temporis: nullus autem ignorat præsentem consensum effecisse matrimonium. Et quid hac de re senserit Ambrosius, iam dictū est; qui cum dixisset non decere virginem pudorem eligere maritum, mox ait interrogatam fuisse Rebeccam, num vellet sequi maritum: unde palam est intellexisse iis sponsalibus contractum fuisse matrimonium. Et ad hunc modū Deipara virgo refertur partim in scripturis, partim in interpretibus μηνσέντες, καὶ μεμνησεν μέν, id est, sponsa, & despontata; nihilq; minus ab interprete vocatur uxor; quapropter notāda quoq; vox syra in Mattheo, & Luca οὐ γάρ mochiro, quæ traditam significat. Ac disputant quidē recentiores interpres, cōtenduntq; tantum promissam: sed reclamat Euangelistæ Syri, veterumq; Chrysoftomi, & aliorum sententiā confirmant; vtne dicā locum ipsum inspectum rem eandem confirmare,

firmare, vbi de repudio Ioseph meditabūdus inducitur. Quin Pauli Syrus interpres in altera Corinthiorū, vbi dicit Apostolus spiritali se coniugio Christianos initiasse Christo, verbū γάμον mōcar vñsurpauit: ex quib⁹ liquet sponsalia veterū à nuptiis penè distincta non fuisse. Verū vt ista credantur facilis, prodeat in mediū Philo Alabarches libro secundo de singularibus legibus, ad sextū præceptū, vbi posteaquām citatet Mosēm Deut. 22. præcipientē lapidari corruptorē virginis despontatę, propterea quod humilauerit vxorē proximi sui; inquit inter spōfalia, & matrimoniu nil, aut per patrū interest; quod in illis, vbi solēniter obibātur, utrisque coniugis in tabellas nomina referrentur: qua ratione contracta primorū Christianorum matrimonia, in quibus non immeritè plurimum iudaici ritus resederat, vel Tertullianus unus abundē testetur libro vtrōque ad uxorem, dicens Christianum infideli coniunctum non posse legitimas proferre tabulas. Adde huc, ferri in D. Burchardi li. 19. ca. de fornicatione antiquum pœnitentialis Roma. cap. in hunc modū: *Acceptisti illam tibi uxorem, quam alter sibi despontatum habuerat: dimittit illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima.* Hic si despōlationem intelligas de vulgata nostra promissione, falsum est caput. Nā inter omnes conuenit cōtractū, post sponsalia simpliciter dīcta, matrimoniu cum alia ratum esse: itaq; necesse est intelligi de vero contractū. Ad eundem modum in Iuone, & Gratiam legitur Siricij Pontificis antiquissimū responsum: *Si quis alteri despontatam pueram duxit, nefas commisit: quia si violetur benedictio, que imponitur nuptiis, sacrilegium est.* *Quis non videt sermonem esse de ea, quæ iam nupsit? Sed hæc satis, vt probetur sponsalia Patribus olim, & scripturis esse nil aliud, quam matrimonium rite contractum, sed nondum (vt vocant) consummatum.* Sequuntur vulgata nostra sponsalia, quæ doctis, & cordatis hominibus videntur humana potius inuentata, & instituta, quam Ecclesiæ. Aliud verò nil habent, quam de futura, proprij corporis traditione promissionem, hinc inde adhibitis testibus; quæ tribus ex causis fuerunt forsan à gentibus excogitata (nam & prophani scriptores meminerunt; citat Euripidem Ambrosius) primū vt qui esset ductus uxorem, ad eam rem se compararet; deinde ne iā dubitam vilem haberet, quam diu promissam, dilatamque suspirasset; cùm facile fordeant, quæ statim obtruduntur; postremq; (quod tamē est Christianum) vt deliberaret vterque de virginitate, vel saltem continentia; utrū eam persequi, an cum usu matrimonij commutare vellet. Nec fūte sanè hæc inutilia, nec etiamnum essent, si mores nostri responderent castissimis maiorum nostrorū actionibus: at nunc cùm vniuersa mutata sint; non nisi aperiunt fenestram ad vitium. Nam iis peractis alias casti sponsi putant quiduis maritale sibi licere; futuræque benedictioni faciūt iniuriam. Itaque dum contaminati accedunt, redduntur vñciscente se sacramento contaminationes. Deinde, vt sumus libidinosi, spe incendiur, iritamurque, magis, magisque fordescimus, & inquinamur; quæ omnia cùm mille aliis phantasmatibus, & insomniis tollerentur, si uxor statim

statim promitteretur, & traderetur. Sed quia iam v̄sus h̄ec approbauit, & confirmauit; me quidem authore, nemo receptā deficeret consuetudinem: tamen vt isti euitentur scopuli, castè casta, sanctè sancta tractētur, ceteraq; fiant, & reuocentur in v̄sum, quæ & à maioribus nostris factita sunt, & à Tridentinis Patribus decretā. Porrò multiplex est sponsalium istorum genus. Alia enim constant sola promissione; aliis accedit etiam conditio, vt, si patri placeat; quædam iuramento firmantur, in quibus omnibus ea est religio; vt, si defit iusta causa, nequeant violari citra mortiferum crimen. Quæ sint autem iusta causa rescindendi, alias diximus. Hoc verò maius operæ pretium, veteres sponsalia, quæ sola promissione constant, tam religiosè habuisse, vt qui huiusmodi dirimenter, ad triennalem adigerent pœnitentiam, nisi ob scortationem; ob quam libertinum concilium permittit rescindi. Huc quoque pertinet ætas, omnibus in septennium conspirantibus, quod qui non attigerit, censetur ineptus, alioqui quicunque hubere possunt, non excluduntur; & qui non sunt apti coniugio, ne sponsalia quidem tentare possunt. Atq; h̄ec ferè sunt, quæ de sponsalibus catechesis postulat. His contractis sequitur vt dispiciamus, quid opus sit facto. Et in primis locum habent denuntiationes, seu (vt maiores nostri loquebantur) banna, de quibus afferendis non laboreo; cùm videam hæreticos à nobis mutuari. Calvinus enim per tres dies dominicos (vide illius religionem) vult denūtiari; vt, si quis norit impedimentum, indicet. Cæterum, quia proclamationes interdum sunt periculosæ, Tridentini Patres v̄tiliter cauerunt libertati matrimonij; vt, si res ita ferat; si inuidorum, & aduersariorum fraudes, & caluniæ, si iniusta parentum morositas timeatur, vel sequantur initium, necdum tamen v̄su confirmatum matrimonium, vel ad vnā redigantur, vel prorsus omittantur. Interim seuerè præcipiunt, ne quicquam de sponsalibus præsenti corporum traditione firmandis statuatur; nisi adhibitis multis, grauissimisq; testibus. Quod nunc reliquum est vsque ad contractum, erat vel ex ipso Tridétino decreto consumendū in religiosa meditazione: & optaret vt Eucharistia matrimonium perficeret; sicuti, quod omnia perficiat sacramēta, dicta est à maioribus nostris ἡ τελέσθη τῷ τελέσθαι, id est, perfectio perfectionum, seu sacramētū sacramentorū, vt quod vel coniugib; vel in ipso sacramēto desiderari posset, abundè suppleatur. Quod si tamen, propter hominum socordiam, propter choreas, & reliquam inquietudinem, impetrari nequeat: saltē id suæ saluti tribuant, vt triduo antè se præparent, expient se, confiteantur, communicēt, & vel sic paratores ad sacramentum concedant, ad quod iam quoque nobis procedendum est. Sed effet operæ pretium audire catalogū virtutū, quas Epistola 1.

Can. 34.  
Denuntiationes.

sess. 42. cap. 1.

Burchard  
lib. 19. cap. de  
fornic.

Euaristus in sponsis requirit. Vult igitur priūm petita vxore sponsos ita agere, vt norint, ac ferant libenter puellas custodiri à parany mphis, & ab iis solenniter tradi, consociari, legibus dotari. In hac porrò dotatione tantū esse momenti maiores nostri putarunt; vt trium quadragesimarum pœnitentiam iis præscriperint, qui pro suis facultatibus non dota-

### G A T E C H E S I S C C X V I I I .

751  
non dotarent vxores. Hinc vult Eucharistus sponsas à fæcere beneſici precibus, & oblatione, in qua christianum sacrificium intelligo: tum, quod vix dicendum, tamen dicendum, quia scriptura est, vt scripturam ridere se norint, qui ista deridēs: triduo, aut, vt minimū, eadem nocte iuxta quarti concilij Carthaginensis can. 13. castitatem seruare, nec instar equorum primo occurſu cōtinetiæ fræna pertumpere, sed orationibus vocare, idque honoris deferre fæcerotali benedictioni. Scio tamē hæc v̄sum iri ludibria nostris hominibus: at melius Tobias, qui institutus à Raphaële inquietebat castissimæ coniugi: Sara exurge, & deprecemur Tobiae 2.

*Dei hodie, & cras, & secundū cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur: tercia autē trāscita nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorū sumus, & non possumus ita cōiungi sicut & ḡes, qua ignorat Deum. Utinam ista mētibus petulci reponeret adolescentes, nō tot experirentur Asmodeos, nec tā infaustos hymenæos, infælicemque sobolē deflerent. Qui enim ad Tobiae exemplū contrahunt, & quid rerū geratur diligenter, ac religiosè perpendunt, qui deputatis per diligētem exomologem mētibus, de Christi cruce deriuant in sese gratiā, quod fit ingenti desiderio, fide, ac spe, denique qui in dexterarū coniunctione (quā ait Beda profetam à Tobiae exēplo) firmiter constituant expressuros se, & repræsentaturos Christū amantissimum Ecclesiæ sponsum, si puella itidē obfirmet animū, vt se morigeram, obsequenter, cōmodam præbeat marito, non secūs quām Ecclesia Christo: qui, inquam, ad hunc modum sunt affecti, & cùm in aliis rebus, tum in iungendis dextris talia cogitant, deliberaunt, & porrò conantur exequi, profecto faustum, & fœlix, & diuinum erit eorum matrimonium, facecent turbæ, nulla dissidia, &c, si quid humanitū oriatur, decoqueretur facile. Huiusmedi mattimonij laudibus referendis imparem se fatetur Tertullianus, quod Ecclesia conciliat, ne alterius libri ad rurē.*

### D e variis matrimonij circumstantiis.

#### Catechesis 218.



Vper executis locum destinatorū, ac requisitorum partim ornamentorum, partim officiorū matrimonij, nobis aliè properandum est: quod tandem ad metā perducto catecheterio, nostros ad altiora, rūdibusq; &c, quæ catechumenos decebant doctrinæ mediocriter instructos, ad sublimiora christianæ philosophiæ præcepta trāmittamus auditores. Et quidē iam à nobis digressurus in amoenissimū cōparationis campū decretū erat circunducere, in quo licebit sacramentū matrimonij cum duabus christianis virtutibus continentia, & virginitate committere: sed progredientibus offert se se non inutile diuerticulum attributorū, quod equidem in

animo fuerat declinare, nisi more suo obstaret heres, quae id nobis obiicit pro conuictio, & contumelia, quod est scripturæ, & certissimæ apostolicæ traditionis. Hic igitur aliquantulum est subsistendum, vt obiter loci, ac temporis circumstantias exploremus, quarum Tridentina synodus tantam haberi voluit rationem, vt eas in omnium voluerit venire notitiam. Quemadmodum igitur & sacramenta, & res omnes sua habent peculia, & ( vt sic dicam ) proprietates, ita sacramentum matrimonij videtur gaudere publico, tanquam sua vnicæ voluptate.

*vt publicè  
sit.*

*Burchardus  
refert lib. 9.  
cap. s. ex con-  
cilio apud Pa-  
lætias ca. 101.*

Quid opus est, vt hic prolixè Patrum decreta commemorem? Euarestus, Soter, concilium Valentianum, & alia pleraque secuta, vsque ad Tridentinum, tam serio, & ridigè requirunt publicam conscientiam, vt non haberi voluerint matrimonium, nisi vbi vel suppetat publicum, vel non dedit plurimum saltem testium arbitrium. Nam quia. hic tam multa est perfidia, &, vt plurimum, homines incensi libidine huc se conferunt, quæ vbi deferunt, de rescindendis nuptiis consultant: oportuit hos im postores vel populi publicis conuinci suffragiis. Hinc natum est caput septimum Tridentinæ sessionis vigesima quartæ, vbi coercentur errores illi, vagæ libidinis inutilia mancipia, qui, vti pererrant orbem, sic in omnibus ferè non modò prouinciis, sed etiam viribus non tam vxores, quæ concubinas sibi esse debere putant. Effecit quoque horum nequitia, vt iam olim constitueretur, ne vñquam homines aduenæ, & ignoti huc admitterentur, nisi sit facta certa fides partim à magistratu, partim à pastoribus homines esse solutos, liberos, non indignos hoc sacramento: vsque ad Ecclesia semper est execrata illa clandestina contubernia, quæ postremò nulla esse decreuit, quæ priùs multata fuerant anathemate, non tantum in ipso sacramento, sed in eius præludiis, ac sponsalibus. Est igitur huius rei proprium, vt publicè, ac solenniter perficiatur. De tempore nemo facile credat, quantas excitent tragœdias haeretici, dum non verentur (& potissimum Caluinus, homo natus ad contumeliam) quasi legem tyrannicam nobis oblicere, quod Ecclesia præstiterit nupturientibus, & vxores ducturientibus stata quædam tempora: cùm & ipse haeresiarchæ non dubitet suis tale quid proferre, & promiscuam, quam prædicat, nuptiarum libertatem, ad diem dominicum contrahere. Notum est enim per tres dominicos etiam apud illos denuntiationes fieri, ac tertio demum coniuges subire matrimonij leges, si quod moliuntur, sic vocare oporteat. Nam cùm illud dedit, quod in sacramento potissimum requirit Ecclesia: non video, quí sic appellari debeat. Si igitur isti, quod libet, licet, vt nullæ suffragante scriptura, quam vnicè iactitat, alligent hanc rem diei dominico: quidni nos, qui ecclesiasticis, vt legitimi filii, paremus edictis, sequamur nostram parentem: Tyrannicam tamen legem ille vocat, quod Ecclesia antiquo more seruauit, ne à septagesima vsque ad pascha, cum octo proximorum dierum appendice, nœve intra tres hebdomadas natu ritis dñi Iohannis, ac totum aduentum,

*tempora con-  
trahendi.*

uentum,

uentum, vsque ad Christi natalem cum proximè sequéntibus octo diebus nuptiæ contraherentur. Quis tam hebes, qui non statim videat conuictorem hunc pugnare non solum cum antiquitate, ac traditione, verum etiam cum ipsa scriptura? Quid enim absurdius, quæ negare nullum esse huic conueniens, aptumque tenipus, quod nulli penitus rei deesse ait sapiens? Ritus, belli, pacis, lacrymarum, luctusque, ac cæterorum certæ sunt vices: solis nuptiis, & complexibus, vel ab eis longè fieri ( vt loquitur noster interpres ) nullam concedemus vicissitudinem? Et si Paulus voluit coniugibus præscripta esse momenta continentiae, quibus vacarent orationi, quidni isti cestro nuptiali præscribam aliquot feriatum, ac veluti fastum tempus? Nonne ille dicebat in euangelio, propter instantes nuptias non licere sibi accedere ad regium illum epulum? Nonne sponsi in lege à sacro bello iubebantur facessere? Nonne hoc fecit Gedeon, & fortissimus Macabæus? Cur igitur non vult Caluinus nuptiis tempus vñnum describit? Præclarè ( vt omnia ) facundissimus Ambrosius lib. x. in Lucam cap. vlt. Ætas ( inquit ) cinq[ue] officio præscripta est, & quod tempore decet, tempore non decet, anique mutatio facti vñiuscuiusque mutat sapientiam. Sed non audio designari, inquietus, stata contrahendi matrimonij tempora. Accedam igitur ad traditionem. Euarestus Pontifex apostolicæ successioni proximus, epistola prima non patitur vxorem etiam de sponsatam accipi, nisi solenniter, & suo tempore, & mox dicitur id fieri tempore congruo debere. Si quodque tempus aptum est, & conueniens, quænam ista loquitur sua, & congrua tempora? Dubium ergo non est, quin ille ex apostolica traditione, quam ibi citat, agnoverit hanc temporum præscriptionem. Soter autem ab Apostolo Petro duodecimus, decretorum cap. 5. vult quædam nuptiis interdicta anni spatia, sed quæ diurna, non aperit. Itaque haeremus hactenus. Concilium igitur Nicænum 2. ( quod, vt pote græcum, papisticæ adulatio nis non poterunt insimulare ) ca. 51. verat in quadragesima non tantum matrimonium celebrari, sed & martyrum natalios dies. Si interdicti causam roges, propter chœras, inquit, & propter quorundam intemperantiam: jam enim hæc infania Christianos plurimos inuaserat. Extat nunc ca. 51. Triburien sis, vbi quatriqua ria iis inungitur pœnitentia, quid die dominico contraherint matrimonium. Putabant enim maiores nostri maiores esse diei dominici religionem, quæ vt præberet ansam libidini, petulantia, & vlli turpitudini, totumque sacramentum esse volebant orationibus, meditationi diuinorum beneficiorum, sacrificiis, gratiarum actioni, & huius generis piis, ac religiosis actionibus. Et nunc cerdo nescio quis prodibit in orbem nouus legislator, neque alio, quæ hoc die, nuptias initiri permittet. Hūic concilio coæcum Ilerdenle ea. 5. ea, quæ Caluinus reprehendit, ita imperat, vt, si quis intra illa diudum indicata tempora matrimonium auderet contrahere, fieret irritum. Nam ne

quem offendat id, quod dixi de tribus hebdomadibus natalis præcursoris Domini, maiores nostri sese non minus comparabant ad ritè, & christianè festum illud celebrandum, quam nunc non mali ad pascha, aut natalem Christi peragendum. Adeoque illæ præcedentes tres hebdomadas erant, ac vocabantur quadragesimæ: vt si quando peintestos excludebat aliquid temporis, diligenter post festum suppleretur. In Saleguntiaco autem concilio longius est progessum, & contracta quidem est hebdomada, duæque solùm nominantur: sed adduntur perugilia, festa, profesta, iejunia. Nos autem præpostorè matrimonium, quod est per se saceritum, alio quouis libero die contrahimus, & in aduentu, vel etiam quadragesima factitamus id, quod est deterrium, id est, quod erat in causa cur prohibendum putauerit Ecclesia. Et si quidem tanta esset nostra religio, vel in hebdomada sancta (vt vocant) contrahentibus nil esset periculi. Quid enim metuendum à sacramento? Sed illæ omnes appendices, quæ nuptias solent comitari, tam sacram tempus non postulant. Concilium autem Tridentinum non tam metuens hæretorum latratus, quam præueniens (nec enim tum adhuc dixerat illa Caluinus) subtractis reliquis, tantum in aduentu, & quadragesima cum suis octauis nuptiarum prohibiciones obseruari præcipit. Nos verò, ne tanta quidem permoti indulgentia, per fas, & nefas, per nummos, & impudentiam grassamur ad horum dierum subuersiōnem, & ab Episcopis, eorumque officiariis quidlibet non tam impetramus, quam extorquemus. Sed his omīnis ad comparationem nos conferamus. Hæc ergo cùm se ita habeant, cùm intelligamus matrimonium rem esse tam augustam, sacram, diuinam, cùm norimus probè, quæ huc pertinent vniuersitatem esse sancta, tremenda, cauta: cùm denique nil aliud haec tenus in tam prolixa tractatione egerimus, quam eius maiestatem, præstantiamque celebrare: quid est cur de nouo encomio laboremus, cùm noster hic sudor nihil habuerit aliud? Quid enim à Deo optimo maximo humanae infirmitatis miserto proficiisci potest, vt istud profectum certè est, quod non sit modis omnibus commendatissimum? Atamen quasi nihil legerimus in antiquitate, quasi scripturam, historiasque non attigerimus, clamant aduersarij nos impuritiam, sordes foeditatemque deputare Augustissimum hoc sacramentum, nominantque certos homines præstatissimos, quos habet Ecclesia inter suos apud Deum intercessores. Et hæc omnia cogimur audire, quod, secuti aliquotum argumentum, & sententiam, dicamus matrimonij bona excusare non tam ipsius sacramenti vitium, quam ipsorum coniugum nonnullam perturbationem, defectum, dementiam. Credimus enim, & res est, vix castissimum quempiam Abrahamum tam esse castum, ac pudicum, quin in sacratissimo alioquin vsu sacramenti experiatur, quod rationi officiat, quod minus decorum iudicet, quod optaret secus se habere.

Hoccine

Hoccine est sordes vocare? Res est sancta, sed peccatum in nobis veterem obtinens aliquousque tyrannidem impedit, vt sancti nequeamus ebus sanctis sanctè vti. Vitium est; sed quod per Dei donum expietur. Alioquin si agatur de sacramenti sanctitate; eam si negemus, impij simus, qui tamen nos Ecclesiæ gremio ferri gaudemus, quæ adegit ad inferos quicunque, vt erant diaboli, matrimonium habebant exosum, & vt rem impiam execrabantur; quos etiam præuidebat impulsus spiritu Paulus, cùm suo Timotheo scriberet futuros in nouissimis temporibus, qui prohiberent nubere. Nam non multò post eius mortem extitit quidam Saturnillus tertius à Simone, Menandri condiscipulus, qui non verebatur, inter cætera deliramenta, dicere matrimonium esse nefas; quem Ecclesia statim iugulatum denouit diris. Atque illud ana-  
1. Timot. 4.  
saturnillus  
matrimonii  
dixit esse nefas.

thema longo tempore absterruit reliquos ab hæc dementia: tandem verò, vt omnia contemnit hæresis, secuti sunt Heracleonitæ, Cerdoniani, Marcionitæ, Phrygaftæ, Valesij, Priscillianistæ, Adamiani, Aeriani, No- uatiiani, & omnium sordidissimi Messaliani: Encratitas, & Tatianianos ordine suo prætermisi; qui omnes vno ore, vt ab eodem edocti magistro, recinebant eandem cantionem. Hos autem omnes cùm Ecclesia sit execrata, & inter hostes suos duxerit, quicunque in istud sacramentum linguam, vel stylum exacuerent; & nos eandem agnoscamus magistrum: non possumus non videri matrimonij, ac nuptiarum encomiastæ; quod, vel solum, pro luculenta apologia esse debebat. Cùm enim tam sit constans Ecclesia in hac eorum animaduersione, qui non de hac re senserunt quam honorificentissimè: necesse est rem esse maximi pretij, quæ repudiata homines dedat interitui, quæque diabolo semper fuerit inuisa. Nam, vt est ille versutissimus, cùm perspectam habeat hominum quantumvis regeneratorum infirmitatem, cupit hoc asylum euertere, quod sic infandis libidinibus immersos abripiat secum in tartarum. Est ergo res omnium sanctissima matrimonium; cuius (vt alias retulimus) elogio se, facundissimus alioqui, Tertullianus imparem agnoscit. Loquitur autem ille de eo, quod sanctè, legitimè, & ritè contractum est, ac geritur: neque nos hic hominum laudamus virtutia; nec ignoramus, quam multa vulgus insoluat matrimonij nomine, quæ nemo bonus excusare possit. Quicquid enim intra cortinas, ac thalamum fiat, sic vocant: nos autem loquimur non de peccatis; sed de ipso sacramento, illiusque bonis, quodque ad Ecclesiæ propagacionem destinatur. Si verò agas de mulorum, equorumque istorum consuetudine; non vocamus hoc matrimonium, quod ad gentes pertinere dixit quondam Tobias: si autem rectè, vt sanctus ille, intelligas; matrimonium meretur omnium laudes. Et nō illud quoque maximo habere in pretio, vel illud sit argumentum, quod præter papistas (sic enim vocamus ab hæreticis contumeliae causa, cùm sit præclarum pro religione rideri) nullus fuerit hæreticus, qui dignatus sit, alioqui sibi grati-

simum, sacramenti titulo, atque ordine. Nos autem illud summo consensu annumeramus, iis septem præstantissimis, hoc est, vnum esse contendimus è septem viuisficiis, canalibus, & labris, quibus Christi meritum in præparatos animos infunditur: qua. re quid vel. magnificenterius, vel augustius, vel diuinius dici possit, equidem non video. Hoc ergo sufficere poterat. Neque enim in hac seueritatis schola sunt illi flosculi rhetorum exquirendi; vt ad originum, & antiquitatis, cæterorumque demonstrationes nobis sit redeundum; tametsi foret hoc facilimum, si nostrum id posceret institutum. Vix enim homo creatus erat; ac statim de nuptiis actum est; & Deus efficitur paranymphus. Mox per abusum coniugij gigantes existunt, tumultuantur, omnis caro corruptit, viam suam. Hinc sequitur diluuium, quo postliminio reducta est in orbem continentia. Sic enim veteres interpretantur, quod Noë seorsum cum filiis, ac seorsum illorum vxores dicuntur in arcam ingressæ: cuius rei apertius est argumentum, quod egredienti Noë iam additur vxor, sicque cum filiis illorum coniuges educuntur; vt nuptiarum instaurationem agnoscas; ac propterea lex redditur: *Crescite, & multiplicamini.* Post aliquot secula subsecuta lex celebrat, tuetur, vindicat hoc ipsum ab iniuria, & abusu: tandem venit Christus, prodit ex virgine, & ipse virgo; vix os ad euangelismum aperit, & illici vocatus ad nuptias adest, iis benedicit, sanctificat, & imbuit triplici gratia, de qua nunc non est differendi locus; quia ex Epiphanij sententia dudum id egimus in rebus effectis.

### Matrimonij encomium, ac virginitatis.

#### Catechesis 219

**N**uperimè aggressi eramus, ne dicam egressi, encomium matrimonij: & poterant quidem tunc dicta sufficere; ni metuerem, ne aduersarij, qui huius potissimum matrimonij se se præconio venditant, nobis obiicerent istud reliquis suis laudibus à nobis faisse defraudatum. Nam alioqui quid maius dici potuit, quam esse tale, ac tantum Dei donum etiam à diu Paulo ita nuncupatum? Quid vel fingi posset augustius, quam esse apud catholicos excellentissimum sacramentum, adeoque vnum è septem illis labris, Spiritu sancti, sine quibus hominum saluti nunquam satis esse consultum potuit? Postremò nil requiri videbitur amplius, quam esse rem istam coæuam generi humano, ac tum temporis institutam à Deo optimo maximo, tanquam certissimum remedium, nec tantum officium, atque ita decuruisse per naturæ legem; permanisse inter cætera Iudaicæ reipublicæ privilegia; ac postremò non tam à Christo institutam, & sanctificatam, quam instauratam, & ad originem, primamque dignitatem

gnitatem reuocatam. Cum enim Moses dissimulanter dedisset locum repudiis, Iudeorumque libellis: Christus huiuscmodi rescissiones vocat adulteria, ostenditq; non esse humanæ temeritatis, quos Deus coniunxit, separare. Quid ergo erat opus, vt porrò diuagaremur per florulos rhetorum: cum hæc talia sint, vt catholicorum laudes, & que meritò huic sacramento deferunt, encomia arguant, redundantque blasphemias haereticas? Age tamen, dicamus breuissimè de com modis, quorum celeberrimum encomiastem Deum audiat cap. 2. Genesios, quisquis hominum testimonia non magni facere consuevit. Ibi enim ille Heuam matrem omnium esse testatur adiutorium mariti Adami. Quatum coniux pia conferat ad fortunarum acquisitionem, augmentum, conservationem, prolixè demonstrat Ecclesiasticus ca. 16. & sapientissimus Salomon 31. De reliquis iis bonis, quæ corpus attingunt, quis nescit Proverbiis 3:1. quantum fiduciae, quam certa ratio valetudinis, quantum in aduersis leuamen, in proprieatis quanta lætitia, quantum solamen in illa (de qua loquitur Apostolus) carnis tribulatione in religiosa vxore? De bonis animi nil occurrit, quod adiiciam iis, quæ à nobis dicta sunt, cum de vi, & energia sacramenti ageremus. Si voluptatem moretur quisquam; multa poterant adferri: sed illud vnum est admirabile, nobisque sufficiet, quod videmus adolescentes, & iuuenulas bene habitas, valentes, vigentesque nihil morari exempla præuentum; nil curare ærumnas, mendicitatem, millæque miseras mediocrum, & pauperum coniugum; eodem contulare, & alacriter dubiam iacere aleam; cum ferè nil spectent præter ea, quæ sub sensu cadunt. Quid autem est, quod eos redit patientissimos; vt illam suam exercitationem æquo animo ferant? Voluptas. Nam, si proles tollantur, si vxor adimatur, quorum alioqui cura mille hominem distingit molestiis; paratae sunt lacrymæ, neque libet infortuniorum finem facere: tam est illud charum (vt sic dicam) ac dulce malum. Securitas autem, quanta dici non potest; adeò vt Chrysostomus in libello, quem hac de re scripsit, virginitatem quidem comparet cum oneraria nauem, quæ in æstuofissimo freto, maximaque tempestate iactetur, cui nullæ stationes, nulla littora, nec portus appareant; matrimonium verò dicat persimile validissimæ nauis, quæ vel tuta legat littora, vel decurrat placidum æquor, habens ubique in prospectu tutissimos portus, in quos se liberè queat recipere. Multi enim sunt, qui, Deo innitentes, audacter soluunt, seq; fretis virginitatis committunt; quos tamen postea cernimus tam periculosè laborare; vt eorum misereantur ij, qui alioqui abhorrent à statione. Hi igitur, si potius in coniugij tuto sinu nauigare primùm instituissent; an non sibi, & aliis rectius consuluissent? Sed tamen quantuncunque fortissima hæc sit, audaxque virginitas; potest pudicitia coniugalis eam aliquousque æmulari, atque etiam, cum Iosepho, ac Deipara, præstare; vel, cum Abrahamo, Saraque, præludere; & eò quidem fœlicius, quod si tempestas

ingruat, si minima procellæ oriatur suspicio, liceat tuta cuncta capessere: Inter ergo beneficia, quæ Deus humanæ contulit infirmati, itud, si non primas, certè non postremas obtinet. Verum quia hæc & copiosius, luculentiusque, & ad peritadendum accommodatius dicuntur, & ubique inculcantur ab hereticis, & semicatholicis: sic circò, ne quempiam, nostra ledat oratio, desinam; & non iam ad matrimonij littora respicere meos hortabor eatechumenos; sed ego ipse complicatis tandem velis harum prolixissimarum catecheseon nauigatione fessus, ad quietam stationem cursum dirigam, si non nihil prius de virginitate dixerim, ita stylum attemperans, vt nulla in parte gloriae matrimonij detegam. Virginitas igitur est res tam magna, tam præstans, atque diuina; vt nolit mei similes homines tantum mediocriter castos, & incorruptos habere laudatores. Nam quantò quisque sanctior, & integrior; tanto vel plura, vel eruditiora, vel elegantiora huc attulit. Diuus Ambrosius non est nisi veræ virginitatis mancipium; & hac de re ita scripsit, ita numeros omnes expleuit; vt D. Hieronymus nil addi posse ingenuè fateretur. Ipse autem Hieronymus tam est effusus in laudes sanctissimæ huius virtutis; vt ob id adhuc superstes, ingenti hereticoe suspicione laborat. Tertullianus certè nimius fuit; si hac in parte ullum queat esse vitium. Cyprianus tres libros edidit hac de re, in quibus & suum, & Ecclesiæ sensum abundè declarauit. Augustinus autem, quamuis (vt iam diximus) Ambrosius nil intactum reliquisset, pro ingenij tamen vertate tantum hic elucubrauit; vt, qui omnes viceat, hic se vincere voluisse videatur. Neque Chrysostomius est passus virtuti huic suum encomium deesse edito singulari libello, qui non ita pridem latinius in lucem prodiit opera Marcelli sanctissimi pontificis; vt rem laudissimam pulcherrimo græcæ, latinæque eloquentiæ certamine laudatam cernere summa cum oblectatione liceat. D. Gregorius Nazianzenus re, & nomine theologus, non contentus stylo soluto, etiam carmine decantat. Basilius quoque insignem libellum de perfecta virginitate nobis reliquit. Denique non arbitror veterem scriptorem, qui hic amorem, affectumque suum non expleuerit. Quid igitur nos post tamen insignes encomiastas aliud, quam in syluam ligna (vt dicitur) vel in mare guttulam? Est tamen dicendum non nihil. Quid igitur est hæc tantoper laudata virginitas? Aliud profectò nihil, quam *Perpetuum quodam propositum integratæ corporis, & mentis castitatis Dei amore conservandæ: vel* (vt Augustinus ait) *Perpetua meditatio incorruptionis in corruptibili carne.* Quid igitur potest cum hac virtute in comparationem venire? Et quidni sic vocem, post maiores nostros; cum hoc propositum, & assidua exercitatio suscepta amore Dei sanctificans animam, beans corpus, etiam philosophorum iudicio non possit non dici, & haberi virtus? Hæc igitur est vel in primis hoc nomine celebranda, quod hominem reddat Deo similem, quantum fieri potest per huius naturæ infirmitatem.

*Virginitatis  
lum.*

*Ambrosius.*

*Hieronymus.*

*Tertul.*

*Cyprianus.*  
*August.*

*Chrysostomus.*

*Nazianzenus.*  
*Basilius.*

*Quid virgi-  
nitatis.*

*Virginitatis*

infirmitatem. Nam licet illa diuina, & incomprehensibilis in facio san- *homine Deo*  
cta Trinitate generatio non nihil sonet coniugale: attamen cum & ge- *similes redi-*  
neratio, & processio sint (vt veteres loquuntur) sine fluxu, commixtio-  
ne, ac vitio, & omnem superent intellectum, cum filius ipse nihil ge-  
nerarit, spiritus autem ne spirauerit quidem, nec vlla ibi matris men-  
tio, (si nefas non sit hunc in modum de rebus illis saceritimis verba  
facere) profectò virgines videntur proximè illam adumbrare maiesta-  
tem. Dices angelos proprius accedere, vt pote incorporeos: attamen filij  
resurrectionis dicuntur futuri similes angelis, quod neque nubant, ne-  
que ducant vxores. Quod cum ita sit, dicendi sunt imagines viue pri-  
mùm vitæ angelicæ, deinde omnipotentis Dei virgines. Si sit longius  
excurrendum: à virginе Deo, ex virginе terra, quam neandum impie fu-  
sus fraterno scelere sanguis incestarat, creatus est virgo vir, & ex virgi-  
ne viro assumpta, virgine costa exædificata est Heua virgo. Manent præ-  
terà virgines quandiu expertes peccati, nec prius matrimonij usus,  
quam peccatum: itaque virginitas matrimonio prior. Moritur primus  
Abel virgo: frequentata est eadem virtus, licet occultè, in illa lege na-  
turali, nec illam exclusit Mosaica. Nec enim maledicebatur, nisi qui  
ducturus alioquin vxorem, nolebat fratri ex eius vidua suscitare semen.  
Hoc enim docet Ignatius in epistola ad Philadelphienses, commemo-  
rans Iudeorum principes, ac prophetas huius virtutis cultores. Postre-  
mò adest Christus virgo de virginem virginum amator, & inventor. Non  
omnes capiunt verbum hoc, inquietabat, sed qui potest capere cupiat, sequatur  
fusum ducem, & imperatorem, quisquis rem strenue gesturus, ad propo-  
fitum brabæū parat excurrere. Fatetur Paulus se non habere præceptum: *Idem facit*  
hortat tamen suos, vt huic rei darent operæ, vt corpore, & spiritu san-*Christus hor-  
tatur ad vir-  
ginatatem.*  
ctimoniam sectarentur, nec distracti partim Deo, partim coniugibus  
deseruirent. Sed nimis sim molestus, si velim huc excurrere. Hoc satis  
esto, quamvis legislatoris pietas rem istam præcepto claudere noluerit:  
tamen ita nostris maioribus diuina placuere consilia, vt Paulus debuerit  
monere Corinthios non esse necessariam virginitatē, quod tamen Mar-  
cus Therapeutas suos exemplo suo vocarat. Nec illud omittendum Ec-  
clesiam teste vero Hegesippo in historia Apostolorum, inter præcipua elo-  
gia, virginem appellatam: non tantum, quod nullus adhuc hereticus  
eam veluti corrupisset, verum etiam, quod in illis fidei rudimentis virgi-  
nitas mirabiliter effluerit, vsque ferè in tēpora Damasceni. Quot ve-  
rò hic possem huius virtutis & præcones, & sectatores enumerare? Sed  
hoc foret infinitum: itaque unum, aut alterum ex præstantissimis satis  
fuerit produxisse. Ignatius ferè nullam conscripsit epistolam, in qua non  
densissimæ huius virtutis laudes occurrant, & nunc quidem virgines iu-*Ignatius*  
bet haberi in pretio, tanquam sacrificias, & Christi sacerdotes, nunc al-*epistola ad s. j. 8. 9. &*  
ludens ad typos veteris legis, dicit esse thuribulum, & incensum; alias,  
scribens Polycarpo, dicit virgines honorare carnem Christi; alibi iubet  
CC c 4 eas agno

reas agnoscere, cui se consecrarent, ut h̄c etiam aliquid sacramenti simile agnoscas. At verò scribens ad Heronem, præcipit vt virgines diligentissimè custodiat; vt pretiosa Christi monilia. Quid verbis opus? In epistola sexta prolixissimè differens, dicit quod melius, ac præstantius est illuminatas à Spiritu sancto sectari, vetatque ne ob summam dignitatem efferantur, quod erat valde proclive, & tandem mettiens, ne veterum patriarcharum, & sanctorum coniugum gloriae quicquam officeret tantoper laudata virginitas, aut huius non se propterea meminisse, vt reliquos beatos, qui nuptiis operam dederunt, vituperet; sed studio, animique propensione, & denique tantæ virtutis admiratione ductum. Ad eundem modum Clemens Petri discipulus, qui ab Ignatio inter virgines celebratur, virgines Christi vocat altaria, templum Dei, & hospitium Spiritus sancti. Cyprianus autem exordiens de virginitate scribere, miris eam verbis extollit: *Nunc, inquit, nobis sermo est. ad virginem, quarum quo sublimior gloria, maior & cura est. Flos est ille ecclesiæfici germinis; decus, atque ornamentum gratia spiritalis, letitia indoles, laudis, & honoris opus integrum; atque incorruptum, Dœi imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi.* Quod si quisquam moretur præmia; ne h̄c quidem desunt. Nam perpetuo decore viget virginis, & æternam quasi iuuentam seruant: ideoque etiam à prophanis vocantur, vt plurimum, pulcherrimæ. Ea enim animi virtus, nescio quomodo, in corpus sese diffundit, nec florem venustatis ante pudicitiam finit dedicare. Sed hæc si contemnantur, vt certè non sunt magni momenti, qualia, quæ te, canit Ioannes Apostolus cap. 14. Apocalypsis; qualia ante illum Esaias c. 56. promittens eunuchis nomen aliquod singulare, & locum in tabernaculis Dei: Alter ille dicit hos sequi agnum quocunq; ie- rit: & solos canere canticum, quod alij quidem exaudire, sed nemo succinere potest. His sancta vetustas, præter summum præmium consperatus Dei, adsignat fructus centesimos; & aureolam, id est, triumphum quendam, & sanctissimam gloriatiōnem de diabolo in carnis infirmitate superato. Tribuantur & dotes quædam, vt sponsis apud Esa. 51. à maioribus nostris: vt quemadmodum sponsæ huius seculi habent suā in nuptiis donationes, dotes, ac munera, ita peculiare quidam virginis accipiāt, & quidem eo momento, quo prodibunt in sponsi Christi prospectum. Cum igitur res sit tam præstans, & ardua: si villa in re copiatus, voluntasque laudem merentur, hæc virginitatis (vt ita dicam) impossibilitas, vt non excusat eum; qui à tanto fastigio deuolutus, ita mirificam promeretur coronam; si ab ipsis carceribus ad metas usque illibata decurrat: de viduali castitate nil dicam, nisi quod proximè sequatur virginitatem, & iidem Ignatius, & Clemens maximis ornent præconiis. Et hoc habet peculiaris laudis, vt hanc abruptam disputationem, quod sit potius virtutis, quam naturæ, vt quanto ibi virginitatem plus est pugna, post illud cœstrum expertum, tanto plus sit gloria. Ita que Ecclesie

clemens.  
Epist. 6.

Tractatus de  
habitū virgo-  
num.

Castitas vi-  
duali proxi-  
mè sequitur  
virginitatem.

que Ecclesia viduas insigniuit sacramento quodā, ita vt Deo sacrarentur, deque Ecclesia victimum acciperet, atq; inter clericos versarentur. Atque haec tenus in vniuersum de matrimonio, & ceteris catholicis sacramentis. Nam quod reliquū erat de ceremoniis catholicorum, & istis simiis, & cacozelii hæreticis, partim suis diximus locis; partim, præter ineptas precatio[n]es, scripturarūque tractationes nil habent Caluinistas: reliqui, res nostras non tā referunt, quām deprauant, usque adeò ridiculi, vt quos in orthodoxya titus cōdemnent, in suas recipiant synagogas. Supererat caput quintum institutæ catecheseos, nimirū de cultu Dei, qui constat sacrificio, & psalmodia: sed quia ego actum agendo nolo cuiquam esse fastidio; & cū ageremus partim de Eucharistia, partim de Ecclesia, illiusque præceptis plurima obiter perstrinximus; & hac de re theorias diuini cultus conscripsimus, quæ non ita prudenter apparuerunt flandricæ & gallicæ, propediem latīnæ quoque prodituras, in quibus nostram copiosè sententiam explicauimus: nolo catechumenos nostros prolixa repetitione grauiare, nec superuacaneam h̄c appendicem attexere. Impono igitur huic quinquennali labori finem; qui qualis fuerit, quidque fructus nostris auditoribus attulerit, aliorum esto iudicium. Is enim fuit noster ubique perpetuus scopus; vt, quod orthodoxum, & germanum esset imprimis, non tam nostra, quām sanctissimorum conciliorum, & Patrum, totiusque traditionis sententia trademeremus, deinde vt nostris catechumenis methodum aliquam, si minus scelicem, non usqueaque tamen incōmodam ad similia congerenda demonstraremus; ac postrem, vt aliarum catecheseon, & eius potissimum, quæ nuper laudatissima prodiit, Tridentinæ quis usus esse debeat, ipsi, per sectam glaciem præcedendo, doceremus. Et si enim Tridentini catechistæ laudibus nihil addi posse videretur: nos tamen commentarij lucem non absurdè etiam clarissimis adhiberi posse iudicauimus; vt nostris ingressi vestigiis catechumeni valeant aliorum inuenta in istis conciones, & praxim, christianiisque vulgi utilitatem deducere. Si quid tamen hinc emolumenti redierit vel ad sanctissimam matrem Ecclesiam, vel Duacensem hanc aliam vniuersitatem, vel denique quemlibet nostrorum auditorum; feratur id in solidum acceptum Deo Opt. Max. qui & voluntatem indidit, & nonnullam largitus est facultatem. Si quis autem ex nostris homiliis vel minimum se factum meliorem, vel doctiorem experiat: nolim sua laude fraudatos eos, qui mihi huius laboris & instituti extiterunt authores; quorum ego si nomina solum vobis coram explicem, satis prædicasse videbor; cum in ista concione nemo sit usque adeò patum initiatu[m] virtuti, qui sanctissimorum, doctissimorumque Præsulū, & aliorum virorum nominibus tantum auditis, eorum quoque virtutem satis cognitam non eu[er]stigio reuocet in animum. Et nisi me præsentium quorundam cognitus pudor cohiberet, qui se in os ægerrimè laudari paterentur: & absentium perspecta mens, quæ sua merita in aduersaria cœlestia potius

referri, quām humanis efferri præconiis desiderat; erā equidem vnum-  
quemque nominatim decora gratiarum actione, & encomio iustissimo  
prosequuturus: sed mihi cōsultum non est modestiæ præsentium insul-  
tare, & eorum, qui non adiūt, sterili laudatione mea virtutem quo-  
dammodo minuere. Fuēre tamen suscipiendæ catecheseos authores, ac  
præceptores (quid ni fatear, cùm inuitus ad hanc prouinciam acceſſe-  
rim) celeberrimus ille, vobisque notissimus præſul Atrebatenſis, cuius  
& eruditioñem, & eloquentiam ipſi non ſemel his in ſcholis eftis ex-  
perti. Adiungendus eft Aquicinctenſis archimandrita, & Marchianen-  
fis cœnobij moderator; viri non minus pietate, quām doctrina tan-  
omni penè mundo, quām mihi noti. Hi enim à doctifimo viro, clarif-  
fimo doctore Iuris vtriusque Ioanne Vendiuillio multis impulſi me-  
vſqueadè impulerunt, vt tandem accedente grauiffima huius ciuita-  
tis honestifimi Senatus rogatione, qui certe hac in re non poſtre-  
mas obtinuit, perpellerent. Itaque iij omnes à Deo patiū  
mercedem ſuę pietatis expectabunt; quām à me  
præconij, laudisque peritūr leuifimam  
persolutionem, quāl alioqui illo-  
rum virtuti, meritisque  
debebatur.

## INDEX

and the first time I have seen it. It is a very large tree, with a trunk about 10 feet in diameter, and a height of 100 feet. The bark is smooth and grey, and the leaves are large and green. The flowers are small and yellow, and the fruit is a large, round, red berry. The tree is growing in a clearing in a forest, and there are other trees around it. The ground is covered with grass and some fallen leaves. The sky is clear and blue. The sun is shining brightly, and the shadows of the trees are cast on the ground. The overall impression is one of a healthy, well-established tree in a natural environment.

# INDEX EORVM.

QVÆ HIC VISA SVNT  
EXIMIA, SCITV QVE  
DIGNISSIMA.

<i>A</i>	
Bsolutionis effectrices causa, res effecta.	588. 589. 590.
Acoluthi.	640.
Is ordo sacramentum ex antiquitate probatur.	643
Eius ordinis nomina.	641. 642
Acoluthorum nominis etymzon, at- que definitio.	641
Eorum functiones.	643
Efferebant mortuorum corpora.	642
Adorationis natura.	160. 168
Adoratur Deus aliter, & aliter sancti.	Ibi.
Adorationis gemina species.	168
Adorare sanctos, & eorum imagi- nes quid sit.	169
Adulterij granitas.	246
Adulteri demoniacis, & Manicheis similes.	247
Adulteram uxorem non licet occi- dere.	736
Adulteram, & hereticam uxorem deserere licet.	738
Egyptus unde dicta, & eius myste- rium.	156
eyanas non abrogauit, sed correxit Paulus, & quid sint.	324. 325
D. Alexii historia.	741. 742
Altaria. Christianorum probantur.	415.
Eorum consecratio.	474
<i>B</i>	
Altarium palla olim censcrata, & verustate corrupta exhri iussa.	478
Amen quid.	137
Amicitia inter homines, & maximè Christianos quot argumenta.	243
Amoris Dei, & mundi discrimen.	
149.	
avancirwotis in scripturis quid.	23
avabrua, & avaleua.	529
Angeli an ante calum creati.	48
Quomodo indicandi dicuntur.	82
Apostata quis.	105
Apostoli quomodo indicabunt.	83
Super Petrum adificati.	100
Articulus fidei quid.	40
Articulos congesserunt Apostoli.	39
Ascensionis Christi causa effecta, modus, & utrius sit natura.	75. 76.
77.	
Azimorum usum ab Alexandro in- stitutum singit Calvinus.	406
Qua occasione Graci azymis uti de- sierunt.	407
<i>B</i>	
B. anna matrimonij.	750
Baptismi etymon.	27. 308
Baptismi appellations varia.	309
Typi.	308
Definitio.	310
Baptismus etiam paenam remittit.	309
Qui heretici baptismum repudia- runt	
D.D. 3	311

I N D E X.

- Baptismi aquam non recte ad spiritum torquent heretici. 311. 312  
 Baptismus unicus ac triplex. 313. 314  
 Trina immersio an necessaria. 311. 313  
     319. 320.  
 Baptismi forma vera, & quomodo corruerint heretici. 316  
 Baptizatum quomodo dicitur in nomine Iesu. 317  
 Quae mutatio forme tollat sacramentum. 316  
 Baptismi materia qualis. 318  
 Cur in aqua institutum. Ibid.  
 De aqua bapt. consecratione, & ri-  
     319. 506.  
 Baptismus Clinicorum, & que mem-  
     bra tingenda. 320. 321  
 Baptismus quando infitus, & ne-  
     cessarius ac nominis impositio. 322  
 Olim cur in Pascha, & in Penteco-  
     ste solum baptizatum. Ibid.  
 Baptismus arenarius. 319  
 Baptismi minister. 322. 323  
 Susceptores baptizandorum quomo-  
     do olim nuncupati. 324  
 Quae eorum functio, qui numerus,  
     quales, & qui arcendi. 325. 326.  
     327  
 Baptismi res effecta, & utilitas. 328.  
     331.  
 Baptismi character, & gratia. 330  
 In adulis anteacte vita mutantia, &  
     penitentia requiritur. 332. 342  
     343.  
 Qui simulante accedunt suscipiunt  
     characterem, non fructum baptis-  
     mi. 332.  
 Baptismus infantum adstruitur, 104  
     334.      & sequent.  
 Baptismus Joannis qualis, quid con-  
     ferebat, quo distabat a Christiano.  
     332.  
 Baptismus discipularum ante Christi  
     mortem qualis. 333
- C
- C**Alumnia quid, quomodo differt  
     a conniclo, & contumelia. 274  
 Canon so. apostolicus adscriptus sua  
     origini. 311  
 Catechesis antiquitas, & per etates  
     incrementa. 2  
 Catechesis Iudeorum lex. Ibid  
     Ioannes

I N D E X.

- Ioannes primus catechista christia-  
     nus. 3  
 Quae in catechistis requiruntur. 4  
 Nomini ratio. 6  
 Catechista olim diaconi. 3.4  
 Quo ritu olim peracta, eiusque de-  
     finitio, & partes. 8  
 Varianda catechesos qua ratio. Ibi.  
 Catechismus ignorans non servat de-  
     corum christiani rominis. 5  
 Catechismus iam iam baptizando-  
     rum erat missa catechumenorum.  
     350.  
 Catechumenorum examen, & missa.  
     344.  
 Quo ritu fiebant catechumeni. 343  
 Calicum, patinarum, & urceolorum  
     adserio. 479  
 Candelabrorum, & cereorum in Ec-  
     clesia antiquitas. 478  
 Agorotika, & geobotika. 359. 440. 612  
     664.  
 Character. 632  
 Characterem imprimi quid. 697  
 Cereus additus baptismo. 351  
 Charitatis commendatio, & appella-  
     tiones, desinatio, fides. 145. 146  
 Haberi potest in hac vita perfecta  
     iuxta precepti mentem. 147.  
 Eius functiones, & officia. 149  
 Christus confidere Christus in cena  
     docuit. 357. 360  
 Christmaris usus in aqua baptis. con-  
     secratione. 350  
 Abiitum ad ungendum recentis ba-  
     ptizatum, & in confirmatione.  
     352. 359.  
 Christianus quid. 25  
 Christiano turpe, non enim ignorare  
     suum. Ibid.  
 Christianorum antiqua nomina. 26  
 Christiani nominis ratio, & myste-  
     rium. 27  
 Christianorum nobilitas. 123
- Christianos posse peccare mirum est.  
     258.  
 Olim derisi quod crucifixum cole-  
     rent. 166  
 Christiani pontifices Dei quomodo ef-  
     ficuntur. 439  
 Christi undio qua utri nature con-  
     ueniat. 27.48  
 Cur dicitur fructus ventris. 142  
 Quales defectus in se receperit. 29  
 De duarum in Christo naturarum  
     coniunctione. 29.30  
 Quomodo quidam Christi composi-  
     tam dicere personam. 30  
 In Christo omnis diuinitas, non om-  
     nes hypostases. 43  
 Christus Dominus qui dicatur. 52  
 Illius conceptio, & cur Spiritui tri-  
     buitur de ea errores. 53.54.55  
 Quae in ea miracula. 53  
 Christus quo anno, & quare mor-  
     tuis, & non sui homicida. 61.63  
 Christi mortis res effecta. 63  
 Christus quomodo se offerre dicatur  
     in missa. 445  
 Christus quare dicitur sacerdos se-  
     cundum ord. Melchi. 470  
 Ciborum delectus defenditur, 291.292  
     293.  
 Circuncisio unde, ex opere operantis  
     vim habebat. 335  
 Data fortassis ante octauum diem in  
     necessitate. Ibid.  
 Claudio Taurinensis in Italiam eco-  
     noclasim detulit. 167  
 Eius libri damnati. 171  
 Clavium Ecclesie usus legitimus. 503  
 Dat & Episcopis. 504.512  
 Pro iis quid barenci reponunt. 513.  
     & sequent.  
 Cleri nomine potissimum intelligun-  
     tur quatuor maiores ordines. 647  
 Non nisi confirmati in clerum adle-  
     gebantur. 622  
 Christianorum nobilitas. 123
- DDd 3 De ve

*I N D E X.*

- De vestibus, & luxu clericorum. 621  
*Clericorum violatio quid meretur.* 619  
 Quid de circumstantiis. 524.525  
 Quomodo agendum cum mortalis criminis reo. 527  
 Quomodo cum desperabundo. *ibid.*  
 In confessione pudori non sit locus. 576  
 Confessionis secreta. Deus auctor. 475  
 Confirmationis nomenclationes, & typi, atque definitio. 355.356.361  
 Eadem nostra qua Apostolorum. 358  
 Confirmationis in undio contra hereticorum mendacia defenditur. 359  
 Materia, forma, antiquitas. 361  
 Administer eius. 362.363  
 Suscepentes eius sacramenti candidatorum. 363.364.380.381  
 Regium, & sacerdotale sacramentum, & alia ad eius encomium. 364.365  
 Eucharistie, & baptismo comparatur. 366.367.379  
 Eius necessitas. 370  
 Confirmationis danda etiam pueris. 367.  
 370  
 Quid pro hac conaminiscantur heretici. 369.373  
 Presente Episcopo & bapt. non separabatur. *ibid.*  
 Augustinum, & Hieronym. indebet nobis obiciunt heretici. 370.371  
 Accensendam aliis sacramentis. 372.  
 374.379  
 Spiritus quomodo nunc datur in confirmatione. 374  
 Confirmationis elei consecratio. 375.  
 376  
 Adhibita semper crucis consignatio. 378  
 Quare dicatur manuum impositio. *ibid.*  
 A ieiuniis, & excomologesi paratis suscipienda. 381  
 Eius administrationis spectatores quid interea agere debant. *ibid.*

*Commis-*

*I N D E X.*

- Communicare quis vere dicendus. 386  
 Contemplatio duplex. 314  
 Continentia votum adseritur. 220.  
 221  
 Consenserit duo tempora pueritia, & senectus. 240  
 Continendi cuique fit a Deo potestas. *ibid.*  
 Continentia votum sine Dei certo do-  
 no non suscipiendum male docent  
 heretici. *ibid.*  
 Quam sit clericis necessaria continen-  
 tia, einsque utilitas. 656  
 Choropiscorum origo, & abroga-  
 tio. 809  
 Corporalia nostra in usibus sacrificij  
 adseruntur. 478.479  
 Corporum beatorum quanta gloria. 75  
 Creare quid sit theologia. 46  
 Circa rerum creationem errores. *ibid.*  
 Creandi facultas ne angelis quidem  
 communicari potuit. 47  
 Creatio a uno, an sex facta diebus. 223  
 Credere quid eius verbi varia con-  
 structio. 41  
 Credo est fundamentum symboli. 46  
 Crucis supplicij quanta ignominia. 61  
 Crucis in fronte consignatio. 378  
 Crucifixi veneratio, olim Christianis  
 reprobrata. 166  
 Cultus Dei variae appellations. 300  
 Cultus Dei duplex. *ibid.*  
 Cultus externi adserio. 301  
 Quibus ex causis debet is magis no-  
 bis esse cordi. *Ibid.*  
 Cultus indebitus quadruplex. 188  
 Cultor Dei verus. 300  
**D** e, & particularum proprietas. 54.56.  
 Diaconi, tempore Apostolorum qua-  
 les. 663.665  
 Diacono ad quem riuum confertur  
 gratia. 666  
 Diaconorum functio, & potestas. 667  
 DDd 4 Traita

¶ N D E X.

- Tractabant calicem. Ibi. Edificari super Petrum quid. 100  
 Praefuisse interdum exemologibus. Eliberini concilij contra Iconoclastas defensio. 176.177  
 Insigne Diaconorum orarium, atds. Ibid.  
 Diaconi olim catechista. 3  
 Diei dominica dignitas. 73. 226. 229  
 Diebus dominicis omnes olim communicare oportuit. 297  
 Divinatio, eius genera sex. 186  
 Doctrina christiana capita quet. 31  
 Illius summa in oratione dominica, & symbolo. 144  
 Dox. 384  
 Dubitatio in fide quam feda, & agravis. 191.192
- E
- Ecclesia nomen, eius appellatio-  
 nes, typi, definitio, forme. 94.  
 95.96.  
 Ecclesia ubi christianus, 31  
 Una. 92  
 Sancta. 94  
 Catholica. 95.98.99  
 Apostolica. 98  
 Habet scripturarum enarrationem, & traditionum promulgationem. 37  
 Eius partes naturam seruant tojus. 97.  
 Ecclesia visibilis. Ibi.  
 Ecclesia consensio, antiquitas Episcoporum successio. 100.101  
 Super Petrum adificata quomodo. 100.  
 Extra eam nulla virtus vera. 101  
 Ecclesia adificij ratio. 101.102  
 Ecclesia leges, & precepta condit. 282  
 Ecclesia consuetudo recepta prescribit omnibus heresibus. 375  
 Ecclesia cur virgo dicta. 640  
 Ecclesia data regia dignitas à David successoribus translatas. 437
- Ibi. Edificari super Petrum quid. 100  
 Eliberini concilij contra Iconoclastas defensio. 176.177  
 Ephod cui erat usui, et qua sit eius applicatio. 162  
 Epiphanius ab iconoclasti vindicatur: eius epistola defensio. 173.174  
 Episcoporum appellationes, typi, definitio. 595.706.707  
 Episcopis libri sacri in vertice ponuntur inter consecrandum. 707  
 Quae potestas. 708  
 Episcopum caput, & finem hierarchie quomodo dixit Areopag. 650  
 Episcopi habent potestatem instituendi festos dies. 283  
 Episcoporum in Ecclesia successio. 99  
 101.  
 Episcopi suffraganei unde orti. 709  
 710.  
 Epiphys à Iudeo deceptor apud Arabas primus iconoclastes. 167.  
 Eucharistia appellationes, earumque rationes. 385  
 De nomine Eucharistia, & verbo ἐὐχαριστίᾳ. 386.387  
 Cur mysteria μελάνης, & vītūnā, panis quotidianus. 388.389.390  
 Ne vocetur cena dominica, & quid eo nomine celent heretici. 383.  
 Neque doxas, neque axatas nomina conueniunt. 385  
 Eucharistia typi, definitio. 390.391  
 In Eucharistia Christum esse praesentem scripturis, traditione, conciliisque probatur. 393. et sequent.  
 Olim data in manum. 398.389  
 De frequentanda Eucharistia. 296.  
 297.  
 Quare Christus eius sumptionis tempus certum non præfixit. 297  
 Proibita Eucharistia Christus regnum dabit. 400  
 In Eucharistia sumptione fædus cum Deo, &

¶ N D E X.

- Deo, & grata mentis indicium. 299  
 Olim porrecta etiam infantibus. 293  
 Sine Eucharistia nullum olim sacramentum persiciebat. 385  
 De adseruacione Eucharistia. 298.  
 481. & seq. & 492  
 Eucharistiam Christi corporis dicentes imaginem refutantur. 402  
 Imaginem sacramentorum vocat A-  
 reopag. 418  
 Eucharistia quatenus symboli, & si-  
 gni nomen tribui potest. 403  
 In ea accidentia sine subiecto. 405  
 Transubstantiatione. 403.405  
 Eucharistia sacramenti proprie-  
 tes. 405  
 Non tantum est in usu, sed in mate-  
 ria consecratione sacramentum. ibidem.  
 Eucharistia materia panis, & vīm aqua dilutum. 406.407  
 Forma, & eius energia, & que est diuersitas. 408. & seq.  
 Verborum forma sacramentalis quo-  
 tuplex interpretatio Caluini, &  
 Brentij. 410  
 Forma quomodo pronuntianda. 412  
 Forma heretica confutatio. 413  
 Eucharistia consecrande administer  
 sacerdos. 414  
 Calvinus non vult extra cœnam su-  
 mi. 415  
 Ne quis hac fine diceret è vita  
 cantum ab Ecclesia. ibid.  
 Eucharistia pariem seruatam Iudas  
 prodidit. 482  
 Eucharistia missa aduentantibus E-  
 piscopis pro tessera communionis  
 Rome. 484  
 Excommunicationis amplitudo in  
 concil. Constant. rectata. 545  
 Qui vitandi excommunicati. 546  
 Excommunicandi potestas propriè  
 penes Episcopos. ibid.  
 EE e Exor.

I N D E X.

- Exorcismus quid. 638 Fides eorum fundamētum. que Christianum perficiunt. 32  
 Exorcismorum antiquitas. 636 Fides rarissima. Ibi.  
 Exorcismi olim mulieribus inhibiti. 637 Fidei confessio quando, ubi, & qualis à Christiano requiritur. 31  
 Exorcismi contra Calvinum adseritio. 349 Fides paradoxis inheret. 393  
 Exorcistarum candidatorum baptisimi. 344 Fides ante baptismum pueris non necessaria, qua tunc infunditur. 340  
 Exorcistarum ordo sacramentum 633.634. Fidei altius nō semper in bapi. necessarius. Ibid.  
 Nomina, typi. 635 Fidei solo exercitio nisi temerarium. 306  
 Exorcistis fucum facere damones mentiantur hæretici. 633 Fides circa univerſa, spes in particularibus. 120  
 Exorcistas quibus instructos esse decet, & cur tam raro sequatur effectus. 634 Fides etiā in desperatione cn̄estit. ibi.  
 Exorcistas habuere Indai. 636 Filii attributum sapientia. 45  
 Exorcistarum genera duo. 639 Filium esse in diuinis. 49  
 Filius, verbum, & splendor expli- cant quicquid de filio Dei creden- dum. 50  
**F**estorum dierum adsettio. 227.283 Filii persona cur nostra redemptio- nis munus obinerit. 23  
 Festi dies martyribus sacri. 228 Filii quomodo pro parentum peccatis pleiti dicuntur. 202  
 Festis diebus aunda rei diuina ope- ra. 230 Fœdus implicitum cum demone. 186  
 Festos dies instituendi penes Episco- pos potestas. 283 Felix in Hispanias detulit iconoma- chiam. 167  
 Malè adsignatur festorum institutio Lugdunensi conc. cum sit apostolica. Ibid.  
 Fides unde dicta, definitio. 33.193 Fomes cur à Deo in nobis post bapti- sum relitus. 329  
 Fides quid agit in homine. 33.34 Fontes in vinum mutati nocte nata- lis Christi. 230  
 Fidei capita ridicula homini anima- li. 35 Forma sacramentales cur tam ratio in patribus occurunt. 362  
 Fidei cur addicitur iustificatio. 193 Fornicatio grauiſſimū scelus, neq; ne- cessariū ut voluit hæretici. 248.249  
 Fidei assensus, & adhesio qualis. 37 Quam turpis est in inueniibus. 250  
 Fides opinio, & scientia differunt, Ibid.  
 Fides quare vocetur obedientia. Ibid.  
 Fidei materia quomodo dicitur reuelari. Ibid.  
 Fides quatenus admittit etiam apud fidèles rationem sui. Ibid.  
 Sine fide in Christum nemo seruatus. 2.33. Fructus ventris Christus cur dicitur. 142.  
 Fructus theologis meriti, & premij habet significationem. Ibid.  
 Furtum quid. Ibid.  
 Quam poenam ei scripture adsignes. 260

Gratia

I N D E X.

- G**Ratia triplex. 110.101  
**G**raua per gratiam facimus cur nostra dicantur. 120  
 Gratia plenam esse quid. 140  
 Graci qua occasione ab azymo reces- ferunt. 407
- H**æretici definitio. 32.103  
**H** Quando censur pertinax. 27. 104  
 Hæretici christiano nomine se dici- gaudent. 103  
 Hæreticis credens quis dicitur. 32  
 Hæresis schisma non habet. 105  
 Inobedientiam, & magistratum contemptum generat. 237  
 Aduersus heres tria notatu dignis- sima. 116  
 Henia cur demū ita vocata post pec- catum. 57.142  
 Hierarchie coelestis, nostra, & Mosai- ca comparatio. 671  
 Homo unde dictus, definitio eius. 12  
 Hominis creatio cur fabrica dicitur. 18.  
 Curtantū unus creatus. 243  
 Homo quatenus immortalis: angelis, & brutis simili. 18  
 De imagine, & similitudine Dei ad- quam creatus est homo. 18.19  
 Quae homo per peccatum incurrit mala, & qua perdidit bona. 20.21  
 De hominis liberatore Dei consi- lium, ac deliberatio. 23  
 Homo redemptrione, non satisfactione restauratus. 23  
 Cur non citius subuentum perceperit. 24.  
 Homo non illico ex integro, sed sen- sim, & per gradus reparatur. Ibid.  
 Homini homine nihil magis infestum. 334.  
 Homicidium adulterio præponen- dum in ordine interdictorum. 238  
 239.  
 Homicidium spiritate. 244  
 Humanae nature decoro datum est ut vincaret eum, à quo ricta prius. 24.  
 De honorandis parentibus prece- ptum cur in secunda tabula pri- mum locum obtinet. 233  
 Hypodiaconatus numina, typi, de- finit. 645.646  
 Cur dicitur ordo sacer. 646  
 Adseritur ex traditione sacra- tum. ibi.  
 Quomodo Innocentius dixit non fuī se ordinem sacram. 626.646  
 Hypodiaconatus materia, & forma. 649.  
 An habeat manuum impositionem. 650.649.  
 Hypdiaconorum officium. 651  
 Necessaria eis continentia, cuius vorum in se recipiunt. 652. et se- quent.  
 Hypostasis, seu persona quid. 30.  
 Alter in diuinis, aliter in humanis spectatur. 43  
**I**acobus primus Episcopus Tero- sylmorum an à Christo, an ab Apostolis creatus. 91.662  
 Mire amans sanctorum communio- nis. 92  
 Mirabilis eius absentia. 292  
 Iconoclastis quos habeat, autores, & patriarchas. 166.167.  
 Contra Iconoclasim scripsit Simeon Stylites, qui eos pleti vult. 178.  
 Iconoclastis ante plus minus annos 800 sacramentarios aluit. 402.  
 Iconoclasta aiebat Eucharistiam es- se tantum imaginem corporis Christi. Ibid.  
 Idolum quid. 169.165

E E e 2

Idola

I N D E X.

- Idola* an liceat pertinacium ener-  
tere. 172.  
*Ieiuniū laus, & energia contra häre-  
ticos dicentes esse puerile exerci-  
tium* 288  
*Ieiunium statis diebus indictum.* 289  
*Quadragesima, quarta, & sexta fe-  
riæ iejunium probatur.* Ibi.  
*Ieiunium quatuor temporum.* ibid.  
*Ieiunium quanta severitate à maio-  
ribus cultum.* 290  
*Ieiunium professorum dierum.* 289  
290.  
*Quare ieuniū tempore ordinationes  
fiant.* 289  
*legēas habere christianos.* 436. 438  
*legōtūn quid.* 438  
*Iessai olim dicti christiani.* 26  
*Iesus quid significet.* 28. 48. 49  
*Eius officium, quam dat salutem.* 28  
29.  
*Viri nature id nomen, an toti perso-  
nae conuenit.* 48  
*Imago quid.* 18  
*Imagines tantum ne adorarentur fie-  
ri prohibita.* 151. 152. 170  
*Imaginum usus semper permisus.* 169  
*Imagines cherubim à Iudeis honora-  
tae.* 11. 163  
*Imagines Iudeis ut pueris concus-  
si aiunt heretici.* Ibi.  
*Imagines ante quingentos à Christo  
annos non fuisse inter Christianos  
falso aiunt heretici.* Ibid.  
*Imago misa Abgaro linteo impressa.*  
164.  
*Imagines Christi, & aliorum à D.  
Luca depicta.* Ibi.  
*Imago crucifixi apud Bergum,* 165  
*Imago crucifixi semper culta à Chri-  
stianis, quibus & exprobratur ab  
hereticis.* 166. 167  
*Sacerdos sacra factus eam venera-  
batur.* 165
- Pro imaginum veneracione multi  
subiere martyrium.* 179  
*Imagines cur tantoperè persecutur  
diabolus.* 167  
*Imaginibus quomodo latraria defertur.*  
169.  
*Aduersus culum imaginum obie-  
ctiones hereticorum diluntur.* ibi.  
& sequent.  
*Imagines idiotorum libri, & scale ad  
prototypa.* 170  
*Abusus imagorum.* 190  
*Imaginibus quatenus licet personas  
diuinias referre.* 168  
*Imago est simili cultu cum suo proto-  
typo afficienda.* 169  
*Immolare dicitur Christus in altari.*  
427.  
*Impositio manuum.* 358. 377. Vide  
manus.  
*Incarnatione diuina persona conuenit.*  
53  
*Incantatio.* 187  
*Inducere in tentationem quid.* 135  
*Indulgentia.* 587  
*Infernū interpretantur heretici  
de sepulchro, sed malè.* 65  
*Infideles qui.* 105  
*Initiari Deo quid.* 128  
*Intellectus à Deo reformati doles que-*  
24. 25  
*Interpellet quomodo pro nobis in cœ-  
lo Christus.* 74  
*Ioannes Evangelista sanguine alienus  
à deipara.* 58. 742  
*Non vocatus è nuptiis.* ibid.  
*Ira cadum origo.* 242  
*Isaac quomodo petierit uxorem.* 748  
*Iudas interfui, fructusque est tremen-  
dis mysteriis.* 374. 385  
*In indice qua requiruntur.* 80  
*Indicium, utri nature in Christo  
conueniat.* 81  
*Indicandi vini, & mortui.* ibi.  
*Judican*

I N D E X.

- Judicandorum classes quatuor.* 82  
*Indicium duplex.* ibi.  
*Indicij extremitati, & apparatus.* Legalia in Christi morte sepulta. 226  
*Ibid.*  
*Apostoli quomodo iudicabunt.* 83  
*Iudicij cause, modus, tempus.* 83. 84  
85.  
*Iuramentum impium rescindendum.* 172.  
*Iurantes per falsos Deos bis peccant.* 209. 213.  
*Iurare licet loco, & tempore; & de  
errore Anabaptistarum.* 269  
*Iuraturus quomodo debet esse instru-  
ctus.* 210  
*Iurare licet per diuos, & euangelia,*  
211.  
*Juramenti species.* 212  
*Iuramentum promissorium quando  
obligat.* 213. 214  
*Advertiserum non exigitur sine culpa;  
secus in promissorio.* 212  
*Iuramentum est prestandum secun-  
dum mentem cuius cui iuratum est.*  
ibid.  
*Quo elementi peccati gravitatem in  
iuramento.* ibi.  

L

*Lampadum ecclesiasticarū tra-  
ditio.* 478  
*Lectorum ordinis appellationes, typi,  
definitio.* 629  
*Universa illis scripture pro campo  
propria.* 630  
*Eorum ordinationis ritus, & functio:*  
632.  
*Ligari, & solvi quid.* 504. 505  
*Manuum impositionis in scripturis  
varia significatio.* 360. 312. 649. 684  
*Manuum impositio in confirmatio-  
ne.* 398  
*Nalpēsp quid.* 300  
*Latronis anima quæ paradisum for-  
mita.* 69  
*Legis tabularum, & praeceptorum  
distinctio, & ordo.* 153. et seq.  
*Judican*

*Judicandorum classes quatuor.* 82  
*Legis impletio non est impossibilis.*  
*Indicium duplex.* ibi.  
*Indicij extremitati, & apparatus.* Legalia in Christi morte sepulta. 226  
*Ibid.*  
*Apostoli quomodo iudicabunt.* 83  
*Iudicij cause, modus, tempus.* 83. 84  
85.  
*Iuramentum impium rescindendum.* 172.  
*Iurantes per falsos Deos bis peccant.* 209. 213.  
*Iurare licet loco, & tempore; & de  
errore Anabaptistarum.* 269  
*Iuraturus quomodo debet esse instru-  
ctus.* 210  
*Iurare licet per diuos, & euangelia,*  
211.  
*Juramenti species.* 212  
*Iuramentum promissorium quando  
obligat.* 213. 214  
*Advertiserum non exigitur sine culpa;  
secus in promissorio.* 212  
*Iuramentum est prestandum secun-  
dum mentem cuius cui iuratum est.*  
ibid.  
*Quo elementi peccati gravitatem in  
iuramento.* ibi.  

M

*Acari fugientis nuptias hi-  
stor. rucitur.* 742  
*Maccabearum liber secundus con-  
tra hereticus adseritur.* 455. et seq.  
*Magistratibus honor deferendus, iij-  
que parendum.* 236. 237  
*Magistratus non agnosceri docebant  
Simon, & eius discipuli.* 237  
*Magistratus contemptus puniti e-  
xempla.* 236  
*Mansiones in scripturis quid.* 115  
*Manuum impositionis in scripturis  
varia significatio.* 360. 312. 649. 684  
*Manuum impositio in confirmatio-  
ne.* 398  
*Latronis anima quæ paradisum for-  
mita.* 69  
*Legis tabularum, & praeceptorum  
distinctio, & ordo.* 153. et seq.  
*Judican*

I N D E X.

- Maria nomen, & quomodo scriben-  
dum. 57.140  
Mariae immaculata conceptio. 57  
Maria insigne, virgo. ibid. & 58  
Maria cur Ioanni commendata. 58  
Maria dolores. 59  
Mariam non Christiparam, sed Dei-  
param dici. 60  
Maria innocata in missa D. Iacobi.  
466  
Maria soror Lazari, & Martha  
sanctiss. virgo. 510  
Matrimonium qui impugnarunt er-  
rores. 712.743  
Matrimonium esse sacramentum. 715  
Matrimonium olim inibant ex con-  
silio Episcoporum. 714.716  
Matrimonij nomina, definitio. 714.  
715  
Matrimonij ceremonia. 719  
Matrimonij cur non meminit Areo-  
pagi. 720  
Matrimonium poscit utriusque con-  
sensum. 721  
Matrimonij qua verba, & acta. ibi.  
Matrimonium quibus conditionibus  
corruptitur. 722  
Matrimonij materia. ibid.  
Matrimonio inepti prorsus. 723. seq.  
Matrimonio sic inepti, ut si tentent  
ratum sit. 729. & sequ.  
Matrimonij vinculum aeternum.  
733.734  
Matrimonium an dissoluatur adul-  
terio. 733  
Matrimonij species quatuor. 740  
Matrimonium fidelis cum infideli  
quare, seu infidelis cum infidelis.  
ibid.  
Matrimonium contracturis que sint  
virtutes necessarie. 750  
Matrimonium publicum est. 752  
Matrimonium statim temporibus co-  
trahitur. ibid.
- Matrimonij, & virginitatis laus.  
756. et sequent.  
Matrimonium Iudeorum. 741  
Matrimonium dissolubile. 741  
Matrimonium indissolubile. 742  
Matrimonij author, minister, forma.  
743.  
Matrimonij fines. 447  
Matrimonij bona. 846  
Adelchis dec sacrificium fuit typus  
nostris. 417. et sequent.  
Mendacium quid, eius forma. 271.  
272.  
Mendacium non raro patribus usur-  
patur officiosum. 182  
Merce operum, & meritum. 200  
Metin deuorans Juppiter quid. 255  
Miracula falsa. 189  
Missa nominis etymon, & eius diuer-  
se appellationes. 284.285.425  
Missa quid. 440  
Missa esse veri nominis sacri-  
cium. 424. et sequent 432. et seq.  
Missa praefancticatorum, nautica,  
& eius generis. 441  
Missa partes diuersa diuersis tradui-  
tur. 442.443  
In missa quo pacto dicitur Christus  
seipsum offerre. 445  
Missa prodefunctis. 455.459  
& sequent.  
Missa in quadraginta pro defunctis  
ne fieret nisi sabbatho. 461  
Missa defunctorum nominum reci-  
tationem habuit. ibid.  
Missa omnes veterum sacrificiorum  
fines in se complectitur. 468.469  
Missa Deum coli, & sanctos. 463. et  
sequent.  
Missa esse sacrificium oculisq[ue] ad  
quidvis obtinendum efficax. 468  
In missa quos Deo commendare de-  
beat sacerdos. 468.469  
Missa primum à Vitaliano in An-  
gлиam

I N D E X.

- gliam deportatam fingit Illyricus.  
679.  
Missa audienda preceptum. 286  
Missam qui per tres hebdomadas no  
audierit ne Christianus habeatur.  
ibidem.  
Missa qui raro audit ingratus. 287  
Missa habet victimam mutationem, &  
quo ea fiat momento. 426  
In missa quid sibi vult panis, & vini  
oblatio. Ibid.  
Mæchia unde dicta. 246.247  
Mollitie, & infandorum scelerum fo-  
ditas, & authores. 255.256  
Monachi unde dicti. 258  
Monachi olim clericis inferiores. 257  
Monachos peccare posse mirum est.  
258.  
Monachica consecratio. 220  
Monachi, & alij clericu plus iuuani-  
tur sacramentis, quam laici. 700  
Monachi quatenus licet praefesse con-  
fessionibus. 519  
Mortem Christi cur tam multi olim  
negarunt, eius causa effectrix. 61  
Mortis eius finis, & effecta. 62.63  
Motus primos hereticorum non recte in-  
ter peccata collocant. 183.278
- N
- N**atforei olim dicti Christiani.  
26.  
Naturatum in Christo duarum con-  
iunctio qualis. 28  
Nicena synodi aduersus iconoclastas  
defensio. 170  
Nominis Dei usurpatio. 209  
Nomen Dei quid. 125.206  
Notoria ars. 189  
Nouatus auforebat potestatem abso-  
luendi. 502  
Nuptia unde videntur quibusdam  
sacris viris in usu olim fuisse. 658  
659.
- O**Per um bonorum meritum. 290  
Unde illud. 201  
Operis operantis, & operati ratio-  
331.332.618.  
Opus seruile quomodo non agendum.  
Opus seruile quopacto excusatur e-  
tiam factum sabbatho. 231.232  
Opiniones. 32  
Orandi necessitas. 143  
Orandum pro aliis. 133  
Orare aliter quam docuit Christus  
quomodo dixit Cyprianus esse ne-  
phas. 128  
Orationem omnem volunt heretici  
esse per aciem. 137.139  
Oratio dominica sperandarum re-  
rum catalogus. 102.121.122  
Oratio dominica quem seruarit pe-  
titionum ordinem. 121.131  
Eius efficacia. 122  
Non officit iudiciis, & sonitorum ho-  
minum suppliciis. 134  
Non solum iustorum, sed etiam pec-  
catorum, & degenerantium filio-  
rum est. ibid.  
Oratio dominica quammodo sancto a-  
licui dicitur. 137  
Ordinum sanctorum abrogatio here-  
tica quo tendit: & quid reponant.  
609.610.645  
Ordinis sacramenti nomina, typi, de-  
finitio. 611  
Ordo sacramentum, & quidē unum.  
612.623  
Ordines septem, vel octo semper agn-  
uit Ecclesia. 623.625  
Ordines quosdam non sacros quomo-  
do dicimus. 625  
Ordines tantū duos in Ecclesia quo-  
modo quidem dixerunt. ibid.  
Ordines minores quare non agnoscit-  
que quidam videntur. 627  
Ordinandorum etas. 704  
Eee 4 Ordin

I N D E X.

- Ordinationes cur ieiunij tempore fi-  
unt. 289  
Ostiariorum ordinem esse sacramen-  
tum. 529.614.627  
Ostiariorū appellations, typi, ac de-  
finitio. 627  
Ostiariorum, & adiutorū discrimin. 625  
Ostiariorum officium quod erat. 628  
Ostarij quando esse desierint in usu  
in Ecclesia. 452
- P**anis quem in oratione dominica  
petimus, noster, & quotidiana-  
nus. 129.390  
Panis benedictus dabatur catechu-  
menis. 344  
Paphnutius quis, & eius exemplum,  
quo nituntur clerici salaces, quale.  
659  
Paradisus spiritualis, & corporeus. 20  
Parentibus quis honor deferri ins-  
sus. 233.234  
Parentum contemptus ex heresi na-  
scitur. 239  
Parentum peccata nemo excipit, &  
de ea re Caluini sententia refuta-  
tur. 202.203  
Parvulos mentitur Caluinus etiam  
sine baptismo scruani. 337.346.347  
Parvulos aliena fide serkari, ut alie-  
no perire peccato. 342  
Pascha celebratio. 227  
Pastoris liber. 167  
Patris tribuitur omnipotentia. 145  
Patrem non meum, sed nostrum cur  
dicimus. 124  
Paulus quomodo Christum vidit. 79  
Peccatum quid, veniale, mortale. 179.  
180  
Peccatorum discriminē periculose ne-  
scitur. 199  
Peccatum repugnat legi, dupliciter.  
180
- Peccati venialis ad ferrīo. 181  
Peccatorum circumstantia. 184  
Peccatum habet formam, & mate-  
riam. 183  
Peccatum mortale quibus absolu-  
tur. ibid.  
Peccatum mortale ex natura, & ex  
opinione. 184  
Peccati morti remissio nemo me-  
retur propriè. 199  
Peccati materia grauitas interdum  
forma vicem explet. 184  
Peccatum originis deletur baptisme.  
828  
Peccata cùm delentur non teguntur  
ut maneant. 589  
Peccatorum quomodo dicitur Deus  
oblivisci. ibid.  
Peccatorum venialium confessio nix  
apparet in antiquitate. 451  
Peccatorum venialium grauitas bon-  
ge aliter spectata à Maioribus.  
453  
Peccati quod a baptismō committit  
titur quanta indignitas. 584  
Peccatorum remissio antiquitas  
106  
Peccatorum remissio quid, in sola est  
Ecclesia. 108.109  
Peccatorum, & debitorum disci-  
men. 132  
Pentecostes festum. 227  
Periurij indignitas. 211  
Persona, & hypostasis. 30  
Persona aliter in diuinis quam in  
humanis consideratur. 43.36  
Personarum diuinarum ardua con-  
sideratio: ex rebus creatis earum  
distinctio colligi non potest. 42.43  
Perwigiliorum ritus apud veteres.  
293  
Peccatorum discriminē periculose ne-  
scitur. 199  
Petrus à Christo baptizatus 106  
Petrus cur Ecclesia fundamentum.  
ibid.

Petrus

I N D E X.

- Petrus corone modum attonsus. 615  
Philo inter Christianos. 209  
Picturarum usus vetus. 154  
Piliti presidentia quo anno passus est  
Christus. 601  
Pœna non sunt dicenda, que insti-  
patiuntur. 203  
Pœnitentia laus. 496.498  
Pœnitentiam quot vexarint errores.  
497  
Pœnitentia nomina, typi, definitio.  
498.499  
Pœnitentia sacramentum. 500.501  
Pœnitentia initiari Deo quid. 501  
Pœnitentia habuit mannum imposi-  
tionem. 903  
Pœnitentia clavum legitimum u-  
sum deposit. ibid.  
Pœnitentia quam renuehat gratiam.  
505  
Pœnitentia materia. 427.428  
Pœnitentia forma qua. 508.610  
Pœnitentia Dei instituam, an misé-  
ricordiam magis exprimat. 597  
Pœnitentia olim secundum canones  
imposta. 296  
Pœnitentia opus ad peccati remissio-  
nen. 199  
Pœnitentiā sacerdotem qualem es-  
se oportet. 503.517.518  
Polygamia Patriarcharum, & In-  
daorum. 737.741  
Præceptorum decalogi ordo. 153.238  
Præcepta postrema an duo sint. 153.  
276  
Præceptum aiens complebitur ne-  
gans. 157  
Præputium Christi nequaquam ia-  
ctandum. 70  
Presbyter quis. 436. & seq.  
Presbyteros esse legēas. 438  
Presbyteri cur dicti Christiani sacer-  
dotes. 675  
Presumptio duplex. 121
- Presumptionis species. 199  
Presumptionem docent heretici. 197  
Primogeniti vox quomodo in scri-  
pturis frequenter accipitur. 51  
Proximus quis, & quomodo diligen-  
dus. 148  
De proximorum dilectione insigne  
documentum. 269
- R** Apina quid. 260  
Razia factum laudatum in li-  
bro secundo Maccabaorum decla-  
ratur. 459  
Redemptione, non satisfactiōne libe-  
rati sumus à sententia iusta. 23  
Reliquie corporis Christi quomodo  
habenda. 70  
Reliquia dubia, aut falsa quomodo  
retractande. 188  
Remissionis peccatorum antiquitas.  
106  
Remissio cognita olim paucis. ibid.  
Remissio quid in sola Ecclesia. 108  
Remissionis peccatorum causa. 199  
Remittendi potestate quomodo est u-  
sus Christus. 510.518  
Remittendi peccata potestas data  
Apostolis à Christo, a quibus ad  
Ecclesiam traducta. 511.558  
Repudyl libellus cur datius Iudeis: an  
peceabant. 734.735  
Repudium Christianorum quale. 736  
Requies Dei qua. 223  
Restitutionis laus. Quid. 549.550  
Restitutioni qui obunxij. 550.551  
Restitutio cui fieri debet, quomodo, &  
quando. 552. & sequent.  
Resituenda fama proximi. 555  
Resurrectio corporum non animo-  
rum. 70  
Resurrecturum Christum quando di-  
cebat Cerinthius. ibid.  
Resurrectio creditu omnium diffi-  
cilia. ibid.
- FFF Refur-

I N D E X.

- Resurrectionis causa. 72.110 pro eo repontant heretici. 679  
 Resurrectionem nobis meruit Christus. 73 Sacerdotium nobis eriam post Christi mortem superesse. 672  
 Resurrectione peracta auctior erit beatorum gloria. 115 Sacerdotii duplex. triplex. 673. 682  
 Resurrectionis Christi effecta. 73 Sacerdotum christianorum nomina. 674.675  
 De resurrectione peruersa heretico- rum sententia. 110 Sacerdoti typi. 676  
 Resurrexisse ab inferis Christum quo- modo dicimus. 71 Sacerdotium Iudeorum sacramen- tum fuit. 677  
 Resurrexit cum cicatricibus quare. 73 Sacerdotium christianum esse sacra- mentum. ibid.  
 Romana sedes alii semper pralata. 711.712 Sacerdotes etiam ante Vitalianum in Anglia contra Illyricum. 679  
 Romanā Ecclesiam totius cleri sem- per copiam habuisse. 647 Sacerdotij ordinis fines. 694 & se- quentibus.  
**S**abbathum unde dictum, quid si- gnificat. 222 Sacerdotum functiones. 698.699  
 Sabbathi sanctificatio que. ibid. Sacerdotalis benedictio duplex. 699  
 Sabbathi instituendi causa. 223 Sacerdotij candidatus qualis sit o- portet. 701.703  
 Sabbathi Iudaici, & christiani finis longè diuerlus. 225 Sacerdotes quam dedecet ignorātia. 702  
 Sabbathi à Iudeis violati exempla. ibid.  
 Sabbathia Iudaica vult coli Sterem- bergius. 224 Sabbatho ab opere seruili cessandum. 231  
 Sabbathi iter. 232 Sabbathum cur in diem dominicum mutatum. 225 Sacerdotum quid. 338-672.676.677. 682  
 Sacerdotes habent potestatem remit- tendi peccata. 558 Sacerdotis cōfessionis catholica, & heretica ritus. 691.692  
 Sacerdotes indices, & medici. 556 Sacerdotes quare presbyteri potius, quam leges. 416  
 Sacerdotis p̄nitentiarij mos quan- do inoleuit. 561 Sacerdotum, & monachorum incon- tinentia grauitas. 258.703  
 Sacerdotes olim omnes videntur pre- fuisse confessionibus. ibid.  
 Sacerdoti exomologetico necessaria misericordia. 578 Sacerdotum quid. 28.303  
 Sacerdotum ordo probatur: & quid Sacramenta cur vocentur symbola. 40  
 Sacramenta extra Ecclesiā si vera, non tamen vilia. 101  
 Sacramentorum appellations. 303 Sacramentum unde dicitur. ibid.  
 Sacra

I N D E X.

- Sacramentorum veterum, ac nostro- rum discrimen. 304 Sacramentum fuit absolutissimum moris Christi, & perpeſſio. 425  
 Sacra- 304.305  
 menta quo, forma, materia. Sacrifidū debet oblationem habe- re, & qua parte ea sit in nostro. 429  
 Sacramentorum materia ad causas pertinet efficiētes instrumentales. 508 Sacrifidū Apoſtoli quomodo. 430  
 Sacramentorum author Deus. 305 Sacrifidū quare Deo patri fieri di- citur. ibid.  
 Sacramentorum iudaicorum, genti- lium, & christianorum compara- tio. 307  
 Sacra- 307  
 menta gurgites sunt, quibus in nos defluit energia crucis. 306 Sacrifidū nobis superesse post Chris- ti mortem probatur. 435. & seq.  
 Sacramentorum ordo. 307.308 Sacrifidū nostri administer. 445  
 Sacra- 445  
 menta quomodo dicuntur con- tinere gratiam. 331 Sacrifidū christiani fines. 446 & seq.  
 Sacramentorum formas proferre ve- teres nephias ducebant. 362.387 Sacrifidū laudis quid. 463.464  
 Sacramentorum effecta nō sunt sen- suum expendenda iudicio. 597 Sacrifidū veterum species qua- tuor, quæ omnes in nostro inueniun- tur. 468  
 Sacra- 468  
 menta apud Christianos di- plicia. 304.305.623 Sacrifidū catholici doctrina non pu- gnat cum eo quod Christus consum- manit omnia. 470  
 Sacramentum hereticum quale. 501 Sacrifidū catholici honestas. 472  
 Sacra supellecīli non est utendum ad ludicra. 188 Sacrifidū cur in Christi solā com- memorationem fieri iussum. ibid.  
 Sacram supellecīliem qui prodidere tyrannis olim pro execratis habiti. 208 Sacrifidū repetitio non arguit illius infirmitatem. ibid.  
 Sacra supellecīlis aduersus hereticos defensio, benedictio, forma. 473.477 Sacrifidū an expiat peccata. 447. 448  
 Sacra supellecīlis violatores cœlitus puniti. 479 Sacrifidū quomodo grauia peccata dicuntur expiare. 450  
 Sacris arendi flagitios. 451 & sequent.  
 Sacris operandum quotidie. 65.4.655 Sacrifidū quid. 260  
 Sacrifidū catholicum adseritur, & j̄ hereticorum cuniculi reteguntur. 416 Sal benedictum die dominico. 344  
 415. & sequent. Sal benedictum adhibitum in bap- tismo. 350  
 Sacrifidū nostrum à cruce vim for- titur. 416 Salutatio angelica non ignota vete- ribus, & eius expositi. 139.140  
 Sacrifidū quomodo Hebrei, Gre- cique vocarunt. 417 Sanctitas quid: cur Deo tribuitur. 15  
 Sacrifidū typi ex Leuitico. 419 Santificatio duplex. 94  
 Sacrifidū Melchisdec typus fuit noſtri. ibi. Sanctum quid dici tur. 125  
 Sanctus sanctorum quid. 15  
 Sanctorum communio. 95  
 Sacrifidū catholici definitio 422.423. Sanctorum inuocatio defenditur ad- FF. 2 uerſus.

## IND E X.

- uerfus cauillois heretorum. 137.138  
Sancti, & angeli nostra intelligunt. 138  
Sanctis dicari dies. 159  
Sanctis qua debetur veneratio. 158.  
166  
Sanctorum nomina olim in missa re-  
citabantur. 159  
Sanguis Christi in terris nusquam, nisi  
in altari: & de quo scribit Atha-  
nasius. 400  
Satisfactio adscritur aduersus here-  
ticos. 579. & sequen.  
Satisfactio paenitentie nomine intel-  
lecta. 580  
Satisfactio non officit merito Christi.  
ibid.  
Satisfactionis antiquemos. ibi.  
Satisfactio etiam olim post absolu-  
tione prestanda: & qua fuerit vete-  
rum hac in parte seueritas. 580.581  
Satisfactionis appellations. 581.582  
Satisfactio aeterna in temporalcm  
vertitur per sacramentum. 582  
Satisfactio triplex. ibid.  
Satisfactio cur imponitur. 583  
Satisfactionis necessitas. 583  
Satisfactionis instrumenta. 586  
Schisma quid. 105  
Schisma non est in heresi. ibid.  
Schisma mox heresi consequitur. ibi.  
Scientiam à Deo non nulli orando  
impeetrarunt. 189  
Scripturarum germana interpreta-  
tio in Ecclesia. 37  
Scripturis quanta debeatur reveren-  
tia, ne ad iocos iis vitamur. 207  
Sculptile quid in scripturis. 160  
Sedere ad dexteram patris quid. 79  
Sedere ad dexteram an sibi Christo  
seruatum est. 80  
Sepultus quomodo vere dicitur Chri-  
stus, quare ubi a quibus. 63.64  
Sepultura triduum. 64
- Sepultura pro generis, & patria con-  
suetudine adornanda. ibi.  
Simon Stylites. 178  
Simor in nomen, heresis, quid. 264.  
265  
Simonis circa qua versatur. 265  
Simoniam qua constituant. 264  
Simonia pretium triplex. ibid.  
Simonia mentalis triplex. ibid.  
Simonia vivenda regula. 266.267  
Simonia non illico dicenda si sacris  
operantur aliquid recipiat. 267  
Simoniaci Macédonio peiores. ibid.  
Symboli olim ad quam multa usus.  
37.38  
Symboli condendi qua causa. 37.39  
Symbolum ad cordis emundationem,  
& leuum expiationem culparum  
confert. 38  
Symboli apostolicae appellations. ibid.  
Symbolum missa canitatum pro gra-  
tiarum actione. 39  
Symboli authores. ibid.  
Symbolum patrum. ibid.  
Symbolum cur sic dictum. 40  
Symbolum non scriperunt Aposto-  
li. 39  
Symboli partes. 40  
Symbolum cur non habeat omnia,  
qua in symbolo patrum habentur.  
ibid.  
obvii aëris quid. 586  
Synesius etiam tum hereticus in E-  
piscopum consecratus, atque in fi-  
delem repente mutatus. 707  
Sortilegium. 187  
Spei definitio. 117  
Spes primum in bona fertur deinde  
de malis est felicitas. 131  
Spes donum, & habitus. 117  
Spei subiectum voluntas. ibid.  
Spei effectus, & officium. 118  
Spei securitas diversa ab ea, quam si-  
des habet. ibi.  
Spes certa

## IND E X.

- Spes certa quæ. ibid.198  
Spes in particularibus. 121.122  
Sperandarum rerum ordo. ibi.  
Spiritus sanctus cur in ultima parte  
symboli nominatus. 86  
Spiritus effo stenditur. ibid.  
Spiritus nomen cur tertie persone in-  
ditum. 87.74  
Spiritus processio. 88  
Spiritus procedit à patre, & filio.  
88.89  
Spiritus cur Dominus, & vinificans.  
90  
Sponsalia quibus ex causis rescindi  
queant. 730  
Sponsalia vix olim à nuptiis diffe-  
rebat. 748  
Sponsaliorum multa genera. 750  
Statuarum apud Christianos exem-  
pla. 164.165  
Supersticio, & eius sex genera. 186. &  
sequent.  
Susceptor, vide in voce baptismi. ibi.  
Unus fuit in baptismo; unus item in  
confirmatione. 320.381  
Suffuum in missa post offertorium.  
428.478
- T
- Tentatio Dei, & eius genera. 195  
Tentatio quam est peccatoribus  
sonitio merienda. 135  
Tentatione omni ut careamus optan-  
dum non est. ibid.  
Tentationes infitorum varia. 136  
Theta nomen unde. 10  
Therapeute olim dicti Christiani. 26  
Theraphim quid. 268  
Testamentum Christi eucharistia. 297  
Testimonij false indignitus. 268  
Timor quomodo cum ipse. 119  
Tonsura præsca nomina typi, origo &  
mysterium. 613.614  
Tonsura clericalis, & monachica.  
614.615
- Tonsura voti rationem habet. 616  
Tonsura quid. 617  
Tonsura habet vestis mutationem.  
ibidem.  
Tonsura materia, & forma. ibid.  
Tonsura minister. 618  
Tonsura quam, & quibus gratiam  
confert. ibid.  
Traditio quid: hanc habet Ecclesia.  
37.104  
Transubstantiationis vox in conci-  
lio Lateranensi. 403
- V
- Verbum Dei, quale, quomodo in-  
telligitur. 50  
Verbum Dei seu scriptum, seu men-  
tibus insculptum quid. 207  
Veritas catholica quibus constat ca-  
pitibus. 32.104  
Veritatis catholica nota insignes  
quatuor. 32  
Vestimenta sacrificia lumen  
batur contra hereticos. 473.474  
Vestes sacrificiales Gracorum nostris  
pene similes: quotidie consecran-  
tur. 474.475  
Vigilia apud veteres. 293  
Virginitatis laus. 252.756.757  
Virginitas quid. 758  
Virginitatem precipere noluit Deus,  
sed ad eam præmis inuitare glo-  
ria. 253  
Virginitatis præcipitia. 254  
Virtus vera extra Ecclesiam nulla.  
101  
Visio omnium post resurrectionem in  
lucerna corporis Christi. 115  
Vita aeterna meritorum premium.  
201  
Vita aeterna cur summum bonum di-  
catur. 114  
Vnguentum facrum quanta semper  
in veneratione habitum. 359  
Unctio varia baptismi, & confirma-  
tio FF 3 tio

I N D E X.

- tionis. 358  
 Vnctio extrema, & hereticarum caluniarum refutatio. 592  
 Vnctionem esse sacramentum. ibid. 593.694.599  
 Vnctionem cur tam raro sequatur faintas corporis. 597  
 Vnctionis typi. 598.569  
 Vnctionis olei, & graia collatio. 599. 600  
 Vnctionis sacramentum qua medela sequatur. 602  
 Vnctionis sacramenti materia, & forma. 603  
 Vnctionis causa, administer, effecta, & ritus olim administrandi. 605. 606  
 Vnctionis extrema exempla. 596  
 Vnctio quo tempore facienda. 606  
 Vncti olim quo oleo pueri. 608  
 Vnigenitus, seu unicus quomodo dicitur. 50.51  
 Voluntas Dei, quam fieri petimus, que. 128  
 Voluntatis per Christum sanata ornamenti, & praefidia. 24  
 Voluntas mentem ad credendum impellit. 35  
 Votum quid, quoniamplex. 216.652  
 Votum continentia annexum ordinibus sacris. 652. & sequ. 215  
 Votum Dei cultus pars non exigua. 215  
 Votum ad secundum praeceptum pertinet. 218  
 Voti quæ promissio obligat. 216  
 Voti materia quæ. ibid.  
 Voti illiciti paradigmata. 216.217  
 Votum propriè Deo nuncupatur, & an diuinis fieri possit. 218. ibid.  
 Votum subdit abrogat superior. ibid.  
 Votorum mutandorum leges. 219  
 Voti dispensatio debet habere causam legitimam. ibid.
- X**
- Enias primus iconoclastes. 167  
 Xirophagias veteris exemplum in Christo. 291  
 FINIS IN DICIS.
- Index locorum Scripturarum, quibus obiter lucis est non parum illatum.
- Genes.2. Adhuc erabit uxoris sua. 733  
 14. Protrulit panem, & unum. 419  
 14. Erat enim sacerdos Dei. 436  
 24. Erat autem Abrahæ senex. 439  
 48. Qui extendens manum dextram posuit super, &c. 378  
 Exod.20. Non cōcupisces uxore. 222  
 29. Non cōcupisces domum. 279  
 29. Atque

I N D E X,

29. Atque hoc ritu consecrabitur. Luc.1. Votum est mibi omnia asecuta. 641.642  
 695  
 Lexit.1. & 8. Ponet manus super caput hostia. 430.431  
 Offerens domino trades manibus sacerdotes. 418.419  
 16. Emittet illum per hominem patrum. 419  
 Deuteronom.4. Quæ est alia gens sic. 671  
 16. Oblationem spontaneam manus tuae, quam offeres. 285  
 3. Reg. 17. Non habeo nisi pogillum farinæ, & olei. 598  
 19. Ecce subcimerium panis. 391  
 Psal.22. Impinguasti in oleo. 359  
 39. Sacrificium, & oblationem. 470  
 44. Constitues eos principes. 465  
 47. Principes popolorum congribi 39. Immola Deo sacrificium laudis. 463  
 109. Tu es sacerdos in aeternum. 436  
 Isa.6 Carbonic, quem tulerat de altaria. 391  
 25. Bibant vinum, & ungantur oleo. 359  
 Ezeziel.36. Effundam super vos aquam mundam. 311  
 Ioh.2. Effundam de spiritu meo. 373  
 Malac.2. Munus non suscipiam, &c. 432. & seq.; 463  
 2. O sacerdotes. 437  
 2. Erunt offerentes domino sacrificium. 448  
 2. Maccab.15. Et si quidem bene. 456  
 Matth.5. Si offers munus tuum ad. 435  
 5. Qui uxorem dimisit excep. 734  
 15. Quod intrat in os. 292  
 19. Sunt eunuchi qui scilicet. 658  
 26. Hoc est corpus meum. 392.406  
 Marc.10. Baptismo, quo ego baptis. 313  
 Galat.6. Vos q̄ spiritalis estis, &c. 511  
 FFF 4 559

I N D E X.

559.	hominibus assumptis.	701
4. Ephes. Vi ex hiberet sibi sponsam non habentem maculam.	311	
5. Sacramentū hoc magnū est.	715	
Philipp. 2. Et communicatio spiritus.		
394		
1. Timoth. 2. Vole ante omnia fieri obsecraciones.	443	
4. Abstinentium à cibis, quos.	292	
4 Prohibentium nubere.	713	
4. Cum impositione manuum presbyterij.	358.259.695	
5. Cū luxuriata fuerint in Christo.		
658		
5. Nemini cito cuquam manus imponas.	503.684	
2. Timoth. 1. Ut resuscites gratia.	698	
Hebre. 5. Omnis enim Pontifex ex		

6. Iterū crucifigentes filiū Dei.	584
6. Impossibile est eos, qui	314
6. Baptismatum doctrinæ.	313
10. Omnis sacerdos præsto est.	436
10. Unica oblatione consumanit in ater.	
13. Obedite prepositis vesciris.	281
1. Petr. 2. vos autem genus.	672.673
3. Quod & nunc saluos facit similis for:	
Jacob. 5. Confitemini alterutrum.	560
5. Vngentes eum oleo.	593
5. Adducat presbyteros.	606
5. Et si in peccatis sit.	601
5. Et alleuiabit eum Dominus ibi.	
Apocal. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, &c.	437.438.439

Catecheses istas ab eximio viro M. N. M. Matthæo Galeno Vestcapellio in Academia Duacensi habitas, & à F. Andrea Croquetio Benedictino Hasnoniensi, & S. Theologiae Licentiato exceptas, digestas, & concinnatas, propter multiplicem, & reconditam in eis eruditionem, Catholicæ fidei per omnia consentientem, magno cum Ecclesiae fructu, & ad Dei honorem typis excudi posse existimo.

Ego Thomas Stapletonius S. Theologiae Doctor, & in Academia Duacensi Catechistes Regius.

L V G D V N I,

Ex Typographia Stephani Seruain.

M. D. X C I I I.